
31
7 H
17





ANT. ANDREAE
CONVENTVALIS
FRANCISCANI,
EX ARAGONIAE PROVINCIA
AC IOANNIS SCOTI DOCTORIS SVBTILIS DISCIPVLI CELEBERRIMI,

In quatuor Sententiarum Libros opus longe absolutissimum:

QVOD, CVM DIV LATVERIT: A F. CONSTANTIO A SARNANO eiusdem ordinis, è tenebris iam nunc uindicatum, summa industria expolitum, locupletissimisq; Indicibus, necnon ad marginem Annotationibus illustratum; felici auspicio prodit.

ADDITIS AB EODEM F. CONSTANTIO ANNOTATIONIBVS ad Creationis opus spectantibus, in quibus D. Thomas, Scotus, & Auerroes conueniunt, atque dissentiunt.

Incredibili vero labore emendatum a F. ANGELO Rocch. de Camerino Eremita Augustiniano, & S. Theol. Doct. qui typos, & exemplum ab innumeris erroribus expurgauit.

CVM PRIVILEGIIS.







B A

Venetijs, Apud Damianum Zenarum.
MDLXXVIII.

ANT. ANDREAE
CONVENTVALIS
FRANCISCANI
EX ARAGONIAE PROVINCIA
AC IOANNIS SCOTI DOCTORIS SVBTILIS DISCIPVLI C[illegible]

In quattuor Sententiarum Libros [illegible]

QVOD. CVM DIV [illegible] CONSTANTIO A SARNANO ciuidem [illegible] industria ex [illegible] ad [illegible]

ADDITIS AB EODEM [illegible] CONSTANTIO [illegible] ad [illegible] opus [illegible]

Sacred [illegible] S. Theol. Doct. [illegible]

CVM PRIVILEGIIS.



Venetiis, apud Dominicum Nicolinum.

M D L X X V I I I



ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO FELICI PERETTO A' MONTE ALTO.


S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO.

F. Constantius Sarnanus optimam felicitatem.



EDVLO iam dudum mecum ipse perquiro Cardinalis amplissime, qua nam potissimum ratione singularis erga te obseruantiæ meæ, & promptissimi obsequij studium amplitudini tuæ commostrem. enim vero quid ni pro virili mea enitar, virum in summo iam humanæ felicitatis apice constitutum, maximis ingenij ac sapientiæ ornamentis florentem, omnibus cum animi, tum corporis virtutibus apprimè cumulatum, virum inquam, qui innumerabilia in me contulerit beneficia, qui nec in hanc vsque diem gratificari mihi desinat, reuereri, suspicere, ac pro ingenij tenuitate modis omnibus colere, obseruareque? Huic secundum Deum non omnes vitæ rationes, non omnes studiorum labores, incrementaque, non me ipsum iure optimo consecravero? Inhumanus profectò, & agrestis fuero, nisi id effecero: nec non turpissimo ingratitudinis vitio in hominum cætu contabescere compellar. Quare cum fratris Antonii Andreæ præclarum in sententiatum libros volumen, in manus meas peruenerit; quod rectius epitomen vel compilationem esse dixerim, è quatuor Ioannis Duns Scoti libris in sententias excerptam, tibi præcipue Cardinalis Amplissime dedicare id decreui; cui præceteris magis deuinctum me & sentio, & profiteor: quemadmodum & alia non nulla amplitudini tuæ iam pridem à me dedicata fuere. Neque vero hoc ea ratione à me suscipitur, vt maiorem amplissimæ dignitati tuæ splendorem conciliare uelim: Cum exploratum omnibus sit, eo iam fastigij illam suffectam esse, vt nullam propè humanæ gloriæ accessionem videatur amplius posse recipere. Quorsum ergo? Id circo nimirum, vt omnes intelligant, me quo ad mortalem hanc vitam spirauero, acceptorum à te beneficiorum semper memorem futurum; & vt insigne id opus, doctis eruditisque viris (si sub nominis tui fulgore prodeat) commendetur magis, acceptiusque reddatur. Accedit quod Reuerendissimus Petrus Antonius Camillus Nucetiensis ordinis nostri prudentissimus, vigilantissimusque Generalis Antistes studiosorumque omnium summus Mecœnas mihi per litteras commi-

ferit; dem operam vt hi fratris Antonii Andreæ libri typis mandentur emendatissimi: ob id vel maximè, ut quod fusè nimis à Scoto nostro prolixè, ve pertractatum est; id instituti nostri iuuenes ex hoc perspicuo authore, & vtili epitome, dilucide & feliciter assequantur; sicquè magno compendio, paruo labore, hoc ductore, ad eminentissimum diuinæ scientiæ culmen perducantur. Contulit insuper non parum ad hoc negotium accuratè perficiendum, Clarissimi LVDOVICI MICHAELIS patricij Veneti, viri eruditissimi, & ordinis nostri humanissimi fautoris, liberalitas; qui amplitudini tuæ obsequentissimus, præclare in hoc clarissimi patris tibi similiter addictissimi, æmulatus vestigia, suis impensis ac sumptibus, suscepit se in amorem, ac recentem amplitudinis tuæ memoriam, hoc opus optimi Typographi fide ac industria euulgaturum. Impulsus igitur propensissimo meo erga Amplitudinem tuam studio, nec non Reuerendissimi patris Generalis mandato, (cui in re per se tam honesta, ordini nostro gloriosa, orbi vniuerso vtili, repugnare nefas, ac prope piaculum fuisset) hos insignes libros, opera nostra, è tenebris erutos, in lucem atque communem studiosorum vtilitatem quàm fieri potuit emunctissimè profero. Tu accipe Cardinalis Amplissime, qua soles benignitate, ac Serenitate Sarnani seruuli tui beneuolum animum, propensionem, studia, & quæ potest offerre munuscula; eiquè faueto, vt in posterum gratiora & vberiora donet ingenij ac sui erga te studij munera & testimonia. Vale. Pataui in ædibus D. Antonii. A' partu virginis. M. D. LXXVIII. Calendas Septembris.



BENIGNO LECTORI.



A est præstantis ingenij dignitas, optimarumque artium laus & excellentia; vt qui ijs omnibus pro-
pe seculis ornati fuerunt, non modo dum hac lucis vsura fruerentur, sed dum vita quoque ipsa de-
functi essent, mirificam apud omnes laudem incredibilemque inter barbaras etiam Gentes famam sibi
comparauerint. Perspicuis plena sunt tum Græcorum, tum Latinorum scripta testimonijs; quanto in
pretio docti & eruditi homines semper sint habiti; quibus gloria ornamentis, quibus honoribus cumu-
lati fuerint: constat profecto eos veluti deos quosdam omnibus admirationi semper extitisse. Eorundem
vero doctorum hominum gloriam, qui iam ex hac mortali vita emigrarunt, quis est, qui vel in meri-
diana luce ita cæcutiat, vt non facillime prespiciat? Cuius obsecro rei recentior cum veneratione, ac laude memoria est, quam
antiquissimorum Poetarum Homeri, atque Vergilij? Quænam illustrior clariorque fama est, quàm Demosthenis, ac Cicero-
nis, clarissimorum oratorum? Et quæ celebrior ac insignior hodie etiam excellentia est, quàm Euclidis, Ptolemæi summo-
rum Mathematicorum? Quæ nam humana vnquam gloria æquari potest ei, quam adepti sunt, qui rerum omnium a Deo
optimo maximo conditarum naturas, proprietates, viresque solertissimè indagarunt? Anaxagoram intelligo, Pythago-
ram, innumerabiles vè alios, quorum omnium præclara scientia, summæ existimationis dignitatisque nomen ijs peperit.
Platonem vero & Aristotelem philosophorum omnium sine controuersia principes, diuinitatis etiam nomen adeptos es-
se, quis inficias ibit? Vt interim Aesculapium, Hyppocratem, Galenum, Iurisperitosque omnes prætereamus, quorum
longè magnificentior gloria & memoria est, quam quæ rudibus & incompositis verbis celebrari possit. Quod si hi omnes
ingenij viribus, & ope secularium artium freti, tantum sibi gloriæ splendorem acquisiuerunt; eò sanè illustriorem (quo
diuina humanis præstantiora sunt) eos adeptos esse statuamus necesse est; qui totos sese diuinis addiscendis litteris tra-
diderunt. Nulla profecto vel longissimi temporis diuturnitas summorum Theologorum, Basilij, Nanzianzeni, Chrisosto-
mi, Augustini, Hieronymi, Ambrosii, Gregorij, .D. Thomæ Aquinatis celebritatem ex hominum memoria tollere unquam
potuit, aut certe sic obscurare; quò minus adhuc virens permaneat, in omnemque posteritatem sit semper perduratura.
Obliterare nè vel saltem labefactare non nihil potuit vlla temporis series, miram eorum excellentiam, qui scholastica
Theologiæ principes extiterunt? minime vero. Testantur hoc non Italiæ solum, sed & vtriusque Germaniæ, Hispaniæ, Galliæ, ce
leberrimæ, antiquissimæque Academiæ: affirmant id concordes eruditorum omnium voces: plena sunt gloriosis eorum nomi-
nibus, omnia Christiani orbis Gymnasia; resonant eorum encomijs omnia scholarum subsellia; in quibus omnium in ore assi-
duè versantur: commendantur tanquam lumina, facesque diuinæ illius scientiæ: admirandis exornantur præconijs sa-
cra columina, & acerrimi sacratissimæ facultatis propugnatores, . D. Thomas, Albertus Magnus, .D. Bonauentura, Ri-
cardus, Scotus, Egidius Romanus, Antonius Andreas, innumerabilesque alij, quorum recensendis nominibus non solum
præfationis modum excederemus, sed vel longissimum tempus vix sufficeret. Inter quos Ioannes Duns Scotus, velvt sol,
lucidissimum inter radiantia Sydera astrum, acerrimo ingenij acumine; subtilitate ac profunditate abdita & mirè retondita do
ctrinæ, præ cæteris omnibus subtilissimus doctor coruscat; nemini mea quidem sententia, qui in hoc scientiæ genere vlla æ-
tate floruerit, secundus. Cuius ingenii monumenta (quę non sine maxima doctorum hominum admiratione diligentissimè legun
tur) cum & doctrinæ genere, & subtilitate eiusmodi sint, vt optima quaque ingenia exerceant, excitent, acuantque ad su-
blimiorem quandam diuinarum rerum cognitionem; mirandum non est grauissimos viros eruditissimosque in ea sententia fuis-
se, vt dicerent; Scotum vnum non solum coæuos suos, sed & priorum posteriorumque sæculorum summos Theologos ingenii
magnitudine, doctrinaque sublimitate sine controuersia superasse. Fuit subtilis hic doctor, nobilissimę Scoticæ sectæ au-
ctor & dux longe clarissimus; quæ doctrinam suam complexa, constanter docet, defendit, amplificat, & vbique sic diffun-
dit; ut iam per vniuersum orbem disseminata, nulla ea sit illustrior. Ex hac secta, tanquam ex equo troiano plurimi postmo-
dum prodierunt illius scientia laudatissimi principes, quorum & in docendo labor, innumera doctis viris commoda attulit,
& in scribendo industria, sacram Theologorum scholam ita exornauit, auxitque, maiorem vt eruditionis accessionem videa-
tur non posse recipere. Inter innumeros penè eius doctrina proceres, floruit hic frater Antonius Andreas fidelissimus Sco-
ti discipulus, tum felicissimo ingenio, tum acerrimo iudicio præditus, & quem merito omnia magistri encomia exornent.
Qui inter plurima alia ingenii sui monmenta hoc in sententiarum libros omnibus numeris absolutissimum opus elaborauit.
Quo quidem opere quid rei litterarię his maxime temporibus, in tanta scholasticorum scriptorum multitudine, afferri vtilius
potuerit, prorsus non uideo. Dies me defecerit, si singulas huius libri utilitates recensere voluero. Magno certè compendio in
breuem epitomen omnem Scoti doctrinam, quæ plurimis & maximis voluminibus continetur, redegit; præclarissima metho-
do & insigni scribendi perspicuitate cuncta complexus est; ut omnes difficultatum, & quæstionum sphinges prorsus sustulè-
rit. Omitto, ne pręfationis modum nimia prolixitate excedam, quàm pulchrè singulas quasque res suis definitionibus tanquam

facibus illuminauerit; diuisionibus aptè distinxerit; breuissimis & subtilissimis argumentationibus tam doctè, tam argutè omnia complexus sit, ut nisi omnino hebeti & obtuso quispiam fuerit ingenio, facillime omnia & clarissime sit percepturus. Denique ut omnia huius libri commoda, vno uerbo absoluam, tanta facilitatis & claritatis laude (quod præcipue mireris in subtili doctrina) omnia pertractauit; vt dubio procul clarissimam facem, Scoti præsubtilitate obscurissimis scriptis, adhibuerit; ut horum librorum adminiculo nemo iam possit dubitare, quin nullo negotio difficillimum doctorem facillimum habeat. Non necesse posthac erit, mihi crede, tantos impendere labores in Scoto intelligendo; Hoc ductore omnia clara, omnia perspicua, omnia facilia reddentur: quam in hoc volumine impendes operam lector, ea omnis iucunda, plenaque uoluptatis erit. Perlege tu sedulo, dies noctesque euoluito hos sacræ doctrinæ thesauros; depromes hinc eos ingenii & scientiæ fructus, qui & uberrimi & maximi sunt ad immortalem nominis famam comparandam. Complectere igitur, Candide lector, ex animo hos ingenii fætus nobilissimos, complectere & venerare tantum virum, qui tibi hæc commoda suis lucubrationibus parauit: complectere & ordinem hunc nostrum vniuersum, eumque omni ratione foue, qui tibi & Ecclesiæ Catholicæ tales alumnos, tales doctores, nutrit, alit, producitque. Complectere denique nos quoque passis vlnis, qui tam insigne monumentum tot seculis occultatum; nostra impensa, studio, labore, censura, iam tandem vindicauimus, correximus, & in tuam vtilitatem per pulchrè exornauimus. Deo redde gratias, qui hæc munera mortalibus largitur, ad ueram & solidam doctrinæ gloriam acquirendam. Fruere qui ex eiusmodi libris colliguntur fructibus. Erga nos grati memoriam animi semper conserues, qui, quoquo modo possumus, rei litterariæ prosumus. Vale.

Admonitum te ideo uult frater Constantius Sarnanus, se summa animi viriumque contentione hoc aureum Opus Hanibalis Balsami Alexanensis non spernendi philosophi opera, ex Francisci Storellæ celeberrimi philosophiæ professoris Bibliotheca, ut in Theologorum omnium commodum & posteritatis gratiam excuderetur, adeptum esse, qui Storella id iam dudum non parua pecuniarum summa coemptum reliquis libris (quorum copiosum habebat numerum) magna impensa comparatis, adscripserat: ut & maiori religione ut antiquissimum opus & hactenus nondum impressum excipias, & in tanti auctoris amorem, ut par est, uenereris, ac suspicias.

INDEX

RERVM OMNIVM, QVAE ABSOLVTISSIMA HAC ANTONII ANDREÆ IN SINGVLAS SENTENTIARVM LIBRORVM QVAESTIONES EXPOSITIONE,

scitu dignę reperiuntur: in alphabeti ordinem distinctus.

A

INDEX

C

INDEX

D

Deus

E

Ens

F

G

Genus,

Natur

Q

INDEX

T

V

INDEX

Finis Tabulæ.

I N D E X.

QVAESTIONVM ANTONII ANDREÆ. ORDINIS MINORVM CON. IN QVATVOR SENTENTIARVM LIBROS.

Quæſtiones libri primi ſententiarum.

Di-

INDEX QVAESTIONVM SECVNDI LIBRI SENTENT. ANTONII ANDREAE Ordin. Min. Conuen.

INDEX QVAESTIONVM

TERTII LIBRI SENTENTIARVM

ANTONII ANDREAE
Ordin Minor. Conuentualium,

Distinctio. j.

Distin-

Distinctio. xxvij.

Distinctio. xxviij.

Distinctio. xxix.

Distinctio. xxx.

Distinctio. xxxj.

Distinctio. xxxij.

Distinctio. xxxiij.

Distinctio. xxxiiij.

Distinctio. xxxvj.

Distinctio. xxxvij.

Distinctio. xxxiij.

Distinctio. xxxix.

Distinctio. xl.

INDEX QVAESTIONVM

QVARTI LIBRI SENTENT.

ANTONII ANDREAE
Ordin. Min. Conuen.

Distinctio. j.

Distinctio. ij.

Distinctio. iij.

Distinctio iiij.

Distinctio. v.

Distinctio. vj.

Distinctio. vij.

Distinctio. viij.

Distinctio. ix.

Distin-

Distinctio. x.

Distinctio. xj.

Distinctio. xij.

Distinctio. xiij.

Distinctio. xiiij.

Distinctio. xv.

Distinctio. xvj.

Distinctio. xvij.

Distinctio. xviij.

Distinctio. xix.

Distinctio. xx.

Distinctio. xxj.

Distinctio. xxij.

Distinctio. xxiij.

Distinctio. xxiiij.

Distinctio. xxv.

Distinctio. xxvj.

Distinctio. L.

FINIS

TABVLAE



EXIMII THEOLOGI ANTONII ANDREAE

ORDINIS MINORVM CONVENT.

EX ARAGONIAE PROVINCIA IN PRIMVM SENTENTIARVM.

Quæstiones subtilissimæ.

PRIMO QVAERITVR.

VTRVM HOMINI PRO STATV ISTO SIT NECESSARIVM aliquam Doctrinam specialem supernaturaliter inspirari, ad quam uidelicet non possit attingere lumine naturali intellectus.

Hoc idem quæsitum mouet Scotus in prologo primi sent.q.1.

D.Thomas prima parte summę.q.1.Artic.1. *Ricardus primo sent.q.1.prologi.* *Franciscus de Mayronis in prologo primi sent. q.1.* *Ioannes Bacconitanus primo sent.q.21.*

Quæstio prima.



Triplicem statũ ponit Scotus in 14. q. quolib.

IRCA prologũ primi sententiarum libri Quæritur primo, Vtrum homini pro statu isto sit necessarium aliquam doctrinam supernaturaliter inspirari, ad quam non possit naturali lumine intellectus attingere.

PROBATVR, quòd non. Potentia potest habere actum suum circa quodcunq; per se contentum sub suo per se primo obiecto, obiectum per se, & adæquatum, & naturaliter intellectus, est ens, ergo. Quodcunque ens intelligere potest natura liter, & per consequens non ens, si sit tale intelligibile, quia negationes intelliguntur per affirmationes, Maior istius rationis patet, per inductionem de uisu, & de omnibus potentiis sensitiuis; quia possunt sentire omnia possibilia contenta sub suis primis obiectis, ut uisus circa omne uisibile, & sic de aliis.

4.Met. cõtex. 2.& 16.& secũdo przme nias ad finẽ.

Patet etiam per rationem, quia superius includitur in suo inferiori, ergo si non potest habere actum circa omne, quod per se continetur sub formali ratione sui primi obiecti, sequitur, quòd illud non est primum obiectum, & adæquatum illius potentiæ, sed excedebat potentiam; Minor patet, per Auicen. ubi dicit, quòd ens, & res prima impressione imprimuntur in anima, nec possunt manifestari ex aliis. 1.Met. cap.5.

Item sensus naturali uirtute potest habere actum suum circa omne sensibile, ergo & intellectus circa omne intelligibile, consequentia probatur, quia natura non deficit in necessariis tertio de Anima, & si non deficit in potentiis inferioribus, multo minus in superioribus. tex.45.

Item si intellectus non potest consequi suum propositum proprium, & ultimum finẽ sua propria uirtute; sed indiget aliquo adintorto supernaturali, hoc est, quia est sibi improportionatus, ergo oportet, quòd proportionetur per aliquod naturale, & tunc pari ratione, de se fuisset sibi proportionatus. Vel igitur fiet sibi proportionatus per aliquod supernaturale, & tunc illi supernaturali erit improportionatus, & tunc oportebit, quòd per aliud sibi proportionetur, & ita procederetur in infinitum, quod non potest fieri, secundo met. uel stabitur in primo, quòd tex.5.

 scilicet

ſcilicet intellectus de ſe erit proportionatus ſibi.

2. Thim. ca. 3. in fine.

CONTRA. Apoſtolus dicit; Omnis doctrina diuinitus inſpirata, utilis eſt ad arguendum. &c.

Opinio Ariſt. & ſequaciũ.

In iſta quæſtione non concordant Philoſophi, & Theologi, dicit enim Philoſophus, quòd intellectus poteſt naturaliter acquirere omnem ſcientiam ſibi neceſſariam ad cõſequendum ſuũ ultimum finem, quod probatur per illud tertio de Anima: Intellectus agens eſt, quo eſt omnia facere, & poſsibilis, quo eſt omnia fieri.

tex. 18. & 9. met. tex. 10. & inde.

Ex quo arguitur ſic:

ACTIVO, & paſsiuo, ſufficienter diſpoſitis, & approximatis, & non impeditis, neceſſariò ſequitur actio, ſed intellectus agens, & poſsibilis ſunt huiuſmodi, reſpectu cuiuſcunque intelligibilis. Maior patet, quia ea talibus dependet actio, ea ſe naturaliter tanquam ea immediata, & ſufficienti cauſa: minor patet ea dicta auctoritate.

Vide Scotum in 1. d. 8. q. 3. & clarius in 4. diſt. 10. q. 8. & 45. q. 1. & in quol. q. 6. 13. & 14.

Item omni potentiæ paſsiuæ naturali correſpondet actiuum naturale, alias talis potentia paſſiua eſſet fruſtra in natura, ſed intellectus poſsibilis eſt naturale paſsiuum, reſpectu omnis intellectionis, cuius ratio eſt, quia per omnem intellectionem perficitur.

primo de cœlo & mundo contra Platonem. & 3. de Anima. tex. 18.

tex. 2.

Item 6. Met. Habitus ſpeculatiui eſſe non poſſunt niſi, metaphiſicus, & mathematicus, quia ſufficienter iſti conſiderant de omni ente in ſe, & in ſuis partibus, ſed omnes poſſunt naturaliter acquiri, ergo &c.

Item potens naturaliter cognoſcere principia, poteſt naturaliter cognoſcere concluſiones contentas in eis, ſed prima principia cognoſcuntur naturaliter, & in eis continentur omnes concluſiones ſcibiles, ergo Maior patet, quia cognitio concluſionis dependet ea principiis primo Poſt. & termini ſunt ſicut ianua in domo, quã nullus ignorat. 2. Metaphiſicæ. Patet etiam, quãtum ad ſecundã partem, quia termini primorum principiorum ſunt communisſimi.

2. Met. tex. 3.

Quõ Deus ſit finis. uide Scotum in 4. di. 49. q. 8.

CONTRA. Agenti cognoſcenti propter finem, cuiuſmodi eſt homo, eſt neceſſaria diſtincta cognitio illius finis: ſed finis hominis eſt Deus, cuius diſtincta cognitio haberi non poteſt naturaliter, ergo. Maior patet, Quia talis agens, agit ea appetitu finis, ſed nihil poteſt appeti niſi præcognitum; & quod homo ſit tale agens patet, 2. phyſic. Minor, patet 2. Metaphiſicæ, ubi dicitur, qđ intellectus ſe habet ad manifeſtisſima in natura, ſicut oculus noctuæ ad lucem ſolis.

tex. 49. 61. & 73.

tex. 1.

Sed inſtatur contra iſtam rationem, ſic: Omnis natura creata dependet à qualibet per ſe cauſa, ergo natura hominis eſſentialiter depẽdet ſic à ſuo fine, qui ſcilicet eſt una de per ſe cauſis ipſius naturæ 2. phyſi. ergo per naturam hominis, quæ naturaliter eſt cognoſcibilis, cum non ſit improportionata noſtro intellectui, poterit naturaliter cognoſci ſuus ultimus finis, qui eſt Deus, ſaltem cognitione, quia, & forte cognitione quidditatiua, quia qui poteſt cognoſcere fundamentum, poteſt cognoſcere fundamenti reſpectum in illo; & per conſequens poſſunt cognoſci termini illius reſpectus, & eodem genere cognitionis.

tex. 59.

Quõ demonſtratio, quia præſupponat cognitionem cauſæ.

Et ſi dicatur, quia non ualet niſi de fine naturali, qui eſt una de per ſe cauſa.

CONTRA. Non minus, imo magis dependet effectus à fine ſupernaturali, quàm naturali, ergo ſi per dependentiam cognoſceretur, magis cognoſceretur finis ſupernaturalis, quàm naturalis.

Item, homo naturaliter appetit beatitudinem, ergo naturaliter ordinatur ad ipſam, ergo ea tali ordine poterit naturaliter deuenire in cognitionem illius.

Item eſt naturaliter cognoſcibile, quòd ens eſt primum obiectum naturale intellectus noſtri ſecundum Auic. ubi ſupra, & ſimpliciter cognoſcibile, quod optimũ ſub primo obiecto eſt finis potentiæ, quia ibi potentia quieſcit ea decimo Ethicorum, & naturaliter eſt cognoſcibile, quod eſt diuinum optimum in toto ente, ergo naturaliter eſt cognoſcibile, quòd homo ſecundum intellectum ordinatur ad Deum, tanquã ad ſuum ultimum finem, & perfectum, ergo. &c.

1. Met. cap. 5. cap. 4.

AD PRIMVM iſtorum dico, quòd obiectio procedit de fine, qui eſt cauſa finalis, & non de fine, qui per operationem attingitur, cuiuſmodi eſt Deus reſpectu intellectus creati, ut ipſum beatificat.

Qualiter De' dupliciter poſſit dici finis hominis.

Dico etiam, quòd intellectus noſter, non eſt nobis naturaliter cognoſcibilis, ut eſt capax gratiæ, & gloriæ. Et ideo talis reſpectus, qui in ipſo fundatur non poteſt à nobis naturaliter cognoſci, Nec etiam cognoſcitur anima noſtra naturaliter à nobis pro ſtatu iſto, niſi ſub ratione communi, & generali abſtracta, uel abſtrahibili à ſenſibus.

Nulla natura pro ſtatu iſto cognoſci põt ſub propria ratione.

Ad ſecundum dico, quòd iſte talis ordo, quo homo tendit in Deum, ut in ſuum finem beatificum fundatur in homine ſecundum propriam rationem, & propriisſimam, ſecundum quam rationem non eſt à nobis naturaliter cognoſcibilis in uia, ut infra ſuo loco patebit.

Ad tertium dico, Quòd licet ens ſit primum obiectum & naturale intellectus noſtri primitate adæquationis: Nam quicquid intelligitur eſt ens, uel formaliter, uel uirtualiter; nõ tamen id quod mouet intellectum naturaliter coniunctum, eſt ratio entis formaliter, ſed quidditas rei ſenſibilis ſicut infra dicetur. Non ergo eſt naturaliter cognoſcibile, quod ens ſecundum totam ſuam communitatem, prout ſe extendit ad ſenſibilia, & inſenſibilia ſit naturale obiectum intellectus coniuncti. Auicen. tamen hic errauit, poſuit enim 9. Metaphiſicæ, quòd anima ſeparata ex ſuis propriis naturalibus, perfectè, & diſtinctè cognoſcit ſubſtantias ſeparatas, quod tamen falsũ eſt.

Vide Scotũ in primo diſtin. 3. q. 4.

9. met. c. 7. Quòd Aĩa ſeparata nõ poſſit cognoſcere Deum ſub propria ratione, uide Scotũ in 14. q. quolib. tex. 2.

ITEM contra opinionem philoſophorum arguitur ſecundo: Cognitio ſubſtantiarũ ſeparatarũ eſt nobilisſima 6. Met. qa circa nobilisſimũ genus entis, ergo eſt nobis maximè neceſſaria, qa maximè perficit intellectũ, ex quo eſt nobilisſima, & magis cognitio earum proprietatum, quã cõitatum,

tatum, in quibus conueniunt cum sensibilibus, sed illæ proprietates sunt nobis naturaliter ignotę, cognitione propter quid; & cognitione quia, Cognitione pp quid, quia tali cognitione nõ cognoscütur nisi propriæ substantiæ, ipsæ aũt substantiæ naturaliter sunt nobis ignotæ, saltẽ perfecta, & distincta notitia, quia intellectus noster se habet ad ipsa, sicut oculus noctuæ &c. 2. Metaphisicæ. Cognitione quia, s. per effectus naturaliter cognosci non possunt, quia nullus effectus causatur ab eis, maxime secundum aliquas de illis proprietatibus. Nam prima proprietas primæ substãtiæ est, quòd sit in tribus suppositis, sed ut sic nihil causat, sed ut unus causat, & ideo effectus potius ducit in oppositã notitiã, & si secundum aliquas proprietates aliquid causaret, tñ nõ possunt naturaliter cognosci per illos effectus. Nam philosophus per effectus argueret, Deũ omnia produxisse ab æterno, & non contingenter, sed ex necessitate naturæ, & arguit eas intelligentias esse perpetuas, & necessarias, & multa talia, quæ omnia sunt falsa. ergo.

Vide Scotũ in 2. dist. 3. q. 6.

tex. 1.

Amplius de his uide 8. di. 1. q. 5. & 7. q. quolib.

Cõtra istam rationem arguitur ab Hẽrico in sua sũma.

INSTATUR contra istam rationem primo sic: Omnes propositiones necessariæ, quarum termini naturaliter cognoscũtur possunt naturaliter cognosci, sed omnes propositiones reuelatæ spectãtes ad diuinitatem, sunt huiusmodi, puta Deum esse Trinum, ergo. &c. Maior probatur; Nam, uel est immediata, & tunc cognoscitur cognitis terminis primo Post. & ita erit per se nõta naturaliter; uel est mediata, & tunc cum extrema, ut dictũ est, naturaliter cognoscantur, cognoscentur & ipsa media naturaliter, & ita cõiungendo medium cum extremo, uel habebo immediatam, & tunc per ipsam cognoscam omnes alias, uel mediatã, & tunc faciam sicut prius, donec ueniam ad immediatam, per quam cognoscam omnes alias. Minor etiam patet, quia ista: Deus est Trinus. est propositio necessaria, & termini sunt naturaliter cognoscibiles, nam Deus naturaliter cognoscitur. 8. Phys. & 12. Metaphisicæ, & etiam iste alius terminus, Trinus, naturaliter cognoscitur, puta in numeris, & ita naturaliter poterit coniungi, & complecti.

tex. 6.

tex. 34. & 12. Met. 29. iste terminus trinus cognoscitur in numeris.

AD istud dico, quòd cognitis naturaliter extremis perfectè, & completè, quantum ad omnes rationes tam essentiales, quàm particulares in eis contentas, & tunc naturaliter cognoscuntur omnia media inter illa extrema, & naturaliter poterunt attribui illis extremis omnia sibi cõpossibilia, uel attribuibiliã, per illas rationes, & per illa media, sed in proposito non est sic. Nam ratio illa, per quam hoc prædicatum, Trinus, attribuitur Deo, est sibi quædam particularis ratio, quæ non continetur essentialiter sub eo, prout naturaliter cognoscitur. 8. Physic. & 12. Metaph. & ideo non naturaliter cognoscitur in Deo illa particularis ratio, quæ est medium ad cognoscendam Trinitatem de Deo. Exemplum: homo naturaliter cognoscitur, & albũ naturaliter cognoscitur, & tamen non naturaliter cognoscitur ista complexio: homo est albus, propter quod nõ naturaliter cognoscerem istam particularem rationem in homine, propter quam inest sibi albedo: quæ quidem, quia non est homini essentialis, non statim cognoscitur cognito homine, quantum ad omnia sua essentialia, potest etiam cognosci cognitione, quia, per sensum, sed hoc non habet locum in Trinitate. ergo &c.

8. phys. contex. 34. & 12. Met. contex. 29.

Pulchrũ exẽplum.

Dubium.

RESPONDEO igitur ad quæstionẽ, ad cuius intellectum præmitto istam distinctionem; quod passiuum, quandoque se habet in potentia naturali, quandoque in potentia uiolenta; quandoq; in potentia neutra, & qñq; in potentia supernaturali uel obedientiali. Et dico, quòd potẽtia naturalis, & uiolenta, & neutra sumitur præcisè, & formaliter per comparationem ad formam, supernaturalis autem, siue obedientialis per comparationem ad agens; & hoc primo declaro sic:

Passiuũ accipitur trib. modis.

Vide in 4. di. 43. q. 4.

Illa enim est potentia naturalis, per quam aliquid naturaliter inclinatur ad formam sibi naturalem, ut graue ad ubi deorsum, & ista eadem est uiolenta per comparationem ad sursum, quæ est forma opposita ei, ad quam naturaliter inclinatur. Tunc est potentia neutra quando non inclinatur magis ad unam formam, quàm ad eius oppositam, ut corpus respectu albedinis, & nigredinis. Illa autem est potentia supernaturalis, uel obedientialis, per quam potest ab agente supernaturali supernaturaliter transmutari respectu alicuius formæ, ut animæ respectu gratiæ. Et quod naturale, & uiolentum sumantur præcisè per comparationem passiui ad formam, & non ad agens probo sic:

Quæ sit potẽtia naturalis.

Quæ sit potẽtia obedientialis.

Illa est sufficiens causa alicuius effectus, qua posita, & omni alio circumscripto, sequitur effectus, & quo circumscripto, & omni alio posito non sequitur effectus, sed ita est in proposito, ergo. Maior est per se nota: minor declaratur; Nam posita habitudine grauis ad ubi deorsum, & remoto agente, & omni alio de mundo, statim habetur in graui respectu illius ubi potentia naturalis, & hac habitudine remota, quantumcunque ponatur habitudo ipsius grauis ad agens, nunquã tamen habetur in ipso potentia naturalis sicut patet. & ita est de uiolenta.

Et si dicas, quòd sufficit in passiuo respectu agentis tantum, quid potest potentia naturalis solum, quòd potest naturaliter pati ab eo.

Dico, quòd nisi per illam potentiam inducatur in passiuo aliqua forma, puta passio ipsa, uel aliquid tale, nunquam aliter sufficit, & ita patet, quòd nunquam circumscribitur habitudo ad formam, licet simul cum ipsa possit superuenire habitudo ad agens. Et simile iudicium est de uiolento, & neutro: sicut patet; Quod autem potentia supernaturalis, siue obedientialis sumatur per comparationem ad agens, patet à simili. Nam stante habitudine passiui ad agens, & omni alio circumscripto, si illud passiuum possit ab illo agente naturaliter transmutari, dicitur in potentia naturali respectu eius: si potest transmutari, supernaturaliter dicitur in potentia supernaturali siue obedientiali.

Dubium.

Sed hic est dubium, quia nullomodo uidetur excludi hæc habitudo à forma, quã scilicet illud agens, potest dare illi passiuo, uel modo naturali, uel modo supernaturali, & ita uidetur, ꝙ potentia supernaturalis in passo nõ sumatur præcisè ex habitudine eius ad agens omni alio circumscripto.

Materia est ĩ potentia obedĩẽtiali respectu Dei.

Dico, quòd immo patet expressè, quãdo Deus anihilaret materiã, uel aliquid tale, nã patet quod materia est in potẽtia obediẽtiali respectu Dei ad anihilationem, per quam tamen anihilationẽ nulla formam recipit.

An forma possit esse in passo sine agente.

Item totum hoc probatur sic: Nam licet quantum ad induci nulla forma possit esse in passo sine agente, tamen quantum ad permanere forma naturalis, & uiolenta, & neutra, potest esse in passo, omni agẽte naturali circumscripto, sed forma supernaturalis, nec quantum ad induci, nec quantum ad permanere potest esse sine agente supernaturali, ergo potẽtia naturalis, & uiolẽta, & neutra sumitur per comparationem ad formam, supernaturalis uero per comparationem ad agens.

Omnis intellectio est forma quædam.

Tunc ad propositum dico, quòd cum omnia intellectio sit forma quædam per comparationes ad intellectum, nulla dicetur intellectui supernaturalis, cum supernaturale, ut probatũ est, non sumatur per comparationẽ ad formam, Immo cum omnis intellectio sit forma, naturaliter perficiet intellectum, quantum est de se, ideo respectu eius intellectus semper erit in potentia naturali & non in potẽtia uiolenta, nec neutra, tamẽ respectu agentis illa sola diceretur sibi naturalis, quam causat in eo intellectus agens, qui est suum naturale actiuum, & quia intellectus agens non est sine phantasmate. 3. de Anima, & omne phantasiatum est sensibile, ideo sola cognitio sensibilium est naturalis per comparationem ad agens, & nullum insensibile potest naturaliter cognosci nisi arguitiuè per effectus sensibiles, & quia Deus, ut Trinus, non est quid sensibile, nec ut sic aliquid causat, ideo nunquam potest à nobis hoc naturaliter cognosci. Et quia hæc cognitio scilicet Dei Trini, & aliorum articulorũ fidei est nobis necessaria ad salutem, ideo nobis necessarium fuit aliquam doctrinã infundi supernaturaliter, per quam cognosceremus ista, quæ naturali cognoscere non poteramus.

contex. 30.

Deus cognoscitur arguitiue.

Cognitio Dei Trini, & aliorum Articulorum fidei, est nobis necessaria ad salutem.

PRIMA ratio superius facta, quę est cõtra opinionem philosophorum, est pro ista opinione. Confirmatur per Augustinum dicentem sic. Philosophi nescientes ad quem finem essent ista referenda, falsa locuti sunt. Ecce ergo præcognitio finis est necessaria agenti propter finem, quod dicebat ratio prima.

De ciuit. Dei lib. 18. ca. 41.

a. de ciuit. Dei. cap. 3.

Secunda ratio facta ad idem confirmatur per Augustinum, ubi sic ait: ea quę sunt remota à sensibus nostris, quæ quandoque testimonio nostro scire non possumus, aliorum testimonio requirimus. Ecce ergo quòd cognitio substantiarum separatarum est nobis necessaria, quod dicebat nobis ratio secunda. & quia ipsam naturaliter habere non possumus, aliorum testimonium habere debemus, quod est principale quæsitum.

Ad Solutionem rationum in oppositum.

9. de trinit. cap. ultimo

AD PRIMAM propositionẽ Arist. Dico, quòd secundum August. Notitia paritur à cognoscẽte, & cognito, ergo intellectus agens, & possibilis, nõ sufficiunt sine obiecto, Omne autẽ obiectum non est phantasiabile, sunt autem agens, & possibilis, quo est omnia facere, & oĩa fieri, sed ut eis partialiter actio cõpetit, & maximè agenti. ergo.

Ad secundũ dico, quòd maior est falsa; nã corpus humanum sufficienter dispositũ organizatũ est in potentia naturali, ad recipiẽdũ animã intellectiuã, & tñ nulla naturalis potẽtia actiua põt eã producere. Põt tñ naturale actiuum introducere debitã dispositionẽ, & tunc agẽs primũ, quod dici põt naturale in quantũ est principium totius coordinationis entis introducit formã illam; Nec ex hoc naturalis potentia passiua redditur minus digna, sed magis, quia. s. est capax pfectioris formæ, quã naturale agẽs, possit sibi dare; non ergo potentia passiua, est frustra, si põt recipere perfectiorẽ formã, quã agens naturale possit sibi dare; immo ex hoc est magis nobilis. Veruntñ potẽtia actiua organica erit otiosa, si nõ haberet organa, p quæ posset exercere debitos actus, secũdũ qđ dicitur secundo de cœlo, quod si natura dedisset stellis potentiam ambulandi, dedisset sibi pedes.

contex. 59.

Ad tertiũ sic rñdet D. Tho. in 1. par. q. 1. arti. 1. Qđ diuersa rõ cognoscendi, diuersitatẽ scientiarũ inducit. Nã eandẽ conclusionẽ demõstrat Astrologus, & Naturalis. Ille tñ p medium mathematicũ à materia abstractum, & iste p mediũ naturale circa materiã cõsideratũ, puta qđ terra sit rotunda, unde nihil prohibet de eisdem, de quibus philosophicæ disciplinæ tractant in lumine naturali, esse Theologicum in lumine reuelato. CONTRA. si de eisdẽ scibilib. de qbus est Theologia, pñt esse aliæ sciẽtiæ naturales, Theologia nõ erit simpliciter necessaria. cõsequẽs est absurdũ, cõsequentia probatur p exẽplum suum. Nã posito qđ scire terrã esse rotundã sit necessariũ ad salutem, si ergo hoc scire per medium naturale sufficere mihi, nec obstat, quòd scirem per aliud medium.

1. post. contex. 43.

Exemplũ. D. Thomæ.

DICO ergo ad argumẽtum, qđ & si sciẽtiæ acquisitæ humanitus tractãt de oĩ scibili, nõ tñ quantum ad omnia cognoscibilia de eis, habent enim substãtiæ separatæ quasdam proprietates, quæ naturaliter inuestigari nõ pñt, & de talib. est Theologia in lumine fidei.

Ad quartũ dico, qđ secunda pars maioris est falsa. Ad probationẽ dico, qđ cõissimus termin⁹, qui est, ens nõ cõtinet formaliter nec uirtualiter oĩa, quia nõ passiones entis, nec ultimas differentias, sicut ĩfra patebit, ergo p cõissimos terminos primorũ pincipiorũ nõ possũ naturaliter cognoscere illas cõclusiones in quibus aliqua particularis passio p̃dicatur, puta Deum esse incarnatũ, & hmõi. Dico ergo, quòd prima principia licet possint naturaliter concludere de inferioribus passiones cõmunes, non tamen particulares: Exemplum per hoc principium. Omne totum, &c. põt natu-

Exemplum.

naturaliter cognosci, quòd quaternarius est maior binario, sed nõ potest per hoc cognosci, quòd se habeat in dupla proportione ad binarium.

Obiectũ duplex. aliud naturale, quod à potẽtia naturaliter attingitur, ut color à uisiua, Aliud uolũtarium, q̃ attingitur à potẽtia secũdũ beneplacitũ ipsius, & tale obiectũ uolũtariũ est Deus in 1. distin. 5. q. 3. & in quolib. q. 54. & alibi.

AD PRIMVM principale dico, quòd ens non est naturale obiectum intellectus pro statu isto, quod sit à nostro intellectu totum naturaliter attingibile, sed q̃a ad ipsum noster itellectus naturaliter ordinatur & etiam primitate adæquationis, sicut dictum est supra, & hoc modo debet exponi Auicenna. Hoc autem dicetur plenius in 3. distin. ubi ostendetur, quid est naturale obiectum intellectus.

Ad secundum dico, ut patuit supra, accidit, quòd intellectus possibilis sit capax maioris perfectionis, quàm primum naturale actiuum possit sibi dare.

Ad tertium dico, quòd intellectus noster naturaliter sicut est improportionatus cõclusionibus theologicis, ita lumini fidei, uel lumini gloriæ: sed quantum ad potentiam obedientialem, in qua est respectu Dei est proportionatus lumini fidei, & lumini gloriæ, &, ipsis mediantibus, est proportionatus conclusionibus theologicis reuelatis, ergo &c.

DE SVFFICIENTIA, ET VTILItate sacræ Scripturę.

Vtrum cognitio supernaturalis necessaria Viatori tradita sit sufficienter in sacra scriptura.

Scotus in prologo primi sent. q. 2.
D. Thomas prima parte summę q. 1. Artic. 1.
Durandus q. 3. prologi primi sent.
Ioannes Bacconitanus. q. 2. prologi primi sent.

Quæstio secunda.

Quæstio breuis, & facilis.

QVęritur, utrum cognitio supernaturalis necessaria uiatori, sit sufficienter tradita in sacra scriptura, & arguitur quòd non, COGNITIO necessaria uiatori, nunquã defecit generi humano, sed in lege naturę non erat sacra scriptura, ergo ex ipsa non habetur talis cognitio.

Præterea, In sacra scriptura uidentur esse multa superflua, scilicet historiæ, & cerimoniæ, & huiusmodi, quæ potius offuscant intellectum, ne intelligat, quæ necessaria sunt intelligere. ergo.

Præterea, Multa sunt peccata, de quibus non habetur certitudinaliter in sacra scriptura, utrum sint peccata. ergo.

11. de Ciuit. Dei. cap. 3.

IN CONTRARIVM est Augustinus loquens de scriptura catholica, ait: Hic fidem habemus de iis rebus, quas ignorare non expedit. ergo.

De multiplici Hæresi dãnãte sacram Scripturam.

CIRCA istam quæstionem, esset primo uidendum de multiplici hęresi damnante sacram scripturam, sicut patet in libris Augustini, & Damasceni, de hęresibus. Quidam enim de sacra scriptura, nihil recipiunt. Quidam aliquid, sed nihil de ueteri testamẽto, ut Manichei, dicentes: Vetus testamentum esse à malo principio. Quidã tenẽt uetus testamentum, ut Iudei. Quidam aliquid utriusque, sicut Saraceni. Quidam aliquod dictum in nouo testamento, male intelligendo, sicut aliqui hæretici, ut, uerbi gratia, Illud Iacobi: Confitemini alterutrum peccata uestra, ubi est error circa sacramentum pœnitentię. Nam dicunt hoc posse fieri cuicunque nõ sacerdoti, qđ est falsum.

cap. quinto. Quõ intelligatur illa authoritas Iacobi, uiđ Scotum in 4. distι. 17. q. unica.

Contra omnes istas hęreses, sunt octo uię concludendi contra eas rationabiliter, scilicet:

Mediorum efficacia notabilis hæresis reprobanda.

Pronunciatio Prophetica. Scripturarum concordia.
Authoritas scribentium diligentissima.
Rationabilitas contentorum in ipsa sacra scriptura.
Rationabilitas contentorum singulorum errorum.
Ecclesię sanctæ stabilitas
Diligentia recipientium, & miraculorum claritas.

De his omnibus, uide in Scoto, quibus uisis clare habetur contra omnes istos hęreticos, quòd scriptura catholica est tota uerissima.

Vide Scotum in 2.

Sed secundo uidendum est, Vtrum sit necessaria, & sufficiens uiatori ad consequendum finem suum, siue sufficienter tradita. Dico igitur, quòd sic sine dubio; Nam in ipsa clarissimè traduntur ea, quæ sunt necessaria, & sufficientia ad finem ultimum consequendum, scilicet decem præcepta præcipuè. si uis, inquit, ad uitam ingredi serua mãdata, de quibus etiam habetur Exodi. Horum etiã explicatio, siue declaratio quantum ad credenda, & quantum ad operanda habetur in diuersis locis sacræ scripturæ noui, & ueteris testamenti; Notitia etiam, & proprietates substantiarum immaterialium in ipsa traduntur, quãtum est possibile, & utile uiatori. Traditur etiam in ipsa quid sit iste finis, etiam quantum ad omnes circunstantias eius, puta quando habebitur ab homine immortali, post resurrectionem in anima, & corpore simul.

Matth. 19. Exod. 20. & 28.

Ad Argumenta in oppositum.

AD primum, concedo maiorem. Ad minorem dico, quòd licet in lege naturæ non esset sacra scriptura tamen talis cognitio potuit esse aliter tradita. Nam modica doctrina inspirata sufficiebat eis quomodocunque.

Ad secundum dico, quòd illa non sunt superflua, & quando dicitur, quod uidentur offuscare intellectum dico, quòd quia dulcius capitur, quod sub aliqua sententia literali latet, quàm si esset dictum expresse, ideo ad deuotionem, illa, quæ de se sunt manifesta, sæpius sub figura uelantur.

Ad tertium dico secundum Origenem. Nulla sententia clarè explicat omnia scienda in illa, sed tantum illa, ex quibus possunt sufficienter elici talia, nam multæ uirtutes necessariæ non explicãtur in sacra scriptura, & si uirtualiter contineantur in illa.

In homilia.

Et si dicatur: multa sunt dubia in actibus humanis, utrum sint peccata mortalia, etiam, suppositus omnibus doctrinis catholicis.

Respondeo: uia salutis non est dubia, quia à talibus debet homo cauere, tãquam à peccatis periculosissimis, nec exponere se periculo ullo mõ.

VTRVM THEOLOGIA SIT DE Deo, ut de subiecto primo.

Seraphicus Bona. primo sent. q. 1. prologi Arti. 1.
Alexander Alensis prima parte summæ. q. 1. mēb. 3.
Scotus primo sent. q. 3. prologi.
D. Thomas prima parte summæ q. 1. Artic. 7.
Ricardus primo sent. q. 6. prologi.
Durandus primo sent. q. 5. prologi.
Ioannes Bacconitanus in prologo primi sent. q. 3.

Quæstio Tertia.

An Deus sub ratione deitatis sit subiectum Theologiæ, ly Deus stat pro parte materiali, ly sub ratione deitatis stat sub rõne formali.

QVæritur, utrum Theologia sit de Deo tã quam de primo obiecto, uel subiecto. QVOD non. Quia non est de aliquo subiecto, ergo non est de Deo, consequentia patet. Antecedēs probatur multipliciter, primo per Augustinum primo de Doctrina christiana: Omnis scriptura est de rebus, uel signis.

Item, Theologia habet quatuor sensus scilicet literalem, Tropologicum, Allegoricum, & Analogicum, ergo habet quatuor subiecta, illis correspondentia.

cap. 1. primo de tri. cap. 3. — Item Boetius: forma simplex subiectum esse non potest, Deus est forma simplex. ergo.

2. phys. contex. 70. — 2. phys. contex. 43. — Item secundo physicorum, Materia non coincidit, nec in idem numero, nec in idem specie, cum aliis causis, sed finis & efficiens, sed Deus est efficiens, & finis theologiæ, ergo non est subiectum.

context. 35. 42. & 43. — Item primo post. subiectum scientię debet habere partes, principia, & passiones, sed Deus non habet partes nec integrales, cum sit ens singulare, Non principia, cum sit primum principium, nnu habet passiones, quia in eo non potest esse accidens: passiones enim manant de numero accidentium, secundum Boetium, ergo &c.

8. de ciuita. — CONTRA. Augustinus: Theologia est sermo, uel ratio de Deo.

VTRVM THEOLOGIA SIT DE Deo sub aliqua ratione.

Seraphicus Bona. primo sent. q. 1. prologi Artic. 1.
Alexander Alensis prima parte summa. q. 1. mēb. 3.
Scotus primo sent. q. 1 laterali ipsius prologi.
D. Thomas prima parte summæ. q. 1. Artic. 7.
Ricardus primo sent. q. 6. prologi.
Durandus primo sent. q. 5. prologi.
Ioannes Bacconitanus primo sent. q. 3. prologi.

Quæstio prima lateralis.

CIrca hoc quero, utrum Deus sit ibi subiectũ, sub aliqua ratione speciali.

Glosa ipsius Casiodori super psalmi stam, repetita ibidem à Nicolao de Lyra in sua postilla. — QVOD sic, Hugo de sacramentis in principio uult, quòd opera restaurationis sint ibi subiectum, ergo Deus sub ratione redemptoris.

Item Cassiodorus uult, quòd. Christus sit ibi subiectum, ergo Deus in quantum incarnatus.

Item, Deus sub ratione absoluta, est subiectũ in Metaphisica, ergo non in Theologia. maior patet, quia alias non essent distinctę scientiæ, metaphisica, & Theologia. Antecedens probatur 6. met. uult enim phylosophus, quòd metaphisica sit scientia nobilissima, quia est circa nobilissimum genus, hoc autem est Deus sub ratione absoluta, & ppea appellatur ibi Theologia sciētia. tex. 6.

Item, cum sit nobilissima, esse debet de nobilissimo subiecto, sub nobilissima ratione, huiusmodi autem est ratio boni, quæ est ratio finis, quia finis & bonum idem sunt, tertio Met. Vnde Auicenna. 6. Met. dicit, quòd scientia, quæ est de causa finali, est nobilissima, ergo Deus est ibi subiectum sub ratione boni. tex. 3. 6. Met. c. ult.

CONTRA. Cognitio cõtracta alicuius subiecti ꝓsupponit cognitionem absolutam eiusdem, & illa est prior, & certior, ergo alia theologia esset de Deo, sub ratione absoluta, quæ esset prior, & certior ista, quod non datur.

Respondeo circa solutiones istarum quæstionum, Primo distinguam de Theologia in se, & in nobis, secundo assignabo rationem primi subiecti, tertio distinguam, de Theologia, quantum ad partes eius.

Theologia duplex est in se primo. & nobis secundo. — DE PRIMO dico, ꝙ Theologia in se est illa, quæ est nata haberi de subiecto eius ab intellectu proportionato sibi. Theologia uero in nobis est quæ nata est haberi de subiecto ab intellectu nostro. Exemplum: si aliquis intellectus nõ posset capere principia philosophiæ, & tamen posset credere isti intellectui, philosophica non erit scientia, sed fides, & tamen in se, est uera scientia, quia nata est habere euidentiam ex obiecto intellectui proportionato, & bene disposito. Theologia ergo in se, est quæ nata est haberi de Deo ab intellectu proportionato. Theologia uero in nobis est illa, quæ nata est haberi ab intellectu nostro.

De secundo dico, quòd ratio primi obiecti est esse adæquatum illi habitui, cuius est primũ obiectũ, pro ut hic accipitur, primitas accipitur nim pro adæquatione, & tunc dico, quòd primũ obiectum continet uirtualiter omnes ueritates illius habitus, cuius est primum obiectum.

QVOD probo sic: Obiectum primum est causa sui habitus, ergo obiectum primum est causa adæquata habitus, cuius est obiectum primum, cũ primitas recipiatur hic pro adæquatione, sed adæquata causa continet uirtualiter totum effectum, alias non esset adæquata, ergo obiectum primum cõtinet uirtualiter tutum habitum, idest omnes ueritates illius habitus, cuius est obiectũ, Exemplum: posito, quòd homo sit primum obiectum alicuius habitus, in quo habitu continentur per ordinem omnes istæ ueritates, siue conclusiones: homo est rationalis; homo est risibilis, homo est animal mansuetum, homo est bipes. Tunc certum est, quòd homo uirtualiter continet ista prædicata, ita tamen, quòd secundum mediante primo, & tertium mediante secundo, & quartum mediante tertio, & ita continet, quòd à nullo illorum dependet in continendo, sed illa ab ipso. Nã dato

dato per impossibile, quòd omnia illa amouerentur, & staret conceptus hominis, adhuc in eius cōceptu continerentur uirtualiter omnia illa.

CONTRA istum secundum articulum arguitur primo sic: Sicut se habet primum obiectum potentiæ ad potentiam, ita primum obiectum habitus ad habitum, sed primum obiectum potentiæ est aliquid commune ad omnia inferiora, quæ possunt mouere potentiam, sicut sensibile ad omnia sensibilia, ergo primum obiectum habitus nō consistit in continentia uirtuali; obiectum autē, ut dicis, scilicet quòd sit causa adæquata habitus, cuius est obiectum, sed est quid cōmune ad omnia inferiora.

Cōcordatio. D. Thomę cū Scoto, dicit D. Thom. q̄d principia sciētiæ continēt totā sciētiam uirtualiter. quēadmodū Metaphisica Cōtinetur in suis pricipiis. Scotus uero tenet, q̄d tota scīa contineatur ī suo subiecto, & iō nō quædā differētia inter istos. Vtraque opinio pōt sustineri hac data dist. Scientiā contineri duplicitet contingit, mediate, & immediate. totū subiectū immediate cōtinet totā scientiā, qm̄ per propriā passionē subiectū pōt pducere sciētiā, mediate uero scientia continetur in suis principiis, & iō D. Thom. dicit bn̄. & Scotus.

Item; & est quasi confirmatio, quia ita uidetur in exemplo. Nam obiectum metaphisicæ ponitur ens, quod est, quid commune ad omnia, quæ tractantur in metaphisica.

AD PRIMVM istorū dico, q̄ nō est simile, Nā obiectū se hēt ad potētiā in rōne mouētis ad motū, siue agētis ad passum; & ideo quodlibet particulare contētum sub uniuersali obiecto pōt mouere illam potentiam, & quamlibet aliam, eiusdem rationis, quodlibet enim particulare uisibile potest mouere omnem potētiam uisiuam, sed obiectum se habet ad habitum in proportione causæ ad effectum. Non autem quodlibet, in quo est ratio talis causæ, potest causare eundem effectum, Nam non sequitur, quòd si magis calidum potest generare ignem in ligno, quod paruum calidum hoc potest, Plus enim requiritur ad posse causare, quam ad posse mouere, sicut patet. Et ideo primum obiectum intellectus debet assignari secundum continentiam uirtualem, & non secundum communitatem, sicut primum obiectum potentię.

AD secundum dico, quòd accidit obiecto primo habitus, quòd sit quid commune communitate prædicationis, sed sufficit communitas applicationis, sed per se requiritur in eo, quòd sit uirtualiter continens. Nam ut dicetur inferius in eadem quæstione; Essentia diuina, ut singularissima, est primum obiectum Theologiæ.

DE tertio dico, quòd aliquæ ueritates theologicæ sunt necessariæ, ut Deus est trinus, & unus, & huiusmodi omnes, quæ sunt per respectum ad intra. Aliquæ sunt contingentes, ut Deus creat, filius est incarnatus, & omnes quæ sunt per respectum ad extra, & patet, quod istæ sunt Theologicæ, quia ad nullam aliam scientiam pertinent.

Sunt ergo duæ partes integrales theologiæ, scilicet ueritates necessariæ, & contingentes.

His præmissis, ad primam quæstionem loquendo de Theologia in se, & secundum distinctionem datam in primo articulo, & quantum ad ueritates secundum distinctionem datam in tertio articulo, Dico, quòd primum, & adæquatum subiectum eius, Deus est, quod probo sic:

PRIMVM obiectū habitus cōtinet oēs ueritates illius habitus, sed nihil cōtinet oēs ueritates illarū propositionum necessariarum, nisi Deus. ergo, Maior patet ex secundo articulo, minor probatur. Nam nihil continet eas, ut causa, quia diuina non habent causam, nec aliquid continet eas, ut effectus demostratione quia, nullus enim effectus ducit in cognitionem istius, quòd Deus est trinus, & unus. ergo.

Diuina nō habent causam.

Item: Theologia talis est de obiecto soli intellectui diuino naturaliter cognito, sed solus Deus est intellectui diuino naturaliter notus, ergo est de Deo. Maior probatur. Nam cum intellectus Dei sit infinitus, est naturaliter plurium cognoscitiuus, quàm aliquis alius, igitur, si Theologia non est de obiecto soli Deo naturaliter noto, nō erit nobilissima, & prima. Maior probatur, quia omne aliud à Deo est finitum, & per consequens pōt esse naturaliter notum ab intellectu finito.

Item: in nulla scientia perfecta notia traditur, ita de non per se subiecto eius, sicut de per se subiecto eius. Cum ergo metaphisica sit de Deo, si Theologia non est de Deo, perfectior notitia habebitur de Deo in metaphisica, quàm in Theologia, quod est falsum.

Sic dico, quòd Theologia uerè considerata, quantum ad aliam eius partem integralem, scilicet quantum ad ueritates contingentes est de Deo, ut de primo obiecto: quia idem & sub eadem ratione est obiectum habitus, quantum ad omnes partes eius integrales. Non autem obiectum primum continet eodem modo ueritates contingentes, & necessarias sui habitus, quia necessarias continet determinatè, sed ad contingentes, & ad suas oppositas, indifferenter se habet.

Est autem sciendum, quòd in contingentibus ueritatibus Theologicis est ordo. Nam quædam pertinent ad totam trinitatem, & in illis est ordo. Nam ista est prima: Deus creat. secunda: Deus conseruat. tertia: Deus gubernat, et ita de aliis. Quædam uero pertinent ad personam uerbi, quarum prima est: Verbum est incarnatum, Nam natura humana in uerbo est quasi prima passio, qua mediante insunt aliæ, Vt, uerbum est natum, & ita de aliis.

In contingētibus ueritatibus est ordo. quę sit prima propositio inter oēs propositiones cōtingētes, pro hoc uide lichetū, ubi dicit q̄d nulla est absolutè prima. Sed in rei ueritate ista est prima cōtingēs, ad quam pendent oēs alię. De' uult aliud à se.

RESPONDEO ad quæstionem secundam. Ad cuius intellectum pono exemplum: Homo intelligitur, ut rationalis, ut substantia, ut risibilis, & ut nobilissimum animalium; sed certū est, quòd cognoscere hominem, ut substantia, est imperfecta cognitio, & communis, quia sub conceptu cōmuni, & confusè. Cognoscere etiam hominem, ut est risibilis, est etiā imperfecta cognitio, quia per accidens; Cognoscere etiam eum, ut nobilissimum animalium, est etiam imperfecta, quia respectu alterius respectiui cognitio præsupponit cognitionem absolute. Cognoscere autem eum, ut rationalem, est cognitio perfecta, & quidditatiua, & propria.

Nota hos intelligibiū gradus pluribus applicādos in doctrina Aristo. & Auerrois.

Ita igitur in proposito, aliqui ponunt Deum esse subiectum sub ratione, quasi communi, quia sub ratione entis infiniti.

Opinio Hērici in sua summa & in 12. quolib. q. 1.

Alii sub ratione, quasi accidentali, quia sub ratione attributali, quæ licet transeat in identitatē essen-

Opinio Guilielmi, Varr. 1. li. in prol.

essentiæ propter infinitatem ipsius essentiæ, tamen de sui formali ratione, est quasi passio essentiæ, secundum Damascenum.

Opinio Egidii quol. 3. q. 5.

Alii sub ratione respectiua, quia sub ratione redemptoris, uel glorificatoris, uel aliquid tale; Alii sub ratione propriæ essentię.

CONTRA istas igitur opiniones tres arguo. Cõtra primam sic: conceptus de Deo sub ratione entis infiniti, potest esse nobis naturaliter notus, sed Theologia est de subiecto soli Deo naturaliter noto, ut probatur in solutione primæ quęstionis, ergo.

Item conceptus Dei sub ratione infiniti entis non continet ueritates theologicas pertinentes ad diuinas personas, ut Deum esse trinum, & huiusmodi, ergo non est primo obiectum sub tali ratione nobis naturaliter notum, consequentia patet superius ex secundo articulo. Antecedens probatur sub tali ratione: Conceptus est nobis naturaliter notus, sed particularia non sunt nobis naturaliter nota, ergo,

CONTRA secundã arguitur sic: Si attributa essent essentialiter distincta, realiter causarentur ab essentia, ergo essentia tantum ex se haberet rationem increati, attributum uero non ex se, sed ab essentia, cum qua est idem realiter, & propter quam identitatem est infinitum, & habet rationẽ increati, ergo cognitio essentiæ, sub ratione essentiæ, est prior, & perfectior, cum ipsa essentia sit per se infinita, & increata, attributa uero non per se, sed per essentiam.

Item potest argui contra istam, sicut contra primam, quia naturaliter est nobis notus Deus sub tali ratione bonitatis.

Item, (sicut tactum est supra) esset cognitio quasi per accidens, sed cognitio quidditatis est perfectior. 7. metaphisicę. ergo.

CONTRA tertiam opinionem sunt prima, & tertia ratio factæ contra secundam, sed specialiter contra eam sic; Omnis respectus Dei ad extra, est respectus rationis, ergo Theologia esset scientia non realis, sed rationalis, sicut Logica, quæ est de secundis intentionibus adiunctis primis, antecedens patet infra dist. 30. consequentia patet.

Item: Absolutum, & respectiuum, non faciunt unum per se, sed per accidens, sed cognitio alicuius aggregati per accidens, non est prima, quia præsupponit cognitionem utriusque partis aggregationis, sicut patet de scientia subalterna, ergo Theologia non esset nobilissima, & prima.

Item nullus respectus ad extra, est de Deo necessarius, sed contingens, ergo nulla pars Theologiæ esset de ueritatibus necessariis, ex quo sic esset de Deo, non respectu alicuius necessarii, sed contingentis, cuius contrarium dictum est supra in primo articulo.

Concedo igitur quartum membrum, quòd scilicet Deus sub ratione propriæ essentiæ, & huius singularis essentiæ, siue quidditatis est subiectũ in Theologia in se considerata, & ut est in intellectu diuino, qui est intellectus sibi proportionatus, & etiam in Theologia beatorum.

Loquendo autem de Theologia in nobis, dico ad duas quæstiones simul, quod non est sibi assignari primum obiectum, sed primum notum, & hoc dico quantum ad ueritates necessarias, & quantum ad contingentes.

Quod sic declaro: Obiectum primum, & adæquatum alicuius habitus continet omnes ueritates illius non solum absolutè, ut obiectum, sed ut cognitum per illum habitum, alias non esset adæquatum obiectũ illius habitus, sed habitus Theologiæ, ut est in nobis, continet ueritates necessarias, & contingẽtes Theologicas, saltem omnes, quæ sunt articuli fidei, & quæ sunt necessariæ ad salutem, sicut patet, licet tamen minus perfectè, ergo si est ibi assignare primum obiectum, & illud obiectum, ut à nobis cognitum continet omnes alias ueritates, & per cõsequẽs habitus Theologiæ in nobis, non est habitus creditus in alio, sed est propriè habitus habens euidentiã ex obiecto. Sed patet esse falsum, quia non uidemus nisi ex fide, quòd Deus est trinus, & unus, & huiusmodi. Dico ergo, quòd est ibi assignare primum notum, & hoc est conceptus infirmitatis, quia ad ipsum resoluimus omnes alios conceptus Nam ideo concedimus Deum esse trinum, posse creare, posse incarnari, & huiusmodi, quia ipsum scimus esse infinitum. Nec mirum si dictum est supra, quòd Deus ratione suæ singularis essentiæ est subiectum in Theologia, quia ipse ex se, est sua essentia, & sua singularitas, & non abstrahitur in eo ratio uirtutis, & ratio generis, & huiusmodi, sicut in creaturis.

Opinio seraphici Bona. I prologo primi lib. q. 1. Verum Seraphicus Bona. & alii q teñẽt q Christus sit subiectum in Theologia, possent suam sustinere opinionem, data hac disti. ut dicit Gabriel Biel. 9. q. prologi.

PONITVR etiã hic alia opinio, quòd Christus est subiectum in tota Theologia beatorum, & uiatorum, quam sic declarat Dionysius in examerone, dicit enim, quòd Christus habet duplicẽ unitatem, unam essentialem, in quantum Deus ad patrem, & ad spiritum sanctum, aliã suppositalem in quantum homo ad suppositum uerbi. Tertiam mysticam unitatem ad membra Ecclesiæ, cuius est caput, & secundum hanc triplicem unitatem saluantur omnes propositiones Theologicæ, tã necessariæ, quàm contingentes, sicut patet.

SED contra istam opinionem sunt rationes factæ superius contra tertiam opinionem.

Item in speciali contra eam sic: Si uerbum nõ fuisset incarnatum, Theologia non fuisset eiusdẽ speciei, sicut modo, & eiusdẽ speciei erat in prophetis, ante aduentum Christi, ergo.

Ad Solutionem Argumentorum.

AD PRIMVM primæ quęstionis Dico, q Augustinus non loquitur de subiecto primo, & proprio, sed de materia communi Theologiæ.

Ad secũdum dico, quòd ex perfectione Theologiæ est, quòd una existens habeat plures sensus, quod tamen conuenire non potest aliis scientiis, ergo pluralitas sensuum non tollit sibi unitatem subiecti, quia iam tolleret sibi perfectionẽ, uel dico, quòd omnes illi sensus reducuntur ad unum, quia sensus, qui est mysticus in una parte scri-

Exemplum. Heſter. ca. 1.

ſcripturæ, in alia parte eſt literalis. Exemplum. Rex Aſſuerus fecit grande conuiuium, &c. Et ſignificauit myſticè cœnam Chriſti futuram, cum diſcipulis ſuis, quam poſtea ad literam ita fecit.

Ad tertium, dico, quòd Boetius loquitur ibi de ſubiecto formæ accidentalis, & non de ſubiecto conſiderationis.

Subiectũ ſciẽtiæ non reducitur ad ſubiectũ cauſæ materialis, ſed efficiẽtis.

Ad quartum dico, quòd Philoſophus loquitur ibi de materia prima, ſeu de cauſa materiali, quæ quidem cum ſit de ſe, ſine omni actu, non poteſt ſibi competere cauſalitas alicuius alterius cauſæ, non autem ſic eſt ſubiectum ſcientiæ, ſicut patet, Dico etiam, quòd ſecundum ueritatem ſubiectum ſcientiæ non reducitur ad ſubiectum cauſę materialis, ſed efficientis, ut patuit ſupra in ſecundo articulo in ſolutione primæ inſtantiæ. Cum dicitur autem materia, hoc eſt propter aliquam ſimilitudinem, quam habet cum ea; Nam ſicut uidemus, quod operationes extrinſecæ reales, ſunt circa materiam, ut operatio, qua fit archa, eſt circa materiã, ita intellectus uerſatur circa obiectũ.

Pulchrũ exẽplum.

Ad quintum dico, quòd ex perfectione accidit quod diuina eſſentia ſit ex ſe hæc, & per conſequens non habeat partes ſubiectiuas. Vel poteſt dici quod diuinæ perſonæ ſunt quaſi partes ſubiectiuæ eſſentiæ ut eſt hæc eſſentia quæ tamẽ propter ſui perfectionem non numeratur in eis ſicut uniuerſale in particularibus. Attributa autem ſunt quaſi paſsiones eſſentiæ, ut patuit ſupra.

Eſſentia eſt ſingulare illimitatum, ſine ſui diuiſione cõicatur pluribus.

De principio uero dico, quòd non oportet ſubiectum ſcientiæ habere principia eſſendi, ſed cognoſcendi, nam ens abſolute eſt ſubiectum in metaphiſica, & tamen non habet ut ſit principium eſſendi, quia iam omne ens haberet principium, & tunc Deus haberet principium, quod patet eſſe falſum. Principium autem cognoſcendi ſufficiẽs eſt eſſentia reſpectu omnium attributorum, & quia tendunt in identitatem cum ipſa eſſentia, & per ipſam, & de ipſa certius concluduntur.

An ens hẽat principia, uide hũc auctorem. 1. Metaph. q. 1.

Contra eadẽ ſunt principia eſſendi, & cognoſcendi ſecundo metaphiſicę.

Vide Scotum in 4. q. 2. di. 1.

Respondeo, quod ſubiectum ſciẽtiæ naturalis, non eſt ſimpliciter ſimplex ſed compoſitum, ideo partes componentes ſubiectum faciũt propoſitionem complexam, quæ eſt medium ad demonſtrandum paſsionem de ſubiecto: & ideo dicit philoſophus, quod eadem ſunt principia. Exẽplum: animal, & rationale, quæ ſunt principia hominis faciunt cõplexionem, quæ eſt principium ſiue medium ad probandum riſibilitatem de homine ſicut patet, ſed in propoſito non tenet ubi eſt ſubiectum omnino ſimplex. &c.

Pulchrũ exẽplum. Qũo eadem ſint pricipio eſſendi, & cognoſcendi.

Ad articulum primum. 2. q. ad Hugonem; & Caſsiodorum dico ſicut ad primum Augu. q. 1.

Ad tertium dico, quòd non ens ſit commune uniuocum, ad Deum, & creaturam, ſicut infra patebit. Si metaphiſica non eſſet de ente in communi, & abſolutè, ſed de ente contracto, ſcilicet de ente diuino, iam metaphiſica, non eſſet prima ſcientia, ſed oporteret dare aliam priorem, quæ eſſet de illo ente in cõmuni, abſolutè. Deus ergo non eſt primum obiectum metaphiſicæ ſed primum, & principale notum, & per hoc patet auctoritas philoſophi.

An ens ſit cõmune uniuo cum Deo, & creaturis, uide. 3. diſt. 1. q. 3. & hunc auctorem in 1. Met. q. 1.

Ad quartum dico, quòd ratio boni, & finis unomodo dicit reſpectum, & ut ſic non eſt perfectiſsima ratio ſicut patet. Aliomodo dicit fundamentum proximum illius reſpectus; & tunc dato quod bonitas ſit ratio abſoluta, & formaliter infinita, adhuc tamen ratio quidditatis, & eſſentiæ, quæ eſt radicale fundamentum omnium perfectionum, ratione cuius omnes perfectiones abſolutę ſunt infinitæ, & per id, quod ultimatè ſit, eſt perfectior.

Eſſentia eſt ratio, & fundamentũ radicale oĩum perfectionũ.

VTRVM THEOLOGIA SIT DE omnibus ex attributione ipſorum, ad primum ſubiectum.

Scotus in prologo primi ſent. q. 3.
D. Thomas prima parte ſumme. q. 1. Artic. 7.

Quæſtio ſecunda lateralis.

QVæritur utrũ Theologia ſit de omnibus. Arguitur quod non, quia quidditates ornatæ, ut diſtinctæ ab eſſentia continent uirtualiter omnes ueritates de ſe ipſis, & per conſequens poſſunt cauſare ſufficientem habitum de ſe ipſis in quocunque intellectu. Probatio iſtius: Nam ſi per impoſsibile circumſcripto omni alio, quidditates illæ eſſent increatæ adhuc continerent tales ueritates, ſicut patet de linea, & numero quantum ad propoſitiones immediatas de eis, non ergo oportet Theologiã, quæ eſt de Deo, eſſe de omnibus.

Contra. Quia eſſentia diuina, de qua eſt theologia, continet uirtualiter, & eminenter omnia.

An Theologia ſit de omnibus.

Respondeo, quod theologia in ſe eſt de omnibus, quia de diuina eſſentia tanquã de primo obiecto, quod continet uirtualiter omnes quidditates, & per conſequens continet uirtualiter omnes ueritates contentas in illis quidditatibus de ſe ipſis. Theologia uero ut eſt in Deo, eſt de omnibus propter cauſam prædictam, & eſt ipſi Deo omnis cognitio, quia licet quidditates illę ſint natæ cauſare ueritates, quas continent in omni intellectu in quantum eſt de ſe, tamen intellectus diuinus propter ſui eminentiam, non poteſt recipere aliquam cauſationem ab extrinſecò, quia uileſceret eius intellectus, ut dicitur. 12. methaphiſicę. Et ideo in eo non ſunt diſtincti habitus ſcientifici, ſed quicquid Deus cognoſcit, theologica cognitione cognoſcit illa ſcilicet cognitione, cuius obiectum primum eſt diuina eſſentia, ut hæc, quæ eſt obiectum theologicum.

Intellectus diuinus nõ põt recipere. contex. 51.

Ipſa uero diuina eſſentia, ut hæc cauſat diſtinctam, & perfectiſsimam cognitionem de ſe ipſa, & de ſuis ueritatibus, quas continet, puta quia eſt trina, & una, & bona, & huiuſmodi in intellectu diuino, eo modo quo poteſt ſibi cauſatio in primo ſigno naturæ. In ſecundo uero ſigno naturæ cauſat diſtinctiſsimam cognitionem de quidditatibus omnibus factis, & poſsibilibus, quas conti-

Diuina eſſentia eſt obiectum Theologicum.

net eminenter. In tertio uero signo causat etiam distinctissimam, & perfectam cognitionem omnium ueritatum, quas illæ quidditates continent de se ipsis, quia easdem continet ipsa diuina essentia eminenter, quod probo sic: Diuina essentia est primum obiectum continens eminenter omnia, non autem est primum communitate prædicationis, sed uirtualiter, si uero de aliquo haberetur scientia in uirtute alterius ab ipso primo obiecta, uel in uirtute propria, tunc ipsum primum obiectum scilicet diuina essentia non contineret omnia uirtualiter, quod est falsum, & non est ordo causalitatis secundi ad tertium sicut patet, sed est ordo duorum effectuum subordinatorum respectu eiusdem causæ. Nam ut dictum est, cognitiones, quas de se ipsis continent illæ quidditates nō causant ipsæ quidditates in intellectu diuino, sed ipsa diuina essentia, quæ in secundo signo causauit cognitionem ipsarum quidditatum, in tertio signo causauit ueritatum ipsarum quidditatum cognitionem. Exemplum: secundum aliquos sol causat calorem mediante splendore, ita quod splendor, & calor sunt effectus subordinati eiusdem causæ, & intelligas tamen, quòd ista prædicta sunt ab æterno.

Diuina essentia est primū obiectum cōtinens eminēter omnia.

Exemplum.

Theologia uerò beatorum, & uiatorum est de omnibus inquantum est de diuina essentia, quæ continet omnia eminenter. Sed distinctè Theologia beatorum est de ipsa diuina essentia, quam distinctè uident, & de omnibus, quæ sibi uoluntariè Deus ostendit: Est enim diuina essentia uoluntarium speculum, Nec talis Theologia est ipsis beatis omnis cognitio, quia possunt habere habitus cognitionis alicuius humanitus acquisitos.

Quō Theologia beatorū, & Viatorū, sit de oībus.

Theologia beatorū. pōt esse de oībus scibilibus, & non de oībus cognoscibilibus.

Sed Theologia uiatorum distinctè est de illis ueritatibus, quas Deus uoluntariè reuelat sibi, uel per se ipsum, uel per substantiam creatā, possunt etiam habere alios habitus, sicut patet.

Ex hoc patet solutio ad argumentum in contrarium, &c.

DE DOCTRINAE THEOLOGIÆ Qualitate.

Vtrum Theologia sit sapientia, uel scientia sub alternans, uel sub alternata.

Alexander Alensis prima part. sūmæ. q. 1. memb. 1.
Scotus in prologo primi sent. q. 4.
D. Thom. prima parte summæ. q. 1. Art. 2. & 6.
Ricardus primo sent. q. 2. prologi.
Durandus primo sent. q. 7. prologi.
Franciscus de Mayronis in prologo primi sent. q. 14.

Quæstio 4. & 5. lateralis.

QVæritur utrum Theologia in se sit scientia, & utrum respectu alicuius alterius scientiæ sit subalterna, uel ēt subalternās.

RESPONDEO ad primā quæstionem, & dico, quòd sicut patet primo Post, quando diffinitur scientia strictè sumpta, habet quatuor has conditiones, scilicet quod sit cognitio certa, quod sit de obiecto necessario, quod obiectum sit, habens euidentiam, siue faciens euidentiam intellectui, & quod sit causata per discursum sillogisticum à premissis ad conclusionem, tres primæ cōditiones dicunt perfectionem in scientia sicut patet. Sed quarta conditio dicit imperfectionem tùm quia principium causat cognitionem conclusionis minus perfectā, quàm sit cognitio suiipsius, & ita non est uniuoca respectu eius, sed æquiuoca, tum etiam quia quando intellectus est sub cognitione principii cum principia sint prius nota naturaliter, adhuc est in potentia passiuè, ad hoc quòd sit sub cognitione conclusionis.

ædiet. 5. & 2. per totum.

Conditiones scientiæ sunt quatuor sm Scotum, sm Franciscū de May. sunt septē, uide Franciscū in prologo. q. 14.

Scientia per discursum habita, dicit imperfectionē.

Theologia ergo in se, & ut est in intellectu Dei, est uerissima scientia, quantum ad tres primas conditiones, sed quantum ad quartam nullo modo.

Theologia uerò beatorum est scientia quantum ad duas primas conditiones, & quantum ad quartam, sed non quantum ad tertiam sicut patet. Potest autem absoluè dici scientia prout sciētia distinguitur contra oppositum, & suppositionem, sicut accipitur ex 6. Ethicorum, cap. 4. quia est habitus, quo determinatè uerum dicimus.

Theologia uerò beatorum est scientia quantum ad tertias primas conditiones, sicut patet.

SED utrum sit scientia quantum ad quartā, dubium est. Videtur posse dici per Augustinum, ubi dicit sic: fortasse non erunt ibi uolubiles cogitationes nostræ tunc, sed totam scientiam nostram unico intuitu uidebimus, ergo non cum discursu.

15. de tri. cā. 15.

OPPOSITVM uidetur posse probari, quia discursus non requirit ordinem temporis, sed naturæ, Nunc autem sic est, quòd quidditates rerum eminenter in diuina essentia continentur, & ipsæ insunt ibi sicut extra ueritates de se ipsis.

Discursus nō requirit ordinem tēporis, sed naturæ tantum.

Et ita prius natura, causant in intellectu cognitionem de se ipsis, quæ sunt principia, quam de illis ueritatibus, quæ sunt conclusiones.

Et ita est ibi discursus. Auctoritas Augustini non uidetur cogere, quia loquitur ibi dubitatiuè, potest tamen assertiuè exponi de diuina essentia, & eius essentialibus, quam & beati uident sine discursu, quia intuitiuè.

Theologia necessariorū in Beatis est scientia, quo ad oēs quatuor cōditiones scientiæ.

SED CONTRA hoc uidetur esse, quia secūdum hoc Deus intelligeret, & cum discursu, cum in priori signo naturæ prius intelligat quidditates, quàm ueritates, quas continent, ut patuit supra in alia quæstione.

RESPONDEO, & dico, quòd Deus intelligit res, sicut exigunt ipsæ intelligi. Et quia sic exigunt intelligi, scilicet quòd prius natura intelligantur quidditates, quàm ueritates, quas cōtinent, iō &c. Non tamen quia sic exigunt, ideo sic intelligunt, sed econuerso, cum scientia Dei sit causa rerum & non econuerso, sed scientia beatorum causatur à rebus, & ideo propriè est ibi discursus à causa ad effectum.

Qōo Deus intelligat res.

Scientia Dei est causa rerum. scientia Beatorū causatur a rebus.

SED adhuc est dubium, Vtrum theologia contingentium sit scientia, quantum ad tres primas conditiones. Et uidetur, quod non, quia contin-

gentiā

gentia non sunt necessaria, imo ex opposito diuiduntur, & sic deficit ibi secunda conditio, & prima per consequens, quia enntingens non causat de se ipso cognitinnem certam, & adhuc deficit tertia, quia contingens non est natum facere euidentiam ex se, ex quo nõ causat cognitionem certam.

Dico, quòd contingentia in theologia, ut articuli de humanitate sunt hæc innata uideri in uerbo, & ut sic habent infallibilitatem, dico autem absoluté, quòd tota theologia potest dici sapientia potius, quàm scientia. Est enim de altissimis causis tanquam de obiecto primo.

Ad Secundam. q. dico, quòd Theologia, non est subalterna, nec subalternans, primum patet, quia licet subiectum eius aliquo modo continea tur sub subiecto metaphisicæ, tamen nulla cõclusio theologica probatur per principium metaphisicum aliquod, nec per aliquam conclusionẽ metaphisicam quam oporteret.

D. Tho. in 1. parte sũmæ. q. 1. Artic. 2.

Secundum etiam, quia nulla scientia humanitus acquisita, resoluit suas ueritates in ueritates theologicas, quod tamen oporteret.

Sed Contra. Omnes neritates omnium sciẽtiarum possunt resolui ad claram uisionem ipsarum in uerbo, ubi certius apparet, quàm in aliquo alio principio, ut p se noto, & talis uisio est Theologica, & tali modo est Theologia.

Conditiones scientiæ subalternatæ, diffusius habet Scotus in 3. distin. 24.

Respondeo: conditio scientiæ subalternatæ est, quod ueritas eius causetur ex cognitione subalternantis scientiæ, sed uisio ueritatum in uerbo non est causa ueritatum, nec conclusionum, quæ habentur in principio per se noto naturali, nisi eo modo, quia scientia Dei est causa rerum, sed hoc aliud est, Nam quidditates causatę à sciẽtia Dei continent uirtualiter in se ipsis continentia uirtuali ueritatem de se ipsis, &c.

VTRVM THEOLOGIA SIT scientia practica, uel speculatiua.

Scotus primo sent. q. 4. & 5. prologi.
D. Thomas prima parte summæ. q. 1. Artic. 4.
Durandus in prologo primi sent. q. 6.
Ricardus primo sent. q. 4. prologi.
Franciscus de Meyronis 1. sent. dist. 48. q. 2.
Ioannes Bacconitanus primi sent. q. 4. prologi.

Quæstio Quarta.

Quæritur. Vtrum theologia sit sciẽtia practica, uel speculatiua.

cap. 20.

Qvod non practica. Ioan. Hæc autem scripta sunt, ut credatis, sed credere est speculatiuum, quia sibi succedit uisio.

3. de Anima. contex. 49. & 51.

Item tertio de Anima, & 6. Ethi. dicitur, quòd subiectum practici habitus est contingens, sed subiectum huius non est contingens, sed necessarium, ergo.

1. Ethic. in prohemio. Idem 6. Ethi. ib. 1. de trin. cap. 2.

Item Boetius de Trin. assignat tres partes speculatiuę scientiæ, quarum una est theologia.

Item speculatiua est nobilior practica, sed nulla nobilior ista, ergo. Maior probatur, tùm, quia speculatiua est sui gratia, & practica est causa usus, tùm quia speculatiua est certior, ex primo metaphisicæ. In prohemio

Contra. Ad Rom. finis legis est dilectio, & Matth. In his duobus mãdatis. s. dilectione Dei, & proximi, tota lex pendet. Met. cap. 13. cap. 22.

Item Augustinus ait: Ille tenet quicquid patet, in diuinis sermonibus, qui charitatem tenet in omnibus, hoc autem non est purum speculatiuum, ergo non est purè speculatiua: &c. De laude charitatis.

Iuxta hoc quæritur, Vtrum habitus dicatur practicus ex comparatione ad finem, uel ad obiectum

Respondetvr. Ex comparatione ad finem. 3. de Anima, Intellectus extensione ad finem fit practicus, ergo & habitus similiter. contex. 49.

Item secundo metaphisicæ, finis speculatiuę est ueritas, finis practicę est opus, ergo ex fine dicitur aliquid speculatiuum, uel practicum. contex. 3.

Contra. 6. metaphisicæ. Distinguit Philosophus practicum, & speculatiuum penes obiecta. contex. 2. 6. Ethic. ca. 2.

Præterea tertio de Anima, assignat philosophus obiectum practicæ esse bonum, non autem quodcunque sed agibile, & contingens, ergo est practica ex obiecto. contex. 51.

Respondeo. cum communiter concedatur, Quòd habitus practicus aliquo modo extenditur ad praxim. Est primo uidendum, quid sit praxis. secundo quomodo habitus practicus extendatur ad praxim, & quid sit talis extensio.

Tertio utrum habitus dicatur practicus ex extensione ad praxim, aut ex comparatione ad obiectum, quod est principale quæsitum huius quæstionis, quibus uisis patebit ueritas quæstionis sextæ.

De primo dico, quòd praxis est actus alterius potẽtiæ ab intellectu, natura posterior intellectione natus conformiter elici rationi rectæ. Diffinitio ipsius praxis.

Prima conditio patet, quòd praxis est terminus extensionis intellectus, siue intellectionis extensæ, ergo non est actus intellectus, quia iam logica, quæ considerat actus intellectus esset scientia practica.

Secunda cõditio patet, Nam actus natura priores intellectione, cuiusmodi sunt actus potentiæ uegetatiuæ, sensitiuæ, & etiam appetitiuæ, & nutritiuæ, sunt cõmunes nobis, & brutis, sed totum illud, quod est practicum, seu cognitio practica, quantum ad actum extensum, siue ad actum extensionis est alienum a brutis.

Ex dictis duabus cõditionibus, sequitur unum correlarium, quod. s. praxis est actus uoluntatis, uel elicitus, uel imperatus, quia solum tales actus sunt quid posterius intellectione ut patet, non tamen potest esse praxis actus intellectus imperatus à uoluntate, tum quia hoc excluditur per primam diffinitionis particulam, tum quia intellectus non dicitur extendi nisi ad aliquid extensè, praxis uero est actus extensionis intellectionis.

Tertia autem conditio patet ex dicto correlario, Nam omnis actus elicitus, uel imperatus à

uolun-

uoluntate potest esse conformis rationi rectæ; de actu elicito à uoluntate nõ est dubium, de imperato patet, quia potest per imperium uoluntatis, quæ est potentia libera.

Ex secunda & tertia conditione patet aliud corrolarium, scilicet quòd praxis per se, & primo est actus elicitus à uoluntate; imperatus autem per accidens, scilicet per imperium uoluntatis, quia ex ea habet, quòd sit natura posterior intellectio ne, & quod possit conformari rationi rectæ.

Ex dictis autem, maximè ex duabus ultimis conditionibus ipsius praxis, patet primus, & secundus articulus principalis, de quo dico, quòd extēsio praxis consistit in duabus relationibus prioritatis naturalis, & conformitatis, ita tamen, quòd non sunt relationes actu, sed aptitudine, aliter idē habitus quandoque esset practicus, quandoque non, cum quandoque habens habitum, actu considerer, quandoque non. Ex isto secundo articulo patet unum corollarium, q(scilicet) speculatiuum, & practicum non sunt differentiæ essentiales ipsius habitus, sed accidentales, quia respectiuum non est de essentia absoluti; habitus autem est quid absolutum cum sit in prima specie qualitatis. Est ergo talis diuisio, quasi per proprias passiones, ac si diceretur animalium, aliud risibile, aliud rudibile.

Opinio Gotfredi quolib. 10. q. 11.

CIRCA tertium articulum principalem, aliqui dicunt, quod non ex eodem dicuntur practici intellectus actus, & habitus; sed intellectus ex obiecto, actus uero, & habitus ex fine, scilicet extensione ad praxim.

Opinio Henrici quolib. 8. q. 1.

Alii autem dicunt, quòd tam intellectus, tàm actus, quàm habitus dicuntur practici ex fine, scilicet ex extensione ad praxim;

Vide de hoc opinionē Egidii lib. 1. sent.

Breuiter ergo discurrendo de ista quæstione, quā Scotus prolixe tractat, dico secundum eum, quod uidetur debere dici ex dictis suis, quòd habitus dicatur practicus ex fine scilicet ex praxi. Nam ratio practici secundum eum consistit in duplici habituali respectu, scilicet prioritatis naturalis, & cōformitatis, sed talis duplex respectus, non est habitus ad obiectum, sed ad praxim, ut patet ex antedictis, ergo.

An theologia sit speculatiua, uel practica. D. Tho. 1. parte summæ. q. 1. Arti. 5. asserit, q̃ partim speculatiua, partim practica est.

Ipse tamen uult, quòd quilibet actus, & habitus denominatione extrinseca possit dici practicus, ex fine scilicet ex praxi. Ipse tamen uult, q̃d ista non sit causa prima denominandi actum, uel habitum practicum. Sed prior causa est ab obiecto, cuius causa est, quia ab obiecto, à quo causatur actus, & habitus, mediante actu, habent tam actus, quàm habitus, quòd extēdatur ad praxim; Vnde quia obiectum est tale habitus ab eo causatus, uel actus est talis. Non enim à potentia habet habitus, quod sit practicus, uel speculatiuus. Nam respectu intellectus habitus omnis existēs in eo habet, quòd sit intellectus, & non aliud, & actus, quòd sit intellectio, & non aliud. Ab ipsa autem praxi nō potest habere habitus, uel actus, quod sit speculatiuus, uel practicus, cum ipsa sit posterior, ergo habent præcisè ab obiecto. Vnde quia obiectum est tale puta speculabile causat actum, & habitum speculatiuum, quia uero est tale puta, nō solum speculabile, sed supra hoc est practicabile, ideo causat actum, & habitum practicum, & speculatiuum, ergo practicum, & speculatiuum sunt ab obiecto tanquam à causa priori.

Opinio domini Aureoli in prologo. q. 1. Artic. 5.

Aureolus dicit, quòd nec habitus, nec actus dicitur formaliter practicus ex obiecto, nec ex fine qui est praxis, sed ex aliquo intrinseco, dicit n. quòd omnis habitus intellectualis, habet fortè partialem actiuitatem respectu actus eliciti, qui est considerare, & ab ista actiuitate non dicitur practicus, quia tam omnis habitus intellectualis esset practicus, aliquis autem habitus habet actiuitatem, respectu ulterioris actus, quid est operatio, & praxis, & ab illa actiuitate est actus formaliter, & intrinsecè practicus, & ille qui hanc actiuitatem non habet, est speculatiuus. Exemplum utriusque habitus: Medicina non solum habet actiuitatem, respectu actus, qui est considerare sanitatem, sed etiam respectu actus, qui est operari circa sanitatem, & propter istam actiuitatem secundam est practicus formaliter, habitus autem philosophicus nullā actiuitatē habet circa physicalia, nisi respectu actus, qui est considerare, & ideo est speculatiuus, & non practicus. Vnde dicit, quòd si Deus daret actiuitatem habitui speculatiuo physico, respectu unius rei physicæ, puta quòd philosophus mediante isto habitu posset producere unam rosam naturalē, sicut Medicus sanitatem, iam ille habitus esset uerè practicus. Et dicit ulterius, quòd ista actiuitas, à qua formaliter habitus dicitur practicus, non est actualis, sed habitualis. Actus autem istius habitus, habet actiuitatem actualē, respectu illius operationis, per quam actiuitatem est ipse formaliter practicus, Actus autem speculatiui habitus, nullam actiuitatem habet, & ideo est actus speculatiuus; Dicit etiam, quòd iste actiuitates actus, & habitus, à quibus dicitur formaliter practicus, ut dictū est, non sunt actiuitates elicitiuæ, sed determinatiuæ agentis. Dicit enim, quòd sicut ignis potest dici calidus, quia calefacere potest, & quia habet in se formam caliditatis, tamen illa esset denominatio extrinseca, & ita propria, & formalis, ita actus, & habitus possunt dici practici denominatione extrinseca à fine, qui est praxis & ab obiecto, sed tamen formaliter, & intrinsecè, & propriè diceretur à dicta actiuitate, ex hoc conuenienter dicit, quod non oportet, quod praxis, ad quā extenditur intellectus sit actus alterius potentiæ ab intellectu, ratio potest ibi esse actus intellectus, ad quem habitus dicuntur extendi, si respectu eius dictam habeant actiuitatem. Vnde dicit, quòd Grāmatica, Dialectica, & Rethorica, uerè sunt scientiæ practicæ, quia non solum habent actiuitatem particularem, respectu actus, qui est considerare sua obiecta, & passiones circa ipsa, sed etiam habent actiuitatem ulteriorem, respectu operationis circa ipsa. Nam logica non solum considerat Syllogismum, sed etiam facit Syllogismum, & ita de aliis. Modo autem ita est,

Opinio Scoti in q. 4. & 5. prologi. asserit q̃ sit scientia practica.

Veritas cōcilians opiniones [illegible]

est, quod ubicunque in habitu, uel in actu reperitur talis actiuitas erit ibi uera ratio practici, non obstante uariatione materiæ, sicut patet, quia ita habet tres triangulus in cinere, sicut in auro. uel ergo operatio quæ est praxis, sit in intellectu, uel extra, habitus, qui respectu eius dictam actiuitatē habet, est uerè practicus.

Ex hoc consequenter dicit quod diuisio habitus per speculatiuum, & practicum, non est diuisio accidentalis ut dicit Scotus, sed est essentialis, quod patet ex mente philosophi. 6. metaphisicæ, ubi diuidit habitum, primo per speculatiuum, & practicum, & postea alterum membrum scilicet speculatiuum, subdiuidit in mathematicum, metaphysicum, & physicum, sed certū est, quod ista subdiuisio istius membri est essentialis, ergo & prima diuisio fuit essentialis, alias male sciuisset artem diuidendi.

contex.20.

Et si arguatur contra eum, quòd respectus non est de essentia absoluti, sed ratio practici formaliter consistit in respectu, etiam secundū eum, quia actiuitas illa cum non sit nec de termino tam noto nisi respectus, ergo ratio practici non est differentia essentialiter in habitu.

Vide simplicium cap. de qualitate.

Respondet & dicit, quod secundum symplicium supra prædicamenta, habitus essentialis, & ea, quæ sunt in prima specie qualitatis, cathegorizantur, hoc est notificantur, uel denominātur ex respectu, hoc est, quod essentialiter includunt respectum, ex hoc consequenter dicit ad primam q̄ōnem superius positam, ꝙ theologia humanitus acquisita est uerè practica, quia uerè habet actiuitatem, non solum respectu actus, qui est cōsiderare, sed respectu operationis, quæ est articulus fidei declarare, & respectu operationis, quæ est scire, diligere Deum, proximum, & hmōi.

Ex dictis Scoti, & dñi Aureoli, omne practicū est speculatiuū.

Ex dictis considera, q. secundum opinionē Aureoli, & forte Scoti uidetur posse dici, ꝙ omne practicum est speculatiuum, sed non èconuerso, quia practicum non uidetur aliud facere, nisi addere supra speculatiuum illam actiuitatem secundum Aureolum, uel illum duplicē respectum secundum Scotum. Scotus uero dicit ad q. primā, quod tota theologia necessaria intellectui creato est simpliciter practica, cuius ratio est talis, habitus habens prioritatem naturalem, & conformitatem ad ueram praxim est simpliciter practicus, sed tota theologia est huiusmodi, ergo. Maior patet ex secundo articulo principalis q̄ōnis: Minor probatur, quia tota theologia est de Deo, tāquam de primo obiecto, ut patet ex 3. q. huius prologi.

Tota Theologia & de Deo taoquam de primo obiecto.

Item omnis uolitio est uerè praxis, ut patet ex primo & secundo corollario huius quæstionis, sed Deus determinat naturaliter intellectū creatum ad notitiam sui ante omnem uoluntatē quantum est de se, & est uirtualiter conformis omni uolitioni rectæ cum ab eo sumatur omnis rectitudo in uolitione, ergo omnis cognitio theologica necessaria est conformis uolitioni rectæ, q̄ est uera praxis, & de se est naturaliter prior ipsa. ergo.

Ad primam rationem in oppositum primæ quæstionis, dico, quòd fides non est habitus speculatiuus sed practicus, & uisio quæ sibi succedit non est speculatiua, sed practica. Nam est natura prior fruitione, & est apta conformiter elici rationi rectæ, & uisioni rectæ ipsa fruitio, & ista est prioritas, & conformitas uisionis ad fruitionem, quæ est uera praxis, & similiter fidei in uia ad Deum diligere.

Fides nō est habitus speculatiuus, sed practicus.

Ad secundum dico, quòd non oportet, quod subiectum primum scientię practicæ sit contingens, sed sufficit, quod praxis ad quam extenditur sit contingens, & ita accipitur ibi subiectum pro termino, & fine.

Ad tertium dico, quòd Boetius accipit Theologiam pro metaphisica.

Ad quartum dico, quòd in proposito maior est falsa, & ad primam probationem ipsius, dico, ꝙ ea quæ habent ordinem, ad aliquid perfectius, nō sunt ex hoc minus perfecta, sed magis. Exēplum: Sensitiua in Homine, quæ ordinatur ad intellectiuam est perfectior, quàm in Bruto: modo sic est, quod theologia est gratia fruitionis, quæ est actus nobilissimus. Vnde si Arist. posuisset ueram fruitionem, quam nos ponimus cōcessisset, quod scientia, quæ est gratia eius esset nobilissima. Et ad secundam eius probationem dico, quòd omnis scientia in se est æquè certa, quia quælibet resoluit suas conclusiones in principia immediata finaliter, sed ratione obiecti non; quia aliqua obiecta sunt magis, uel minus necessaria; Modo quia Arist. posuit scientiam practicam circa contingētia operabilia à nobis, ideo, &c. sed quia nos ponimus praxim, quæ est finis theologiæ, esse dilectionem circa Deum, & Deus est maxime necesse esse, ideo, &c.

Exemplum.

Sensitiua in Homine est perfectior q̄ in Bruto.

Ad primum secundæ q̄ōnis, dico, ꝙ solutio patet ex respōsione sua. s. Scoti, & in corpore quęstionis, & idem dico, De secundo, & tertio.

Finis Prologi.

DISTINCTIO I.

VTRVM FRVITIO SIT TANtum ultimi finis.

Seraphicus Bona. primo sent. dist. 1. q. 2. Artic. 3.
Scotus primo sent. dist. 1. q. 1.
D. Thomas prima secundę. q. 11. Artic. 3.
Ricardus primo sent. dist. 1. q. 3.
Durandus primo sent. dist. 1. q. 2.
Ioannes Bacconitanus primo sent. dist. 1. q. 1.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 1. q. 1.

Quæstio prima DISTINCTIONIS PRIMAE.

Circa distinctionē primā Quæritur, Vtrum p se obiectū fruitionis, sit tm̄ ultimus finis.

Quod non. August. dixit, q̄d fruendum est bonis inuisibilibus, sed hmōi sunt multa, ergo. 83. quæstionum. q. 30.

Item capacitas animæ est finita, ergo potest satiari aliquo finito; sed quocunque potest satiari il

lo est fruendum. ergo.

Item aliquid est maius capacitate animæ, ut Deus, qui sufficit suæ capacitati, quæ est maior, & aliquid est minus ut corpus, ergo erit aliquid æquale sibi, quod erit minus Deo, & maius corpore, & illud sibi sufficit.

Item quæcunque forma satiat capacitatē materię, ergo quodcunq; obiectum satiat capacitatē potentię: Probatio consequētiæ, quia potētia per formam in ipsa receptam respicit obiectum, ergo si forma satiat materiam intrinsecè, & obiectum per ipsam receptum, satiabit etiam extrinsecè; Probatio antecedentis: quia si forma non satiaret materiam, iam uiolenter staret sub una forma, ut patet de leui deorsum.

Item terminus intellectus assentit alicui uero, quàm summè uero, ergo uoluntas firmius assentiet alii bono, quàm summo bono.

cap. 5. CONTRA. Augustinus de doctrina Christiana ait: Res, quibus fruēdum est, est pater, filius, & spiritus sanctus. & hi tres una res sunt.

RESPONDEO. Primo distinguo de fruitione ordinata, & in communi sumpta.

Secundo dicā, quid est primum obiectum fruitionis inordinatæ. Tertio dicam de obiecto fruitionis in communi. Quarto quomodo sit intelligendum, fruitionem esse circa finem.

Fruitio in cōmuni præcedit fruitionē ordinatorū. DE PRIMO dico, quòd fruitio in cōi præcedit fruitionem ordinatam, quia uoluntas sic est libera, quòd non determinatur ad actum ordinatum, sed est indifferens ad actum ordinatum, & inordinatum; & quod fruitio possit esse actus inordinatus

83. qōnum. q. 30. patet per August. qui dicit, quod uoluntas est puersa, qñ utitur fruendis, & fruitur utendis, ergo fruitio absolutè sumpta uniuersalior est fruitione ordinata, quæ cōnotat debitas circunstantias.

9. met. cap. 4. DE SECVNDO dico, quòd Auicenna dicit, qđ intelligentia prima causat secundam, & secunda intelligendo primam, causat tertiam, & sic deinceps, ex quo sequitur, quod perfecta fruitione intelligentia tertia fruitur secunda, & ita obiectum beatæ fruitionis non est tantum ultimus finis. Illa consequentia probatur per Proculum, ubi di-

In propositione. 35. cit, quòd unumquodque natum est conuerti ad illud, à quo procedit, & in tali reditu uidetur esse circulus cōpletus, & sic perfectio, igitur intelligētia producta pfectè quietatur in producēte. &c.

D. Bona. in prima dist. 1. Art. 2. q. 3. ratione. 3. ante oppositum. D. Tho. 1. parte summæ. q. 12. Artic. 1. CONTRA hoc arguitur sic: Anima est ymago Dei, ergo est capax eius, igitur non potest quietari in aliquo minore Deo, ex quo est capax Dei.

Item anima immediate creatur à Deo, ergo in solo Deo quieta est.

Sed istæ rationes non sunt propriè contra Philosophos, quia, ut patet, solum ex fide habetur, ꝙ anima sit ymago Dei, & quod immediatè causatur à Deo, & ideo ipsi hoc negarent.

ARGVO igitur aliter contra eum, primo sic: Potentia non perfectè quietatur nisi in eo, ubi perfectissimè reperitur ratio primi obiecti sui, sed se-

Auic. cap. 5. cundum eum 1. Meta. ens absolutè est obiectum intellectus, igitur intellectus non quietatur, nisi ubi perfectissimè reperit rationem entis, cuiusmodi est solus Deus.

Item potētia, quæ de se inclinatur ad plura, nō pfectè quietatur nisi in eo, qđ pfectè cōtinet oīa illa ad quæ inclinatur, eo modo, quo in aliquo cōtineri pñt, sed solū Deus cōtinet uirtualiter, & pfectè oīa illa, ad q̄ inclinatur ītellectus & uolūtas.

Item intelligentia tertia intelligens secundam aut intelligit eā finitā, & tunc non perfectè in ea quietatur, quia uidet posse esse aliquid maius, aut intelligit eā infinitā, & tūc intellectio est falsa, & p cōsequēs nō beatificatur, quia non consistit in falsa intellectione beatificatio: Aut non intelligit eam finitam, nec infinitam, & tunc ēt non beatificatur, quia talis est intellectio imperfecta.

DE TERTIO dico, quòd obiectum fruitionis in cōi est finis ultimus, aut uerus, aut falsus, secundum quod oritur à ratione errante aut præstitutus à uoluntate. s. quando uoluntas determinat se ad aliquod bonum uolendo ipsum tanquam ultimum bonum. Duo priora mēbra apparēt, tertiū probatur. Nā cum uoluntas sit libera, sicut in potestate eius est uelle, & nō uelle, ita ēt modus uolendi, igitur potest hoc obiectum uelle propter aliud, & nolle pp se, ergo pōt sibi præfigere hoc obiectum, uolendo enim non propter aliud, sed pp se, & ita esset sibi ultimus finis præstitutus.

DE QVARTO dico, ꝙ cum finis dicatur respectus rationis; finis ut sic, nō est de ratione obiecti fruibilis: Item quia respectus, non est de ratione absoluti, & obiectum fruibile ut sic, dicit quid absolutum, tum quia quod plus est, est respectus rationis, tum quia si per impossibile, summum ens nō esset ultimus finis, tū uerè esset obiectum beatificum. Cōcomitatur autē respectus finis ipsum obiectum fruibile fruitionis ordinatæ, quia de se, sic est, quod summum ens est ultimus finis. In fruitione uerò inordinata respectus finis consequitur actum, nā quia uoluntas gulosi delectatur in cibo, ideo. cibum præfigit sibi tanquam ultimum finem. Ecce igitur quod hæc ratio finis, cōsequitur actum, qui est dilectio, sed in alio concomitabatur ipsum obiectum.

AD primū principale dico, ꝙ uel frui accipitur largè ibi pro amore honesti, distincto contra amorē utilis, & delectabilis, uel accipitur ibi pluralitas, non pro pluralitate reali, sed pro pluralitate rationum perfectionalium existimatum in obiecto fruibili, quæ omnes sunt rationes fruibiles, cum dicant perfectionem simpliciter.

AD secundum dico, ꝙ relatio potentiæ ad obiectum non est relatio similitudinis, & æqualitatis, sed proportionis, & ideo non requirit æqualitatem in terminis. Vnde licet capacitas animæ sit in natura finita, tamen potest habere aliquem terminum infinitum. Et ideo non potest satiari aliquo finito, quasi possit capax infiniti esse.

Ad tertium dico, quòd nihil est maius obiecto capacitatis aīæ, capacitas autē Dei est maior ex parte subiecti. Et iō ad idē obiectum pfectius capiet. Exēplum: Si sit una albedo decē graduū, & ponatur unus qui uideat eā secūdum quinq; gradus, & alius acutioris uisus uideat eam secundum

istos

istos decem gradus, hic non esset excessus ex par te obiecti, sed ex parte actus.

Ad quartum dico, quòd plures appetitus sunt in materia, & tot, quot sunt in potentia formæ receptibiles, igitur dico, quòd quælibet forma totaliter non satiat materiam, quantum ad omnem appetitum, nisi ipsa forma esset perfectissima & includeret omnem formam in materia receptibilem, & non est simile de quiete materiæ & uoluntatis, quia omne finitum potest quietari à quocunque finito, intrinsecè in eo recepto, & non quietatur uiolenter sub una forma, quia materia prima indeterminatè se habet ad omnes formas; potentia autem cum respiciat extrinsecè obiectum, solum obiecto ultimatè satiatur perfectissimo, quod est summum bonum.

Ad aliud dico, quòd non est simile, quia intellectus assentitur uero cuilibet, & hoc est secundū euidentiam ipsius ueri, sed uoluntas intensius assentitur obiecto, sicut placet sibi, quia libera.

VTRVM VLTIMVS FINIS HAbeat tantum unam rationem fruibilitatis.

Scotus primo sent. dist. 1. q. 2.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 1. q. 6.
Ioannes Bacconitanus primo sent. dist. 1. q. 2.

Quæstio secunda.

Secundo quæritur, utrum in Deo sint plures rationes fruibiles, adeo distinctæ, quòd uoluntas possit frui una sine alia.

cap. 7. Quod sic. Primo Ethico. Arist. & Auerroes dicunt, quòd sicut ens, & uerum, sunt in omni genere, ita & bonum, ergo sicut relatio habet entitatem propriam, ita & bonitatem propriam, igitur cū in Deo sint distinctæ relationes, realiter erunt ibi distinctæ bonitates fruibiles.

Item sicut unum conuertitur cum ente, ita & bonum, sed in Deo est ueritas essentialis, & personalis, ergo & bonitas essentialis, & personalis.

Item stante una ratione ex parte obiecti stat unitas ex parte actus, sed nos cū credamus Deū ut Trinum, erunt tria credita, & per consequens tres credulitates, & ita tres uisiones, quia fidei succedit uisio, sed uisio est pars fruitionis. ergo.

Contra. Deus est unum primum efficiēs sub una ratione, & unum tanta unitate, quod una persona non possit efficere, alia non efficiente, ergo est unus ultimus finis sub ratione talis unitatis, quod una persona non possit finire actum fruitionis sine alia, nec est una ratio attributalis sine alia, cum minus distinguatur, quàm personæ.

Item in omni ordine essentiali est dare unum primum, igitur in ordine fruitionis.

Præterea, Primo efficienti correspondet tamē unus finis, sed solum unum primum efficiens est, ergo solum unus finis, respectu cuius est fruitio.

Item, sicut Deo est una maiestas, ita una bonitas, sed propter eius maiestatem conuenit ei una adoratio, ita quòd non conuenit adorare unā per sonam sine alia, ita nec frui.

Respondeo. Quæstio pōt habere quadruplicem difficultatem, secundum quatuor distinctiones, quæ sunt in diuinis, quarum prima est essentiæ ad personā; secūda personæ ad personā; tertia essentię ad attributa, & attributorum adinuicem; quarta essentię ad ydeas, sed qa de tertia & quarta infra prolixius dicetur, iō ad præsens primo dicā de fruitione uiatoris quātū ad possibilitatem; secundo de fruitione beatorū quātū ad potētiam Dei absolutū; tertio de fruitione beatorū quantū ad uoluntatem ipsius, quarto de fruitione beatorum, & uiatorum, quātum ad id qđ est de facto.

De Primo dico, ꝙ uiator fruitione ordinata potest frui essentia, non fruendo persona & potest frui una persona sine alia.

Primam probo secundum Augu. 7. de Trini. cap. 1. sic: Nulla essentia, ut sic relatiuè dicitur, nā oē, qood relatiuè dicitur, est aliquid, excepto relatiuo. Vnde infert Augustinus, ꝙ si pater non est aliquid ad se, non erit aliquid, quod dicitur ad alterum, quod patet rōne, quia essentia est ens ad se, igitur essentia diuina est conceptibilis, in cuius cōceptu nō includitur relatio, ergo pōt cōcipi sine persona, quia persona includit relationē, & sic cōcepta dicit summum bonū, igitur cōcepta sine relatione, quiescit in ea intellectus, & pari rōne uoluntas, ex quo est in ea ratio omnis boni.

Secundam sic probo: nam & si pater, ut pater relatiue dicatur ad filium, non tamen ad spiritum sanctum, ergo potest concipi pater, non cōcepto spiritu sancto, sed concipiendo patrem concipitur ibi ratio omnis boni, cum includat essentiam, igitur poterit uiator frui patre, non fruendo spiritu sancto, nec etiam fruendo filio, poterit frui patre, quamuis simul intelligantur, quia licet relatiua intelligantur simul, tamen, quia frui est actus uoluntatis, potest frui uno sine alio, hoc est uelle unum sine alio, nec esset inordinata fruitio, & ex hoc saltem patet, quòd potest frui creatore, sine creatura, & sic patet, quòd potest frui Deo in quantum creator, non fruendo creatura, quod est aliud correlatiuum.

Primvm sic probatur: Respectu trium psonarum sunt tres articuli fidei distincti tribus personis correspondentes, igitur una poterit concipi, alia non concepta, & includitur, & intelligitur relatio summi boni. Et si dicas, quòd sunt correlatiua, igitur si concipitur una, & alia, dico quòd non oportet, licet cognitio unius requirat cognitionē alterius, non tamen oportet cognoscentem, & fruentem uno, frui alio.

De Secvndo dico, quòd nullo modo potest beatus intuitiuè, uidere essentiam sine persona, nec unam personam sine alia.

Primvm sic probatur: Essentia est quid cōe ad tres personas, igitur si uideretur sine persona esset cognitio cōfusa, & indistincta, sed uisio beata est distinctissima. ergo.

Item uisio intuitiua concernit essentiam, & in hoc distinguitur ab astractiua, quæ abstrahit

ab eſſentia, & præſentialitate, ſicut infra dicetur, ſed eſſentia non exiſtit niſi in perſonis ergo.

Hēricus quo lib. 2. q. 7. q̄re cum alibi, & alios.

Item non poteſt intuitiue, & diſtinctè uideri aliquid niſi uideantur omnes partes eius, quæ ſunt in eo diſtinctæ ex natura rei, ſed perſonæ diſtinguntur in eſſentia ex natura rei, ergo.

Ex hoc ad aliam diſtinctionem, nam ex quo non poteſt uideri eſſentia ſine perſona, cum pariratione uideatur in una perſona, & in alia, cum æquè immediatè ſe habeat ad unam & ad aliam, ſequitur quòd non poteſt uideri una perſona ſine alia.

Ex hoc ad ſecundum ſic: Voluntas non eſt magis abſtractiua, quàm intellectus, ſed ut probatum eſt, cũ intellectus nõ poſſit intuitiue uidere eſſentiam ſine perſona, nec unam perſonam ſine alia, ergo nec uoluntas poteſt uelle.

Item, quantum ad tertium mẽs eſt imago Trinitatis, ergo non poteſt quietari niſi in Trinitate, ſed frui eſt quietatio, ergo.

His non obſtantibus dico, quòd de potentia Dei abſoluta, poteſt beatus frui eſſentia ſine perſona, & perſona una non fruendo alia.

Pater eſt perfecte beatus, ideſt omnem perfectionem quam habet pater habet à ſe, & nullam à filio.

AD HOC poſſunt eſſe rationes ſuperius factæ de Viatore, ſed in ſpeciali ſic probo de poſſibilitate: Pater in diuinis ordine originis præcedit filium, in illo autem priori perfectiſſimè eſt beatus, nullam autem perfectionem expectat à perſona producta, à qua realiter diſtinguitur, & beatitudo eſt perfectio intrinſeca, ſed in illo priori non habet pro obiecto beatifico eſſentiam communicatam perſonis, ſicut patet, ergo eſſentia abſolutè, & ex ſe eſt obiectum beatificum perfectiſſimum. Non eſt ergo contradictio poſſe frui perfectiſſima fruitione eſſentia ſine perſona, & ſimiliter una perſona ſine alia, quia in illo priori prima perſona cum includat eſſentiam, eſt perfectiſſimum obiectum beatificum.

Item beatitudo in Deo eſt perfectio ſimpliciter, ſed perfectiones in Deo ſimpliciter aliquo modo præcedunt notionalia, ergo ante productionem perſonarum eſt in Deo beatitudo perfecta, cuius obiectum eſſe non poteſt eſſentia, ut communicata tribus perſonis. Modus autem poſitionis iſtius eſt talis: actus habet obiectum primum, à quo eſſentialiter dependet, & habet obiectum ſecundarium à quo non eſſentialiter dependet, ſed non eſt impoſſibile manere eundem actum cum obiecto primo circumſcripto obiecto ſecundo.

Exemplum. Eſsẽtia eſt primũ obiectũ beatitudinis.

Exemplum: Diuina eſſentia eſt obiectum primum beatitudinis, & res uiſæ in ea ſunt obiectum ſecundarium, & ideo poteſt unus Angelus ſimpliciter eſſe beatus fruendo diuina eſſentia, ſubſtracta ſibi uiſione rerum contentarum in ipſa, etiam ſtante eodem actu fruitionis, qui & prius. Ita in propoſito diuina eſſentia non communicata tribus eſt quaſi ſummum obiectum fruitionis.

Eſſentia diuina eſt indiuiſibilis.

AD PRIMUM in contrarium dico, quòd eſſentia diuina propter ſui perfectionem non diuiditur in perſonas, Et ideo ita eſt in tribus, quod tamen in ſe eſt hæc, & ita eius cognitio ſine perſonis non eſt confuſa, ſicut cognitio uniuerſalis ſine particularibus.

Exemplum.

Ad ſecundum dico, quòd uiſio intuitiua concernit ſemper exiſtentiam, licet non ſubſiſtentiam incommunicabilem; Exemplum: Albedo non ſubſiſtit niſi in ſuppoſito, & tamen ſi eſſet ſeparata, quia haberet ueram eſſentiam, uerè uideretur intuitiuè, ſic in propoſito eſſentia in ſe uerè exiſtit, licet ſubſiſtentiam non habeat incommunicabilem niſi in perſona.

Ad tertium dico, quòd maior eſt falſa, niſi ubi illud totum diuiditur in illas partes, ſed diuina eſſentia non diuiditur in perſonas.

EX HOC patet ſolutio ad alias ſuas conſequentias, ex quo negatum eſt antecedens, tamen dico, quòd conſequentia de uelle eſt falſa, poteſt enim intellectus oſtendere uoluntati unum obiectum totale in quo ſunt plura, quorum unum includit reliquum, & tamen uoluntas propter ſui libertatem habebit actum ſuum uolendi circa primum includens, non habendo circa ultimum incluſum.

Exemplum Scoti in litera.

Exemplum: Aliquis poteſt uelle epiſcopatum nolendo ſacerdotium maxime actu negato nolendi, & tamen intellectus oſtendit quod ſacerdotium includitur in epiſcopatu.

Ad ultimum de imagine, patet quod non eſt argumentum neceſſitatis, ſed cuiuſdam congruẽtiæ; Nàm ſi per impoſſibile, Deus non eſſet Trinus, adhuc beatificaret ſi eſſet ſummum bonum.

DE TERTIO articulo dico, quòd intellectus creatus beatus cum ſua potentia naturali agente ſuo obiecto beatifico agit ipſe in quantum poteſt, & quia eius obiectum eſt eſſentia communicata tribus perſonis, ideo ipſe de ſui potentia non poteſt uidere eſſentiam niſi in tribus perſonis, ita etiam non poteſt intuitiue uidere eſſentiam ſine perſona, nec unam perſonam ſine alia, nec etiam frui fruitione ordinata, quantum ad uoluntatem, quia ſicut non frui, & poſſibile frui eſt peccatum ita poſſe frui perſona, & non frui cum ſit fruibile, eſt peccatum.

VTRUM autem poſſit de ſua potentia abſoluta, magis dubium eſt, tamen credo, quod non in quantum bonus, quia cum ſit in bono confirmatus, nec poteſt peccare, & per conſequens nec poteſt non frui eo, quod eſt fruibile, ſed loquendo præciſè de ſua potentia abſoluta naturali forte erit dicendum ſicut de uiatore.

cap. 10. in fine.

DE quarto dico, quòd de facto omnes beati unica fruitione fruuntur una eſſentia, & tribus perſonis, ſicut patet per Auguſtinum primo de Trinitate.

AD PRIMUM principale dico, quòd bonum quod cum ente conuertitur, & reperitur in omni prædicamento non eſt bonum ſimpliciter perfectum, cuiuſmodi debet eſſe finis, & terminus fruitionis.

Ad ſecundum etiam patet, quòd bonitas perſonalis, ſi dici poſſit illa, quæ conuertitur cum ente, non eſt illa quidditatiua bonitas ſimpliciter

citer

citer perfecta, quæ terminat actum fruitionis.

Ad tertium dico, quòd quia Viator non uidet Trinitatem sicut est, sed cõcipit eã tribus conceptibus, quasi similitudinariè ad aliqua tria creata, sed in beatitudine essẽtia, quę est una in tribus, est primum obiectum, quod, quia intuetur sicut est, ideo est una uisio essentiæ, & trium personarum.

Quæ nam sit causa formalis uisionis.

Qvod autem dicitur: uidemus Deum, in quãtum Trinus, dico quod ly in quantum non replicat causam formalem, Nam trinitas non est formalis causa uisionis, sed essentia, quæ una est, uel unitas essentiæ, & non est simile de credere, quia essentia non causat in nobis propter imperfectionem intellectus nostri actum credendi, uel cognoscendi, sicut actum uidendi. Nam credimus, uel cognoscimus personas distinctas ex creaturis.

Sola persona filii terminat dependentiã ad suppositũ.

Ad aliud in oppositũ dico, quòd in Deo per respectum ad extra aliud est efficere, aliud est determinare. Nam humana natura in Christo causatur à tota trinitate, & tamen in sola persona uerbi suppositatur, ita quod sola persona filii terminat illam dependentiam ad suppositum. Ita in proposito dico, quod essentia sine persona, & una persona sine alia potest terminare actum fruitionis de potentia Dei absoluta.

Ad aliud, dico, quòd unus finis ultimus in se habens rationem formalem, ut est ultimus finis, potest tamen habere alias rationes, ab illa quæ non sunt rationes ultimi finis, & potest frui eo secundum rationem ultimi finis, non fruendo eo sub rationibus aliis.

Duplex adoratio, actualis, & habitualis.

Ad aliud dico, quòd duplex est adoratio una habitualis, & alia actualis. Modo sufficit quod adorans unam actualiter adoret aliam habitualiter. Et sic potest adorari una persona nõ adorãdo aliam, ut patet in illo hymno: Veni creator.

VTRVM FRVITIO SIT PASSIO recepta in Voluntate, puta aliqua Delectatio.

Seraphicus Bona. primo sent. distin. 1. q. 1. Artic. 2.
Scotus primo sen. dist. 1. q. 3.
D. Thomas prima secundæ. q. 11. Artic. 1.
Ricardus primo sent. distin. 1. q. 1.
Durandus primo sent. distin. 1. q. 1.
Franciscus de Mayronis primo sent. distin. 1. q. 2.
Ioannes Bacconitanus primo sent. distin. 1. q. 1.

Quæstio tertia.

elicitiuè fruitio est actus uoluntaris, præsuppositiuè uero est actus intellectus, bene dicit D. Thomas, & bene Scotus.

Tertio quæro Vtrum frui sit actus elicitus à uoluntate, uel sit passio, & delectatio consequens actum, posito, quòd per se pertineat ad uoluntatem.

Qvod sit passio, & delectatio, Apostolus ad Gal. c. 5. ait: Fructus spiritus sunt, gaudiũ, & pax; hæc autem non sunt actus, sed consequentia actum, Vnde philosophus 10. ethic. cap. 4. delectatio sequitur actum, ergo frui non est actus elicitus.

Contra. Voluntas, uolendo Deum actu elicito, aut uult Deum propter aliud, & tunc utitur Deo, & est peruersa; aut uult eum propter se, & tunc fruitur, & tunc habetur propositum.

Respondeo: Primo uidendum est de actibus potentiarum; secundo, de principali proposito. De primo dico, quòd sicut intellectus alicui uero assentit propter se, ut principio, alicui propter aliud, ut conclusioni, cui assentit in uirtute principii. Ita uoluntas aliquid uult propter se, ut finem, aliquid propter aliud, sicut quæ sunt ad finem, quæ uult propter ipsum finem, & tamen in ista similitudine est diferẽtia duplex. Vna quia illi duo assensus intellectus distinguuntur pręcisè ex obiectis, quorum unum per se notum, aliud per aliud, & ideo intellectus qui est naturalis potentia, non potest aliter assentire nisi illi propter se, & illi propter aliud, sed non sic ex parte uoluntatis, quia cum ipsa sit potentia libera ex se idem obiectum potest uelle propter se, uel pp aliud, qa illa est in sua libertate modi uolẽdi, sicut ipse actus, & ita isti actus distinguũtur pręcisè propter libertatem uoluntatis. Secunda differentia est quia illi duo assensus sufficienter diuidunt totum assensum intellectus, quia cum sit potentia naturalis non potest assentire nisi secundum naturam ipsius ueri. Omne autem uerum complexum est uel principium, uel conclusio, Ex parte autem uoluntatis est dare medium, quia intellectus potest sibi ostendere aliquod bonum absolute non ostendendo, utrum sit uolendum propter se uel propter aliud, & tunc uoluntas ex sui libertate potest absolute illud uelle, non uolendo ipsum nec propter se, nec propter aliud, sed potest tunc imperare intellectui, ut uideat qualiter sit uolendum, & ista uoluntas habet actum uolendi propter aliud, qui dicitur uti, & habet actum uolendi propter se, qui dicitur frui, & habet actum neutrum; De secundo quod est principale quæsitum, aliquæ auctoritates Augustini nituntur dicere, quod frui sit præcisè actus perfectus elicitus à uoluntate, qui est uelle propter se. Vnde Augustinus: Omnis peruersitas, quę uitium nominatur, est uti fruendis, & frui utendis, talis autem peruersitas formaliter est in actu uoluntatis elicito, & non in delectatione, quia delectatio non est praua, nisi quia actus, hoc etiam uidetur dicere primo de doctrina Christiana: Frui est amore inhærere alicui propter se. Aliquæ aliæ nituntur dicere, quòd est delectatio consequens actum primo de Trin. Plenum gaudium est frui Trinitate, gaudium autem est formaliter delectatio propriè intendendo. Aliqui aiunt quod frui dicit utrumque secundum actum uolendi propter se, & delectationem consequentem actum. Et secundum hoc fruitio est aliquod unum ens per se, sed unum per accidens aggregatum ex illis duobus, & hoc uidetur ex-

8 qq. q. 30.

cap. 1.

cap. 10.

uide dist. 49. q. 7.

presè uelle ex diffinitione, quam ipse ponit.10. de Trin. frui est, inquit, cognitis in quibus uoluntas delectata propter se conquiescit. in quantum dicit, fruimur cognitis, notificat actum elicitum, qui est circa obiectum cognitum. in quantum dicit, in quibus uoluntas delectata est, notificat ipsam passionem consequentem actum siue ipsam delectationem. Et ita secundum hoc, aliæ auctoritates eius sunt incompletæ respectu istius.

Ad Argumenta patet responsio.

Vtrum autem actus, uel delectatio sit magis proprium significatum istius uocabuli frui, difficile est probare, potest tamen dici, quòd actus, quia hoc uocabulum frui construitur cum ablatiuo significante obiectum ex ui transitionis, quę constructio approbatur uerbis significantibus actum.

Ad Argumenta in oppositum potest dici, quòd auctoritas est potius pro nobis, quàm contra. Nam fructus est actus gaudii, si uero frui nõ esset actus, tunc frui non esset delectari.

VTRVM FINE APPREHENSO per intellectum necesse sit uoluntatem frui eo.

Scotus primo sent dist.1.q.4.
D.Thomas prima secunda.q.10.Artic.1.& 2.
Franciscus de Mayronis 1.sent.dist.1.q.7.

Quæstio Quarta.

Qvarto Qværitvr, Verum fine apprehenso per intellectum uoluntas necessario uelit eum.

Qvod sic. Sicut efficiens mouet propriè, ita finis mouet mediate sed efficiente approximato cum passo bene disposito, & neutro impediente necessario sequitur actio, ergo sic erit ex parte finis. sed tunc est sufficiens approximatio, quã do finis est apprehensus per intellectum, ergo.

Contra. Necessitas naturalis non stat cum libertate, sed uoluntas est potentia libera, ergo non potest necessitari: Maior probatur, quia necessitate, & liberè sunt oppositi modi prædicandi & incomposibiles: Minor probatur, scilicet quod uoluntas sit libera etiam circa finem, Nam liberè uult ea quæ sunt ad finem, ergo & finem, alias non esset eadem potentia, sed constat quod sicut circa omnia intelligibilia est unus intellectus: ita circa uolibilia omnia, est uoluntas una.

An uoluntas sit libera.

Respondeo, ꝙ quæstio potest intelligi, uel de fine obscurè apprehenso in uniuersali, uel de fine obscure apprehenso in particulari; uel de fine clarè uiso in particulari.

Opinio Henrici quolib.3. q.17.& quol. 4.q.11.

De Primo dicitur, quòd fruitur necessario uoluntas, fine confusè apprehenso in uniuersali, quod probatur sic, per illud 21. phys. Sicut se habet principium in speculabilibus, ita finis in operabilibus, sed intellectus necessariò assentit primo principio, in speculabilibus, ergo uolũtas necessario uult finem in operabilibus.

D.Tho. 1.2. q.10.Artic.1. & 2.

Item uoluntas non potest aliquid non uelle nisi inueniat ibi aliquam malitiam, uel aliquem defectum boni, sed neutrum istorum ostendit sibi intellectus in fine ultimo apprehenso in uniuersali, ergo.

De Secvndo dicitur, quòd uoluntas potest frui fine apprehenso confusè, & in particulari, cuius ratio est, quia potest tunc frui aliquo alio particulari bono incomposibili illi.

Egidius quolib.5.q.6.

De Tertio dicitur, quòd uoluntas necessariò fruitur fine clarè uiso, quod probatur per secundam rationem primi articuli. Etiam additur alia hic, quod uoluntas nullo modo potest frui fine ultimo etiam clarè uiso sine charitate, cuius ratio est, quia agere præsupponit esse, ergo agere supernaturale, cuiusmodi est frui ultimo fine etiam clarè uiso, præsupponit esse supernaturale, quod est charitas.

D.Tho.1.parte summæ.q.82.Artic.1.

Agere ꝓsupponit esse.

Contra Primvm articulum Augustinus primo retractationum dicit, quòd nihil est in potestate uoluntatis magis, quàm ipsum uelle, sed actus alicuius alterius potentiæ est simpliciter in sua potestate, quòd sit uel non sit, puta quòd intellectus consideret finem, uel non consideret, ergo multo magis actus suus propriis erit in sua potestate, quòd scilicet uelit finem, uel nolit.

cap.9.& 22.

Item si necessario uellet finem sibi ostensum ab intellectu necessario, imperaret intellectui, quòd semper consideraret de fine, quod tamen falsum apparet.

Item ea necessitate, qua graue quiescit deorsum, tendit deorsum, & è diuerso, & etiam remouet omne prohibeas minus eo, ergo uoluntas necessario uult finem sibi ab intellectu ostensum, necessario imperat intellectui, quòd ostendat sibi finem, & necessario tenet intellectum in consideratione finis, quod tamen est falsum.

Secvndvm articulum concedo quantum ad conclusionem, non tamen uidetur posse stare cũ articulo eorum; primo quia secunda ratio primi Articuli si erit bona, magis includeret de fine in particulari apprehenso, quam in uniuersali, & ita uidetur ponere incomposibilia.

Contra tertium articulum, stante eodẽ principio agendi; & eadem ratione agendi, stat uniformitas in modo agendi. Sed uiator obscurè uidens finem non necessario, sed contingenter, & liberè, uult eum, ergo comprehensor clarè uidẽs finem, cum habeat eãdem numero uoluntatem, quam prius, quæ est principium agendi, & eandẽ numero charitatem, quæ est ratio agendi, licet tñ perfectiorem, sequitur, quòd non necessario, sed contingenter, & liberè uult finem.

Confirmatur, quia clarè uidere, & obscurè uidere, non uidetur esse nisi maior, & minor approximatio potentiæ in ratione obiecti, sed maior & minor approximatio non tollit modum agendi, sed facit esse actum magis, uel minus intẽsum. Exemplum: ignis de necessitate naturæ calefacit calefactibile remotum, & propinquum, sed hoc magis intensè, & illud minus.

Pulchrũ exẽplum.

Item uoluntas, ut uoluntas, est formaliter uo-

luntas

luntas libera, sicut intellectus, ut intellectus est formaliter potentia naturalis; sed uoluntas, cui in tellectus repraesentat obiectum clarè uisum, est formaliter uoluntas, ergo est libera formaliter, ergo non necessariò, sed contingenter uult quicquid uult, quia non est formaliter libera, si non est domina sui actus.

Voluntas est formaliter libera.

DICO IGITVR quantum ad primum, & secundum, & tertium articulum, quòd uoluntas cótingenter, & non necessariò uult finem, quocunque modo ostendatur sibi, & etiam ea, quae sunt ad finem.

Voluntas cótingenter, & non necessario uult finé.

Ex hoc dico, quòd est ex se, & dico etiam sic, quòd intellectus de potentia Dei absoluta potest clarè uidere finem absque eo, quòd fruatur uoluntas eo, cum tam contrarium isti dicant, & hoc probo sic: Quádocunque sunt duae entitates absolutae, quarum una naturaliter praecedit aliá, Deus potest facere primam sine secúda, ergo potest facere, quòd sit clara uisio in intellectu absq; uolitione in uoluntate, quia & est entitas absoluta, & naturaliter prior.

Nota. & bene.

RESPONDETVR ad hoc, quòd uerum est quando nec primum dependet a posteriori, nec ambo a tertio, sed sic ambo procedunt ab obiecto clarè uiso.

CONTRA. Voluntariè causans, potest sine contradictione causare primum effectum, nec causando secundum, quando prius non dependet a secundo, sed Deus uoluntariè causat quicquid causat ad extra, ergo potest causare uisionem clara in intellectu, absque uolitione, quam causet in uoluntate.

CONTRA illud, quòd dicunt etiam in tertio articulo de charitate, arguo sic: Illud, per quod agens formaliter agit, & praecisè, est potentia, ergo si per charitatem uoluntas potest frui, & sine charitate non potest, sequitur, quòd charitas est potentia, & non habitus.

Item uoluntas sine charitate ex suis naturalibus potest diligere unum bonum creatum per se, & per consequens frui ipso, Et de clarè uiso, multo fortius cum inueniatur ibi plus de ratione fruibilitatis.

Ad solutiones Argument.

AD PRIMVM alterius positionis adductum in primo Articulo dico, quòd si similitudo esset in omnibus, concluderet multa falsa. Nam sicut intellectus necessariò assentit conclusioni propter principia, ita uoluntas propter finem necessario uellet ea, quae sunt ad finem, quod patet esse falsum, super omnes dico tamen, quòd tenet similitudo in hoc, quia sicut intellectus ex principio elicit conclusionem, ita uoluntas ex appetitu finis persequitur ea, quae sunt ad finem, sine quibus ostenditur sibi ab intellectu, quod finem cósequi non potest, sed in modo agendi non est similitudo, cum intellectus sit potentia naturalis, & uoluntas sit potentia libera.

Ad secundum dicitur, quòd si uoluntas nó potest non uelle finem sibi ostésum actu. s. affirmato circa obiectum negatum, cum in fine tali nó sit malitia, uel defectus cuiusmodi debet esse obiectum uolitionis, potest autem illud non uelle illud actu. s. negato circa obiectum negatum, & illud est contradictorium de uelle, & non est sibi contradictorium nolle, cum actus sit positiuus, potentia autem libera, ut patet ad contradictoria, & ita uidetur sequi, quòd etiam uoluntas beata, quantum est ex se, licet non possit nolle obiectum beatificum táquam non sit nolibile, potest tamen non uelle. i. suspendere actum nolendi eú.

SED CONTRA. Non potest non uelle obiectú actu. s. negato, nisi uolendo actu affirmato illum actum propter quam nolebat obiectum, sed ille non est uolibilis, cum non sit in eo malitia, & defectus.

Volútas beati an possit suspendere actú uolendi.

Praeterea si ipse actus posset nolli, posset etiá nolli respectus fundatus in ipso, & per cósequés posset nolli Deus, qui est terminus illius respectus.

Item uoluntas Dei est libera, & tamen non potest suspendere actum, ergo suspendere posse actum non est de ratione libertatis.

Volútas Dei est libera.

Item qua ratione posset substrahere actú pro uno, nunc posset pro alio, posset diu sustinere actum suspensum, quia quandocunque reelicere contingeret, eliceret alias, pro tunc non esset libera, sed diu tenere actum suspensum à uolendo Deum, est peccare, cum praeceptum sit: diliges Dominum Deum tuum, ergo uolútas beata posset peccare, quod est falsum.

AD PRIMVM istorum potest dici uno modo, quòd & si actus ille non sit malus, est tamen imperfectus negatione, quia non dicit omnem perfectionem, & ideo potest nolle. Et similiter ille respectus obiectum terminat, aut non, quia dicit omnem perfectionem, nec tamen oportet quòd licet intellectus non intelligat respectum sine termino, uoluntas tamen, quae nó sequitur modum intellectus, cum sit libera, potest unum uelle sine alio, & nolle sicut patrem sine filio, & econuerso uel potest dici quòd non uelle obiectum non oportet esse per nolitionem actus, sed per substractionem omnis actus.

Ad secundum dico, quòd omnis uoluntas in quantum uoluntas est libera, & potest ut sic substrahere actum, sed quòd uoluntas Dei hoc non possit, hoc accipit, quia ille actus est infinitus, & est quoddam necesse esse & per consequens ipse etiam est immutabilis.

Vide Franciscum de Mayronis in dist. praesenti, q. ultima. quomodo uoluntas sit libera, & qúo nó sit libera.

Ad tertium dico suppositio, quòd uoluntas substrahat actum per uolitionem ipsius actus, ut dicebatur in prima solutione illius instantiae adductae contra solutionem secundi argumenti primi articuli, dico, quòd quia uoluntas beata est à Deo in bono confirmata, adeo Deus non coagit sibi in illo actu uolitionis per quam de se posset nolle actum, & ita non impeditur eius libertas. Nam si Deus uoluntati meae non coageret, nihil possem uelle, & tamen uoluntas mea libera est.

AD ILLVD, quod adducebatur ad probationé secun-

secundæ partis tertii articuli, dico, quòd licet præsentatio obiecti clarè uisi sit super naturalis, tamẽ ipso præsentato, naturale est uoluntati posse illud uelle libere propter se, & per consequens frui ipso.

Ad principale dico, quòd si efficiẽs sit agens naturale approximato sibi passo, & non impedito, necessario agit, sed si sit agens uoluntarium approximato sibi passo, non necessario, sed contingenter agit, & ita si finis ostendatur agenti uoluntario, non necessario, sed contingenter uult eum. &c.

Vltimo circa Distinctionem istam primam Quæritur,

VTRVM DEO CONVENIAT frui.

Seraphicus Bona primo sent. dist. 1. q. 1. Arti. 3.
Scotus primo sent. dist. 1. q. 5.
Ricardus primo sent. dist. 1. q. 2. Artic. 2.

Quæstio quinta.

Qvinto quæritur, utrum Deus fruatur.

Qvod non. Quia frui est respectus finis, sed Deus finem non habet, ergo.

Contra. Deus uult se, nõ propter aliud, quia tunc uteretur se, ergo propter se, & per consequens fruitur se ipso.

QVAERO SECVNDO VTRVM uiator fruatur.

Scotus primo sent. dist. 1. q. 5.
Ricardus primo sent. dist. 1. q. 2. Artic. 2.

Quæritur tertio.

Circa hoc quæritur, Vtrum uiator possit frui.

Qvod non. Quia uelle, quod est frui, est perfectissimus actus, ergo non conuenit uiatori.

Contra. Propter se potest uelle aliquid, cum habeat uoluntatẽ liberam, ergo potest frui illo, & per consequens fruitur.

Hic tamẽ notãdum est quòd Deus utitur nobis, & aliis creaturis, nõ tamẽ eo mõ, sicuti nobis, sed digniori mõ, nã Deus non fruitur nobis, quia ut ait Dauit Psal. 15. Bonorum non strorum non indiget.

VTRVM PECCATOR fruatur.

Scotus primo sent. dist. 1. q. 5.
Ricardus primo sent. dist. 1. q. 2. Artic. 2.

Quæritur quarto.

Circa hoc adhuc quæritur, utrum peccator possit frui.

Qvod non, quia ipse adhæret bono cõmutabili, fruendum est autem bono incommutabili.

Contra. Sicut dictum est de uiatore.

VTRVM BRVTA fruantur.

Scotus primo sent. dist. 1. q. 5.
D. Thom. prima secunda q. 11. Artic. 2.
Ricardus primo sent. dist. 1. q. 2. Artic. 2.

Quæritur quinto.

Adhvc quæritur circa hoc, utrum Bruta fruantur.

Qvod sic. Augustinus 83. q. 30. frui qualibet uoluptate non absurdè æstimantur, & bestiæ.

Contra. Frui est amore inhærere &c. bestiæ non amant.

VTRVM OMNIA fruantur.

Scotus primo sent. dist. 1. q. 5.

Adhvc circa hoc quæritur, utrum omnia fruantur.

Qvod sic. Primo Ethicorum: Omnia bonum appetũt naturali amore, ergo omnia possunt amare bonum naturaliter, & aliquod propter se.

Contra. Fruimur cognitis, sed non omnia cognoscunt, ergo.

Respondeo ad solutionem istarum quæstionum. & præmitto tale exemplum: Centrum est in medio immobiliter stans secundum naturam. Terra per se primo, & immediate, & propriè & immobiliter sibi adhæret, quæ est corpus graue, Lapides uerò, & corpora grauia, ut metalla, quæ sunt in uisceribus terræ propriè, & immobiliter sibi adhærent, sed non immediatè, & per se, sed mediante terra; Corpora autem grauia, quæ sunt in superficie terræ, adhærent sibi propriè, sed nõ immediatè, & per se, sed mediante terra, & non immobiliter, quia possunt moueri. Corpus autẽ, quod esset in manu, esset aptum natum sibi adhærere propter sui grauitatem, tamen non sibi adhæret, sed adhæret manui, quæ continet modo. Exemplum.

Tvnc ad propositum: Centrum immobile accipio pro ultimo fine, qui est immobilis cuncta mouens, grauitatem accipio pro uoluntate. Tunc pro terra, quæ immobiliter, & immediatè per se adhæret centro, accipio uolũtatem Dei, quæ hoc modo adhæret sibi ipsi. Corpora grauiora quiescẽtia in medullis terræ accipio pro beatis, qui immobiliter, & propter se adhærent ultimo fini nõ immediatè, & per se, sed mediante uoluntate diuina, cui confirmantur, quæ significabatur per terram: Corpora grauia quiescentia in superficie terræ accipio pro uoluntate uiatoris iusti, qui adhæret centro mediante terra, adhæret Deo mediãte uoluntate diuina, cui confirmantur, sed nõ immobiliter, donec sunt in superficiẽ terræ, in statu

tu isto. Corpus graue, quod est adhærens manui, accipio per uoluntate peccatoris, quæ cum sit apta adhærere Deo, adhæret tamen rei mobili.

Ex His patet solutio ad tres prædictas quæstiones.

Ad quartam uero, & quintam dico, quòd nihil, quod non habet uoluntatem propriè, frui potest, cum frui consistat in actu uoluntatis, uel delectatione consequente illum actũ, uel in utroq;.

Ad Argumentum contra primam quæstionem dico, quòd ut dictum fuit in præcedentibus, respectus, qui est finis, non est terminus fruitionis, sed illud absolutum, quod subiicitur illi respectiui, ergo uoluntas diuina fruitur ipsa diuinitate, quæ fundat respectum finis ad omnia causata, & nõ ad se ipsam, quia causalitas causæ finalis est more metaphisico efficiens ad agẽdum effectũ, cuius dicitur causa finalis, sicut patet quòd inhabitatio domus quæ est finis mouet domificatorem, qui est efficiens ad faciendam domum, igitur quod est ineffectibile cuiusmodi est Deus est finibile. Illud ergo uulgatum uerbum, quod dicitur quòd Deus agit propter finem, intelligendum est quòd quandoque agit propter finem nõ tamen propter finem suum, sed propter finem effectus.

Ad Argumentum secundæ quæstionis dico, quòd frui Deo est perfectior actus, qui haberi possit in uia.

Ad illud tertiæ dico, quòd quia peccator fruitur bono commutabili, ideo imperfectè fruitur, & est peruersus, quia fruitur utendis.

Ad Argumentum quartæ, & quintæ quæstionis patet, quòd non accipitur frui nisi impropriè per omni sensitiuo appetitu, uel inclinatione naturali.

DISTINCTIO II.

Circa istam secundam Distinctionem. In qua Magister agit de essentia Dei, & eius Vnitate, & personarum pluralitate, primo Quæritur,

VTRVM IN ENTIBVS SIT ALIquid existens Infinitum.

Seraphicus Bona. primo sent. dist. 2. q. 3. Artic. 1.
Alexander Alensis prima parte summæ. q. 6 mẽb. 1.
Scotus primo sent. dist. 2. q. 1. & in quolib. q. 5.
D. Tho. prima parte summæ. q. 7. Artic. 1.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 2. q. 7.

Quæstio prima

Circa distin. secundam quæro primo, Vtrũ sit dare aliquid actu infinitum.

Qvod non. Quia si calor esset actus infinitus, non cõpateretur secũ aliquod frigidum, ita infinitum bonum non compateretur secum aliquod malum, sed multa mala sunt in uniuerso. ergo.

Item. Infinitum corpus nullum aliud corpus secum compateretur, ergo nec infinitum ens, aliquod ens; sed multa sunt etiam præter Deum.

Item. Quod est ita hic, quòd non est alibi, est finitum secundum ubi, & quod ita est nũc, quòd non alias, est finitum secundum quando. & quod ita potest hoc, quòd non aliud, est finitum secundum potentiam. ergo quod est ita hoc, quòd nõ illud, est finitum secundum entitatem. Sed Deus ita est substantia, quòd non est accidẽs, & ita est hæc singularis substantia, quòd non illa, ergo est finitus.

Contra. Octauo phys. probat Arist. primum mouens esse infinitum &c. 8. phys. cõtex. 78. & ultimo.

VTRVM HAEC PROPOSITIO Deus est, sit per se nota.

Scotus primo sent. dist. 2. q. 2.
Thomas prima parte summæ. q. 2. Artic. 1.
Ricardus primo sent. dist. 3. q. 2. Artic. 1.
Durandus primo sent. dist. 3. q. 3.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 2. q. 1.

Quæstio secunda.

Secundo quæritur circa hoc, Vtrum tale infinitum esse, sit per se notum. li. 1. fid. orth. cap. 1. & 3.

Qvod Sic. Quod omnibus naturaliter est insertum, est per se notum, sed Deum esse per Dam. omnibus naturaliter est insertum, ergo Deum esse est per se notum.

Itẽ ueritatem esse, est per se notum, sed Deus est ueritas, ergo. Maior patet, quia sequitur ex suo opposito, Nam si nulla ueritas est, ubique est ueritatem non esse.

Contra. Per se notum non potest negari, sed dixit insipiens in corde suo, non est Deus. ergo. Psal. 13. & 52.

Respondeo, quòd secundum philosophum secundo Met. in conueniens est simul quærere scientiam & modum sciendi, quod exponens cõmentator dicit, quòd primo debemus quærere modum sciendi, ideo primo dicam ad secundam quæstionem, quæ inquirit de modo cognoscẽdi istam propositionem, Deus est. Circa quod dicam primo, quod est perfectio per se nota. Secundo q sunt termini talis propositionis. Tertio inferam duo corollaria. Quarto dicam ad propositũ. 2. met. contex. 15.

De Primo dico, quòd in propositione per se nota ly per se non excludit terminos propositionis, quia prima principia cognoscimus in quantũ terminos cognoscimus primo Poster. Sed excludit quòd non est nota per aliam causam, siue per aliquam copulationem, siue per aliquid aliud, qđ sit extra per se conceptum terminorum, sed est nota ex suis terminis, qui sunt intrinsecè aliquid eius, qui termini & ex se, & in se continent euidentem uirtutem eius. primo post. contex. 6. primo post. contex. 10. & expressius in secũdo post. habetur contex. 8.

De Secvndo dico, quòd termini propositionis per se notę sunt diffinitio & diffinitum, quod

sic

ſic probo per philoſophum primo poſt. ubi dicit, quòd diffinitio ſiue quòd quid eſt alterius extremi eſt mediū in demoſtratione, igitur altera præmiſſarum in demoſtratione, quæ tamen per ſe eſt nota, formatur ex diffinitione, & diffinito ſicut patet.

D. Tho. in 1. parte ſummę q. 2. Arti. 1. in ſolutione pricipali.

Quare dicat propoſitio p ſe nota.

De tertio dico, ꝙ ex dictis ſequitur quòd non eſt diſtinctio inter propoſitionem per ſe notā, & per ſe noſcibilem. Nam non dicitur per ſe nota, quia actu cognoſcatur ab aliquo intellectu, quia ſi nullus intellectus eſſet, adhuc eſſent propoſitiones per ſe notæ, ſed dicitur per ſe nota, eò quòd eius termini quantum eſt ex ſe ſemper habent euidentem notitiam de ea.

Secundo sequitur, quòd non eſt diſtinctio inter propoſitionem per ſe notam in ſe, & in nobis, uel ſapientibus; quia quæcunque eſt in ſe per ſe, non omnibus eſt per ſe nota, uel per ſe noſcibilis, quia nullus poteſt eam cognoſcere niſi per ſuos terminos, qui continent eius notitiam euidentem.

De quarto dico, quòd hæc propoſitio, Deus eſt, eſt maxime per ſe nota, quia cum eſſe ſit propriiſſimū Dei ita, quòd nō dicitur de eſſentia eius in ſecundo modo dicendi per ſe, ſed in primo. Ita, quòd eſſe Dei eſſentia eſt ſuum eſſe, ideo ſequitur, quòd termini iſtius propoſitionis, Deus eſt, maxime continent eius notitiam euidētiſſimam ita, quòd cuicunque eſſent noti ipſi termini, ſtatim eſſet notæ copulæ terminorum, & non per aliquid aliud.

Vide ſenten. Scoti, & domini Trombetæ in ſuis formalitatibus, in ca. de diſtinctione, & identitate, ex natura rei.

Eſſe enim ita euidentiſſime, & in mediatiſſime ſe habet ad eſſentiam Dei, quòd per nullum medium poteſt demonſtrari, nec oſtendi.

Est autem ſciendum, quòd de nullo alio cōceptu ipſius Dei eſſe, eſt per ſe notum niſi de ipſa eſſentia, ut dictum eſt. Cuius ratio eſt, quia quādocunque prædicatur aliquid immediatiſſimè, in eſt alicui ſubiecto, illud ſubiectum eſt ſufficiens medium ad demonſtrandum ipſum habere eſſe demonſtratione propter quid, illud prædicatum de omni reperto in ipſo ſubiecto, & de omni in quo ipſum ſubiectum reperitur: Exemplum, habere tres immediatiſſimè ineſſet triangulo, triangulus eſſet ſufficiens medium ad demonſtrādum ipſum habere tres de omni & quòd reperitur in triangulo, puta de figura, & de omni eo, in quo eſt triangulus, puta de yſocheleſ. Igitur hæc eſſentia Dei cum immediatiſſimè in ſit, eſt inſufficiēs medium ad demonſtrandum eſſe Dei infinite, de neceſſe eſſe, de ſummo bono, & de omnibus iſtis conceptibus repertis in Deo, & ita per cōſequens omnes iſtę concluſiones demonſtrabiles neceſſe eſt eſſe, infinitum ens eſt, ſummum bonum eſt, & ita non erunt per ſe notæ, ſed ſola iſta erit per ſe nota, quæ eſt immediatiſſima, hæc eſſentia eſt. ſimiliter etiam non eſſet propoſitio per ſe nota illa, in qua prædicatur de Deo aliquis iſtorum conceptuum, ut Deus eſt infinitus, Deus eſt neceſſe eſſe, & huius modi, cuius ratio eſt quia talia prædicātur quaſi ut paſſiones. Nunc autem ita eſt ꝙ omnis paſſio uel prima uel non prima eſt demōſtrabilis de ſubiecto per medium, quod uel erit diffinitio ſubiecti, uel paſſionis prædicatæ, & licet propriè in Deo non ſint paſſiones, & etiam quæ ſunt in Deo non propriè diffiniuntur, tamē illa prædicata habent quaſi modum paſſionis, & poſſunt quaſi diffiniri. Et ideo iſta: Deus eſt infinitus, poterit ſic demonſtrari: omne potēs in omni factibili eſt infinitum Deus eſt huiuſmodi, ergo. Et nunc infinitus demonſtratur de Deo per medium, quod eſt quaſi diffinitio ſubiecti, uel ſi debet accipi medium, quod ſit diffinitio paſſionis ſecundum aliam opinionem, accipitur illud, quod erit quaſi diffinitio infinitatis.

Exemplum. Scoti in declaratione li teræ.

Omnis paſſio eſt demōſtrabilis de ipſo ſubiecto.

Prædicata in Deo habent quaſi modū paſſionis.

Notandum autem, quòd ad declarationem ſecundi articuli ſupradicti, quòd ubicunque prædicatur diffinitio de diffinito eſt propoſitio per ſe, ſecundum quòd probat ratio illa, nō tamē eſt èconuerſo, quia poteſt eſſe propoſitio per ſe nota abſque hoc, ſicut in principio, & etiam in propoſito Deus eſt. ſufficit enim ad propoſitionem per ſe notam, quòd eius termini ex ſe contineāt euidentem notitiam illius compoſitionis, quia illa eſt in diffinitione, & diffinito. Ideo talis propoſitio eſt per ſe nota, & quia ita eſt in aliquibus alìis, ideo &c.

Quid ſufficiat ad propoſitionē p ſe notam.

Notandum inſuper diligentius, quòd omnis propoſitio, quæ in ſe, eſt per ſe nota; eſt per ſe nota omnibus potentibus cognoſcere eius terminos ſecundum proprias rationes, cum dictum ſit, quòd termini talis propoſitionis continent euidentiam illius compoſitionis, & quia uiatori nō eſt notus iſte terminus, Deus, ſecundum propriā rationem, ideo propoſitio, Deus eſt, non eſt per ſe nota uiatori, eſt tamen per ſe nota Deo, & beatis, quia apprehendunt eius terminos ſecundum proprias rationes. Eſt autē Dictum ſupra, quòd non eſt diſtinctio inter propoſitionem per ſe notā in ſe, & in nobis, quia illa, quæ in ſe eſt per ſe nota, eſt nobis per ſe nota, ſi apprehendimus terminos eius, alias non. Nam ideo dicitur per ſe nota, quia per terminos eius eſt nota, & quia inſipiens non apprehendebat ſub propria rōne hunc terminū, Deus, ideo poterat dicere: nō eſt Deus.

Ad primum ergo dico, quòd uerbum Damaſceni intelligitur pro eo, quòd ex creaturis naturaliter deueniemus in cognitionem creatoris & ideo naturaliter eſt nobis inſerta uia cognoſcēdi Deum, ſcilicet per creaturas.

Ad ſecundum dico, quòd ſi nulla ueritas eſt, uerum eſt ueritatem non eſſe, & illud erit uerum in conceptu, cuiuſmodi non eſt Deus: Et ideo argumentum rationale, probat ad propoſitum.

Tunc dico ad quæſtionem, ꝙ eſſe eſt demonſtrabile de infinito demōſtratione propter quid, & hoc eſt ex natura terminorum per ipſam diuinam eſſentiam, quæ eſt immediatum ſubiectum illius prædicati, ſicut dictum eſt in permiſſa quæſtione, ſed habere tres angulos, triangulus, qui eſt immediatum eius ſubiectum, poteſt demonſtrari de omni eo, quod eſt in triangulo, ſed quia diuina eſſentia non eſt nobis nota ſecundum propriiſſimam rationem, ideo demonſtratione pro-

pter

Ordo ſingularis procedendi.

per quid non poſſumus demonſtrare, nec oſtendere eſſe de infinito, ſed poſſumus demonſtrare demonſtratione quia; talis autem demonſtratio perfectius habetur, per proprietates relationis, quã ꝑ proprietates abſolutas, cuius ratio eſt, quia immediatè cognito uno correlatiuorum cognoſcitur & reliquum.

Ariſt. in cap. de relatiuis.

PRIMO igitur dicam de proprietatibus relatiuorum ipſius entis infiniti, ſecundo declarabo eſſe de ipſo ente infinito. De primo ſex concluſiones. Prima eſt, quòd in entibus eſt aliquod ſimpliciter primum in ratione efficientis; ſecunda eſt, quòd illud oĩno eſt ineffectibile. tertia eſt, ꝙ in entibus eſt ſimpliciter primum in ratione finis. quarta eſt, quòd illud tale eſt omnino infinibile. quinta eſt, quòd in entibus eſt ſimpliciter primũ ſecundum eminentiam. ſexta eſt, quòd unum, & idem eſt ſimpliciter primum ſecundum prædictas tres proprietates.

Prima cõcluſio.

PRIMA CONCLVSIO ſic probatur: In entibus eſt aliquod effectibile, ergo ab aliquo effectiuo uel igitur a ſe, & hoc eſt impoſſibile, quia nulla res ſe ipſam gignit, ut dicit Auguſt. primo de Tri. uel a nullo, quod etiam eſt impoſſibile. quia nihil nullius eſt effectiuum, uel ab alio & tunc illud eſt ſimpliciter primum, & ſic habetur propoſitum, uel non eſt ſimpliciter primum & tunc habebit aliud ante ſe, & tunc petã de illo, & cum non ſit procedere in infinitum, erit deuenire ad unum effectiuum, quod eſt ſimpliciter primum.

primo de Tri. cap. 1.

ſecundo de anima. contex. 47.

CONTRA iſtam dicitur primo ſic, quòd philoſophi non habent pro incõuenienti proceſſum in infinitum in efficientibus, quia ſecundum eos in generatione unum generatur ab alio, ita tamẽ generans, quod non eſt dare primum generans, ergo.

Secundò ſic, quia prædicta ratio non demonſtrat, quia accipit contingentia, nam contingens eſt, quòd primum efficiens efficiat.

Ad primum dico, quòd philoſophi non negant proceſſum in infinitum in cauſis accidentaliter ordinatis ſicut patet per Auicen. 6. Met. Vbi loquitur de generatione indiuiduorum ſub una ſpecie; ſed tamen negant proceſſum in infinitum in cauſis per ſe eſſentialiter ordinatis.

6. Met. cap. 5.

Ad cuius declarationem ſciendum eſt, quòd non eſt idem dicere cauſam per ſe, & per accidens, & cauſas eſſentialiter ſiue per ſe, & per accidens ordinatas, nam in primo dicto eſt compoſitio cauſæ ad effectum tantum, ut illa dicatur per ſe quæ per ſe ipſam ſiue per ſuam propriam naturam cauſat illum effectum; & illa per accidẽs, quæ per aliud ſibi adiunctum cauſat illum effectum. Exemplum: Homo per ſuam naturam propriam generat hominem, ſed per albedinem ſibi adiunctam diſgregat. In ſecundo uero dicto eſt comparatio cauſarum ad inuicem ex comparatione ad effectum, ut illę dicantur cauſæ eſſentialiter ordinatę reſpectu eiuſdem effectus, quarum una dependet ab alia in cauſando, & illę per accidens, quarum una non dependet ab alia in cauſando. Eſt. n. duplex differentia inter cauſas eſſentialiter ordinatas, & accidentaliter ordinatas, quarum prima eſt, quòd in cauſis eſſentialiter ordinatis cauſa ſecunda dependet a prima in cauſando. In illis uero non. Secunda differentia eſt, quia in cauſis eſſentialiter ordinatis cauſante ſecunda neceſſario cauſat prima, & hæc eſt differentia ſecunda, quæ dependet ex prima, ſicut patet. In illis uero non ſic. i. in eſſentialiter ordinatis ſecundum quòd totum patet intuenti; Ex duabus his differentiis ad propoſitum ſequitur quòd impoſſibile eſt procedere in infinitum in cauſis eſſentialiter ordinatis, quia ut patet, oportet quòd ad eundem effectum cõcurrerent infinitæ cauſæ accidentaliter cauſantes, ergo.

Exemplum.

AD SECVNDAM rationem dico, quòd licet ſit contingens, quòd primum efficiens efficiat, & quòd effectibile efficiatur, tamen neceſſe eſt, ꝙ primum effectiuum ſit effectus & quòd effectibile ſit efficiens, hoc modo accipiebat ratio, & ideo demonſtrat demonſtratione tantum, quia. Probata eſt concluſio prima, quòd ſcilicet in entibus eſt aliquod efficiens, quod eſt ſimpliciter primũ.

SECVNDA concluſio, quòd tale eſt ineffectibile ſtatim patet. Nam ſi cauſet effectibile, ergo ab aliquo effectiuo primo, quia effectiuum præcedit effectibile, non enim poteſt aliquis ſeipſum efficere, ut probatum eſt in prima concluſione, ergo ſequitur quòd ipſum non erit primum effectiuum, ſi eſt effectibile. Cõtradictio ergo eſt, ꝙ primum effectiuum eſt effectibile.

Secunda concluſio.

TERTIA concluſio, quòd ſcilicet aliquid ſit in entibus primũ in ratione finis ſic probatur, quaſi ſicut prima; nam aliquid eſt fruibile, ergo ab aliquo fine, ſed non a ſe ipſo, ergo a fine alio a ſe, uel illud eſt, ultimus finis, & tunc habetur propoſitum, ſi non eſt ultimus accipiam alium, & cum ſit ſtatus, ergo. Et ſi contra iſtam inſiatur, ſicut primam, ſaluatur eodem modo.

Tertia cõcluſio.

QVARTA concluſio, ꝙ tale eſt infinibile, probatur, ſicut ſecunda ſicut totum patet.

Quarta concluſio.

QVINTA cõcluſio ſcilicet quòd in entibus eſt aliquod primum ſecundum eminentiam, ſic probatur: Primum effectiuum eſt extra totam coordinationem omnium effectibilium, alias nõ eſſet primum effectiuum ſicut patet. igitur eſt extra rationem factibilium, igitur effectiuum nõ eſt uniuocum, ſed æquiuocum, & per conſequens eminentius omnium, quia cauſa æquiuoca eminẽter continet effectum, ergo ſequitur quòd in tota coordinatione factibilium eſt unum primum, ſecundum eminentiam, quod eſt extra illam coordinationem, & ſic patet quinta concluſio, & eſt probatum, quòd tale eſt primum effectiuum, & ſic patet una pars ſextæ concluſionis. Tunc probo aliam partem, quòd ſcilicet illud ſit primum in ratione finis. & hoc ſic: Illud, quod ꝑ ſe, & primo agit, non agit propter aliud à ſe, quia iam non per ſe primo ageret, ex quo in agendo dependeret ab alio à ſe, propter quod ſimiliter ageret, ergo propter ſe, & primo agit, non autem propter aliud, ergo ipſum idem, quod eſt ſimpliciter primum effectiuum, eſt ultimum in ratione finis, ꝙ

Quinta concluſio.

Cauſa æquiuoca eminenter continet effectum.

idem

idem est suo modo accipiendo. Est ergo probatum, quod unum, & idem est primum in ratione efficientis, & in ratione finis, & secundum eminentiam, & hæc erit sexta conclusio.

TAMEN de primo articulo in quo, ostensę sunt proprietates relatiuę de ipso ente infinito; dico quod primitas dicit relationē ad illud cuius respectu est primum, & etiam esse dicit priuationem relationis.

DE SECVNDO articulo principali, ubi ostendēdum est, esse de ente infinito, dico quinque conclusiones. Prima, quòd illud, de quo pręostensa est illa triplex proprietas, est necessario esse. Secunda quòd est intelligens, & uolens. Tertia, quod sua intellectio, & sua uolitio sunt sua essentia realiter. Quarta quòd distinctè cognoscit & nulli naturaliter prius quam sint in se ipsis. Quinta, quod tale est actu infinitum, quod est propositum principale.

Prima conclusio. Secunda conclusio. Tertia conclusio. Quarta conclusio. Quinta conclusio. Probatio primæ.

PRIMA PROBATVR sic: Omne penitus increabile est ex se, sed illud, quod est ex se est necesse esse. Illud est penitus increabile, quia est ineffectibile, ut patet ex secunda conclusione primi articuli & est infinibile, ut patet ex quarta conclusione primi articuli, ergo est penitus increatabile.

Probatio secundæ.

SECVNDA CONCLVSIO sic probatur: Aliquid causatur contingenter in entibus, ergo illud primum effectiuum contingenter causat, antecedēs patet secundum Theologos, & philosophos, consequentia probatur, quia in essentialiter ordinatis causa secunda dependet à prima in causando, ut patet ex primo articulo, ergo si prima causa necessario causat, & secunda licet non ēconuerso, ergo si aliud contingenter causatur, necessarium est quòd prima causa contingenter causet. Tunc ultra omne quod contingenter agit est agens uoluntarium, quia præter uoluntatem omne aliud agēs non agit uoluntariè, sequitur, ergo quòd primum agens est uoluntarium agens, & per consequens intellectuale. Declaratur hæc ratio, quia causa secunda ita dependet à prima in causando, quòd non causat nisi in uirtute primæ, & ut mota à prima, ergo si prima necessario moueret, secunda necessario causaret, relinquitur, quòd prima contingenter mouet, & per consequens uoluntariè.

2. phys. & 8. phys. 2. de generatione, & 12. met.

Probatio tertiæ

TERTIA CONCLVSIO sic probatur; ut patet ex prædictis. Illud agens de quo agitur est simpliciter primum effectiuum, & per consequens à se effectiuum à nullo alio dependet, ergo potest ex se causare omnem effectum, quem posset circumscripto omni alio à se, sed non potest causare uolitionem, quæ est ad eum pertinens circumscripta intellectione, quia nihil est uolitum, nisi per intellectum, ergo intellectus nō est aliud à sua essentia, & pari ratione nec uolitio, & hoc argumentum ultimum concludit de omni uolitione, & intellectione eius uel intelligat, ut uelit se ipsum, uel aliud à se.

Probatio quartæ.

QVARTA CONCLVSIO probatur sic, ut patet ex prædictis: Hoc ens, de quo agitur est necesse esse, & est simpliciter primum effectiuum, ergo quidquid est idem sibi est ex se necesse, & simpliciter primum, sed intellectio, & uolitio sua est realiter idem sibi, ut patet ex præmissa conclusione, ergo prius natura cognoscit res, quàm sint in se ipsis & distinctè, quia non cadit in eo imperfectio, ut patet ex quinta conclusione primi articuli, cognitio uero indistincta arguit imperfectionem in cognoscente, ergo.

Probatio quintæ.

QVINTA CONCLVSIO, quæ est principaliter intenta in isto articulo, & in tota quæstione scilicet, quòd tale ens est actu infinitum, probatur multis uiis.

Prima uia sumitur ex parte efficientis quàm ponit Arist. 8. phys. & in 12. Met. & arguitur sic: Primum mouens mouet motu infinito, ergo habet uirtutem infinitam, sed uirtus infinita non potest esse nisi in essentia infinita. Declaratur ratio sic, primo quantum ad antecedens, nam si non mouet motu infinito, sicut forte philosophus intelligebat, tamen quantum est ex se potest mouere motu infinito. i. per infinitam durationem: & ideo tantum ualet ad propositum ostendendum, quantum si moueret. Prima consequentia declaratur sic: Ex eo, quòd ex se mouet, & non in uirtute alterius, & à nullo dependet in mouendo, oportet, quòd comprehendat in se uirtualiter totum illum modum, quē causare potest ex se per infinitā durationem, & in omnes effectus, quos causare potest per illum motum, sed si ille motus esset infinitus, & illi effectus essent infiniti; ergo ipsum continens uirtualiter actu in se, & similiter talia, est actu infinitum.

8. phys. & 12. met. contex. 78. & ultra contex. 41. & 42. Hēricus quodlib. 4. q. 3.

Secunda uia sumitur ex eo, quòd est intellectus agens, & arguitur sic, sicut patet ex quarta conclusione istius secundi articuli: Hoc ens, de quo agitur prius natura, quàm res sint in se ipso, cognoscit eas distinctè, ergo cognitio rerum, quam habet, non causatur ex rebus cognitis, ex quo ipse nō præexigunter cognitioni, ergo causatur ab alio, quod est primum obiectum sui intellectus, & hoc non potest esse nisi sua essentia, ex quo nulla alia res præexigitur suæ intellectioni, ergo sua essentia ex se potest causare sufficienter cognitionem cognoscibilium, & qua ratione unius, pari ratione alterius, ex quo illud non præexigitur, ergo omnium intelligibilium, sed omnia intelligibilia sunt infinita, ergo illa uirtus, qua sua essentia potest causare cognitionem omnium intelligibilium, est infinita, quia maior uirtus est posse causare cognitionem duorum, quā unius, & illa infinitarum est infinita, & per consequens ipsa essentia est infinita.

Tertia uia summitur ex eo, quod est ultimus finis, & arguitur sic: Voluntas nostra naturaliter inclinatur ad amandum summum bonum, secundum Augustinum, sed summum bonum est infinitum, ergo est aliquid actu infinitum, alias naturalis inclinatio uoluntatis esset ad nihil.

de libero arbitrio cap. 2.

Præterea ex eadem uia uoluntas naturaliter appetit beatificari, sed non beatificatur nisi perfectè quiescat, non autem perfectè potest quiescere in aliquo finito, quia semper potest plus appetere,

petere. ergo ultimus finis, in quo beatificatur, est aliquid actu infinitum, alias suua naturalis appeti tus erit frustra.

Secunda via sumitur ex eo, quòd est primum secundum eminentiam, sicut patet ex quinta con clusione primi articuli, & arguit sic: Eminentissimo repugnat aliqd esse maius, sicut patet, quia iā non esset eminentissimum, sed nulli finito repugnat aliquid esse maius, ergo eminētissimum nec est finitum, ergo est infinitum.

AD ARGUMENTA istius quæstionis primo propositæ, sed secundo determinatæ, dico, ꝙ si actiuum infinitum formaliter, uel etiam uirtualiter, ꝙ tantum ageret de necessitate naturæ, & non contingenter destrueret omne sibi contrarium, & nullum compateretur secum, sed Deus non agit ad extra de necessitate naturæ, sed uoluntariè, & contingenter.

Ad secundum dico, ꝙ non ualet consequentia, quia dimensio unius corporis repugnat dimensio ni alterius corporis respectu eiusdē loci, sed entitas una, non repugnat alteri entitati, quia una en titas non sic replet totam naturam entitatis secun dum dimensionem, quasi essentialem. sicut dimē sio unius corporis replet totum unum locum, se cundum dimensionem localem. Potest etiam dici, ꝙ dimensiones corporis glorificati possunt simul stare cum dimensionibus alterius corporis, & hoc propter sui subtilitatem, ergo multo magis diuina essentia propter sui simplicitatem.

Ad tertium Dico, ꝙ consequentiæ illę non ualēt, nisi illud, quod demonstratur in antecedente, à quo alia separantur, sit finitum. Exemplum: Posito per impossibile, ꝙ esset aliquod ubi infinitum, & aliquod corpus impleret illud, tunc non ualeret, si diceretur, ꝙ ita est hic, ꝙ nō alibi est, ifinitū secundum ubi. Ita quia secundum philosophum motus est infinitus in tempore infinito, non ualet contra eū, si dicatur motus, quia ita est in hoc tempore, quòd non in alio est finitus, sed in proposito sic est ꝙ illud, quod demonstratur in antecedente, non est infinitum. &c. — *Exemplum.*

VTRVM SIT TANTVM Vnus Deus.

Seraphicus Bonā primo sent. dist. 2. q. 1. Artic. 1.
Alexander Alensis prima parte summæ, q. 14. mem bro secundo.
Scotus primo sent. dist. 2. q. 3.
D. Thomas prima parte summæ. q. 11. Artic. 3.
Durandus primo sent. distin. 2. q. 1.

Quæstio tertia.

Circa unitatē dei, quæritur tātum unum, utrum sit, &c.

TERTIO quæritur utrum sit tantum unus Deus.

QVOD non. Plura bona finita sunt meliora paucioribus bonis finitis cæteris paribus, ergo plura bona infinita sunt meliora uno bono infinito, sed quod est melius est ponēdum in uniuerso, ergo sunt plura summè bona, uel plures Dij.

CONTRA. Deuteronomij: Audi Israel, Dominus Deus tuus unus est. — *Deut. cap. 6.*

RESPONDEO. Certum est apud fideles, quòd est unus solus Deus. Aliqui dicunt, quòd hoc non est demonstrabile, sed pure creditum, quòd sic probatur: Si posset demonstrari Deum esse unū naturaliter, posset cognosci eius singularitas, ex quo naturaliter cognosceretur eius unitas, & ita naturaliter posset cognosci sub propria singulari ratione, cuius contrarium dictum est supra. Dico, quòd potest ostendi naturaliter esse unū Deū, & hoc multis uijs, quarum una sumitur ex parte intellectus infiniti ipsius Dei, & arguo sic: — *Potest naturaliter ostendi esse unū Deū.*

SI sunt plures Dij, uel unus non intelligit alium; & sic neuter est Deus, ex quo non intelligit id, quod est maxime intelligibile, uel unus intelligit alium; & tunc uel Deus, qui uocat, a, intelligit Deum, qui uocatur, b, per essentiam ipsius, a, uel per essentiam ipsius, b, uel per aliquam simi litudinem, non primo modo, quia cum Deus sit intelligibilis per suam essentiam, tunc Deus, a, uel imperfectè eum intelligeret, & sic ipse nō esset Deus, uel oportebit, quòd contineat eum eminenter, & sic Deus, b, contentus esset Deus. Nec secundo modo, quia cum intellectio, quæ non est idem obiecto, sit natura posterior ipso obiecto, sequeretur, quod intellectio ipsius Dei, a, esset na tura posterior ipso Deo, b, & per cōsequēs Deus, a, non esset, Deus. Nec etiam tertio modo, quia quod per suam essentiam est intelligibile, imperfectè intelligitur per similitudinem, & ita Deus, a, nō esset Deus. Relinquitur ergo, quòd sit unus Deus tantum.

SECVNDO ex eadem uia arguitur sic: Idem actus non potest habere plura obiecta adæquata, sed si sic Deus, a, intelligeret perfectè se, & Deū, b, Eodem modo, & actu simul, eius actus haberet duo obiecta adæquata, si uero intelligeret alio modo, & alio actu, tunc non erit Deus, ex quo ha bet diuersos actus, si uero non intelligeret, similiter non erit Deus.

SECVNDA uia sumitur ex uoluntate infinita, & arguitur sic: Deus, b, cum sit summum bonum, est infinitus, & infinitè diligendus à uoluntate infinita rectà potēte eū sic diligere. Igitur, si Deus, a, non diligit Deum, b, hoc modo non est Deus, quia uel non habet infinitam uoluntatem, uel nō habet eam rectam; si diligit eum hoc modo, sequitur quòd naturaliter non plus diligit se, quàm illud, cuius non est pars, nec effectus; quod est impossibile.

Tertio ex eadem uia sic: Vel Deus, a, fruitur Deo, b, & tunc idem actus fruitiua habet duo obiecta fruitiua adæquata, quod est impossibile; quia tunc uno substracto reliquum sufficit; & tamen id, qđ substrahitur erat totale obiectum, cū esset summum bonum. Vel utitur, & tunc est peruersus, & ita non est Deus.

TERTIA uia sumitur ex infinità potentia, & arguitur sic: Eiusdem effectus non possunt esse duę causæ totales: cuius ratio est, quia una substracta, sufficit alia; & ita totaliter remaneret effectus substracta

subſtracta ſua cauſa totali, quod nõ eſt intelligibile; Sed qualibet cauſa infinitæ potentiæ eſt ſufficiens cauſa reſpectu cuiuslibet effectus producibilis. ergo non poſſunt eſſe plures cauſę ſimul habentes potentiam infinitam.

QVARTA uia ſumitur ex eo quod eſt neceſſe eſſe & ſic: Neceſſe eſſe eſt ex ſe, ut patuit ſupra in alia quæſtione; ergo, ſi põt eſſe, eſt. ergo, ſi poſſunt eſſe plures dij, neceſſe ſunt. Conſequens eſt falſum et quod, ex quo ſequitur.

QVINTA uia ſumitur ex omnipotentia, & ſic: Aliquid omnipotens omnia poteſt, ergo Deus, a, poteſt deſtruere omne aliud à ſe, ergo poteſt deſtruere Deum, b; & per conſequens Deus, b, non eſt Deus. Sed iſta ratio nihil ualet. quia omnipotentia, ut accipiunt eam Theologi, non eſt niſi reſpectu poſſibilium. ſicut igitur nõ cadit ſub omnipotentia poſſe deſtruere ſe, cum ſit neceſſe eſſe, ita nõ cadit ſub ea poſſe deſtruere Deum, b, cum per naturam neceſſe eſſe.

Omnipotentia non eſt niſi reſpectu poſſibilium.

ARGVO ergo ſic ex eadem uia: Sicut cadit ſub omnipotẽtia poſſe producere oẽ producibile, ita poſſe impedire, ne producatur, uel ergo Deus, b, poteſt impedire effectum, quem uult producere Deus, a; & ita Deus, a, non eſt Deus.

AD rationes igitur alterius poſitionis dico, quod cõiter oẽs dñr Deum eſſe poſſe demonſtrari demonſtratione quia, & Philoſophus demõſtrat 8. Phyſic. Tunc peto, utrum in fine demõſtrationis cõcipiatur Deus unus, uel plures. Certũ eſt, quod unus, & tñ non cognoſcitur pp hoc ſub ſua ſingularitate propriè diſtincta. Ita in propoſito: hæc demõſtratio, Deũ eſſe unũ in fine demonſtrationis nõ cõcipitur ſub ſua ſingularitate, in qua cum nullo participat, ſed cõcipitur confuſè, & indiſtinctè. unde ſciendum eſt, quod omnis cognitio, quæ habetur de Deo in uia eſt confuſa, & indiſtincta, propter aggregationem conceptuum tranſcendentium, ut Deus eſt ens infinitum, ens, conceptus eſt tranſcendens; & ita eſt negatio tranſcendẽs & infinitum ſibi. Vnde quodlibet iſtorum per ſe inuenitur in creaturis. Sed omnes ſunt ſimul in ſolo Deo. Vnde cognoſcendo Deum eſſe unum, non propter hoc cognoſco diſtinctè illam ſuam ſingularitatem propriam.

Contex. 34.

Ens eſt cõceptus tranſcendens.

AD principale dico, quod ſi eſſent poſſibilia plura bona infinita, eſſent meliora uno, ſed quia non ſunt poſſibilia, ideo unum bonũ infinitum, & ſummum eſt melius, quod cõtinet omne bonum. Vnde melius eſt id, quod eſt bonũ poſſibile, quàm illud, quod eſt impoſſibile.

Melius eſt bonum poſſibile, quam impoſſibile.

SI dicatur ulterius, Quòd eſt articulus fidei, dicente eccleſia: Credo in unum Deum, & ita eſt purè creditũ, & per cõſequẽs nõ eſt demõſtratũ.

DICO, quòd quia nõ omnis intellectus eſt potens demonſtratione &c. quia in demonſtrationibus poteſt contingere error in neſcientibus, & populus communiter eſt rudis, ideo illud poteſt credi, quod tamen de ſe eſt demonſtrabile, etiam uia naturali.

Omnis uiator tenetur credere omnes articulos fidei.

ET SI dicatur, quod omnis uiator tenetur credere omnes articulos fidei; ſed ille, qui demõſtrat, iam haberet ſcientiam, & per conſequens non fidem; dico, quod ſcientia de ſe eſt certior habitus, quàm fides. & ideo ſufficeret, ſicut patet de beatis, in quibus non eſt fides, ſed clara uiſio. Nõ enim ipſe habitus fidei ratione ſui ipſius eſt neceſſarius ad ſalutem; ſicut habitus charitatis, ſed propter hoc, quod creditur. ergo ſi illud ſcitur, ſufficit. Verum quia ipſe habitus fidei de ſe eſt imperfectus, ideo in patria ſuccedit ei uiſio. ergo ſi in uia ſuccedat ſibi ſcientia, quæ eſt perfectior habitus, ſufficit, ſicut patet, &c.

In Beatis non eſt fides, ſed clara uiſio.

VTRVM CVM VNITATE DIVINÆ eſſentiæ ſimpliciter ſtet pluralitas perſonarum.

Seraphicus Bona 1. ſent. diſtin. 2. q. 2. Artic. 1.
Alexander Alenſis 1. parte ſumma. q. 14. memb. 5.
Scotus primo ſent diſtin. 2. q. 4.
D. Thomas 1. par. ſummæ q. 39. Artic. 2.
Durandus primo ſent. diſt. 2. q. 4.
Ricardus primo ſent. diſt. 2. q. 1.
Franciſcus de Mayronis primo ſent. diſt. 2. q. 14.

Quæſtio quarta.

QVAERITVR quarto, utrum cum unitate eſſentiæ ſtet pluralitas perſonarum.

QVOD non. Quia ipſæ perſonæ diuinæ plures, uel diſtinguerentur ſe totis, & tunc tollerent unitatem eſſe, ſicut patet; uel diſtinguerẽtur per aliquas alias rationes; & tunc uel illæ rationes ſunt neceſſe eſſe, & ſic erunt plura neceſſe, cuius contrarium ſuperius eſt probatum; uel ſunt poſſibiles & tunc non erunt in Deo.

Item quicquid perfectionis eſt in una perſona, eſt & in alia. ergo ſuperfluũ eſt ponere pluralitatem perſonarum, ex quo nulla perfectio ex hoc additur, ſed nihil ſuperfluum eſt ponendum in Deo, ergo.

Item ſi pluralitas perſonarum nõ tollit ſimplicitatẽ eſſentiæ; oporteret, quod perſonę ſint ſimpliciter eſſe. Sed quæ uni, & eidẽ ſunt ſimpliciter idẽ, inter ſe ſunt ſimpliciter idẽ, ergo non ſunt plures.

Itẽ eſſentiale, & accidẽtale diuidũt totum ens. id ergo, in quo perſe diſtinguitur, cum nõn poſſit eſſe accidentale, erit ſibi eſſentiale, ſed quñ aliqua ſunt eſſentialiter idem, uno multiplicato. multiplicatur & reliquum, ergo non ſtat pluralitas perſonarum cum unitate eſſentiæ.

CONTRA. Eſſe poteſt omne id, quod non includit contradictionem, ſed quod ſit una eſſentia, & pluralitas perſonarum relatiuarum non includit contradictionem, cum non referantur ad idẽ pluralitas, & unitas. Pluralitas enim refertur ad relationem, & unitas ad eſſentiam. ergo.

IVXTA HOC QVAERO VTRVM ſint tantum tres perſonæ in eſſentia Diuina.

Seraphycus Bona primo ſent. diſtin. 2. q. 4. Art. 1.
Alexan-

Alexander Alēsis prima parte summę.q.14.mēb.5.
Scotus primo sent.distin.2.q.5.
D.Thomas prima parte summæ q.39.Artic.2.
Ricardus primo sent.2.dist.q.2.Arti.2.
Durandus primo sent.distin.2.q.4.
Franciscus de Mayronis primo sent.distin.2.q.9.

Quæstio quinta.

IVXTA hoc queritur, Vtrum sint tantum tres personæ in diuinis.

QVOD non. Quia omnes relationes sunt ibi eiusdem dignitatis. ergo qua rōne una constituit, & alia. ergo, cum sint ibi quatuor relationes, s. paternitas, & filiatio, spiratio actiua, & spiratio passiua; erunt ibi quatuor personæ.

Prima Ioannis. cap. 5. CONTRA. Ioānes ait: Tres sunt, q̄ testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & spiritus sanctus, ergo tres personę, non quatuor.

VTRVM ESSENTIA DIVINA posset stare in aliquo, & ipsum esse productum.

Scotus primo sent. distin.2.q.6.

Quæstio sexta.

AD HVC Quæritur, Vtrum esse productum stet cum necessitate, & unitate, & summa perfectione diuinæ essentiæ.

QVOD nō cum necessitate probatur sic: Nullū productum ex se est necessarium, sed q̄cquid est in Deo est ex se necessaria ergo. Maior probatur multipliciter, & primo sic:

Quod producitur, possibile fuit produci, non autem fuit impossibile, sed possibile distinguitur contra necesse. ergo.

Secundo sic: Productum sicut non est à se productum, sed ab alio, ita non à se, sed ab alio hēt esse, quocunq; circumscripto nō haberet esse, ergo nō à se est necessarium, sed ab alio, à quo bēt esse.

Item, q̄ non cū immutabilitate; Quia producēs aliquo mō pręcedit productū, ergò in illo priori nō intelligitur productum, & in alio signo posteriori intelligitur productum, ergo est ibi mutatio:

Item: Generatio includit essentialiter mutationem, ut vr̄, ergo gn̄atio nō p̄t esse sine mutatione.

Dependentia dicit imperfectionem. Itē q̄ non cum summa perfectione: Productū dependet à producēte, alias posset esse sine ipso, sed dependere dicit ex se imperfectionem.

Item: Aliæ mutationes sunt perfectiores, q̄ generatio. cuius signum est, q̄a cœlum ex sui perfectione habet, q̄ nō generet, & tñ p̄t mutari motu locali, & aliquibus alterationib. ergo gn̄atio arguit impfectionē in genito, ergo nō est in Deo, & maximè q̄a nō sunt ibi alię mutationes perfectiores.

12. de Tri. ca. 41. CONTRA id est Augustinus.

ITEM queritur circa hoc Vtrum sint ibi plures productiones.

QVOD nō. Quia necessariæ essent specie distinctæ, & per consequens per se productę essent specie distinctæ, hoc est impossibile, quia tūc necessariò una esset perfectior alia.

CONTRA id est Magister in litera, ut patet.

IVXTA HOC QVAERO IN SPECIALI, Vtrum sint ibi tantum due productiones intrinsece.

Scotus primo sent. dist. 2. q. 7.
D. Thomas prima parte summæ.q.27. Artic. 5.

Quæstio septima.

VLtimo quæritur circa hoc, & circa hanc distinctionem, Vtrum sint tantum duæ productiones.

QVOD nō. Philosophus 2. Physic. distinguit naturam, & intellectum, tāquam duo principia actiua, ergo sunt ibi tria principia productiua scilicet natura, intellectus, & uoluntas. & per consequens tres productiones. 2. Phy. cōtex. 49.

IN CONTRARIVM est Magister in litera, quia pluralitas est numerus personarum diuinarum. Declaratur autem ea productione.

IDEO primo respondeo ad quæstionem primā de productione, quæ est tertia in ordine; & dico, q̄ in diuinis est productio, quod sic declaro: Illud quod de sui ratione formali est principium alicuius productionis, ubicumque ponatur, erit principium talis productionis, sed memoria perfecta, & intellectus cum obiecto adæquato sibi proximo in ratione obiecti de sua ratione formali est principium productionis notitiæ genitæ, & adæquatę de ipso obiecto, ergo ubicumq; ponetur, erit ita. Sed in Deo est itellectus perfectissimus, quia formaliter infinitus, hn̄s obiectum perfectissimū, & maxime proximum in rōne obiecti, secundum diuinā essentiā in Deo. est ergo perfectissimū principium productiuū, & per cōsequens est ibi productio. Maior huius rationis est de se nota. Minor patet per Augustinū libro de Trinitate in diuersis locis. Nono de Tri. cap. VI.

INSTANTIA cōtra istam rōnem ad maiorem declarationem. Cōcedo igitur maiorem, sed contra minorē dico, q̄ minor est uera q̄n intellectus formaliter perficitur per illā notitiā productā, sine qua esset formaliter imperfectus, & hoc accidit in intellectu creato, sed intellectus infinitus, puta intellectus paternus non formaliter perficitur per notitiā genitā, sed per ingenitā, q̄ est idem realiter secum, qua formaliter intelligit.

Preterea in illo priori, in quo intellectus paternus origine præcedit notitiā genitā, hēt notitiā ingenitā adæquatā, qua formaliter intelligit. non. n. tunc intelligit, ergo ipse intellectus paternus cum obiecto non potest esse principium productiuum alterius alicuius notitiæ.

His non obstantibus confirmo rationē factā.

Ad instantiam respondeo.

Ad primū dico, q̄ intellectus creatus habet potentiā receptiuā, quæ est potentia passiua: & ideo p̄ notitiā genitā formaliter perficitur, sed q̄ hēat potentiā passiuā, hoc est imperfectionis in esse; Intellectus creatus hēt potentiā receptiuam

Sed quòd sit principium productiuum, hoc est perfectionis, ergo non ratione potentiæ passiuæ, quæ dicit imperfectionem intelle-

ctus est principium productiuum. Ergo non obstante, quod intellectus paternus non habeat potentiam receptiuam pasiuam: & per consequens quando formaliter non perficiatur per notitiam genitã; nihilominus cum obiecto eodem mõ, quo est dictũ, est principiũ productiuum, & per consequens non notitiæ insistentis, sed subsistentis.

Ad secũdum dico, quod notitia ingenita, qua intellectus paternus formaliter pficitur, cũ nõ sit producta, nõ adæquat intellectum paternum in ratione principij productiui, & per consequens non tollit sibi rationem principij productiui.

Relationes oppositæ se cũdi modi sunt cõpossibiles in eadẽ natura.

5. met. cap. de Ad aliquid.

Item secũdo cõtra cõclusionẽ principalẽ arguo sic: Relationes oppositæ secũdi modi sunt cõpossibiles in eadẽ natura; sicut patet de relationibus moti ui ad mobile in uolũtate, quæ mouet se. Sed relationes producẽtis, & producti sunt secũdi modi, sicut patet 5. Met. ergo sunt cõpossibiles in natura diuina. Et cõfirmatur, quia sicut uolũtas quodãmodo est illimitata ad uniuersaliter continere illũ actũ, quẽ formaliter in se pt recipere; ita, & multò magis diuina essẽtia ẽ illimitata ad extrema illius relationis.

Tunc ad rationes in oppositum.

possibile duplex.

Ad primũ dico, quod maior est falsa.

Ad primã eius probationẽ dico, quod possibile est duplex; Vnũ, quod distinguitur cõtra necesse, & est idẽ quod contingens, & tali possibili nõ fuit possibile produci, quod tale põt non esse. Aliud est possibile, quod descẽdit à possibili cõi, & stat cũ necesse; & tale distinguitur contra impossibile; & hoc possibili possibile fuit uerbum produci, & possibile est Deum esse Deum.

Ad secũdam probationẽ dico, quod illud aliud, à quo hẽt esse est essentialiter idẽ secum, & non hẽt esse ab alio essentialiter distincto, & necesse esse ex se, quia non ab alio essentialiter ab eo distincto, sed non ex se precise, sicut patet.

5. de Tri. c. 14

Preterea, dicit Augustinus, quòd pater est principium totius diuinitatis.

Ad secũdum principale dico, quod si posset intelligi in aliquo primi psona producẽs, sine psona producta, nõ tñ in illo priori intelligit, ut nõ producta, & ut non habens esse in ipsa persona producta, & ideo est solũ ibi mutatio in intellectione, quia primò non intelligitur, postea intelligitur.

Quõ una persona præcedat aliam.

Et si dicas, quod uerè ex natura rei persona producens prẹcedit personã productã; dico, quod nõ est præcessio creationis, sed originis, quæ quid sit, inferius dicetur.

Ad tertium dico, quod in creaturis gñatio dicit mutationem, & productionem. & istę duę rões non necessariò se includunt. Sed mutatio dicit imperfectionem, & est mutati forma. productio aũt dicit perfectionem, & est uia ad terminum, & tunc trãsfertur ad diuina solum rõtione productionis, dimissa mutatione, quæ dicit imperfectionem.

Ad quartũ dico, quod cum productũ non essentialiter distinguatur à producente, ideo non est ibi dependentia, quæ dicat imperfectionem.

Ad quintũ dico, quod amota à gñatione rõne mutationis, iam nullã imperfectionem dicit, sed perfectionem, quam dicit, communicationem eiusdem naturæ numero sine mutatione.

An in diuinis sit pductio.

Ponuntur aũt hic aliquæ rationes contra quæstiones de productione. & primo probatur, quod in diuinis nulla sit productio. secundo quod sint tres. tertio, quòd non sit nisi una. quarto, quod sint sex.

Primum sic probatur: Vera productio uerè elicitur, sed nec generare, nec spirare uere dr, ergo nullum ipsoru est uera productio ad intra. Maior vr manifesta, minor probatur, quia sicut nihil pt elicere se, ita nõ pt elicere id, quo formaliter est suppositũ eliciens: sed pater parternitate formaliter est pater, & ut pater hẽt elicere, & paternitas est realiter, & formaliter idẽ, quod generare, ergo. &c.

Secũm probatur sic: Nõ sunt in diuinis aliquæ productiones nisi spirare, & generare, & hęc sunt intrinsecè. sed istę sunt idẽ, ergo &c. Minor probatur, quia sunt in eodẽ supposito omnino simplici.

In æternis actus & potentia simul sũt 3. Phys. comtex. 32.

Tertiũ probatur sic: Vbi est sufficiẽs principiũ productiuum, ibi põt esse productio, sed in quolibet diuino supposito sunt duo sufficientia principia productiua. ergo i uniuerso sex productiones possunt esse, & si pñt, sunt, quia non differt ibi posse & esse. Minor probatur, quia in quolibet supposito est intellectus cũ obiecto põte in rõne obiecti, & uolũtas cũ suo obiecto põte i rõne obiecti.

Ad primũ istorũ dico, quod Deus uerè producit creaturã per se, & creatione pactiuã per accedẽs. & tñ creationem passiuam nullo modo elicitiuẽ producit, cum sit idẽ, quod ipse. Ita suo modo est in proposito, quod uerẽ producit pater uerbũ p se, & filiationẽ in uerbo quasi per accidens, & ita non oportet, quod elicitiuẽ producat, sed gñret actiuẽ, est enim alius modus in Deo, & creaturis, ubi sua actio non est sua substantia, nec illud, per quod constituitur in esse suppositi.

Ad secũm dico, quod sicut in creaturis intellectus cum obiecto, uel specie obiecti integrant memoriam, quæ est principium productiuum uerbi; ita suo modo in Deo intellectus diuinus cum natura diuina, quæ est suũ proprium obiectum integrãt memoriam, quæ est principium productiuum uerbi.

Ad tertium dico, quod generare, & spirare nõ sunt idem formaliter, nec realiter, realitate relatiua.

Quod probo tripliciter primo sic, quia idem spirare est in patre, & filio, sed generare repugnat, quòd sit in filio.

Memoria diuina est secũda quatenus est productiua prolis.

Secundo quia tunc Pater per eandẽ relationẽ diceretur ad filium, & ad spiritum sanctum.

Tertio, quia quæ in aliquo signo sunt, nõ idem in nullo signo sunt idem, nisi forte alterum erit in potentia passiua ad alterum, quod dico propter gradum remissum, & intẽsum eiusdem formę, qui secundum multos fiunt idem, quod tñ in proposito esse non pt. Sed mõ sic est, quod in primo signo originis, in quo est paternitas, sine generare, nõ est ipsum spirare. nã cum pater, & filius sint unus spirator, spirare nõ pt esse prius, quam filiatio. sed paternitas præcedit origine filiationẽ. &c. Hinc et potes notare, quod ordo originis nõ est solum esse ab alio.

Ad quartum dico, quod si intellectus, & obiectum suum præsens in ratione obiecti sint in spiritu sancto, non tamen, ut sunt ibi, sunt principium productiuum

ductiuum uerbi, sed prius origine, quàm sint ibi habent productionem, & terminum adæquatū, & permansiuum quando scilicet sunt in patre, & ita etiam est de similibus.

Nunc respódeo ad quartam & quintā quæstionem simul de numero productionum, & dico, ꝙ sunt duę tm̄ scilicet gñatio, & spiratio. Hoc aūt ab aliquibus sic declaratur: Actus notionales fundantur super actus essentiales, sed actus essentiales ad intra sunt tantum duo.s.intelligere, & uelle, ergo & notionales ad extra sunt tantu duo.s.dicere, & spirare, & istæ sunt productiones.

Héricus quodlib.6. q. 1. & quolib.2.q.6. & in summa Artic.54.

Modus istius opinionis, quæ est Henrici, dicitur esse talis: Obiectū pñs intellectui in rōne suf ciētis obiecti expræssiuè est in intellectu, & tunc tanquā suum purum actiuum producit notitiā sui ipsius simplicem, in ipsum intellectū, tanquā purum natura'e principium passiuum: sed tunc intellectus informatus iam notitia simplici, respectu cuius erat purè passiuus, fit fecūdus, & accipit uirtutem actiuā ad producendā notitiā declaratiuā. Sed antequā ipsam producat est iste ordo, ꝙ intellectus iā informatus uirtute simplici, non mediante illa notitia, sed ut nudus propria, & naturali sua uirtute conuertit se supra se intelligentē, & super actum simplicē intelligendi, & supra ipsum obiectū, qd intelligit actu: & ita in ista cōuersione est purè actus, tñ nō poterat se cōuertere, nisi primo informaretur illa simplici notitia, ut sic haberet supra qd cōuerteretur. Tunc igitur intellectus informatus simplici notitia producit actiuè, mediante simplici notitia, tanquā rōne agendi notitiā declaratiuā, q̄ est uerbū in ipsum intellectū nudū cōuersum, & de ipso, tanꝙ de materia. Sequitur Voluntas primo iformata de obiecto simplici uolitione postea ut nuda cōuertēs se supra se uolētē illa simplici uolitione, & supra ipsum actū simplicis uolitionis, & supra obiectū illius uolitionis, actiuè producit amorē adequatū; ita tñ, ꝙ principiū actiuum ipsius amoris adequati, & elicitiuū, est uolūtas nuda conuersa, & illud de quo producitur quasi de materia ast ipsa uoluntas informata simplici uolitione. & ita est duplex differentia, ex parte intellectus, & ex parte uoluntatis;

Modus opinionis Henrici.

Voluntas nuda secundum Héricum est princip um actiuum ipsius amoris adæquati.

Vna, ꝙ respectu simplicis notitiæ intellectus ē purè passiuus, & obiectum purè actiuum. Sed ex parte uoluntatis respectu simplicis uolitionis, uoluntas est passiua, & obiectum est quasi materiale, de quo dicitur, & producitur.

Secūda differētia est, qa ex parte intellectus respectu notitiæ declaratiuæ ipse intellectus informatus simplici notitia est actiuus: & ideo intellectus nudus cōuersus est passiuus; ex parte aūt uoluntatis est ē cōuerso, ut pdictum est, & rō huius diuersitatis est, qa intellectus de se est potētia passiua, & uoluntas de se est potētia actiua. Vñ ēt notandum, ꝙ intellectus de se nō dicitur natura, sed informatus simplici notitia est natura. & iō principium productionis uerbi est natura, nō autē dicitur natura intellectus nudus, qa ut sic, est potentia passiua, ut dictum est.

Intellectus de se est potentia passiua, & uoluntas actiua secundum Henricum.

Iste modus est scdm̄ istum Doctorē in creaturis, & in diuinis, excepto qd notitia simplex, & uolitio simplex, nō sunt accidētia in Deo, excepto ꝙ ibi pp suā perfectionem notitia, declaratiua, & amor adæquatus producuntur, ut subsistentes.

Cōtra. Iste modus ponit tres articulos, quorū unus est, ꝙ intellectus nudus cōuertitur. Alius ē, ꝙ cōuersio intellectus nudi est necessaria ad hoc, ꝙ ex tunc sit sufficiēs receptiuum ipsius uerbi. Alius est, qd intellectus informatus, notitia genita est principium actiuum ipsius uerbi.

Instantia contra Henricū.

Contra primum articulum sic: Conuersio est actio, actiones sunt suppositorum, ergo intellectus, qñ conuertitur est alicuius suppositi, sed nō suppositi scdi, quia cum cōuersio præcedat scdm te productionē uerbi, non erit suppositi scdi ante eius productionē, qd est falsum ergo est suppositi primi. Tunc sic intellectus cōuersus nudus est sufficiens receptiuum ipsius uerbi. & intellectus informatus simplici notitia est sufficiens productiuum. ergo producetur uerbum, & nō habebitur scdm suppositum in diuinis, quod est absurdum.

Contra scdm sic per Augustinum: Verbum producitur à memoria, sed memoria scdm eum ibidem integratur ex gratia, & obiecto præsenti; dicit.n.ꝙ ex cognoscente, & cognito pariter notitia, quę est uerbum, ergo non procedit solum ab intellectu formato simplici notitia.

9. Tri.c.12.

Contra tertium sic: Non uideo necessitatē, quare debeam ponere intellectum nudum cōuersum adhoc, ut de ipso producatur uerbum; sed credo, ꝙ statim, ꝙ est memoria integrata, gignit uerbum absq; aliqua alia cōuersione. Tñ ad probationē dico, ꝙ in Diuinis sunt duæ productiones ad intra.s.gñtio, & spiratio. cuius rō est, qa cum productiones ipsæ ad intra sint adæquatæ suis principiis productiuis, & sint coæternæ, nō pñt esse plures, nec pauciores, nisi, ꝙ sunt principia ipsarum. sed principia ipsarum sunt tm̄ duo. Qd probo p Augustinum ubi supra, nā ex quo pricipium productiuum est memoria, & memoria integrāt ex obiecto præsente in ratione obiecti, & potentia, quot igitur potētiæ, tot erunt principia, sed potētię sunt duę.s.intellectus, & uoluntas. &c.

Est igitur talis modus, ꝙ tā i diuinis, q̄ in creaturis præcisè integratur ex potētia, & obiecto nullo addito, sed in diuinis est ita, ꝙ intelligere essentiale est idē esse, & est perfectio simpliciter ipsius essentiæ, & iō est nullo mō producta; sed cōicata, sicut ipsa essentia, & alia attributa. & iō dr̄ notitia esētialis, & est illa, qua Pater, & filius, & spiritus sanctus, formaliter intelligunt; & formaliter sunt Beati, & iō ista pſupponitur ad productionē uerbi, sicut & aliæ perfectiones simpliciter, & ita ē simpliciter de uolitione esētiali. Sed tñ, sicut dixi, memoria integratur ex obiecto, potentia, & ipsa est formale principium productionis uerbi, sed producēs actiuè est ipsum suppositum primum.

Memoriā diuina est æterna. memoria nostra an sit æterna. data æternitate Animæ, ad huc lis sub Iudice est.

Sed si quæras per quid tunc constituitur inesse suppositi; Dico, ꝙ per ipsum dicere, cuius ipsa memoria est formale principium, & ita primum suppositum est memoria, ut includit dicere. & dico, ꝙ licet increatis dicere sit actio de genere actionis,

Per quid constituatur compositum.

actionis, in diuinis nõ est de gñe relationis, & est paternitas, siue ipsa generatio actiua, & q̃a ipsa nõ est intellectio, iõ non hẽt obiectum, sed quia est relatio, ideo hẽt terminum. Terminus autem eius est uerbum productum, qđ quidem per summã eius perfectionem non est inhærens, sed subsistens, & non est propriè notitia, quæ est intellectio, sicut in creaturis sed est suppositum, & persona constituta in esse suppositali, per qđ correspõdet illi dicere, qđ quidem dicere nõ est de genere passionis, sed relationis, & est ipsa filiatio, & ita in ipsa productione uerbi communicatur ipsi uerbo producto eadem natura numero, quæ est in producente. ita etiam ex parte uoluntatis, & ipsa uoluntas cum obiecto est formale principium spirationis, quæ spiratio est relatio correspondẽs in quo termino producto communicatur eadem natura numero, quæ est in ipso, & secundo supposito. In hoc autem est differentia, q̃ ipsum spirare non constituit suppositum, sicut dicere: cuius ratio est, quia non erant iam duo supposita constituta, in quibus est obiectum ipsum, & uoluntas, quæ est formale principium spirandi. & ideo ipsum spirare est elicitiuè à duobus suppositis distictis. & iõ dicitur cõis notio, q̃a est illorum duorum.

Omnia, quæ sunt in Deo.

ET SI quæras ordinem istarum duarum productionum, dico, q̃ omnia, quæ sunt in Deo, sunt essentialia, & notionalia absolutè, & relatiuè simul, non solum duratione, sed natura. Sed tamen origine pater præcedit filiũ, & pater & filius præcedunt spiritum. S. & per cõsequens paternitas filiationem, & spiratio actiuè spirationem passiuã.

Pater origine p̃cedit filiũ.

Scotus de ordine originis in primo dist. 30. & 12. q. 2. inferius dist. 26. in 2. dist. 1. q. 1. & in quolib. q. 4.

ET si quæras quid est ordo originis, dico, quòd sumitur ex natura rei, & est esse ab alio.

Et sic patet quòd inter paternitatem, & filiationẽ ad spirationem actiuam, uel passiuam, non est ordo originis, quia unum non habet esse ab alio: & si dicas, quòd nec filiatio propriè habet esse à paternitate; dico, quòd filius, qui formaliter constituitur in esse filij per paternitatem, habet esse ab ipso patre; & si dicas, quod sicut paternitas est simul origine cum patre, ita spirari cum spiritu sancto, ergo sicut pater origine pręcedit spiritum sanctum, ita paternitas ipsum spirari; dico, quòd pater, & filius præcedunt origine spiritum sanctum, non ut pater, & ut filius, sed ut spirantes, & ita ipsi, ut spirantes sunt simul origine, & tamen pater, ut pater præcedit filium origine, & ita possunt patere omnia dubia similia.

Quomodo pater, & filius, præcedant spiritum sanctũ.

SED SI quæras, quomodo pater eodem dicere, quo constituitur in esse suppositi producit uerbum; dico, quòd quia in creaturis suppositum est absolutum; ideo dicere, uel agere cum sint de genere actionis nõ cõstituunt suppositũ, sed supponunt cõstitutum in deo, aut ubi est suppositum relatiuum p eundem rõnem cõstituit, & producit.

Quare dicere in deo nõ est de genere actionis.

SED SI quęras, quare in Deo non est de genere actionis; dico, quòd quia non est ibi motus, nec mutatio, ideo est purus respectus non fundatus in motu, & per cõsequẽs est de gñe rłonis.

ET SI quæras, quare uerbum dicitur producere per modũ naturæ; dico, quòd ratio est, quia intellectus est potentia naturalis, & ideo approximato sibi obiecto, de necessitate naturæ sequitur actio; & ideo memoria intellectiua dicitur non contingenter, sed de necessitate naturę. uoluntas autem & si inclinatur ab obiecto, non tamen cogitur, & ideo contingenter, & libere agit.

In creaturis memoria integratũr ex obiecto, & potentia.

SED SI quæras de productione uerbi in creaturis; dico, q̃ sicut in diuinis, ita & in creaturis memoria præcisè integratur ex obiecto & potentia nullo addito.

SED SI quæras, à quo est elicitiuè ipsum dicere; dico, q̃ à supposito, puta Hoĩe, vel Angelo.

Formale principium ipsius dicere est memoriã secunda.

ET SI quæras, quid est formale principium ipsius dicere; dico, quòd est memoria.

ET SI quæras, quid est ipsum dicere; dico, q̃ est de genere actionis.

ET SI quæras, quid sit immediatissimus eius terminus; dico, quod est ipsum dici, quod est de genere passionis; actio. n. ex se inest passioni.

In creaturis omnis intellectio est à memoria, tãquã à principio formali.

Etsi quæras, q̃d sit terminus quasi ex consequenti; dico, quòd est ipsum uerbum productum, qđ est notitia declaratiua, & est actus absolutus. s. nõ subsistens, sed inhærens de genere qualitatis. Et ita nunc dico, q̃ in creaturis omnis itellectio est à memoria, tãquã à principio formali, & est producta per dicere, quod est de genere actionis, & ipsa est absoluta de genere qualitatis.

ET NOTA etiam, quòd omnis intellectio est uerbum, & aliquando est uerbum magis perfectum, & aliquando minus perfectum. In Deo autem nulla intellectio est producta, sed ingenita, & essentialis, sicut prædictum est. & uerbum non est intellectio, sed suppositum relatiuum. Nota insuper, quòd in creaturis post uerbi productionem sequitur relatio producentis ad productum, quæ est de genere relationis, & eodem ordine naturæ sequitur ipsum dicere de genere actionis, & ipsum dici de genere passionis, & ipsum uerbum productum. Nam ipsum uerbum productum est fundamentum alterius extremi illius relationis. quod quidem extremum est simul natura cum alio extremo. & ideò dico, quòd tota ista relatio producentis ad productum sequitur ordine naturæ uerbum productum, & dicere, & dici, & talis relatio est innominata præterquam in eminentibus, & uocatur paternitas, & filiatio; in diuinis autem relatio producẽtis ad productũ est ipsum dicere, & dici, q̃ cõstituunt supposita, & iõ nõ seq̃tur uerbum productũ, sicut totũ patet.

HIS igitur dictis, quæ ualent ad quæstiones propositas, & ad multa alia ita dicenda;

RESPONDEO ad argumenta in oppositum. Ad illud autem. q. 4. in ordine propositũ dico, quòd motus specie differentes nõ arguunt rationes specie differentes, nisi quando motus est formaliter idem cum termino. Exemplum: Quando dealbatio est idem, qđ albedo deducta, differentes solũ secundum perfectum, & imperfectum: & ideo albatio, & denigratio arguunt terminos specie differentes. Exemplum de aliis. Motus non est idem cum ubi, & idem motus rectus, & circularis, qui sunt specie distincti secundum philosophum terminantur

Exemplum.

Exemplum.

minãtur ad idem ubi. In proposito autem est ita, quòd si productiones ipsę sunt inter se distinctæ specie, nõ tamen termini, quia cum ipsę sint relationes, ut prædictum est, nõ sunt formaliter idẽ cum natura, q̃ est formaliter idem cum termino producto, nam, sicut motus specie distincti possunt terminari ad idem ubi numero; ita productiones istæ terminantur ad diuersos terminos, in quibus est eadem numero personalis ratio, scilicet natura; & propter hoc non differre dicuntur specie, quãuis constituentia terminos in esse suppositi sint diuersarum rationum. ratio enim specifica non sumitur à ratione suppositali, & indiuisibili, sed à natura.

Arist. parum locutus fuit de uoluntate, ut distinguitur contra intellectum. 2. Phys. tex. 49.

Ad Alivd quæstionis ultimæ in ordine propositæ dico, quòd philosophus parum fuit locutus de uoluntate, ut distinguitur cõtra intellectũ. & ideo cõmuniter pro intellectu ipse accipit totã partem intellectiuam pro ut includit uoluntatem & intellectum, & ita accipit secundo Phys. quando distinguit intellectum contra naturãm.

Nvnc Respondeo ad quæstionem secundam de numero personarum, & dico, quòd in diuinis sunt tantum tres personæ, quod sic probo: Vbicumque sunt tantum duę personæ productæ, & una tantum improducta; ibi sunt tantum tres personæ. sed in Diuinis est ita, ergo. Maior est manifesta. & minorem probo, & primò, quòd ibi sunt tantum duæ personæ productę. Secundo, q̧ non plures productæ. Tertiò, quòd est ibi una nõ producta. Quartò quòd non plures.

Primvm Sic probo: Vbicunque sunt duo principia productiua sufficientia non impedita, ibi sunt duę productiones, & per consequens duo termini productionũ, sed in diuinis sunt duo talia principia, & etiam duæ productiones, ut totum patet ex pręcedenti quæstione. ergo &c.

Secundo sic probo: Quandocunque terminus adęquatus principio productiuo stante termino, non potest tale principium producere alium terminum, sed personæ productæ in diuinis, cùm sint formaliter infinitæ ratione essentiæ, quam includunt adęquatè, & etiam manent, cum sint ibi coęternæ, ergo. &c.

Tertiò probo sic: In Diuinis est persona producta, ut patet ex dictis, ergo & p̄sona producẽs. Consequentia patet, quia quicquid producitur nõ à se, ab alio producitur, circulus autem in producendo esse non potest.

In sermone de synodo.

Quarto uero sic: Est unus Deus tantum, ergo una persona tantum non producta. Antecedens patet ex quæstione de unitate Dei. Consequentia probatur p Hilarium sermone de synodo, ubi dicit, q̧ q dicit duos inascibiles cõfitet̃ duos Deos.

Item per rationem sic: In diuinis non sunt personæ absolutæ, quia ibi esset compositio, sed sunt personæ respectiuę, ergo per relationes constitutæ, si igitur sunt plures non productæ, uel sunt cõstitutæ per relationes originis, & tunc altera erit ab altera, uel per relationes disperatas, & tunc uel habent respectum ad ante, & sic ambæ erunt productę, uel ad post, & tunc non erunt plures, sicut patet de paternitate, & spiratione actiua, quę quia sunt ad post per respectum, nõ constituunt diuersas personas, ergo. &c.

Istae probationes non uidentur efficaces; prima. n. non necessariò cogit, quia innascibilitas non dicit perfectionem absolutam, uel perfectionem simpliciter, & talibus sic non repugnat multiplicari, sicut repugnat diuinitati, quæ est perfectio infinita. Hylarius non dicit sic esse de facto, quòd qui dicit plures innascibiles, dicit plures Deos, quia non sunt plures innascibiles, sicut nec plures Dij. Tñ si aliud nõ repugnaret, possent fortè esse plures innascibiles, stante Dei unitate. &c.

Tertia autem rõ nõ uidetur sufficiens; tum quia supponit primam personam non posse constitui, nisi per relationem, tum quia nõ sufficienter probat, quòd relationes disperatæ, & diuersæ habentes habitudinẽ ad primum, non p̄nt constituere diuersas personas. Iõ aliter probo propositum sic:

Probatio authoris.

Id, quod de se est illimitatum ad plura, & non determinatur ad certum numerum per aliud à se, non repugnat sibi esse in infinitis, quantum est de se: si ergo innascibilitas erit illimitata ad plura supposita, cum ipsa non determinetur ad suppositum per aliud suppositum (innascibile. n. non est ab alio) sequitur, quòd de se possit esse in infinitis suppositis, & si põt esse, est, q̄a in perpetuis, maximè i eo, q̄d est necesse, nõ differt esse à posse. &c. 3. Phys. cõ tex 32.

Ad Argumentum principale istius secundæ quæstionis dico, quòd spiratio actiua non constituit personam, non quidem quòd ipsa sit ignobilior alijs relationibus, sed quia ipsa est in suppositis iam constitutis per aliquas relationes aliquo modo priores.

Nota Hic bonam difficultatem, nam uel oportet dicere, quod ordo originis non est solum esse ab alio, & esse à se, uel oportet dicere, quòd filiatio præcedat spirationem natura, quod est falsum, uel aliter effugere.

Nota pulcherrimam difficultatẽ.

Ad Quæstionem primo propositam dico, quòd pluralitas personarum stat cum unitate essentię, & cum simplicitate, q̃ ad ipsam requiruntur.

Duplex communitas.

Ad Qvod declarandum, est sciendum, quòd duplex est communitas; Vna per identitatem eo modo, quo uniuersale cõicatur singulari. Alia in ratione quo, eo modo, quo forma cõmunicatur materiæ. Tunc dico, quòd ratio suppositi consistit in duplici incommunicabilitate opposita isti duplici communicabilitati dictæ. ratio autem naturę includit istam duplicem communicabilitatẽ dictam. Natura ergo quantum est de se, est communicabilis pluribus suppositis, quorum quodlibet sit ipsum, ut Homo, Petro, & Ioanni, & est cõmunicabilis in ratione quo, ut suppositum per ipsam sit quidditatiuè tale. Sed quod in tali communicatione ipsa natura diuidatur hoc accidit ex imperfectione naturæ. Cum ergo à Natura diuina excludatur omnis imperfectio, & exclusio nõ tollat sibi rationem naturæ, sic illa 12. incommunicabilitas patet, quòd potest cõmunicari pluribus suppositis realiter distinctis stante eius unitate, & ita quodlibet istorum suppositorum erit ipsum,

Ratio suppositi consistit in duplici incommunicabilitate.

sum, & erit quidditatiuè tale. sicut quilibet particularis homo est hoc, & est quidditatiuè homo. & cum indiuisibilitas, & simplicitas, & necessitas nõ tollant sibi rationem naturæ, & de rõne sit cõmunicabilitas, ut dictum est, sicut de ratione suppositi est incommunicabilitas, sequitur, quòd natura diuina secundum sui indiuisibilitatem, & singularitatem, & necessitatem potest communicari pluribus suppositis realiter distinctis.

Quõ natura diuina, secundum suam singularitatẽ sit communicabilis.

Item illud probatur, sic: Communicabilitas in natura dicit perfectionem, & quod natura diuina sit sua singularitas, & sit indiuisibilis, & sit necesse esse, accidit ex eius perfectione. Sed secunda perfectio non tollit primam, nisi contineat eam eminenter: ergo cum Natura diuina sit una natura, stãte sua singularitate, indiuisibilitate, & necessitate, erit communicabilis pluribus suppositis realiter distinctis. Prima propositio probatur, quia suum priuatiuum. s. incommunicabilitas in natura diceret imperfectionem, quia iã tolleretur tota coordinatio entium. In supposito autem non dicit imperfectionem, quia non est subiectum aptum cõmunicari. Et ideo in eo incommunicabilitas non est propriè priuatio, sed potius negatio. Sicut ergo, quia cæcitas dicit imperfectionem uisus, cuius ipsa est priuatio, ꝙ dicit ĩperfectionẽ, & hoc in subiecto apto nato, s. in occulo; ita quòd incommunicabilitas in natura dicit imperfectionẽ, & cõmunicabilitas in ea dicit perfectionem. Et patet, quòd talis communicabilitas apta in natura est in supposito realiter, & distincta: & ut sic dicit perfectionem; quia ut sic incõmunicabilitas in ea diceret imperfectionem. ergo &c. Sed quia non uidetur esse intelligibile, quòd eadem natura numero sit in diuersis suppositis realiter distinctis, nisi ipsa natura aliquas habeat distinctiones ad illas rationes, per quas supposita realiter distinguuntur, ideo sine præiudicio melioris sententiæ dico, ꝙ esse naturæ habet aliquam distinctionem contra relationes præcedentem omnem actum intellectus creati, & increati, ita ꝙ est ex natura rei. Hoc probo sic: Formalis ratio essentiæ est esse ad se, & esse quid absolutum, & esse quid communicabile, & hoc ex natura rei. Formalis ratio paternitatis est esse ad filium, non ad se, & esse per respectum & hoc ex natura rei. Sed ad se esse, & non ad se, ad aliud & non ad aliud, absolutum, & respectiuum, incommunicabile, & communicabile sunt opposita ex natura rei. ergo. &c.

natura diuina est sua singularitas.

cæcitas dicit imperfectionem uisus.

Cõmunicabilitas in essentia dicit perfectionem.

Modestia authoris.

idem dicit in prima. q. quolib.

Essentia & paternitas distinguuntur formaliter, & ex natura rei.

Item quę sunt totaliter idem ex natura rei uno multiplicato multiplicatur & reliquum; sed relatio multiplicatur realiter in diuinis manente unitate essentiæ, ergo non sunt idem totaliter ex natura rei. &c.

Item quæ uni, & eidem sunt totaliter idem ex natura rei, inter se sunt totaliter idem ex natura rei, sed paternitas, & filiatio inter se distinguuntur realiter, ergo non sunt totaliter idem eidẽ ex natura rei ipsi essentiæ: sed tamen dico, ꝙ licet habeant, ut dixi, aliquam distinctionẽ ex natura rei, quæ potest à te formaliter uocari distinctio formalis, habent tamen summam identitatem realẽ. Quod probo multipliciter. Primo quia secundum Magistrum in litera, alterum prædicatur de altero in abstracto prędicatione dicẽte: Hoc est hoc, ut paternitas est essentia, & è conuerso, ad quam prędicationem nullo modo sufficit minor unitas, quàm realis. &c.

Vide Magistrũ in litera.

Secundo, quia alias in persona esset compositio, quia diuersarum rerum compositio.

Tertio, quia infinitum formaliter, cuiusmodi est essentia, necessariò trahit ad suam identitatem essentiæ, quod est sibi compossibile. &c.

ITERUM DICO ob maiorem simplicitatẽ saluãdam, ꝙ illa distinctio nõ est relatio, uel aliquid posititiuum secũdum quòd est in creaturis, sed est pura negatio, ut dicatur distincta ex natura, idest nõ tollitur idem ex natura rei: Et ideo dico, quòd non est bona consequentia dicere: Non sunt idẽ formaliter, ergo sunt distincta formaliter, accipiẽdo distinctionem pro aliquo positiuo secundum quòd est ultimum diuidentium ens, quando diuiditur per idem, & distinctũ. Tunc. n. dicit aliquid posititiuum, quia cõdiuidens participat de illo, ꝗd diuidit, alias diuisio esset nulla. Non. n. dicemus. aliquid aliud nihil.

Ens quãdo diuiditur ꝑ idẽ & distinctum, tunc dicit aliquid posititiuum.

Et quòd non sit bona consequentia probo sic: Qñ aliqua, quorum quodlibet uel alterum non consistit in indiuisibili, sed habet gradus, & diuidit alium tertium, potest stare negatio supremi gradus unius condiuidentis absque positione alicuius gradus alterius condiuidentis. &c. Exemplum: si albedo, & nigredo diuidẽt totum colorem, cum quilibet ipsarum gradus possit negari à subiecto albedinis absque positione alicuius gradus nigredinis, ita quòd non erit albissimum, & tamen in nullo esset nigrum.

Exemplum.

Et si dicas hic: Quantum subiectum recedit ab uno oppositorum, tanto appropinquat ad aliud oppositum, & ideo si recedit per alium gradum à suprema albedine, accedit per unum gradum ad nigredinem; dico, quòd non est sic. Sed dico, ꝙ propositio habet ueritatem hoc mõ: Quanto recedit ab uno, tanto appropinquat ad aliud, quia erit facilior transitus, sicut patet. Tunc ergo formo minorem sed modo est sic, quòd idem, & distinctum diuidunt totum ens secundum Arist. & uterque habet gradus, est enim identitas formalis, & realis, & ita de distinctione. & identitas formalis est supremus gradus sumptus ex natura rei, quia, quæ sunt idem formaliter sunt maximè idẽ ex natura rei. & si forte sit alius gradus magis supremus, qui uocaretur modalis, de quo forte inferius dicetur, saltem ipse non est infimus, ergo potest negari iste gradus formalis identitatis ab aliquibus absq; eo quòd ponatur aliquis gradus distinctionis, non tamẽ posset negari primus gradus, puta idẽtitas realis, nisi poneretur distinctio, quia ipso negato nihil remaneret, & ideo sequeretur distinctio sicut negata tota albedine à subiecto, poneretur nigredo, si non erit alius medius color; ergo illa, quæ non sunt idem realiter, sunt distincta realiter; sed illa, quæ non sunt idem formaliter, & sunt tamen realiter idem, necessariò

5. met. cõtex. 20.

Quæ sunt idẽ formaliter, sunt maxime idem ex natura rei. unde & authorem formalitatum.

Negarei iste gradus formalis. ab ipsis Thomistis.

sunt

ſunt diſtincta formaliter.&c.

Contra dicta multæ ſunt difficultates.

Seo Contra hæc dicta, multæ difficultates inſurgunt. & primò arguitur contra primum dictum, quod. ſ. eſſentia, & relatio in Deo ſunt idem formaliter ſic: Sicut infinitum realiter trahit ad ſuam realitatem omne ſibi compoſsibile, ita infinitum formaliter trahit ad ſuam formalitatem omne ſibi compoſsibile. ergo eſſentia, quæ eſt formaliter infinita, formaliter includit paternitatem, quæ eſt ſibi compoſsibilis.

Item ad prædicationem alterius de altero in abſtracto non ſufficit identitas realis ſine identitatẽ formali; Non enim eſt hæc uera: Humanitas eſt animalitas, & tamẽ ſunt idem realiter, cum anima intellectiua contineat unitatem ſenſitiuam. &c.

Item relatio adueniens eſſentiæ conſtituit ſuppoſitum reale, non ſolum formale, ergo manet realiter, non ſolum formaliter.&c.

Contra ſecundum dictum. ſ. quòd ſunt realiter idem, arguo ſic: Pater per paternitatem eſt realiter diſtinctus à filio, & per eſſentiam eſt realiter idem filio. ergo eſſentia, & paternitas nõ ſunt realitas una.&c.

Item ſecundum te hæc eſſentia eſt realiter, hæc paternitas, & hæc filiatio, eſt realiter, hæc paternitas, ergo eſt falſa. ergo aliqua præmiſſarum, & qua ratione una, & altera.&c.

Item illa tria argumenta ſuperius poſita ad probandum inter ea diſtinctionem formalem poſſunt pari modo hic fieri ad probandum inter ea diſtinctionem realem, ita quòd ſi ualent ibi, ualebunt & hic, ſicut patet intuenti.

Contra ſecundum dictum, q. ſ. nõ ſit bona cõſequentia hoc modo: ſunt non idem formaliter ergo diſtincta formaliter.

Exemplum.

Arguo ſic: Per idem res diſtinguuntur, & conſtituuntur ab omni non tali. Exemplum: Homo per animam intellectiuam formaliter eſt hoc, & per eandem diſtinguitur ab omni non homine, & per illas ergò diuerſas formalitates, per quas conſtituuntur in diuerſo, ſiue in alio, & in alio eſſe formali diſtinguuntur formaliter.&c.

Ad Illud ultimum dico, quòd unũ eſt, quod diſtinguitur negatiuè, quod unum non eſt aliud, ſicut non eſt homo non habens animam intellectiuam; ſed nõ ſequitur, quòd inter ea ſit aliqua diſtinctio poſitiua, quæ ſit aliquid aliud ab illis formalitatibus.&c.

Solutiones Scoti author non inuenit in ſcripto, idõ non poſuit.

Solutiones uero ad inſtantias contra alia duo prædicta non ponuntur hic propter breuitatem; tum quia eas non inueni in ſcripto.

Ad Primum uero principale adductum in alia prima quæſtione dico, quòd relationes, quibus diſtinguuntur perſonæ, ſicut nõ tranſeunt formaliter in eſſentiam, ita non ſunt formaliter neceſſe eſſe; ſed ſicut ſunt una realitas cum eſſentia, ita ſunt unum neceſſe eſſe, & ideo non ſequitur quod ſint poſsibilitates, ſicut etiam paternitas ipſa formaliter non eſt infinita, nec finita, quia ratio finitatis, & infinitatis non competit formaliter ſibi, tamen realiter eſt infinita ratione ipſius eſſentiæ. Ita poſsibile eſſe, & neceſſe non competit ſibi formaliter, ſed realiter, competit ſibi neceſſe eſſe ratione eſſentiæ, ſicut etiam nec eſt perfecta, nec imperfecta formaliter, ſed realiter eſt una perfectio cum eſſentia. ſi enim formaliter eſſet perfecta, aliqua perfectio deeſſet alijs ſuppoſitis, ſi autem eſſet formaliter imperfecta; pater eſſet imperfectus.

Paternitas eſt perfecta realiter, non formaliter.

Ad ſecundum dico, quod quicquid perfectionis eſt in uno ſuppoſito eſt in alio. Sed paternitas non dicit perfectionem ſimpliciter, ſed tantum in eo, in quo eſt, & ideo nulla perfectio ſimpliciter debet eſſe alijs ſuppoſitis, & tamẽ in patre nõ eſt ſuperflua ipſa paternitas.&c.

Contra. Vel paternitas dicit perfectionem ex ſe, & tunc ubicunque ponatur dicit perfectionem. & ita oportebit, quòd ponatur in quolibet ſuppoſito. Vel recipit perfectionẽ ab eo, in quo ponitur. & tunc cum quodlibet ſuppoſitum ſit æquè perfectum, in quocunque ponatur recipit illam perfectionem, & ita qua ratione ponetur in uno, & in alio.&c.

Dico Ergo aliter ad argumentum, quod ex ſumma perfectione diuinæ eſſentiæ accidit; quòd ſtante ſua unitate communicetur tribus ſuppoſitis realiter diſtinctis, ſed non poſſunt eſſe realiter diſtincta, niſi aliquid ſit in uno, quod non in alio; ergo non eſt ſuperfluum, ſed neceſſarium, quòd ſint tres perſonæ, & quòd paternitas in patre ſit, & non in alijs ſuppoſitis.&c.

Ad Tertium dico, quòd perſonæ ſunt ſimpliciter, & totaliter idem eſſe, quãtum ad eſſe reale, ſed habent aliquam diſtinctionem formalem, de qua ſupra dictum eſt ratione relationum, quas includunt ipſæ perſonæ, quæ quidem diſtinctio ſufficit ad hoc, ut ſuppoſita ſint inter ſe diſtincta, realitate relatiua, ſed ſunt idem realiter re abſoluta ratione eiuſdem eſſentiæ, quam includunt.

Quõ ſuppoſita ſint inter ſe diſtincta.

Ad quartum dico, quòd id, per quod perſonæ diſtinguuntur, non eſt eſſe accidentale inhærens, ſed poteſt largo modo, & impropriè tamen dici ſibi accidentale, pro quanto eſt extra formalem rationem ipſius.&c.

DISTINCTIO III.

Circa primam partem Tertiæ Diſtinctionis, in qua Magiſter agit de cognoſcibilitate Dei

QVAERITVR VTRVM DEVS ſit naturaliter cognoſcibilis ab intellectu Viatoris.

Seraphicus Bona. 1. ſent. diſt. 3. q. 1. Art. 1.
Alexãder Alenſis 1. par. ſumma. q. 2. mẽb. 1. Art. 1.
Scotus 1. ſent. diſtin. 3. q. 1.
D. Thomas prima parte ſumma. q. 12. Art. 12.
Ricardus primo ſent. diſt. 3. q. 1. Art. 1.
Durandus primo ſent. diſt. 3. q. 1.
Franciſcus de Mayronis primo ſent. diſt. 3. q. 1.
Ioannes Bacconitanus primo ſent. diſt. 3. q. 1.

Quæſtio prima.

CIRCA diſtinctionem tertiam, quæro primo, Vtrum Deus ſit naturaliter cognoſcibilis ab intellectu uiatoris.

3. de Anima cōtex.30.& 39.

QVOD NON, Per Ariſt.ſic: Nihil intelligimus, ſine phantaſmate; nam ſicut ſe habent ſenſibilia ad ſenſum, ita intelligibilia ad intellectū, ſed Dei non eſt phantaſma cum nō ſit ſenſibilis, ergo.&c.

Item 2. Met. Intellectus noſter ſe habet ad maniſeſtiſsima in natura, ſicut oculus Noctuæ ad Solem, ſed ibi eſt impoſsibilitas. ergo.

Item 1. Phyſ. Infinitum inquantum infinitum eſt ignotum. ſed Deus inquantum Deus eſt infinitus, ergo.&c.

Libro primo homilia.8.

Item Gregorius ſuper ezechielē: Quātūcunq; mens mea in Dei contēplatione profecerit nō ad hoc, quod ipſe eſt, ſed ad id, quod ſub ipſo eſt.&c.

Contex.2.

CONTRA 6. Met. ſcientia, uel theologia eſt de Deo, ſed habitus metaphiſicæ: naturaliter poteſt acquiri, ergo.&c.

Quæſtio ſecunda.

Scotus primo ſent. diſtin.3.q.2.
Franciſcus de Mayronis 1. ſent. diſt.3.q.2.
Ioannes Bacconitanus 1. ſent. diſt.3.q.1.

IVXTA HOC quæritur, Vtrum Deus ſit primum cognitum naturaliter à uiatore.

2. met. cōtex. 40.

QVOD SIC ex 2. Met. Sicut ſe habet res ad eſſe, ita ad cognoſci, ſed Deus eſt primum ens, ergo eſt primo cognitum.

1. met. in prohemio, & 2. poſt. in fine.

CONTRA. Omnis naturalis cognitio oritur à ſenſu, primo metaphiſicæ, & ſecundo poſteriorum, ſed Deus eſt à ſenſu remotiſsimus, ergo nō eſt naturaliter primo cognitus.

PRIMA quæſtio non quærit de ſi eſt, quia hoc ſupra fuit quæſitum; ſed quærit, utrum intellectus uiatoris poſsit habere aliquem ſimplicem conceptum, in quo cognoſcatur Deus aliquo modo quid eſt.

Thomas prima parte ſummæ.q.12.Artic.12.

Ad hoc dicunt aliqui, quod Deus à uiatore ſolum cognoſcitur negatiuè, ſed hoc nō ualet, quià negationes non cognoſcuntur, niſi per affirmationes quarto Metaphiſicæ, & ſecundo periherminias in fine. Nam ideo aliquid remouetur ab aliquo, quia attribuitur ſibi aliquid affirmatiuè, cui id erat ſibi incompoſsibile. Vnde remouemus à Deo compoſitionem, quia attribuimus ſibi ſimplicitatem.

ALITER dicitur, quòd Deus cognoſcitur à uiatore non in ſe, ſed in creatura, in qua relucet, hoc etiā non ualet, quia licet purè creatura cognoſcatur, & tunc non cognoſcitur Deus, uel ipſe Deus, qui eſt in creatura cognoſcitur & tunc in ſe cognoſcitur per creaturas.

Vel ſic: Deus cognoſcitur diſcurſiua ratione, tunc iſte diſcurſus ſi ſit, uel eſt in Deo, & ſic habetur propoſitum, uel in creatura, & ſic idē eſt principium, & terminus diſcurſus, & per conſequens nihil cognoſcitur. Vel ſaltem Deus ſic ſcitur in creatura.

Aliter dicitur, quòd Deus cognoſcitur à creatura non per ſe, ſed quaſi per accidens, quia concipitur non propria ratione deitatis, ſed ratione aliqua attributali, quæ eſt ſibi quaſi accidentalis ſecundum Damaſc. lib. 1. ubi dicit, quòd non dicunt attributa Dei naturam, ſed quæ circa naturam, & in cognoſcendo Deū ſapientem, & huiuſmodi cognoſcit eum quaſi per accidens, quia per aliquam quaſi accidentalem rationem. lib.1.cap.4.

CONTRA. Quando cognoſcit Deum ſapientē eſſe, cognoſcit ei ſapientiam ineſſe, quaſi in ſecundo modo dicendi per ſe, ergo cognoſcit quidditatem ſubſtractam, cui attribuit illam perfectionem, quaſi accidentalem ſufficienter ſecundo modo.&c.

Viator poteſt habere naturaliter aliquem conceptum quidditatiuum de Deo.

DICO ergo quinque articulos in ſolutione primæ quæſtionis. Primo dico, quòd uiator poteſt habere naturaliter aliquem conceptum quidditatiuum de deo, in quo aliquo modo licet imperfectè cognoſcetur ipſe Deus. Nam naturaliter poteſt cognoſcere Deum eſſe ſapientē, ergo ſapientiam attribuit naturæ diuinæ, ergo aliquo modo cognoſcit quidditatiuè ipſam naturam diuinam.

Secundo dico, quòd non poteſt habere naturaliter cōceptū huius eſſentię diuinę, ut hęc eſsētia. cuius ratio eſt, quia ut ſic nō eſt naturale obiectū noſtri intellectus, niſi ipſius intellectus diuini, aliorum autem, ut ſic eſt, obiectum motiuum, & beatificum.

Idem dicit Franciſcus de Mayronis in primo diſtin.2.q.6.

Tertiò dico, quòd poteſt peruenire in cognitionem multorum conceptuum propriorum Dei cuiuſmodi ſunt omnis conceptus in ſummo, ut cōcipiendo eum ſummè ſapientem, ſummè bonum, & id genus alia. Inter quos tamen conceptus perfectior eſt conceptus infinitatis, quia infinitas nō eſt quaſi attributum, ſed gradus intrinſecus eſſentiæ; ſicut albedo intenſa non eſt quaſi aliquid accidentaliter additum albedini, ſed eſt eius gradus intrinſecus.&c.

Nota, quòd ſummum ſumptum correlatiuè ad aliud dicit reſpectum. ſumptum uero abſolute dicit mihi perfectum ſimpliciter, & ut ſic magis explicatur infinitum.

Quarto dico, quòd tota iſta cognitio naturaliter poſsibilis, quę poteſt haberi de Deo in uia, eſt p ſpēs creaturarū, & eſt quaſi arguitiua; & ſit hoc modo: Habeo.n. ſpeciem ſapientiæ, & habeo ſpeciem actus, & habeo ſpeciē ſummi lapidis. Tunc compono iſtas tres ſpecies, & formatur unus conceptus, ꝙ eſt ſumma ſapientia actualis. Et tunc arguo talem eſſe ſapientiam Dei, & ſic de alijs.& hoc poteſt fieri per locum à minori. Nam uirtus imaginatiua hoc facit, quando imaginatur montem aureum componendo ſimul ſpeciem auri, & ſpeciem montis, & per hoc patet, quòd cognitio naturalis poſsibilis haberi de Deo non eſt cognitio huius eſſentiæ ſub propria rōne eſſentiæ. &c.

Quinto dico, quòd ex quo per ſpecies creaturæ habetur cognitio naturaliter poſsibilis haberi de Deo, neceſſario oportet, quòd cōceptus communis Deo, & creaturis ſit uniuocus, & uoco conceptum uniuocum, conceptum unum tanta unita

te, quæ

te,q̃ ſufficit ad extrema contradictionis, & ad mediũ ſyllogiſticum ſine fallacia Aequiuocationis. Hoc autẽ probo tripliciter, primo ſic: Non eſt naturalis cognitio, niſi ſit naturaliter cauſata, nõ eſt naturaliter cauſata, niſi ab eo ꝙ naturaliter mouet intellectum poſſibilẽ non naturaliter mouet intellectum poſsibilem, niſi obiectum relucẽs in phantaſmate cum intellectu agente: omne autem tale eſt quid ſenſibile, ergo Deus non poteſt naturaliter cognoſci, niſi per ſpecies ſenſibilium; ſpecies autem ſenſibilis non poteſt ducere in cognitionem Dei, & rerum ſpiritualium, niſi hoc mõ. ſed ſpecies ſenſibilis, puta lapidis cauſat cognitionem lapidis, & omnium ſuorum ſuperiorum puta corporis, ſubſtantiæ, & entis, & iſtum conceptum entis, qui habetur per ſpeciem lapidis, attribuendo ſibi aliquos conceptus, ſiue componendo eum cum aliis conceptibus, ſicut eſt dictum in quarto Articulo. Dico enim Deum eſſe talem, & ita habeo de Deo cõceptum entitatis. Sed hoc eſſe non poſſet, ſicut patet, niſi conceptus entis eſſet uniuocus ad Deum, & lapidem, aliter.n. conceptum entis, quod cauſat in me ſpecies lapidis, nõ poſſem attribuere ipſi Deo. &c.

Deus non pt naturaliter cognoſci, niſi per ſpecies ſẽſibilium.

Secundo ſic: Intellectus concipiendo ſapientiam creatam concipit eam, unde dicit imperfectionem, & tunc remouendo imperfectionem, uidelicet limitationem, & huiuſmodi, conſeruando formalem rationem ſapientię, attribuit eã Deo, ſed hoc fieri non poſſet, niſi conceptus ſapientiæ eſſet uniuocus ad ſapientiam creatam, & increatam; imò oporteret, quòd totum amoueretur, & ita nihil acceptum à creaturis poſſemus attribuere Deo. &c.

Conceptus ſapiẽtiæ eſt uniuocus ad ſapiẽtiam creatã. & increatam.

Tertio ſic: Conceptus, quem philoſophi habebant de Deo, ſiue de primo principio, quod erat ens, erat creatus. Sed utrum erat ens creatum uel increatum, talis conceptus non erat certus. ergo cõceptus entis erat neuter ad talem, & talem cõceptum, & per conſequens erat uniuocus ad illos.

Cõceptus de deo, quẽ habebant philoſophi erat creatus.

Ad argumenta. Ad primum patet ex dictis in quarto, & quinto articulo. &c.

2. met. cõm. 1.

Ad secundum dico, quod ſecundum Commentatorem, hoc non eſt impoſsibilitas, ſed difficultas, cuius ratio eſt, quia natura ocioſè feciſſet ſubſtantias ſeparatas, ſi non poſſent ab aliquo intellectu intelligi. Sed hoc non ualet, quia non eſt finis earum, ut à nobis intelligantur. Vnde ſi à nobis non intelligerentur, non propter hoc eſſent ocioſè factæ. &c.

Cõfutatio cõmentatoris.

Prætetea non ſequitur, ꝙ ſi non poſſent intelligi à nobis, quòd non poſsint à ſe ipſis intelligi.

Dicendum eſt ergo, quòd oculus noctuæ nõ habet, niſi uiſionem intuitiuã, ſicut patet. & tunc dico, quòd ſicut impoſsibile eſt oculum noctuæ uidere Solem; ita impoſsibile eſt, quòd naturaliter à Viatore intuitiuè uideatur Deus. &c.

Aliter poteſt dici, quòd oculus noctuæ increpuſculo uidet lucem, & ſicut imperfectè, ita etiam nos imperfectè intelligimus illa.

Ad tertium dico, quòd Ariſt. loquitur ibi de infinito poſsibili, & tale inquantum infinitum eſt ignotum, ſed Deus eſt quid infinitum actu, ergo. &c.

Ad Gregorium dico, quòd quantumcunque mens uiatoris in Dei contemplatione profecerit nõ ad diſtinctam cognitionem attingere poterit, ſed bene ad aliquam Dei cognitionem naturalem, non autem eſſentię, ut hæc eſſentia, ſed ad cognitionem Dei, uel eſſentiæ ſub ratione entis. Huiuſmodi autem dicitur inferior; quia nõ perfecta, & diſtincta cognitio, ſicut eſſentiæ, ut hæc eſſentia. quare &c.

Intellectus Viatoris cognoſcit Deũ ſub ratione entis, non aũt ſub ratione talis entis.

Nunc ad ſecundam q. dico, quòd triplex eſt ordo intelligibilium; Primus originis, uel generationis. Alius eſt ordo perfectionis. Tertius eſt adæquationis, ſiue cauſalitatis pͨiſè. De duabus primis primitatibus loquitur Phyloſophus 9. methaphiſicæ. De tertia philoſophus primo poſt. de diffinitione uniuerſalis, quia primo dicit præciſionem, & adæquationem. Primo igit̃ uidendum eſt de cognitione habituali. Quantum ad hoc dico, quòd duplex eſt conceptus; Vnus, qui eſt ſimpliciter ſimplex, qui. ſ. non eſt reſolubilis in alios conceptus ulteriores, cuiuſmodi eſt cõceptus entis, & ultimarum differentiarum. Aut eſt conceptus ſimplex; ſed non ſimpliciter ſimplex, qui. ſ. eſt reſolubilis in alios conceptus ulteriores cuiuſmodi eſt conceptus diffiniti, qui eſt reſolubilis in conceptus partium diffinitionis. & ita de alijs cõſimilibus terminis. &c.

Triplex ordo intelligibilium.

9. met. cõtex. 15. primo poſt., contex. 11.

Duplex conceptus.

Secundo dico, ꝙ ſecundus eſt cognitio, una actualis, alia habitualis. &c.

Duplex cognitio.

Tertio dico, ꝙ cognitio actualis eſt duplex; Vna diſtincta, qua. ſ. cognoſcitur actualiter res tota, & totaliter actualiter. Alia eſt confuſa qua. ſ. nõ cognoſcitur res totaliter actualiter, quia non actualiter cognoſcuntur omnia quæ ſunt cognoſcibilia de ipſa. Exemplum: Contradictio.n. eſſet intelligere hominem actualiter, niſi intelligantur oĩa, quæ includuntur in eo eſſentialiter. Tamen non oportet, quòd intelligantur actualiter, ſed habitualiter: Vnde quando omnia intelligerentur actualiter, tunc illa res diceretur cognoſci diſtinctè, quia cognoſceretur actualiter tota, & totaliter. Sed quando illa incluſa nõ intelliguntur actualiter ſed habitualiter; tunc illa res dicitur cognoſci confuſè

Cognitio actualis duplex.

Exemplum.

Quarto dico, quòd aliud eſt cognoſcere confuſè, & diſtinctè, aliud eſt cõfuſum & diſtinctũ, quia ibi ſe tenet confuſio, & diſtinctio ex parte cognitionis, & hic ex parte rei, ſicut patet.

Quid ſit cognoſcere confuſè, & diſtinctè.

His præmiſsis dico, quòd loquendo de cognitione actuali, de qua hic agit primum cognitum naturaliter confuſum naturaliter cõfuſa cognitione eſt ſpecies ſpecialiſsima, ſed primum cognitum naturaliter cognitione diſtincta eſt ens: Hoc autem ſic declaratur:

Primum, à quo naturaliter mouetur intellectus poſsibilis eſt obiectum repreſentatiuum in phantaſmate cum intellectu agente, & id ſecundum cõmunem opinionem non immediatè, & directè repreſentat particulare, ſed uniuerſale. ſ. naturam ſpecificam: ergo natura ſpecifica eſt naturaliter

primo

primo cognita: & quia in ipsa multa includunt, quorum primum inclusorum est ens, quod est supremum, ideo si distinctè debeat illa natura cognosci, oportet, quòd incipiatur ab ente, & quòd ens habeat conceptum simpliciter simplicem, ita, quòd nihil aliud includat. ideo non potest cognosci, nisi distinctè, & ita patet, quòd primum cognitum distinctè est ens, & primo cognitum confusè est species specialissima. Sed quia magis universalia sunt magis confusa, ideo dicitur primo phy. quòd confusa magis sunt nobis primum nota. Quod intelligendum est de cognitione distincta, quia tunc ab eis incipimus, sicut dictum est, & tali cognitione distinctum magis est ultimo cognitum, sicut patet. &c.

1. phy. cōt. 3. Quomodo confusa sint nobis magis nota.

Est autem hic notandum, quòd ut Scotus sentire videtur, in statu isto nullū particulare cognoscitur nec ab intellectu, nec à sensu secundum propriam rationem. Cuius ratio est, quia si secundum propriam rationem cognosci posset, posset ab omni non illo distingui, & tamen non potest. Nam posito, quòd sit hic una albedo, quæ obiicitur sensui tuo, & Deus sua uirtute eam annihilaret, & subito repararet non eandem numero, sed multo sibi similem, tu putabis esse eandem, & tamen non erit, sed si pruprie cognouisses illam primam secundum propriam suam naturam singularem, statim certè aduertens, quòd non esset illa, hoc etiam de multis aliis appareret, quæ nec per sensum, nec aliquo modo scis inter illa distinguere. & tamē uerè sunt distincta. Cognoscitur. ergo particulare & singulare pro statu isto & ab intellectum, & à sensu, non secundum propriam rationē singularitatis, sed per aggregationem multorum accidentium, uidelicet, magnitudinis figuræ, coloris, & multorum talium.

Singulare nō cognoscitur ab intellectu, & à sēsu, sub propria ratione singularitatis.

Ad primum in oppositum dico, quòd illa propositio non est uera quantum ad omnia, nisi respectu intellectus diuini, qui cognoscit res secundum gradus suæ entitatis, & ideo id, quod est primum ens, & maxime ens ab eo primo cognoscitur, & maxime cognoscitur. Sed quia nostra cognitio incipit à sensu, ideo sensibilia sunt nobis primo cognita. quę tamen non habent primo esse. est ergo uerum, quòd primum ens est primo cognoscibile de se, sed non primo cognoscitur, nisi ab intellectu perfectissimo, qui cognoscit etiā secundum omnes gradus. &c.

VTRVM DEVS SIT OBIECTVM adæquatum intellectus nostri.

Scotus primo sent. dist. 3. q. 3.
D. Thomas prima parte summæ q. 85. Arti. 1.
Franciscus de Mayronis primo sent. distin. 3. q. 2.
Ioannes Bacconitanus primo sent. dist. 3. q. 1.

Quæstio tertia.

SECVNDO quæritur utrum Deus sit obiectum primum adæquatum intellectus Viatoris. & quòd sic.

SICVT non est ens participatum, nisi sit ens per essentiam, ita non cognoscitur ens participatum, nisi prius cognito ente imparticipato. ergo Deus, qui est ens per essentiam, est primum obiectum adæquatum intellectus cuiuscumque. & cætera.

Primum in uno quoque genere est causa omnium, quę sunt in illo genere, ex secundo metaphisicę. Sed Deus est primū, & perfectissimum inter omnia cognoscibilia ergo &c. Contex. 4.

Præterea Sicut se habet res ad esse, ita & ad cognosci, sed Deus est primum. ergo. &c. 2. met. cont. 4.

CONTRA: Primum obiectum potentiæ primitate adæquationis prædicatur de omni cognoscibili ab illa potētia, sicut uisibile de omni eo, quod uisus potest uidere, sed Deus non prædicatur de omni, quod intellectus uiatoris intelligit, ergo. & cætera.

Præterea: Nulla potentia potest apprehendere, uel intelligere aliquod obiectum sub ratione communiori, quàm sit ratio sui primi obiecti: sed intellectus intelligit sub ratione communiori, quàm sit Deus: ergo Deus non est primum obiectum intellectus.

RESPONDEO, & dico, quòd Thomas ponit, quòd sicut est triplex potentia, una omnino separata à materia in essendo, & in operando; alia omnino materialis in essendo, & in operando; tertia separata à materia in operando, sed non in essendo. Prima est intellectus separatus, secunda est potentia organizata, tertia intellectus coniunctus, qui perficit materiam in essendo, sed non utitur organo in operando; Ita est triplex obiectum correspondens proportionabiliter. Nam primæ potentiæ correspondet pro obiecto primo quidditas immaterialis, secundæ particulare materiale, tertię quidditas rei materialis, quæ & si sit in materia, cognoscitur tamen non in materia singulari, quia depuratur ex irradiatione intellectus agentis. D. Thomas prima parte summæ q. 12 Ar. 4. & q. 85. Artic. 1.

CONTRA: Potentia manens eadem potentia, per nullum habitum sibi additum potest habere actum circa aliquod obiectum non conceptum sub formali ratione obiecti primi adæquati illius potentiæ, sed intellectus beatus, & non beatus est idem intellectus numero, ergo quantumcunque intellectui beato addatur habitus gloriæ, cum talis habitus non faciat eum non esse eandem potētiam, quam prius, non poterit intellectus beatus habere actum circa substantias separatas. Quod est absurdum. Minor probatur, quia obiectum primum habitus, uel continetur sub primo obiecto potentiæ, uel saltem non excedit, alias non esset habitus illius potentiæ.

Henricus autem dicit, quòd primum naturaliter obiectum intellectus, & uoluntatis est Deus: cuius ratio est, quia sicut ipsum est naturaliter simpliciter primum, Ita etiam naturaliter primo mouet intellectum, & uoluntatem, & quicquid aliud mouet, in eius uirtute mouet. &c. Hēricus quotlib. 15. q. 9. & quolib. 13. q. 9.

CONTRA hoc est argumentum adductum contra principale. Supponendo igitur uniuocationem

nem entis, quæ probata est in quæstione huius tertiæ distinctionis, dico, quod primum obiectum adæquatum naturale intellectus, & & uoluntatis est ens. Tamen primo dicam ad quæ se extendit uniuocatio entis, & ad quæ nõ: Secundò ostendam propositum. De primo dico, quod ens non dicitur uniuocè, & in quid de ultimis differentiis, nec de passionibus entis.

PRIMUM probo dupliciter, quia si sic, ergo ultimæ illæ duæ differentiæ, quæ sunt, a, &, b, non erunt primo se totis diuersæ, sed erũt differentes, quia erunt aliud unum ens, hoc est, erunt unum in ente. ex quo includunt aliud unum. s. conceptũ entis, & tunc accipiam præcise illas rationes, per quas differunt, & ita erit procedere in infinitum, uel erit dare aliquas ultimas differentias, quæ ita erunt se totis ita diuersæ, quòd nihil commune includũt, & per consequens cum dicat unum conceptum, ut probatum est, non includitur in illis quidditatiuè. &c.

SECUNDO SIC. Sicut res composita componitur ex actu, & potentia, ita conceptus cõpositus ex cõceptu actuali, formali. & sicut actus nõ includit potentiam: ita conceptus actualis non includit potẽtiale. & ita, sicut cõceptus entis, qui est potẽtialis, est simplr simplex; ita cõceptus simplex ultimus, ad quem stat ultima resolutio, est simpliciter simplex. & sic ens, qđ dicit qđ potẽtiale, non prædicabitur de differentia, quæ dicit qđ actuale.

4. met. cõ. tex. 5. & primo post. cont. 9. SECUNDUM Probo secundum phylosophum 4o. metapysicæ sic: Ens inquantum ens habet passiones, & secundum eundem, primo post: Passiones prædicatur de subiecto in secundo modo, & non in primo. ergo sicut passio non includit subiectum quidditatiuè, ita passiones entis non includunt ens quidditatiuè.

Dico, quòd licet ens non contineatur quidditatiuè in omni intelligibili, quia non in passionibus, & ultimis differentiis, ut dictum est; & per consequens ens non est commune ad omnia intelligibilia communicate prædicationis quidditatiuè, tamen est alioquo modo commune ad omnia secundum continentiam uirtualem, & ista continẽtia uirtualis sufficit, ut ens dicatur esse obiectum naturale primum, & adæquatum intellectus, & uoluntatis, commune ad omnia intelligibilia. & licet ad hoc sequatur, quod ratio adducta contra principale, & contra opinionem Henrici, quod non sit formaliter in se bona, tamen ualet contra Henricum, quia Deus nõ prædicatur quidditatiuè de omni intelligibili, nec continetur essentialiter in omni, ut includitur intelligibile, sicut patet.

Q. ro ualeat ratio ipsius Scoti contra Henricum.

SED CONTRA dicta in primo articulo; & contra uniuocationem entis, quam posuit iste, aliter arguitur per phylosophũ 3. metaphysicæ ubi dicit, quòd ens non est genus, quia iam eius differentia non esset per se ens. & si dicas sic esse, sequitur, quòd ens sit genus, quia de inferioribus prædicatur uniuocè secundum te; & aliquid potest esse extra rationem secundum te, & tunc illud poterit esse uera differentia.

Contex. 10.

Item contra uniuocationem entis: Dicit phylosophus 4. metaphysicæ, quòd ens dicitur de omnibus entibus, sicut sanũ de sanis, ergo nõ logicè.

Contex. 2.

Item ibidem dicit, quòd omnia, de quibus est metaphysica, non sunt unum, sed ad unum, ergo ens, quòd est ibi subiectum, nõ est uniuocum, sed analogum. &c.

Item 7. metaphysicæ: Accidentia non sunt entia, sed entis. &c.

Contex. 14. & 15.

Item dicit Porphyrius: si quis omnia entia uocet æquiuocè, & non uniuocè nuncupabit. &c.

Cap. de specie

HIS non obstantibus, ad uniuocationem adduco unam etiam rationem talem. &c.

Pulcherrima rõ authoris

Quæcũq; propriè cõparanť in aliquo tertio, uniuocè ĩ illo sũt uniuocata; sed substãtia, & accidẽs, ens creatũ, & increatum propriè cõparantur in ente, ergo &c. Maior patet ex 7. phys. & patet in exẽplo, nam hæc nõ est uera: albedo est magis color, quàm sanus; cuius ratio est, quia color non habet aliquam unitatem ad albedinem, & sonum, sed ad albedinem tantum. Minor patet, quia propriè substantia est magis ens, quàm accidens, & ens increatum, quàm creatum; & patet per phylosophum 7. metaphysicę, ubi dicit, quod substantia est præstantior accidente; sed non potest intelligi quòd substantia sit magis substantia, quàm accidens, quia iam accidens erit substantia, nec potest intelligi, quòd accidens sit minus accidens. &c.

Contex. 26.

Contex. 5.

Ad instãtias adductas respõdeo: Ad primã partẽ primæ instãtiæ dico, quod ens de multis differẽtiis prædicatur in quid, sed solum de ultimis differentijs, & de passionibus entis nõ prædicatur in quid illud expositum est. Sed ad rõnem generis exigiť, ut omnes differentiæ tam immediatæ, quàm aliæ inferiores sint extra rationem eius. &c.

Et ideo dicit Arist. ibi, quod si esset genus omnes differentiæ essent per se non ens, quod est inconueniens, sed non est inconueniens, imo necessarium est de illis ultimis differentiis, & de passionibus, sicut ostensum est.

Ex hoc patet solutio ad secundam partẽ illius instantiæ, quia ex quo non oẽs differentiæ excludunt ens quidditatiuè, ipsum non põt esse genus. Ad scđm & tertiũ & quartũ, & ad oẽs authoritates sumptas de phylosophia, q̃ possent ad hoc adduci, dico, quod naturaliter, & metaphysicè loquẽdo; uerũ est, quod ens est analogũ, pro quãto nõ dicit aliquã unitatẽ realẽ extra intellectum, & ad eadẽ; de quibus dr; Sed tñ logicè est uniuocũ, quia cõceptus entis uerè abstractus ab illis, & uerè unus conceptus est, scđm quod pdictũ est, & expositũ. & confirmò: Nã dicit phylosophus 7. phys. quod latent equiuocationes in genere, quod pro tãto dicit, quia non oẽ genus hẽt unitatẽ realẽ ad suas spẽs, imo quãq; generis rõ sumiť ab alia forma realiter, à qua sumiť rõ differẽtię, sicut patet scđm ponẽtes pluralitatẽ formarũ, & tñ, hoc nõ obstãte, illud ẽ uerũ genus logicũ, quia ab illis naturaliter, à realiter diuersis pt abstrahi unus cõceptus, patet ergo, quod nõ obstãte, quod accidẽs sit ens p attributionẽ ad substantiã, naturaliter loquẽdo quod ẽt conceptus entis abstractus ab aliis est uniuocus logicaliter, & habet aliquam unitatem, sicut expositum est supra: Nam

Ens est uniuocũ metaphysicum & logicum, non aũt physicum, uide etiam Ioã. canonicum primo phys. q. 3. Art. 3. Contex. 31.

eñ erat imaginandũ, ꝙ ens dictũ de Deo, & creatura haberet unitatem realẽ extra intellectũ, q̃a tũc tale ẽs naturaliter pcederet ipsum Deum, & ita Deus non erit primum principium. &c.

Ad Porphy. dico, ꝙ Arist. quem ipse allegat ibi, nõ dicit in logica sua, ꝙ ens sit æquocũ, si uerò dicit in physica, uel in met. iam expositum est. &c.

IAM accedo ad secundũ articulum, qui est de principali proposito & dico, ꝙ naturale obiectũ primũ adęquatũ itellectus, & ẽt uolũtatis est ens. Qđ probo de intellectu dupliciter & primo sic; Obiectum habitus, non excedit obiectũ potentię illius habitus, quia iã nõ esset illius potentiæ, sed obiectum habitus, q̃ est in metaphysica est ens, sicut patet 6. metaphysicæ, & habitus ille est intellectualis, ergo nihil inferius ad ens p̃t poni obiectum adęquatum intellectus, superius autem nihil est, ergo est ipsum.

6. contex. 1.

Secundo sic: Obiectum primũ adęquatum potẽtiæ dẽt continere sub se quidditatiuè uel uirtualiter oẽ illud, ad qđ se extendit ipsa potẽtia, alias nõ esset adæquatũ, sed nihil est, ꝙ contineat oẽ intelligibile, nisi ens. ens. n. ut supra expositũ est, oĩa cõtinet uel quidditatiua cõtinẽtia, uel uirtuali, scđm, qđ expositum est supra. Probo ꝙ uerũ nõ sit obiectũ, q̃a licet uerũ sit transcẽdens, sicut ens, nõ tñ p̃t poni primum obiectum adæquatũ, q̃a nõ cõtinet oĩa intelligibilia. est. n. sicut passio entis nõ cõtinẽs esse, nec ea, quæ sunt per se ens, nec quidditatiuè, nec uirtualiter, sed econuerso subiectum cõtinet passionẽ uirtualiter, licet nõ q̃dditatiuè. &c.

Qão uerum non sit obiectum adęquatum.

Quod autẽ sit primum obiectum adęquatũ uoluntatis p hoc patet, quia quicquid intellectus p̃t intelligere, uolũtas p̃t uelle, cum sit libera, dum tñ illud intellectum hẽat rõnem entis, intellectus. n. de se est proportionatus uoluntati, multi tñ nõ cõcedunt, ꝙ uoluntas possit uelle quicquid potest intellectus intelligere. &c.

CONTRA istum articulum arguitur sic: Quia distinctæ potentiæ hñt distincta obiecta formaliter ex secundo de aĩa. Sed uolũtas, & intellectus sunt distinctæ potentiæ formaliter, & sensus, & intellectus sunt potentiæ distinctæ formaliter, & tñ sensibile non est distinctum formaliter ab ente, imo includit ipsum formaliter, tanquam suum superius.

Contex. 55. Regula Ari. est uera de actibus generi eis, & de obiectis specie distinctis, etiam numero.

Item quia tunc intellectus poterit naturaliter intelligere substãtias separatas per se, cum per se cõtineantur sub ente.

AD primum istorũ dico, ꝙ potẽtiæ disperate, cuiusmodi sunt uisus, auditus & sicut sunt potẽtiæ formaliter distinctæ, ita hñt obiecta formaliter distincta. sed potẽtiæ subordinate eiusdẽ gñris, cuiusmodi sunt potẽtia sensitiua, cognitiua, & potẽtia intellectiua, quæ est ẽt cognitiua, sicut ipsæ sũt subordinatæ, ita oportet ꝙ habeãt obiecta subordinata. & sicut patet de sensu particulari, & sensu cõi, ergo oportet, ꝙ sensibile nõ sit distinctum ab intellectu, sed contineat sub eo. Potentiæ tñ, quæ hñt ordinẽ, nõ tñ sunt eiusdẽ generis, cuiusmodi, intellectus, & uoluntas sunt, non oportet, ꝙ hẽant obiecta formaliter distinctã, ex quo habent ordinem, imo possunt habere idẽ obiectum, quia omne uolitum est præcognitum. &c.

AD scđm dico, ꝙ, sicut dictum fuit in superioribus, intellectus pro statu isto nõ naturaliter intelligit, nisi illud, à quo naturaliter mouetur, sed non naturaliter mouetur, nisi ab obiecto, qđ relucet in phantasmate cum intellectu agente, & oẽ tale est sensibile. Et iõ quidditas rei sensibilis, est primũ motiuum naturale intellectus pro statu isto; sed tñ primum obiectum adæquatum dẽt sibi assignari, in quod põt intellectus. Vnde intellectus, & tale, est oẽ ens. Nã intellectus cõiunctus, & nõ coniunctus est idẽ intellectus numero imo oĩs intellectus cõiunctus beatus põt in omni intelligibili, & in omni ente. Sed ꝙ pro statu isto nõ possit naturaliter moueri, nisi à re sẽsibili, accidit uel pp cõnexionem naturalẽ potẽtiarum inferiorum, uel superiorum, uel pp peccatum primi Parentis, sicut uĩ dicere Augustinus 15. de Trinitate & hoc forte magis uĩ, quia intellectus beatus esset coniunctus eidẽ post glorificationẽ, & per cõsequens esset eadem connexio, & tamen intelligeret substãtias sensibiles. &c.

Doctrina singularis.

15 de tri. cap. ultimo.

AD primum igitur principale dico, ꝙ sicut nõ est ens participatum, nisi sit ens p essentiã, ita non gnoscitur ens participatum, nisi sit ens ab ente p essentiã. Sed non sequitur, sicut est ens ab ente imparticipato, ita non nisi cognito ente imparticipato cognoscitur, & nisi cognoscatur per rationem entis per essentiã. Exemplum; Lapis nõ est ens, nisi ens per essentiam. Sit ens; nõ tñ sequitur; Lapis non est formaliter albus, uel durus, nisi ens per essentiam sit album, uel durum.

Exemplum.

Per hoc patet solutio ad argm̃ Hẽrici, Licet. n. Deus sit simpliciter primum ens, & ex se primũ cognoscibile, tñ à nobis nõ est naturaliter primũ cognitum, nec primũ cognoscibile. Ab intellectu uero suo, q̃ est simpl'r simplex intellectus, sic est.

Solutio ad argumentũ Hẽrici.

QVAERITVR VTRVM ALIQVA ueritas certa & sincera possit naturaliter cognosci ab intellectu Viatoris absque lucis increate speciali illustratione.

Scotus primo sen. dist. 3. q. 4.
D. Thomas prima parte summa q. 44. Art. 3.

Quæstio quarta.

VTRVM Viator possit habere aliquã ueritatem sinceram, & certam, absque speciali illustratione lucis increatę.

Et uidetur, quòd non: Quia Augustinus 9. de Trin. Quod intuemur inuiolabilem ueritatem, ex qua dicimus qualis esse mẽs hominis sempiternis rationibus debeat.

9. de tri. ca. 6

Et ibidem; In illa ueritate, ex qua temperalia facta sunt omnia, formam conspicimus, inde conceptam ueram notitiam, tanquam uerbum apud nos habemus.

Et eodem li. cap. 7.

Et Augustinus. 12. Confess. Si ambo uidemus uerum, nec tu in me, nec ego in te. Sed ambo, q̃ supra

12. confessionum c. 2. & 3.

pra intellectum incommutabili ueritate.&c.

Cap. 1.

In contrarium, ad Romanos: Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea, quæ facta sunt, ab intellectu conspiciuntur. Istæ rationes æternæ sunt, Inuisibilia Dei. ergo cognoscuntur ex creaturis, igitur ante uisionem istarum habetur certa cognitio creaturarum.&c.

Qvaeritvr hic de cognitione ueritatis, quæ cognoscitur intellectu cõponente, & diuidẽte, & non quæritur hic de cognitione ueritatis uel entitatis primæ, sed de Idea.&c.

Henricus in summa Arti. 1. q. 2.

Et est una opinio Henrici, q̃ nõ: Vbi est aduertendum, q̃ sicut est duplex exemplar, s. creatum & increatum; increatum, sicut ydea; creatum, sicut species intelligibilis impressa. Ita est duplex conformitas correspondens. Modò dicit Henricus, q̃ per exemplar creatum, uel acquisitum in nobis, non potest haberi omnino certa, & sincera ueritas, & est fallibilitas, quòd probat sic:

Prima ratio Henrici.

Obiectum illud, à quo est abstractum exẽplar creatum. i. uera species superius posita, est mutabile, ergo non potest esse causa alicuius immutabilis. Sed certa notitia alicuius ueritatis, & sincera de aliquo habetur de eo sub ratione immutabilis. non igitur habetur per tale exemplar. Vnde Augustinus. 83. quæst. non est à sensibilibus expectãda ueritas sincera, quia mutabilia sunt.&c.

83. q. q. 9.

Secũda ratio.

Præterea anima non regulatur, nec perficitur per aliud mutabilius ea, sed huiusmodi exemplar creatum superius positum est mutabilius anima, ergo.&c. Maior est Augu. de uera Religione.&c.

Lex omnium artium.&c.

Tertia ratio.

Præterea habens talem Veritatem debet habere unde discernat uerum à nõ uero, uel à uerisimili, quod non habet Viator: nam non põt esse illud exemplar creatum, s. species. Et probo, q̃a, uel repræsentat se tanquã m se, & sic est intellectus uerus, uel repræsentat se tanquam obiectum, & tunc est falsus, ergo põt errare, ut patet in somniis. Ex his concluditur, quòd non potest haberi certa ueritas aspiciendo ad exemplar creatum. Modus ponendi est iste: Dicit. n. Deus non ut cognitum habet rationem exemplaris, ad quod aspiciendo cognoscitur sincera ueritas. est ergo cognitum in generali attributo; sed est rõ cognoscẽdi, ut nudum exemplar, & propria rõ essentiæ increatæ. Vñ dicit, q̃ lux increata quasi recto aspectu intellectum Angelicum illustrat. & ut uisa est rõ uidendi alia in ipso. Intellectum autem nostrum pro statu uiæ quasi obliquato aspectu illustrat, & ideo est ratio uidendi intellectui nostro, & non uisa.

Modus ponẽdi Hẽrici, nobilis pictoris.

Efficacissima confutatio.

Contra opinionem istam, arguo, & primo deducẽdo rationes eius in oppositum. Nã & si obiectum continentiæ mutatur, non potest haberi aliqua certitudo de ipso sub rõne immutabili, imo nec in quocunq; lumine certitudo posset haberi, q̃a nõ est certitudo, q̃ñ obiectum alio mõ cognoscere, q̃ subiectum se habet. nõ igĩ est certitudo, cognoscendo mutabile, ut immutabile, patet ẽt, q̃ antecedens huius rõnis est falsum, hoc. n. imponebatur Heracliti, s. q̃ sensibilia continuè mutantur. 4. metaphysicæ. sequitur ẽt si pp mutabilitatẽ exẽplaris, quæ est in aĩa nostra nõ posset esse certitudo; cum q̃cquid ponatur in aĩa subiectiuè, sit mutabile, ẽt ipse actus intelligendi sequitur, q̃ per nihil i aĩa rectificabiẽ aĩs, ne erret. Similiter species creata scd̃m istã opinionem inhærens cum specie ista sola absente; Sed q̃ñ aliquid cognoscitur, q̃d repugnat certitudini, nõ põt certitudo haberi. Sicut. n. ex altera de contingenti ad alterã de contingenti sequitur conclusio de contingenti. Ita ex certo, & incerto concurrentibus ad aliquam cognitionem non sequitur conclusio certa.&c.

Contex. 2 s.

Primo priorũ cap. 21.

Itẽ ẽt patet de tertia rõne. Quia si species ipsa abstracta à re concurrat ad oẽm cognitionẽ, & non põt iudicare, q̃ñ ista repræsentat se tamq̃ se, & se tanquam obiectum; igitur quantumcunq; aliud cõcurrat, non potest haberi aliqua certitudo, per quam discernat uerum à uerisimili.&c.

2. Soliloquiorum.

Quòd autẽ ista opinio non sit opinio Augustini, sicut quidã uolũt dicere, patet per Augustinũ, qui dicit: Spectamina disciplinarum quisque uerissima esse nulla rõne concedit.

De hebdomadibus.

Et Boetius: Cõis animi conceptio est illa, quã quisque probat, audita ipsa.

2. met. cont. 1

Et Philosophus scd̃o metaphysicæ: Prima principia sũt oĩbus certa, & nota, sicut ianua in domo.

Ex istis tribus authoritatibus arguitur sic: Quicquid cõuenit oĩbus alicuius speciei, sequitur naturã specificã. ergo cum quis hẽat de primis principiis notitiam certam; & notitia conclusionum dependeat à notitia principiorum; sequitur q̃ cuilibet scita põt esse certa cognitio conclusionis. Et alibi Augustinus: Absit, ut ea, quæ didicimus per sensum corporis, uera esse, & certa dubitemus.

15. de tri. c. 12

Soluuntur rationes Henrici.

Nvnc soluo rõnes Hẽrici.&c. Ad primum, cũ dr̃ de mutabilitate obiecti, dico, q̃ antecedens est falsum. Nec est opinio Augustini, sed Heracliti, qui nolebat loqui, sed mouere digitum, ut dicitur 4. metaphysicæ. Et dato, q̃ antecedẽs esset uerũ, adhuc posset haberi de hoc certa cognitio scd̃m Arist. q̃ oĩa cõtingenter mouentur. & ex quo oĩa cõtingẽter sunt mobilia, hr̃ certa, & sincera, & immutabilis cognitio, q̃ mutabile oĩno esset mutabile. Non. n. sequitur: Obiectũ est mutabile, igiẽ q̃d gignitur ab eo, nõ est repræsentatiuũ alicuius sub rõne immutabilis, q̃a mutabilitas in obiecto non est rõ cognoscendi, sed natura ipsius obiecti, q̃d est mutabile: Genitũ igitur ab ipso repræsentat naturam per se. Iõ si natura hẽat aliquã immutabilẽ habitudinẽ ad aliud, id aliud per suũ exẽplar repræsentatẽ, ut ĩmutabiliter unita, & ita p duo exẽplaria.

4. met. cõt. 12

Duplex mutabilitas in Anima.

Ad scd̃m dico, q̃ in aĩa duplex mutabilitas põt intelligi; una est ab affirmatione in negationẽ, & è cõuerso, puta à nõ intellectione ad intellectionẽ & è cõuerso. Alia quasi à cõtrariis in cõtrariũ, puta à rectitudine in deceptionẽ, uel è cõuerso. Aĩa quo adq̃ uæcunq; obiecta ast mutabilis prima mutabilitate, & p nihil formaliter ĩ ea existẽs, tollitur ab ea talis mutabilitas, sed nõ est mutabilis scd̃a mutatione, nisi circa prima cõplexa, q̃ nõ hñt eui dẽtiã ex terminis. Circa uero illa, q̃ sunt ex terminis, euidentia mutari non p̃t scd̃a mutabilitate. Quia ipsi termini apprehẽsi sunt. cã necessaria cõformitatis, compositionis ad ipsos terminos.

igitur si aĩa est mutabilis à rectitudine ĩ errorẽ absolutè, nõ sequitur, ꝙ ꝑ nihil à se possit rectificari, saltẽ.n.rectificari pt circa obiecta, circa q̃ nõ pt intellectus errare apprehensis terminis.&c.

Hẽricus quolib.5.q.16.

Ad tertium dico, ꝙ, cum dr̃: Species intelligibilis, uel exemplar non repræsentat in somnis se tanquã obiectum, est phantasma & non spẽs intelligibilis, ergo si intellectus solo phantasmate utatur, per qđ obiectum est sibi præsens, non utatur alia specie intelligibili, non vr̃, ꝙ per aliquid, in quo obiectum relucet, possit discernere uerũ à uerisimili, sed ponẽdo spẽm impressã in intellectu, nõ ualet rõ q̃a ĩtellectus non pt uti ista pro se, ut pro obiecto, nam nõ contingit uti ista in dormiendo.

Et si dicatur, ꝙ cum phãtasma possit repræsentare obiectum, ergo saltem potest errare intellectus, & etiam ligari ne operetur rectè, ut patet in freneticis; & dormientibus.

Dico, ꝙ tũc intellectus nõ errat, nã tunc nõ hẽt aliquẽ actũ, & sic patet rñsio ad rõnes Hẽrici.&c.

Contra Henricum.

MODO restat arguere cõtra cõclusionẽ opinionis. Hinc quæro, q̃d intelligit ꝑ ueritatem sinceram: Nam, aut intelligit ueritatem certã, & infallibilem absq; dubitatione, & deceptione; & ista pt hr̃i ex puris naturalib. Aut itelligit de ueritate, q̃ ẽ passio entis; cũ aũt ens naturaliter possit cognosci, & passio eius.s.uerũ, & per consequens ueritas ꝑ abstractionem. Nam quæcunq; forma pt intelligi in aliquo, pt etiã intelligi ꝑ se abstractiuè. Aut intelligit ꝑ ueritatem sincerã, cõformitatem ad exemplar. & tunc quæro, aut ad exemplar creatum, & sic habet̃ propositũ; aut increatum, & si ad increatũ, cũ nõ possit cognosci cõformitas, nisi cognoscat̃ illud, ad qđ ẽ; seqtur ꝙ exẽplar illud increatũ erit cognitũ, ꝙ ẽ cõtra modũ eius ponẽdi. Præterea intellectus intelligens aliqd confusè, illud põt cognoscere diffinitiuè inquirendo sic distinctionẽ illius ꝑ uiã diuisionis; hæc cognitio est perfectissima, & ꝑtinet ad intellectũ simplicẽ ex tali cognitione ꝑfectissima terminorũ pt intel̃ls ꝑfectissime ĩtelligere principiũ & ex pricipio cõclusionẽ, & sic cõpletur notitia intellectiua. &c.

AD q̃õnem dico, ꝙ ꝑꝑ uerba Augustini oportet concedere, ꝙ ueritates infallibiles vĩr in regulis æternis. hoc autem potest accipi ly in obiectiuè. Hoc autẽ quadrupliciter uel sicut in obiecto proximo uel sicut incontinente obiectum proximũ, uel sicut in eo, uirtute cuius obiectum proximum mouet uel sicut in obiecto remoto.

Ad intellectũ primi dico, ꝙ oĩa ĩtelligibilia actu intellectus diuini hñt esse ĩtelligibile, & in eis oẽs ueritates de se relucent, & tanq̃ intellectus intelligens ea, & uirtute eorũ intelligens necessarias ueritates de eis uidet in eis, sicut in obiectis istas ueritates necessarias. Ista autem inquãtum sunt obiecta secundaria intellectus diuini sunt ueritates, q̃a conformes suo exemplari, intellectui.s.diuino. & sunt lux, q̃a manifestatiuè, & sunt ibi immutabiles & necessariæ; sunt ẽt ęternæ, sed scđm quid, quia ęternitas est conditio scđm quid existentis, & ista nõ hñt existẽtiã, nisi scđm q̃d. Sic ergo primo possumus dicere uidere in luce ęterna, hoc est in obiecto secundario intellectus diuini, quod est ueritas, uel lux externa modo exposito.

De trini.cap.14.& 15.

SECVNDVS modus patet, q̃a intellectus diuinus cõtinet istas ueritates, q̃si liber, sicut dicit auctoritas Augustini de trin. ꝙ istę regulæ scriptæ sunt in libro lucis æternæ.i. in intellectu diuino, inquãtum cõtinet istas ueritates, & licet liber nõ uideatur; tñ vĩr esse quidditates, quæ sunt scriptæ in libro illo. & posset dici intellectus nõ uidere ueritates in luce, hoc est in libro illo, sicut in cõtinente obiectum & hoc secundum modum uel ẽt in illis ueritatibus, quæ sunt lux ęterna secundum q̃d, sicut in obiectis uidemus. & hoc secundum primũ modũ. Alter uero istorũ modorum vr̃ esse de intellectu Augustini, ꝙ rõ quadrati corporis manet incorruptibilis & immutabilis, non autem manet talis, nisi ut ẽ obiectũ scđariũ ĩtellectus diuini.&c.

12.de tri. ca.14.

Subtilissima instantia.

SED contra istud est dubium. si.n.non uidemus istas ueritates, ut in intellectu diuino; quia non uidemus intellectum, ergo dicemur uidere in luce increata, ex hoc, ꝙ uidemus in tali luce æterna secundum q̃d quæ hẽt esse in luce increata, sicut in intellectu cognoscente. Huic rñdet secundum membrum, ꝙ ista, ut sunt obiectum secundarium intellectus diuini, non hñt esse, nisi secundum q̃d. Operatio ãt uerè realis nõ cõpetit alicui ꝑcisè enti scđm q̃d uirtute sui; sed si aliquo modo cõpetit hoc oportet esse uirtute alterius, cui cõpetit esse simpl̃r. Istis ergo obiectis secundum Arist. non cõpetit mouere intellectum ꝑcisè, nisi in uirtute esse ĩtellectus diuini, qđ est esse simpl̃r; per quod ista hñt esse secundum q̃d, sic igitur in luce æterna secundum quid, sicut in obiecto proximo uidemus, sed in luce increata, sicut in causa proxima, uirtute cuius obiectum proximum mouet.&c.

De his uide in primo dist.35.contra Henricum.

IVXTA hoc posset dici, ꝙ quãtum ad tertiũ modum uidemus in luce æterna, sicut in cã proxima obiecti in se. Nã intellectus diuinus producit ista actu suo inesse intelligibili, & actu suo dat huic obiecto esse tale, & illi tale, & per cõsequẽs datur eis talis rõ obiecti, ꝑ quas rõnes primo mouẽt intellectũ ad cognitionẽ certã. Quod autem uerè possit dici, intellectum materiæ uidere in luce ęterna q̃a lux est cã obiecti; apparet per simile, quia propriè dicimur intelligere in lumine intellectus agẽtis, cum tñ id lumen nõ sit, nisi cã actiua, uel faciẽs obiectũ in actu, uel uirtute, cuius obiectũ mouet, uel utrumq;. Ista igitur duplex cãlitas intellectus diuini, quæ est uera lux increata uidelicet, q̃ producit obiecta secundaria in esse intelligibili, & est id, cuius uirtute obiecta secundaria etiã producta mouent actualiter intellectum; pt quasi integrare unum tertium membrum de causa, propter quam dicamur uerè uidere in luce æterna.

Dubitatio nobitabilis.

SI autem obiicias cõtra istos duos modos integrantes tertium membrum de causa, quia tunc magis uidetur, ꝙ diceremur uidere in Deo uolente, uel in Deo, ut uoluntas, quam in Deo, ut lux est, quia uoluntas diuina est principium immediatum cuiuslibet actus ad extra.&c.

Respõsio.

RESPONDEO ꝙ intellectus diuinus inquãtum aliquo modo prior est uoluntate diuina, producit

ducit ista obiecta i esse intelligibili, & ita respectu istorum uidetur esse merè cā naturalis, quia Deus non est cā libera respectu alicuius, nisi, quod psupponitur ante se aliquo mō uolēte, seu actu uolētis & sic in intellectus, ut prior actu uoluntatis producit obiecta intelligibilia, ita ut prior cā uideatur coopera ri illis intelligibilibus ad effectum eorum naturaliter, ut. s. apprehensa, & cōposita causant apprehensionis conformitatē ad se. Vr ergo quod contradictionē includat intellectū aliquē talē cōpositionē facere, & cōpositionē non esse conformem in terminis, licet possibile sit istos terminos nō cōcipere, quia licet Deus uoluntariè coagat ad hoc quod intellectus terminos cōponat, uel nō; Tñ, cum cō posuerit, ut illa cōpositio sit conformis terminis, hoc uidetur necessariō sequi rōnem terminorum, quā hñt ex intellectu Dei causante istos terminos in esse intelligibili naturaliter. Et ita apparet, qualiter nō est necessaria specialis illustratio ad uidendum in regulis æternis. Nā August. non ponit in eis uideri, nisi nera, q sunt necessaria extrema ex ui terminorū, & in talibus ē maxima necessitas. s. tā cāæ proximæ q remotæ respectu effectus, puta, tā intellectus diuini ad obiecta mouēna, q illo rum obiectorum ad ueritatē cōplexionis de eis. Si autē ponatur, quod Deus coagat influentia gñali ad effectum istū, non tñ necessitate naturali, Dico, quod siue sit ibi influentia generalis, siue necessitas naturalis, patet quod non necessariō requiritur illustratio spālis. Assumptum de intentione Augustini patet per ipsum 4. de Trin. ubi loquitur de his. Non nulli potuerunt aciem mentis ultra oēm creaturā leuare in lucē incōmutabilis ueritatis quacunque ex parte attingere, quod Christianos multos sola fide uiuentes nondum posse derident. Igitur uult quod Christiani credita non uident in regulis æternis. Sed Philosophi uident in illis necessaria multa secundum Augustinum de Trin. dicentem: Nō qua bis sit uniuscuiusq; hois mēs. oportet. Quasi dicat; Contingentia nō uñt ibi, sed necessaria; igitur intelligū p regulas æternas, & non cognoscātur illa contingentia, q tantum per sensus cognoscuntur, uel per historiā creduntur, & tñ specialis illustratio magis requiritur in credendis cōntingentibus, q in cognoscendis necessarijs, ubi maximè remouetur illustratio spālis, & sufficit sola gñalis. &c.

Nota qui intelligit.

4. de Tri. c. 15

9. de Tri. c. 6.

CONTRA. Quid ergo dicit Augustinus quod pauco rum est puenire mentis acie ad rōnes intelligibiles, & nō nisi puræ animæ ad istas pertinguntē &c.

12. de Trin. cap. 14.

83. q. 46.

RESPONDEO, quod non debet intelligi puritas ista à uitiis, qa uult, quod iniustus in regulis uideat æternis, quid in his sentiendum. Sed debet intelligi ele uādo intellectum ad intelligendas ueritates, ut in se relucent, nō tñ ut relucent in phantasmate. Vbi sciendum est, quod res sensibilis cāt phātasma unum confusum, & unum per accidens in uirtute phātastica repraesentans. s. rem secdm quātitatē, figurā, & colorem, & alia sensibilia accidentia. Et sicut phantasma repraesentat rātum confusē, & p accidēs; ita multi pcipiunt tñ ens p accidens. Veritates autē puræ sunt pcisè tales ex propria rōne terminorū, inquātum illi termini abstrahūtur ad oibus p accidens cum eis coniunctis. Nam ista pro posito. Omne totum est maius sua pte, est uera, nō mō, ut est totum, in lapide, uel in ligno; Sed, ut totum abstrahitur ab oibus, quibus cōiungit per accidens. Ideo intellectus intelligens sic, ut in ligno, uel lapide, nō habet sincerā ueritatem, & sic dicit August. quod paucorum esse itelligere isto mō, quia pauci sunt tale ingenium hñtes ita subtile; Intelligens autem in tali cōceptu confuso, & per accidens à phantasmate repraesentato, est in ualle & aere nebuloso circundatus. Qui autem intelligit ueritates pure, & ut pcisè ex ratione terminorum intelligit est in monte lato, hñs sincerum uallem & aerem nebulosum; Hoc igitur modo pt cōcedi, quod ueritates sinceræ cognoscuntur in luce increata, tanquā in obiecto remoto cognito, quia lux increata, est primum principium entium speculabilium, & ultimus finis rerum practicarū. Et hoc mō sumuntur principia speculabilia, & practica. Ideo cognitio entium per talia principia nobilior est, & talis pertinet ad Theologos. Nō obstante hoc dicit, quod potest haberi ueritas sincera absq; speciali illustratione. &c.

CIRCA SECVNDAM PARTEM

huius Distinctionis tertiæ, in qua Magister agit de cognoscibilitate Dei per Vestigium.

QVAERITVR VTRVM IN OMNI creatura sit Vestigium Trinitatis.

Scotus primo sent. dist. 3. q. 5.

D. Thomas prima parte summæ q. 45. Arti. 7.

Ricardus primo sent. distin. 3. q. 1. Art. 1.

Durandus primo sent. distin. 3. q. 4.

Franciscus de Mayronis primo sent. distin. 3. q. 3.

Quæstio quinta.

QVAERITVR tertio, utrum in creaturis sit uestigium Trinitatis.

Quod nō, Quia uestigium ducit in cognitionem uestigiati; & ita possemus cognoscere trinitatem, quod est falsum.

Item in natura intellectuali est imago Trinitatis, non igitur uestigium, nam imago, & uestigium habent oppositas rationes repraesentandi. &c.

Item natura intellectualis, quia nobilior est, hēt aliā rōnem repraesentandi, quam substātiæ inferiores, ut rōnē imaginis, sed circa naturā intelligibilē sunt multæ naturæ hñtes ordinem imperfectiorē sicut sunt animata supra inanimata, & iuxta super simpliciora ergo eis erit alia ratio repraesentandi, ita quod ratio uestigij nō erit communis omnib. &c.


IN oppositum est Aug. 6. de Trin. qui ait: oportet ut creatorem per q facta sunt, conspicientes, intelligamus trinitatem, cuius in creatura, ut dictum est, appositum uestigium. &c. 6. de Trin. ca. ultimo.

RESPONDEO quod secdm philosophum. 6. Thopic. oēs trāsferētes secdm aliquē similitudinē trāferūt. 6. Thopic. c. a

Primo uidendū est, quid est uestigium in creaturis, secdō in quo cōsistit, prout trāsferē ad diuina

Tertio utrum in qualibet creatura sit uestigium. De primo dicitur, quod uestigium est impressio derelicta à pede animalis ex eius transitu. Si aliquid sibi cedena, repraesentans

 id, cu-



id,cuius eſt non perfectè,ſed arguitiue, & non ſecundum propriam rationem indiuidui,ſicut imago,ſed magis ſecundum rationem ſpeciei, Eaemplum: Si uideo in puluere ueſtigiũ pedis equi,arguo ibi fuiſſe equum.ſed non hunc,uel illum , ſed abſolutè eſſe aliquem equum,& hoc etiam poſſet fallere, q̃a potuiſſet eſſe pes ſeparatus à toto. &c.

Hẽricus quolib.9.q.1.& 2.

De ſecundo dicitur,quòd quęlibet creatura refertur ad Deum ſecundum triplicem reſpectum, ut exemplatum ad cauſam exemplarem, & ut productũ ad cãm productiuã , & ut ordinatũ ad cãm finalem ; & iſti trea reſpectus ſunt partes ueſtigij.

6.de Tri. cap. ultimo.

Aliter tamen uidetur dicendum ſecundum Auguſtinum.6.de Trin.Nam ipſe uult, ꝙ partes ueſtigij ſint unitæ ſpecies, & ordo, quorum duo prima ſunt abſoluta,ſecundum quod patet.&c.

De tertio dicitur, ꝙ quælibet creatura hẽt propriam unitatem,per quã diſtinguitur ab omni nõ tali,& habet propriam ſpeciem, per quam imitatur propriam Ideam , & habet proprium ordinẽ, per quẽ tenet certum gradum in entibus ; & ideo in qualibet creatura eſt ueſtigium.

Ad argumentum in oppoſitum dico, ꝙ ex quo arguitiue, & imperfectè ueſtigium ducit in cognitionem eius,cuius eſt ueſtigium,non ſequitur, ꝙ per tale ueſtigium creatum poſsit cognoſci Trinitas perſonarum diſtinctarum.&c.

Ad ſecundum dico , ꝙ licet eſſentia creata , in quantum eſt tale exemplar,creata eſt , ſecundum determinatum exemplar . Ideo quęlibet repreſentat Deum ſub ratione ueſtigij:natura aũt intellectualis, in quãtum habet in ſe eſſentiam unam, & operationes multas,inter quas eſt ordo originis,repreſentat Trinitatem ratione omnium iſtorum occurrentium in tali natura, in quantum natura intellectualis non eodẽ modo eſt ueſtigium, & imago,ut patebit inferius.&c.

In quæſtione de imagine.

Ad ultimum dico , ꝙ in eſſentija creaturarum eſt alia ratio repreſentãdi uidelicet ratio ueſtigij , ſed quia in aliqua materia cõcurrunt multa repreſentantia unitatem,& Trinitatem;ideo talis natura habet rationem imaginis , ſicut natura intellectualis.Talis autem concurſus nõ eſt in aliqua natura inferiori natura intellectuali , & ideo omnes aliæ naturæ inferiores habent rationem ueſtigij præciſè.&c.

CIRCA TERTIAM PARTEM DIſtinctionis , in qua Magiſter agit de imagine.Quæritur primo de Memoria.

VTRVM IN PARTE INTELLEctiua propriè ſumpta ſit memoria propriè,ideſt, intellectus habens ſpeciem intelligibilem priorem naturaliter actu intelligendi.

Scotus primo ſent.diſt.3.q.6.

D.Thomas 1.par.ſummæ.q.79.Art.6.

Quæſtio ſexta.

QVARTO quæritur , Vtrum neceſſariò ſecundum naturã aliqua ſpecies impreſſa in intellectu poſſibili præcedat omnem intellectionem.

QVOD non . Species non ponitur, niſi propter præſentiam obiecti , ſed prius natura eſt obiectũ præſens intellectui,quã ſint ſpecies impreſſæ.ergo fruſtra ponitur.maior probat̃,q̃a nõ cauſatur, nec imprimitur , niſi obiecto præſente & confirmatur,nam id obiectum, quod eſt in phantaſmate , cum intellectu agente poteſt cauſare , & imprimere ſpeciẽ in intellectu poſſibili, ſecundum te , ita poteſt cauſare ſimplicem naturalis , ergo fruſtra imprimeretur.&c.

Item quia tunc ſequeretur , quod intellectus poſſibilis non immediatè moueretur ab intelligibili ad intelligendum, ſed primo pateretur ab eo quadam paſsione reali recipiendo.ſ.illam realem ſpeciem impreaſiuè ; hoc autem eſt inconueniens.&c.

CONTRA . Intellectus poſſibilis quandoq; eſt in potentia eſſentiali ad intelligendum , quandoque in potentia actuali.&c. Sed non fit de potentia eſſentiali in potentia accidẽtali, niſi per aliquã eius realem mutationem , ſicut patet in omnibus ſimilibus . Talis autem realis mutatio non eſt,niſi impreſsio ſpeciei,ergo.

Hẽricus quolib.4.q.79. & 21. & quolib.5.q.14.

RESPONDEO.Hẽricus negat omnem ſpeciem impreſſam in intellectu poſsibili, propter rationes factas in principali,& ponit ſolum expreſſam ita ꝙ obiectum, quod relucet in phantaſmate illuminatum ab intellectu agẽte eſt impreſſiuè in ipſa potentia fantaſtica & expreſsiue in intellectu poſſibili,niſi actus intellectus,& habitus.&c.

CONTRA.Idem nõ poteſt repreſentare diuerſis modis diuerſa,ſed phantaſma, ut eſt phantaſia, repreſentat ſingulare,ergo non uniuerſale , ergo uniuerſale non poſſet intelligi, ſi non ponitur ſpecies intelligibilis impreſſa in intellectu poſsibili.&c.

RESPONDEO.Idem poteſt ſimul repreſentare diuerſa ſub diuerſo lumine . Vnde phantaſma repreſentat particulare in lumine phantaſtico,& uniuerſale in lumine intellectus agentis.& confirmatur , quia ſecundum te anima ſeparata per eãdem ſpeciem intelligit uniuerſale,& ſingulare, & ꝙ plus eſt non alio,& alio lumine. Non ergo uidetur cogere hæc inſtantia contra Henricum.

Author arguit contra Henricum.

ARGVO ergo aliter contra eum,primo ſic:Intellectus agens eſt actiuus,& nõ receptiuus,eius autẽ actio eſt realis , ergo terminus eius actionis eſt realis;Talis autem terminus nõ põt eſſe intellectio,quia obiectum,ut obiectum naturali ordine præcedit intellectionẽ;obiectum autẽ, ut obiectũ,eſt uniuerſale, & obiectum nõ fit uniuerſale,

Vide q̃ꝺo dẽtur ſpecies intelligibiles ſecundum authorem.

niſi ab intellectu agẽte,ergo primus,& immediatus terminus actionis intellectus agentis eſt uniuerſale,ſiue uniuerſalitas , & ipſa non eſt intellectio , ſed conditio obiecti ſe tenens ex parte obiecti,ſed iſte realis terminus actionis intellectus agentis non eſt in ipſo agente,quia ipſe non eſt receptiuus,ut dictum eſt,nec eſt in phantaſia , tum quia non ponitur,& nihil imprimit intellectus agens in ipſo phantaſmate poſitiuum, tum quia ad plura non extenditur agens actiuè quàm patiens ſiue poſſibile paſsiuè.& oĩs actio actiua ab agente reci-

te recipitur passiue. Impossibile est ergo uniuersale, quod est primus actionis terminus intellectus agentis, recipiatur in intellectu possibili impressiue ante omnem intellectionem; & hoc non est aliud, nisi species intelligibilis impressa in intellectu possibili repraesentatiuè est primo & per se universale. &c.

Confirmatur, quia prima operatio intellectus agentis secundum omnes, est facere actu intelligibile, quod est potentia intelligibile. & hoc secundum omnes, ut dictum est. Terminus eius actionis non est, nisi in intellectu possibili, Nā sicut ipse est, quo est omnia facere, ita iste est, quo est oia fieri. esse autem actu intelligibile se tenet ex parte obiecti, non tamen ex parte actus, ergo. &c. 3. de Anima contex. 18.

Item intellectus possibilis prout distinguitur à parte sensitiua, dicitur obiectum praesens habere in ratione obiecti, sed non habet, nisi esset species intelligibilis impressa in ipso, quae est repraesentatiua obiecti, ergo. &c.

Dico igitur propter istas rationes, quarum una sumitur ex parte agentis, alia ex parte possibilis, quod est dare speciem intelligibilem impressam in intellectu possibili praecedente ordine naturae, omnem intellectionem, in qua quidem specie relucet obiectum, ut praesens in specie obiecti, & accipit ibi esse cognitum. &c.

Ad Primum principale dico, quòd, ut patet ex dictis, ordo naturalis requirit, quòd primus & immediatus terminus actionis intellectus agentis nō sit intellectio, sed illa species, quae repraesentatiuè est naturalis, & repraesentat obiectum, ut actu intelligibile. &c.

Et per idem patet respōsio ad secundum. Nam ordo naturalis requirit, quòd primo moueatur intellectus possibilis ad impressionem speciei intelligibilis, quàm ad intellectionem, bene tamē immediatè mouetur ab intellectu repraesentatiuo speciem ad intelligendum, sed primo ad impressionē speciei, ut dictum est.

QVAERO VTRVM PARS INTELlectiua propriè sumpta, uel aliquid eius, sit causa totalis gignens notitiam actualem, uel ratio gignendi.

Scotus primo sent. distin. 3. q. 7.
D. Thomas prima parte summa. q. 85. Art. 2.

Quaestio septima.

QVINTO quaeritur, Vtrum intellectus possibilis respectu notitiae genitae sit purè passiuus.

Qvod sic per Arist. tertio de anima, qui ait: Intellectus agens est quo est omnia facere, & possibilis quo est omnia fieri. sicut ergo intellectus agēs respectu intellectionis est purè actiuus, ita intellectus possibilis est purè passiuus. &c. 3. de Anima contex. 18.

Contra. Quādoque intellectus possibilis est in potentia essentiali ad intelligendum, quandoque in potentia accidentali: sed ista distinctio non potest propriè accipi in aliquo purè passiuo, ergo. &c.

Dicitvr ab aliquibus, quòd ipse est purè actiuus, ideo intelligere est actua merè uitalis; ergo est à principio uitali, & per consequens non ab obiecto, sed à potentia. &c.

Item forma quanto est perfectior, tanto est actualior: Cum ergo intellectus sit forma perfecta inter alias inferiores, ergo est purè actiuus.

Item tertio de anima: Intellectio est actio immanens, ergo non ab obiecto effectiuè, quia iā esset transitiua extra agentem, cum subiectiue sit in intellectu possibili. &c.

Item intellectio est actio, quae distinguitur cōtra passionem, sed talis actio est in agente, & est e-ius perfectio tertio physicorum, & secundo ethic. & 9. metaphisicae. ergo cum intellectus possibilis perficiatur per ipsum ab ipso est actinè: haec dicitur esse intentio Augustini quarto de trin. cap. 5. & super Gen. 28. &c.

Contra per Aug. 9. de trin. qui ait: Ab utroque id est à cognoscente, & cognito ponitur notitia, & secundo de trin. Ex uisibili, & uidente gignitur uisio, & 15. de trin. ab ea re, quam scimus, uerbū est, ergo aliquam actiuitatem tribuit obiectum. &c. 9. de trin. cap. ulti. & 30. de parois, & 2. uel 5. & 15. de tri. cap. 10. & 24.

Item ratione sic: Ex efficiente, & materia sufficit dispositis, & approximatis & non impeditis necessariò fit efficiens, naturale, uel pōt sequi, si fit uoluntarium. Ex eis enim dependet effectus essentialiter, sed intellectus possibilis est sufficiens materia successiua intellectionis, ergo si ipse idem respectu eiusdem intellectionis sit sufficiens, & purè actiuum sequitur intellectio omni alio circumscripto, & ita erit, intellectio sine obiecto, quod est impossibile. &c.

Alii dicunt aliud extremum, quòd scilicet est purè passiuus: ratio quia ipse est susceptiuus, sicut materia, intellectionis. si igitur esset effectiuus eiusdem, tunc coinciderent materia, & efficiens in idē numero, quod est contra Ar. 2. physicorum ubi dicit, quòd non coincidunt. &c. Auer. 3. de Anima comm. 17. & 18. & Gotfredum quol. 7. q. 7. 2. physi. contex. 70.

Item tunc sequeretur, quòd idem respectu eiusdem esset actiuum, & passiuum, quod est cōtra primum principium. &c.

Item sequeretur, quòd extrema resolutionis realis scilicet producentia, & producti essent in eodē fundamento, quod uidetur impossibile.

Hinc dicunt, quòd, cum intellectus agens sit idem, quòd intellectus possibilis realiter nihil agit, uel causat in intellectu possibili, sed solum facit, quòd obiectum in phantasmate relucens sit actu intelligibile potens mouere ipsum intellectum possibilem ad intelligendum. Intellectio autem, & uolitio, ut dicunt, causantur, precisè ab obiecto intellectiuo. scilicet ab obiecto, quod relucet in phantasmate actu phantasiatum, & illustratum ab agente, & uolitio ab obiecto actu intellectiuo. &c.

Contra. Anima sensitiua est realiter idem, quod intellectiua. ergo qua ratione secundum istos intellectus agens non potest aliquid causare, & agere in intellectu possibili, non potest esse in anima sensitiua, uel ergo intellectus agens aliquid causat Anima sensitiua, & intellectiua, sūt realiter idem.

positiuè in phantasmate, quod est contra eos, uel aliquid ibidem remouet, puta materiales conditiones & id genus alia, & tunc idē sequitur, quia agendo remouet, uel nihil facit, & tunc purè phātasma causabit intellectionem, quod est falsum, tamen quia effectus esset nobilior sua causa; tamen quia ignobilius ageret in illud, quod est nobilius. &c.

Item actus discursiuus, compositiuus, & diminutiuus, sicut patet similiter nec actus reflexiuus, similiter nec relatio rationis similiter, nec logicales intentiones, & tamen omnes isti actus sunt intellectiones. &c.

Item actus mentalis. &c.

Hēricus quo lib. 3. q. 14.

ALITER dicit Henricus, quòd respectu impressionis speciei nec est actiuus, nec passiuus, quia nō est dare speciem impressam, ut dicit. Respectu autem simplicis notitiæ est purè passiuus, quia non est dare speciem impressam, quia illa tamen causatur ab obiecto, quod relucet in phantasmate, quòd idem expressiuum est in intellectu. Respectu autē ulterioris notitiæ, quæ est uerbum, est actiuus, mediante ipsa simplici notitia, quæ primo informatur.

CONTRA hoc, licet superioris in alia quæstione sit argutum contra istam opinionem, quæ non ponit speciem impressam, tamen iterum quātum spectat ad præsens arguitur contra eam sic

PRIMA notitia, quæ dicitur simplex, est confusa & imperfecta respectu secundæ secundum eū, & potest esse eiusdem speciei cum illa, quia potest esse de eodem obiecto, sed principium formale causandi effectiuum non potest esse imperfectius ipso effectu eiusdem speciei causato. ergo intellectus informatus simplici notitia non potest per eam fieri actiuus ad causandum secundum, si respectu personæ erat purè passiuus. &c.

ALITER dicunt Thomistæ, & Egidius, quòd ipsum obiectum in memoria si est per se primis, uel species obiecti in memoria, causat aliam speciem intellectiuam, & ista species secunda est notitia genita, prima uerò non. & in hoc differunt à potentia secunda, quæ ponit, quod nihil primo imprimitur in intellectu absoluto quàm notitia, & in hoc conueniunt cum Henrico, sed ponit, quod respectu omnia notitiæ tam primæ, quàm secundæ est purè passiuus, & omnes causantur ab obiecto, & in hoc differunt ab Hērico: sed isti ponunt, quòd bene respectu omnis notitiæ intellectus est purè passiuus, tamen quando obiectum nō est per se ipsum presens, prima impressio speciei in memoria non est intellectus, sed secunda intelligentia.

D. Thome, & Egidii, discrepantia ab Hērico.

AD OPPOSITVM. De actu discursiuo, & uitali, & reflexiuo, & huiusmodi sicut contra secundam opinionem; Dico quòd intellectio non est precisè ab obiecto, uel specie obiecti, & propter rationes factas contra talem opinionem, & etiam quia iam in mente, ubi mens est, non saluatur ratio imaginis, quia nihil ipsius mentis haberet rationem parentis, causa intellectionis. Dico etiam, quod non est totaliter à potentia, & propter rationem tactas contra primam opinionem, & propter duas alias.

Primo, quia intellectio non esset similitudo obiecti sed potentiæ, ex quo non causaretur, nisi à potentia: hoc autem est inconueniens, quia intellectus est de obiecto, non de potentia, obiectum enim intelligitur.

Secundo quia oporteret, quòd potentia haberet uirtutem actiuam, & infinitam non successiuè potest intelligere infinita intelligibilia specie differentia: sed ex eo, quòd actu intelligit, non acquirit sibi uirtutem, sed oportet, quòd habeat uirtutem, ut possit intelligere, ergo oportet, quòd præhabeat tantam uirtutem posse intelligere infinita, sed per aliam, & aliā uirtutem intelligit aliud, & aliud intelligibile specie diuersum, sicut per eandem plura eiusdem speciei, ergo cum duæ uirtutes fiant plus, quàm una, infinitæ uirtutes extensiuè essent infinitæ intensiuè. & si dicas, quòd ignis potest successiuè comburere infinita cōbustibilia, & tamen non est infinitæ uirtutis; dico, quòd non è simile, quia omnia combustibilia sunt eiusdem speciei ratione combustientis, & ideo totum facit per eandem uirtutem. Intelligibilia autem non: Quia intellectus intelligit unum, ut specie distinctum ab alio. &c.

Omnia combustibilia sūt eiusdem speciei. rōne cōbusticatur.

Dico ergo, quòd tam potentia, quàm obiectum, siue species sunt quælibet per se causę partiales, & ambæ simul integrant unam causam totalem. Hoc confirmatur per August. 9. de trin. sicut supra allegatum est. &c.

9. de trin. cap. ultimo.

Sed sciendum, quod plures esse in genere efficientis concurrentes ad eundem effectum quandoque concurrunt ut plures ad trahendum pondus, quandoque subordinatæ ita tamen, quòd inferior accipit uirtutem à superiori sicut causa in creatura ab increata, quandoque sunt essentialiter ordinatę ita tamen quòd una non recipit uirtutem ab alia, licet una sit præstantior alio, sicut est de patre, & matre ad generationem prolis secundum illos, qui ponunt, quòd mater habet ibi uirtutem actiuam, primo modo, istæ non conueniunt, quia, sicut ibi posset superuenire fortior, qui solus traheret, quātum duo trahebant, ita posset unus intellectus uirtuosior, qui solus sine obiecto causaret intellectioné, quod tamen est impossibile, nec cōueniunt secundo modo.

QVAERO DE COMPARATIONE istarum duarum causarum partialium, quæ causant notitiam genitam.

VTRVM PRINCIPALIOR CAVSA notitia genita sit obiectum in se, uel in specie præsens, uel ipsa pars Intellectiua Animæ.

Scotus primo sent. distin. 3. q. 8.

Quæstio octaua.

SED túc quæritur, quæ istarum sit principalior. Videtur primo, obiectum ipsum mouet nō motum tertio de Anima, sed intellectus ad intellectionem non mouet nisi motus, quia primo mo- 3. de Anima contex. 54.

uetur

uetur à specie impressa ab obiecto; secundo quia effectus scilicet intellectio magis assimilat obiecto, quàm potentiæ.

CONTRA. Quia causa actualior respectu eiusdē effectus est principalior, quàm causa minus actualis. Sed potentia intellectiua est huiusmodi, maximè cum obiectum habet esse diminutum.

Item obiectum coagit potentiæ, & nō ecōuerso quia possumus intelligere cum uolumus per Arist. quod nō esset, si obiectum esset principalis causa.

Item obiectum est determinatum ad intellectionem hanc tantum. i. ad solam intellectionem de se. Sed potentia est determinata ad intellectionem, & ideo causa uniuersalior, & indeterminatior ea uniuersalitate, & indeterminatione, quę dicit perfectionem sicut patet, & ideo sequitur, ꝙ est principalior. ergo propter istas tres rationes maximè propter ultimam concedo hanc conclusionem. &c.

AD SOLVTIONES rationum. Ad primum primæ opinionis, dico licet non uiuum non possit esse causa totalis effectus uitalis, potest tamen esse causa partialis, sicut patet de sole in generatione hominis. &c.

Ad secundum dico, ꝙ quia est infinitum perfectum, ideo non repugnat sibi, quòd non sit totaliter actiuum; sed sufficit sibi, quòd habeat aliquā actiuitatem. &c.

Ad tertium dico, quòd satis est, immanens, ex quo non transit extra suppositum agentis, nec extra suam causam totalem, & licet trāseat extra causam partialem minus principalem, manet autem in sua causa partiali principali, & hoc sufficit ad actionem propriè dictam; & per hoc patet solutio ad quartum.

Ad illud Augustini dico, quòd non fuit suæ intentionis illud, sed istud, sicut patet in locis prælegatis.

AD PRIMVM secundæ quæstionis dico, quòd uerum est de materia propria dicta, quæ est purè potentia, sed non est uerum de subiecto formæ accidentalis, quæ est materia, secundum quid, dicit enim unum actum in se, & ideo sibi non repugnat causa efficiens. &c.

Ad secundum dico, quòd idem respectu eiusdem non potest esse actiuum, & passiuum eodem modo, ut puta, quòd sit formaliter tale actu, & potentia. Sed potest esse uirtualiter tale in actu, & formaliter tale in potentia, & hoc quādo est agēs æquiuocum. est autem ab agente æquiuoco omnis motus, qui est ad formam non actiuam. Nam formale principium agendi est forma actiua semper, aliàs non esset principium agendi, ergo motus, qui est ad formam non actiuam, est ad formā dissimilem à principio agendi, & per consequens à tino æquiuoco. Tunc dico, quòd in agentibus æquiuocis potest quandoq; fallere, licet non semper fallat, sicut etiam quandoque potest esse motus ab agente æquiuoco, & tamen ad formam actiuam, sufficit autem ad rationem æquiuoci, ꝙ formalis terminus motus sit alterius rōnis à formali principio agēdi. Exemplum de proposito secūdum illos, qui ponunt substantiam causare actu in se proprium accidens in illo priori, in quo subiectum præcedit accidens proprium, est uirtualiter tale in actu, & formaliter tale in potentia respectu eiusdem. &c.

Formale principium agēdi est forma actiua semper.

Exemplum.

Ad tertium dico, quòd aliquæ relationes sunt incōpossibiles in eadem natura, & in eodem supposito, sicut relationes causæ ad causatum. Cuius ratio est, quia iam idem essentialiter dependeret à se, cum causatum essentialiter dependeat à causante. Aliquæ sunt impossibiles in eodem supposito & non in eodem natura, quando natura illa est cōmunicabilis pluribus suppositis sine diuisione, cuius est natura diuina, & istę sunt relationes motus ad motum. Cuius ratio est, quia sicut natura diuina ex se est illimitata ad illius relationis extrema, ita quoddamodo suppositum aliquod, uel natura pōt illimitari ad extrema relationis istius, & ita est in proposito, quòd intellectus, & uoluntas de se sunt illimitati ad posse, intelligere, & uel le uirtualiter informari talibus actibus. &c.

Aliquæ relationes sūt incompossibiles in eadem natura.

Ad primum principale dico, quòd anima ratione intellectus agentis est actiua omnis intellectionis, & ratione intellectus possibilis est receptiua omnis intellectionis; & intelligas de illa intellectione, quæ est de obiecto naturaliter mouente potentiam, aliàs intellectus agens nō esset actiuus respectu illius, tamen dico, quòd actiuitas intellectus agentis non est immediatè ad intelligendum, sed ad illuminandum, quæ tamen illuminatio est necessariò præuia intellectioni naturali; & ideo oportet, quòd actiuitas intellectionis immediatè sit ab obiecto, & potentia immediatè, sicut prædictum est. &c.

Q̄ro Anima est actiua, & receptiua.

INTELLECTIO autem animæ sui ipsius, benè esset totaliter ab eo, quia ipsa esset intelligens, & intellecta: sed tamen secundum Scotum non potest haberi in uia, sed solum arguitiuè per species aliorum sensibilium; cuius ratio est, quia solum species sensibilium sunt in phantasmate & illuminantur ab agente.

Oppositio Scoti.

TVNC ad primum primæ quæstionis dico, ꝙ mouens motum non est minus principalis causa, quàm mouens nō motum, nisi ita sit mouens motum, quòd recipiat uirtutem mouendi per illum motum, quo ipse mouetur, sed modo ita est, quòd per impressionem speciei nullam uirtutem intelligendi in se recipit intellectus, sed oportet imprimi speciem ad hoc, ut sit simul ipsa, & intellectus, ut duæ causæ partiales integrantes unā causam totalem. Vnde dico, quòd tam intellectus agens respectu impressionis speciei est principalior causa, quàm phantasma cum qua integrat unam causam totalem, & tam intellectus possibilis respectu intellectionis est principalior causa, ꝙ obiectum, uel species. &c.

Ad secundum dico, quòd causa, quæ magis assimilat effectum, cui est assimilandum, ipsa est principalior, & non necessariò illa, cui effectus magis assimilatur. Exemplum: Effectus similis causatus à Deo, & à causa secunda magis assimilatur causæ

causæ secundæ, & tamen Deus est principalior causa. Vnde causa minus principalis non magis assimilat sibi effectus actiuè, sed bene magis sibi assimilatur. &c.

Assimilatio a quo fiat. Sed actiuè à causa principaliori fit magis talis assimilatio. certum est enim quod species intelligibilis magis assimilatur Phantasmati, quàm agenti. & tamen intellectus agens est principalior causa, alias minus nobile ageret in magis nobile, tanquam principale agens. &c.

VLTIMO CIRCA ISTAM PARtem Distinctionis, Quæritur utrum in mente sit distinctè Imago trinitatis.

Seraphycus Bona. primo sent. distin. 3. q. 3.
Alexãder Alēsis 1. par. summæ. q. 61 mēb. 3. Art. 1.
Scotus primo sent. dist. 3. q. 9.
D. Thomas prima parte summæ. q. 93. Art. 5. & 6.
Ricardus primo sent. dist. 3. q. 1. Art. 2.
Durandus circa secundam partem 3. Distinct. q. 1.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 3. q. 4.
Ioannes Baccon itanus primo sent. dist. 3. q. 3.

Quæstio nona.

QVAERITVR ultimo circa istam tertiã distinctionem; Vtrum in Anima sit imago trinitatis distinctè.

QVOD NON; Quia tunc possemus per ipsam naturaliter peruenire ad distinctam notitiam Trinitatis. Cõsequentia probatur sic: Imago per se distinctè est respectiua eius, cuius est imago. &c.

15. de tri. cap. 7. & 14. Præterea in mente nihil plus repræsentat mens unam personam, quàm aliam, ut patet per Augustinum de Trin. dicentem: pater est memoria intellectiua, uoluntas, sicut memoria, & filius similiter, ergo memoria non magis distinctè repræsentat patrem, quàm filium, nec è conuerso.

Præterea in trinitate duæ personæ sunt productæ, ut filius, & spiritus sanctus in imagine, in memoria autem nulla est producta, & per cõsequēs memoria non est repræsentatiua alicuius productionis, & sic nec Trinitas. Probatio, quòd in memoria nulla persona sit producta est, quia ipsi actus sunt animæ exemplati, nec secundi quia actionis non est actio, quia tunc procederetur in infinitum in illa actione. &c.

CONTRA id est Augustinus in 14. de Trin. qui ait: Quærenda est imago Trinitatis, & inuenienda ubi nostra natura melius non habet. &c.

PRIMO dicendum est, unde sumitur in creaturis ratio imaginis de quo dico, quòd imago est repræsentatiua per se totius, sicut dico, quòd uestigium repræsentatiuum est partis per se, & totius in ratione speciei arguitiuè. & est apta nata imitari ipsum, cuius est imago, & illud exprimere. Quapropter licet unum omnino alteri simile sit, tamē, quia unum aliud non imitatur, unius alterius imago dici non debet. Vnde impressio pedis in puluere est imago pedis, & uestigium totius animalis. &c.

Secundo est dicendum, respectu cuius in Deo sumitur ratio imaginis in nobis; De qua dico, quod respectu trium personarum, & unius essentiæ, & processionis ipsarum personarum. Vbi sciendum est, quòd conceptus unius personæ est cõceptus partialis respectu totius trinitatis. Ipsa creatura, quæ ducit nos in cognitionem totius trinitatis per modum imaginis, repræsentabit totam trinitatem, quantum ad istum totalem conceptum, quem intellectus noster potest habere de ea, repræsentabit igitur distinctionem personarum, & unitatem essentiæ, & ordinem originis, quia ista distinctio realis, quæ est in diuinis est per relationes originis, habebit imitationem essentialem ad istam trinitatem, quam repræsentat.

RESPONDEO, quòd est dicendum in quo in nobis sit imago: Vbi sciendum est, quòd in mente sunt actus primi scilicet intellectus, & uoluntas & actus secundi scilicet intellectio, & uolitio, & principia istorum actuum secundorum sunt principia distincta, secundum rationes formales, quæ sunt actus, & uoluntas cum obiectis præsentibus. Ex quo actus sunt diuersarum rōnum, quia unus cognoscitiuus, & alius uolitiuus habebunt principia distincta. &c.

SCIENDVM autem, quòd imago non consistit in solis actibus paternis, tùm quia non sunt, nisi duo, & sic solùm esset imago dualitatis, & non trinitatis etiam quia inter ipsos non est realis distinctio rei, & rei, nec etiam ordo originis, licet sit ibi consubstantialitas, quia communicata ipsi animæ, licet sit essentialis unitas, tum etiam, quia unus nō producitur ab alio, nec etiam in solis actibus, tum quia nō sunt essentialiter idem, tum propter alias duas causas modo dictas scilicet quia duo tãtum, & unus ab alio non originatur. &c.

Tunc dico, quòd consistit in actibus primis & secundis hoc modo, quia anima, ut habens in se perfectionem intelligendi, & uolendi in ratione actus secundi scilicet respectu notitiæ genitæ cū obiecto sibi præsente in ratione obiecti habet rationem memoriæ, & parentis, sicut patris. prout uero habet in se perfectionē posse in se recipere notitiam genitam, habet rationem uerbi, & prout habet in se perfectionem posse recipere amorem productum, sic habet rationem spirati. & ita est trinitas, quorum primum est parens, secundum est genitum, tertium est spiratum. &c.

Sed sunt hic duo dubia, primo quia uidetur ibi quaternitas, quia ab alia memoria producitur notitia, ab alia amor. &c.

CIRCA quod sciendum, quòd actus primus respectu uolitionis, ut puta uoluntas non concurrit in aliquo trium in imagine non cum tertia parte, quia idem non est principium sui ipsius, nec cum secunda, quia actualis intelligentia non est uoluntas, nec cum prima, etiam quia memoria dicitur propriè principium productiuum notitiæ genitæ, igitur uoluntas est quartum cum istis. &c.

Secundum Dubium quia notitia genita non concur-

concurrit ad productionem amoris, sicut in diuinis natura prima persona originat secundam, & prima & secunda originant tertiam, sed sic non est in imagine, quia nec prima est causa secundę, nec prima & secunda est causa tertiæ. &c.

Respondeo, & dico, quòd Augustinus duplicem assignat rationem imaginis: uno modo 9. de Trinitate, & deinceps. Sic mens, notitia, & amor. Aliam autem assignationem facit sic 10. de trin. & deinceps: Memoria, intelligentia, & uoluntas pertractando istas duas assignationes 15. de trin. dicit, quòd illa, quæ dicta est in quarto, est euidentior pro quanto memoria magis exprimit rōnem parentis, quàm mens. Ad euidentiam primæ partis imaginis est notandum, quòd ipsa mens potest sumi dupliciter, uel per ipsam mentem possumus intelligere actum primum & perfectum respectu utriusque actus secundi, ut puta fęcunditatem ad gignendum filium, & spirandum spiritum sanctū. Hoc modo mens habet perfectam rationem parētis, quia includit utranque fęcunditatem. & inter ista uidelicet notitia & amor sunt duo producta obiecta ordine quodam, & sic non erit quaternitas, quia in parente habente rationem perfecte parentis concurrit actus primus duplex. & isto modo est in diuinis, quia in patre est fęcunditas ad generandum, & etiam ad spirandum. & habet à se, & non ab alio derelictam, ut ex productione filii, ut quidam dicunt. Probatio huius, est quia tunc sequeretur, quòd pater nunquam haberet illam fęcunditatem, nullam enim realitatem nec absolutam, nec respectiuā habet pater aliquo modo per productionem filii, & ideo quamcunque realitatē non habet in primo signo originis inquantum scilicet præintelligitur ordine originis filio nunquā habebit, non ergò habet huiusmodi fęcunditatem gignendi, & spirandi ex productione filij. Alio modo potest accipi mens pręcisè solum pro actu primo, ut habet tantum fęcunditatem gignendi, uel respectu notitiæ genitæ, quod idem est, & sic imperfectè assignatur ratio imaginis, & sic etiam mens non habet rationem perfectè parentis. Ita dico nec plus, nec minus de illa assignatione imaginis, ubi ponitur memoria, quia si accipiatur memoria ut primus actus præcisè respectu notitiæ genitæ, uel respectu gignentis, sic imperfectè assignatur ratio imaginis. si autem accipiatur, ut dicit actum primum perfectum respectu utriusque actus secundi, uidelicet, fęcunditatem ad gignendum, & ad spirandum, sic habet perfectè rationē parentis; & sic perfectè assignatur ab Augustino ratio imaginis. &c.

Hęricus quo lib.6.q.2.

Tunc dico, quòd siue mens, siue memoria debet accipi, prout habet perfectam rationem parētis: sed non est perfectè parens, nisi sit respectu notitiæ, & amoris; sicut patet, quòd pater in diuinis ex se habet fęcunditatem respectu utriusque, ergo pro mente secūdum primam assignationem, siue pro memoria, siue secundum assignationem siue pro prima parte imaginis accipi debet ipsa anima prout intelligit rationem actus primi intellectus cum suo obiecto sibi præsente in ratione obiecti, & uoluntatis cum suo obiecto sibi præsente in ratione obiecti. &c.

Pro secunda parte imaginis accipitur notitia genita, siue uerbum, & pro tertia accipitur amor productus: & ita patet, quòd non est ibi quaternitas, quia duplex concurrit habitudo fęcunditatis in parente, si est parens perfectè.

Notitia genita in Anima est accidens

Ad secundum dubium dico, quòd quia in anima notitia genita est accidens, & accidens nō potest habere rationem producentis; ideò memoria generans notitiam, non communicat sibi fœcunditatem spirandi, sicut in Diuinis; ubi notitia genita est subsistens, & habet communicatam eādem naturam, quæ est in generante, & ideo quātum ad hoc, & etiam quantum ad identitatem realem re absoluta secundum distinctionem respectiuā nō est totalis similitudo hic, & ibi, sicut patet; habent tamen secunda & tertia pars imaginis, & si non ordinem originis, propriè tamen aliqualem ordinē naturalem, quia uolitio naturaliter, & necessariò præsupponit intellectionem, & aliqualiter potest ibi assignari origo; quia Intellectio concurrit ad rationem parentis amoris. Nam obiectum uoluntatis necessariò est actu cognitum, sicut obiectū intellectus est formaliter actu Phātasiatum & per hoc potest uidere, qualiter intellectus agens pertineat ad imaginem. &c.

Volitio præsupponit intellectionē.

Ad Argumentum principale dico, quòd hæc assignatio imaginis in anima ualet tantum credēti trinitatem, ut possit aliqualiter eam inuestigare; sed non facit causa naturaliter cognosci, tum quia non est creata à Deo, ut trino; tum quia omnia ista sunt etiam una prima sicut patet.

Hęricus quo lib.6.q.2.

Ad secundum dico, quòd maior esset efficax, si poneretur patrem generare inquantum intelligit, sicut dicunt aliqui, & malè, ut superius fuit improbatum, quia non sic pater generat, sed pater, dixi, distinctione secunda habens diuinam essentiam præsentem sibi sub ratione actu intelligibilis, quod competit patri, inquantum est memoria, hoc modo gignit; non autem inquantum est intelligēs, sicut ibi fuit declaratum. & ideo dico, quòd antecedens est falsum, quia memoria magis repræsentat patrem, quàm filium non quo ad hoc, quòd sola memoria sit in patre, uel sola intelligentia sit in filio, & quò ad hoc, quòd pater gignit filium, inquātum habet rationem memoriæ; & nō ut habet rationem intelligentiæ, uel uoluntatis. &c.

Quō pater generet.

Ad aliud dico, quòd actus secundi sunt producti. Argumentum est pro se. Vnde cum dicitur: actionis non est actio, aut actio non est actionis terminus, & ista uere terminat actionem, ut dicit August. 9. de Trin. quòd notitia gignitur, & uolitio procedit, ut dicit 15. de Tri. ergo istæ nō sunt actiones de genere actionis, & sunt formæ absolutæ de genere qualitatis. Cum probat, quòd sunt actiones propriè, quia sunt actus secundi dico, quòd quædam sunt formæ, quæ habent esse fixum, & permanens non dependens à sua causa, ut calor in ligno, quædam sunt, quæ habent cōmunicatam dependentiam ad suam causam, sicut lumen in medio ad solem, & de hoc dicit Augusti.

9. de tri. cap. ultimo.
15. de tri. ca. 27.

Formæ sunt in duplici differentia.

cap. 9.

fti.8.super Ger. quòd aer non est factus lucidus, sed fit lucidus, sic primæ formæ propter suam independentiam à sua causa in esse non sunt, nec dicuntur actiones; secundæ autem formæ propter suam independentiam magis uidentur habere esse in fieri, quàm in esse, quapropter uidētur actiones, & tamen secundum ueritatem non sunt, cum habeant oēs partes simul quod repugnat actioni nec in passo, quia toto simul in esse, & non pars post partem acquiritur, & huiusmodi formæ sunt intellectio, & uolitio, habent enim continuam dependentiam ad præsentiam suæ causæ, &c. Intellectio, & uolitio transeunt in aliud, ut in terminum non intelligibilis, est quòd sit uolitio, uel intellectio; & non sit alicuius, quid sit illud nō curo. Videtur propter huiusmodi dependentiam cōtinuam, & quia transeunt in terminum, dicuntur actus secundi, sunt tamen uerè formæ immanentes cum toto simul, sicut & non pars post partem acquiritur, &c.

DISTINCTIO. IIII.

CIRCA QVARTAM DISTINctionem quæritur, utrum ista sit uera: Deus est pater, Filius, & Spiritus sanctus.

Alexāder Alensis 1. par. summa. q. 65. mēb. 3. Ar. 1.
Scotus primo sent. distin. 4. q. 2.

Quæstio prima.

CIRCA distinctionem quartam quæritur. Vtrū hæc sit uera: Deus est Pater, & filius, & Spiritus sanctus. Quod non, quia eius cōtradictoria est uera, scilicet nullus est pater, & filius, & Spiritus sanctus. Probatio huius est, quia quælibet sua singularis est uera, scilicet pater nō est pater, & filius, & Spiritus sanctus, & filius non est pater, & Spiritus sanctus, & Spiritus sanctus non est pater, & filius. &c.

De trin. multis in locis.

Contra hæc est uera secundum Augustinum in multis locis de Trin. Pater & filius, & Spiritus sanctus sunt unus Deus, ergo & eius conuersa est uera scilicet unus Deus est pater, & filius, & Spiritus sanctus. &c.

Duplex prædicatio.

RESPONDEO, & dico, quod in diuinis est duplex prædicatio; Vna est formalis, & est, quādo subiectum de sua formali ratione habet, quòd includat prædicatum per idētitatem, sicut Deus est infinitus de formali sua ratione diuinitatis est q̄ includat infinitatem per identitatem, tanquam per intrinsecum gradum; secunda & identica, & hæc est, quando subiecti non habet de sui formali ratione, quòd includat prædicatum per idētitatem, sed quod sint idem subiectum, & prædicatum prouenit aliunde, ut puta, quando subiectum transit in prædicatum realiter; non autem formaliter, & hoc propter infinitatem prædicati, sicut hæc paternitas est diuinitas, Nam de formali ratione paternitatis non est esse idem cum Deo formaliter.

Quid sit prædicatio identica.

quia tunc omnis paternitas esset diuinitas, & ita paternitas creata esset diuinitas, cum sit uera paternitas: prouenit ergo illa identitas non ex formali ratione paternitatis, sed ex infinitate essentiæ, quæ trahit ad suam identitatem realem omne sibi compossibile. &c.

TVNC ad propositum dico, quòd hæc est uera: Deus est pater, & filius, & Spiritus sanctus, non tamen est prædicatio formalis, quia in formali ratione Dei non includitur paternitas, nec aliquis respectus, & hoc, cūm illud sit quid absolutum, & ad se. & illud quid ad aliud. est ergo prædicatio idētica, quia diuinitas, qua Deus ē formaliter Deus, est eadem non diuersa in tribus suppositis & habet identitatem realem propter suam infinitatem cum illis tribus. &c.

Deus est pater, & filius, & spiritus sāctus, est prædicatio identica.

Ad argumentum principale dico, quòd illa est uera, & eius contradictoria nō est uera, & ad probationem dico, quòd pater inquantum Deus est pater, & filius, & Spiritus sanctus, sed inquātum pater non, tamen pater inquantum pater nō est propriè singularis illius. &c.

DISTINCTIO V.

CIRCA ISTAM QVINTAM DIstinctionem, in qua Magister agit de generatione in comparatione ad essentiam.

QVAERITVR VTRVM ESSENTIA Diuina generet, uel generetur.

Seraphicus Bona primo sent. dist. 5. q. 1. Art. 1.
Alexāder Alensis 1. par. summa q. 42. mēb. 3. Ar. 1.
Scotus primo sent. dist. 5. q. 1.
D. Thomas 1. parte summa q. 39. Art. 5.
Ricardus primo sent. dist. 5. q. 1. & 2.
Durandus primo sent. dist. 5. q. 1.
Franciscus de mayronis primo sent. dist. 5. q. 1. & 2.

Quæstio prima.

CIRCA distinctionem quintam, Queritur primo, utrum diuina essentia generet, uel generetur.

QVOD SIC. Essentia communicatur, ergo generatur: Antecedens patet per Augustinum 7. de trin. consequentia patet, quia communicari dicit relationem originis, natura relatiue dicitur ad cōmunicare, sed relatio originis non est, nisi per se uel generari, uel spirari, ergo. &c.

7. de tri. cap. 2. & 12.

Præterea quando aliquid prædicatum per se prædicatur de aliquo, potest supponere pro eo, ut patet in superioribus, & inferioribus, sed essentia per se prædicatur de patre & non per accidens, ut habetur 5. metaphisicæ ergo sicut ista est uera, pater generat, ita ista: essentia generat, à simili, sicut uera est: filius generatur, ita ista: essentia generatur. &c.

5. met. cap. de uno.

Præterea essentia est pater filij, ergo essentia generat, probatio antecedentis per conuersionem,

nem, pater filii est essentia, ergo essentia est pater filii, Probo consequentiam: essentia est pater filii, ergo filius est filius essentiæ: probatio istius cõsequentiæ, quia in relatiuis est mutua consequentia, ut si a. est pater b. est filius ipsius. a. ergo si essentia est pater alicuius, ut filii, & filius essentiæ est filius essentiæ. &c.

In relatiuis ẽ mutua consequentia.

Præterea genitum inquantum genitum in diuinis est aliquid, quia non est nihil: sed inter nihil, & aliquid non est dare medium, sed nihil in diuinis est, nisi sit in essentia, ergo filius inquantum genitus est essentia. &c.

Item si homo hominem generat, uel generat, quia prædicatur per se de eo. ergò quia pater generat, essentia generat, & etiam generat, quia de patre per se dicitur, & de filio. prędicatur. n. per se non per accidens de patre dicendo: pater est deitas. &c.

CONTRA id est Magister in litera.

Opinio Ioachin.

Respondeo & dico, quod Abbas Ioachin dicit, quod magister errauit ponendo, quòd in diuinis erat res. s. essentia, quæ nec generat, nec generatur, quia ex hoc, ut dicit, sequeretur quaternitas in diuinis scilicet res, quæ generat, & res, quæ generatur, & res, quæ spiratur, & res, quę nec generat, nec generatur, & quæ nec spirat, nec spiratur. & ad uidendum hoc inconueniens ponit ipse, quòd triplices personæ nõ habent unitatem, nisi eo modo, quo fideles sunt unum compagine charitatis; & hoc modo probat per dictum saluatoris in Ioanne, qui orando ad patrem pro fidelibus dixit; Oro pater, ut sint unũ, sicut nos unum sumus.

Ioannis ca. 7.
Ioannis. ca. 7.

Ista opinio Ioachin est damnata; & opinio magistri approbata, extra, de summa trin. & fide catholica. &c.

Cap. damnamus.

ARGVITVR sic sibi contra Ioachin; Pater dat essentiã filio, & filius & pater dant. s. sancto, uel igitur dant illam totam, quam ipsi habent, & tunc habet propositum, uel partem, & hoc non; quia est simplex, & indiuisibilis, uel aliam, & hoc nõ, quia tunc filius, & spiritus s. essent creati. &c.

Et probatio eius soluitur, quia intelligitur illud, quod ita fideles essent unũ charitate sibi proportionata, & possibili. s. charitate participata sicut sunt ipsi unum charitate sibi conuenienti. s. una charitate & natura essentiali. Exemplum, ut habetur Matthæi cap. 5. estote pfecti, sicut pater uester celestis perfectus est. Sed certum est, quòd non poterant esse perfecti per essentiam, sicut pater, qui est Deus, ergo, &c.

Pro opinione nostra tam solemniter approbata per Concilium, adducuntur rationes, prima est talis:

Generans differt realiter à genito, quia nihil generat seipsum, primo de tri. sed nihil est in diuinis, à quo realiter differat essentia, ergo. &c.

Item generans, ut generans refertur relatione reali ad genitum, sed essentia, ut essentia dicitur ad se, ergo.

SED potest sic instari: Hæc est uera: Deus generat, quia tunc Deus supponit pro patre, ita quod Deus generans non realiter distinguitur à genito, secundum quod Deus, ergo hæc est uera: essentia generat, quæ supponit pro patre. &c.

RESPONDEO de abstracto ultimata abstractione non potest prædicari aliquod predicatum, quòd de sui formali ratione dicit modum adiectiuum, & informatiuum, nisi sit de formali conceptu ipsius subiecti, sed essentia est nomen abstractum ultima abstractione, & generare de sui formali ratione dicit modum adiectiuum, & informatiuũ per modũ actus eliciti, & non est de formali cõceptu ipsius essentiæ; cum essentia formaliter sit ad se, & generatum formaliter sit ad aliud, ergo ista non est uera: essentia generat, uel generatur spirat, uel spiratur. Tamen uera ista: Deus generat, quia, cum sit nomen concretum potest supponere pro supposito, etiam ista est uera: essentia est paternitas, quia prædicatum non dicit de sui formali ratione modum informatiuum & modum actus. sed est prædicatum substantiuum, Nam sufficit, quòd habet realem identitatem cum subiecto, ad hoc, ut sit uera prædicatio nõ formalis, sed identica. &c.

AD PRIMVM principale, dico, quòd consequentia est falsa, quòd produci, sit communicari; cuius ratio est; quia relatio producentis ad productum est realis in diuinis, quia termini sunt reales in communicante, & in eo cui communicatur, & ideo communicari ad communicare est relatio realis, uel præsuponit necessariò relationem realem, quæ est producentis ad perductum, est ergo falsa probatio consequentiæ illius, quæ dicebat quòd communicari erat idem, quòd produci, cũ produci sit realatio realis, & communicari nõ sit de se relatio realis, ex quo idem penitus communicatur, quod est in communicante.

An communicari ad cõmunicare sit relatio realis.

Ad secundum dico, quòd sicut hæc est uera: homo generat, ergo aliud generat, cũ aliud tunc supponat pro homine. ita hæc est uera, pater generat, ergo Deus generat, quia Deus tunc supponit pro patre. Sed sicut non est uera, homo generat, ergo animalitas generat. ita in proposito non est uera, pater generat, ergo essentia generat. &c.

ET SI dicas, quòd non est simile, quia animalitas non prædicatur de homine, sicut essentia de patre, Dico, quòd iam superius est assignata causa quando non sufficit realis identitas, sed requiritur formalis ad hoc ut generare prædicetur de aliquo abstracto. &c.

SED TV potes instare, quia secundum hoc, hæc uera; paternitas generat, cum prædicatum sit formaliter idem, quod subiectum. Dico, quòd generare dicit agere non est abstractorum proprie, sed concretorum. ideo non proprie dicitur paternitas generat, sed pater. &c.

Generare nõ nõ abstractorum, sed concretorum.

Et per consequens dico, quòd non uideo, quare ibi addatur, nisi formaliter includatur in subiecto, imo si includitur magis uidetur impedire prædicationem, quando prædicatum est producere, quia tunc idem produceret se ipsum formaliter, ita quòd penitus essent formaliter idẽ

E producens

producens, & productio, quòd uidetur inconueniens, cum producens sit suppositum & productio sit actio. & licet pater includat formaliter generare, tamen quia etiam formaliter includit essentiam, potest assignari aliqua distinctio formalis inter ipsam, & generare, sed nullum simplex, & abstractum ultima abstractione nullã formalem distinctionem habet ad illud, quod formaliter includit. &c.

Ad aliud dico quòd nec per se, nec per accidens prædicatur, sed identice. Vnde sicut in creaturis, non omnis productio est per se, uel per accidens, accipiẽdo per accidens propriè, natura. n. generis per se non prædicatur de differentia, ergo nec per accidens, quia unum alteri non accidit, nec ambo tertio, & sic argumentum non currit. &c.

Ad aliud dico, quòd essentia est pater ergo, & filij, concedo, igitur filius est filius essentiæ, nego consequentiam, cũ pater, quòd in relatiuis est mutua consequentia. Respondeo, quòd illa mutua consequentia tenet in relatiuis, quæ per relationes referũtur, quę primo & per se sunt relatiua, & de quibus formaliter dicuntur relationes, sicut formaliter Sortes est pater Platonis, & Plato est filius eius. in his autem, quæ non referuntur, nec formaliter dicuntur de eis, sed per identitatem sicut est in diuinis, non ualet mutua cõsequentia. &c.

Quo in relatiuis sit mutua consequẽtia.

Ad aliud, cum dicitur quòd genitum in quantum genitum est aliquid. Respõdeo quòd falsum est, & tu probas, ergo nihil. nego: unde dico, quod propositiones istæ quãdo summuntur cum reduplicatione tollitur contradictio; ita quòd non sint contradictoriç. Nã homo in quantum homo, nec est albus, nec non albus. &c.

SED contra. Quia genitum in se sumptum formaliter est per identitatem, essentia ergo, ut genitum, est aliquid. Dico, quòd potest concedi, quòd genitum in quantum genitum est persona uel subsistens. sed non sequitur ergo est aliquid, accipiendo aliquid pro essentia. & hoc est propter non idẽtitatem formalem.

SECVNDO QVAERO DE SEcunda parte Distinctionis, Vtrum filius generetur de substantia patris.

Seraphicus Bona. primo sent. dist. 5. q. 2.
Alexãder Alẽsis 1. par. summæ q. 42. mẽb. 4. Art. 3.
Scotus primo sent. dist. 5. q. 2.
D. Thomas prima parte summæ q. 41. Arti. 3.
Ricardus primo sen. dist. 5. q. 3.
Durandus primo sent. dist. 5. q. 2.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 5. q. 6.
Ioannes Bacconitanus primo lib. sent. dist. 4. q. 1.

Quæstio secunda.

SEcundò quæritur, Vtrum hæc sit uera: Filius est de substantia patris.

QVOD NON. Augustinus 7. de trinit. Tres personas ex eadem substantia non dicimus, ergo nec filius, quia qua ratione una persona, & alia. 7. de tri. cap. 6. & 12.

Constructio alicuius cum genitiuo non notat maiorem distinctionem constructibilium, quàm propositio cum suo casuali, quando additur eidẽ constructibili, ergo nõ maior distinctio notatur hic filius essentiæ patris, quàm filius de essentia patris, sed non conceditur, quòd filius sit filius essentiæ patris, tunc quia essentia patris generaret formaliter filium. &c.

Præterea, cum dicitur filius generatur de substantia patris, aut lyde denotat distinctionem, aut non. Si sic, propositio est falsa, quia essentia non distinguitur realiter à filio: si non: ergo hæc est uera: Pater est de essentia filij, uel de essentia patris, quòd non conceditur. Contra est augustinus 15. de trin. tractans illud uerbum apostoli ad colos. trastulit nos in regnum filii charitatis suæ, quod dictum est, ait, filii charitatis suę nihil aliud est, quam filii suæ substantiæ, Igitur de substantia patris est. & alibi Augustinus contra Maximinũ, & ponitur in litera nullo modo filiorum Dei eo genitus. si ipsum de substantia patris esse negatis. 15. de tri. c. 19 ad collos. c. 1

Item in Creaturis est filius, quia gignitur de substantia patris, non in inanimatis, nel in plantis, quia ergo in diuinis est filius proprie, pater, quod de substantia erit genitus.

RESPONDEO & dico, q aliqui dicunt, q sicut in generatione naturaliter est materia, quæ est generationis subiectum, & forma, quæ per generationem includitur, & compositum resultans eis, quod per generationẽ producitur, ita suo modo in diuinis est essentia quasi materia, & subiectum generationis, & est ibi relatio, quasi forma, & est ibi persona, quasi compositum resultans ex eis. & ita sequitur quòd sicut naturale compositum producitur quodammodo, ita suo modo filius de substantia patris.

Dominus Aureolus di. 5. q. 1. propositione secunda arguit contra hanc opinionem Henrici.

Ad hoc adducuntur rationes, prima est ratio Augustini contra Maximinũ quæ ponitur in litera, filius non est de nihilo, ergo est ex substãtia patris, antecedens declaratur, quia non est de nihilo negatiue eo modo, quo dicimus quis loquitur de nihilo quando non de nihilo loquitur nec est de nihilo, quasi de materia, quia nihil non est materia alicuius, nec est ordinatum de nihilo. i. post nihil. ergo nullo modo est de nihilo. quia istos tres modos tantum ponit Anselmus in nono libro, qui inscribitur: Monologion, capite uero octauo. &c.

Anselmus mologion. cap. 8.

Item isti dicunt, quòd diuina essentia licet nõ generetur obiectiuè, tamen generatur subiectiuè. Ratio est: Illud generatur subiectiue, quod manet idem numero in gerante, & genito. sed diuina essentia est huiusmodi, ergo. &c.

Opinio Gotfredi quolib. 9.

Ex hoc dicunt, quòd filius generatur de substantia patris, quasi de materia, quia materia generatur subiectiuè.

CONTRA arguitur, quòd nec diuina essentia generetur subiectiuè, nec filius generetur de sub-

de substãtia patris, quasi de materia,& probo sic: Natura diuina est formalis terminus generationis diuinæ,ergo nõ est materia,uel quasi materia; Antecedens probaẽ tripliciter primo sic,q̃a aliàs nõ esset gñatio uniuoca, sicut patet,sed hoc esset incõueniens, sicut dicetur in distinctione 7. quia motus specificatur ex formali termino ad quem, ut dealbatio ex albedine,quę est eius formalis terminus, si gñationis terminus nõ esset natura, sed relatio uidetur, quia non potest appellari generatio, sed potius aut quietatio, uel tale huiusmodi,&c.

2.phys. cont. 14.

Secũdo,quia Ari.2.phys. dicit,ꝙ generatio nocatur natura pro eo,quod est uia in naturam:ergo, consequentia est manifesta, quia materia & forma non possunt coincidere 2.phys.

2.phy.cõ.70.

Item prius natura est respectus agentis ad passum, quàm producentis ad productum: exemplum.

Exemplum.

Prius est respectus ignis, ut actiuum,ad lignũ, ut passiuum quàm de eo producat ignem, ergo si filius producitur quasi de materia de ipsa essentia,sequitur,quòd respectus spiritus ad essentiam, ut ad passum præcedat respectum,qui est paternitas,& filiatio, & ita in patre erit respectus positiuus præcedens paternitatem, quod est impossibile.&c.

Dico ergo cum antiquis Doctoribus, qui nullo modo fuerunt ausi nominare naturam in diuinis quòd filius est de substantia patris, sicut dicit Augustinus,non tamen sicut de materia,nec quasi de materia.

Ad Cuius declarationem sciendum, quòd generatio in creaturis duo dicit, s. mutationẽ,& productionem;quæ tamen duo sunt distincta, & possunt ab inuicẽ sine cõtradictione separari, mutatio est actus agentis, qui accidit ꝑꝑ eius imperfectionẽ, sed productio respicit terminũ productum;si igitur esset agens ita perfectum, quòd posset producere totum effectum sine prǽsuppositione materiæ,ita esset productio sine mutatione.

Cùm igitur Deus excludat omnem imperfectionem, producit omne producibile totum, & formaliter sine sui mutatione.

Habes ergo quòd pater producit filiũ sine sui mutatione & sine suppositione alterius materię, uel quasi materiæ. Tunc ulterius dico quòd non producit eum de nihilo, sed uerè de substãtia sua. Vbi est sciendum, quod ad hoc dicatur produci de eius substantia non sufficit distinctio producti à producente,& non præsuppositio materię,quia iam creatura produceretur de substantia Dei,cũ sint ibi ista duo,nec sufficit sola communicabilitas,quia iã pater esset de substãtia filii, nec sufficit ibi sola originatio, quia iam creatura esset de substantia Dei.Requiritur ergo ibi originatio,& aliqua distinctio,& consubstantialitas; & quia omnia ista sunt in filio respectu patris, ideo uerè est de substantia patris, & non de nihilo, ex quo est consubstantialis patri, pater autem non est de substantia filii, dicens, quod iam non originatur ab eo. creatura etiam non est consubstantialis. hoc dicto modo exponit magister in litera authoritatẽ Augustini, qui dicit,ꝙ filius est de substantia patris.&c.

Dubitatio notabilis

Hic est una magna difficultas,non.n. uidetur possibile quòd in persona concurrant essentia, & relatio,& unum non habeat rationem potentiæ, & materiæ,& reliquum rationem actus, & formæ. & cum relatio respectu essentiæ nullo modo possit esse materia,uel quasi materia, sequitur quòd ipsa essentia in persona est materia,uel quasi materia.& confirmatur, quia ipsa est fundamentum relationis. confirmatur etiam, quia ipsa non distinguit personas, sed relatio distinguit, distinguere autem pertinet ad actum septimo metaphysicæ.&c.

Respondeo, & dico, quòd quidditas creata est, qua aliquid est ens quidditatiuè, & hoc dicit perfectionem in ea.sed quod contrahatur, & diuidatur per rationem indiuidualem, hoc accidit ex eius imperfectione. Vnde quidditas est actus simpliciter perfectior, quàm ratio indiuidualis quantum est ex sua ratione formali, sed propter eius imperfectionem, quia diuiditur,habet aliquo modo rõnem potentiæ in supposito respectu rõnis indiuidualis,ꝑ quã diuiditur,sed in Deo amouetur omne, quod dicit imperfectionem, & conseruatur omne, quod dicit perfectionem, ideo relatio, quę est relatio suppositalis nõ diuidit,nec contrahit essentiam,sed ipsa essentia ex se est actus perfectus huius habens ultimatam unitatem, quam quidditas creata recipiebat à ratione indiuiduali,& ideo ipsa essentia imperfecta respectu relationis nullo modo est materialis quasi materia,sed est actus quidditatis dicens perfectionem simpliciter ex sui formali ratione. relatio autem non est potentia respectu eius, nec est actus quidditatiuus dicens perfectionem simpliciter ex sui formali ratione,sed est actus personalis faciẽs unum simpliciter in persona,non quidem unum compositum, quia tunc bene oporteret alterum habere rationem potentiæ respectu alterius, sed faciunt unum summè simplex. & ratio huius ueritatis est, quia essentia,quæ est formaliter infinita, trahit relationem ad suam unitatem realem,licet ratio formalis unius non sit ratio formalis alterius, per hoc patet resp.ad ultimã confirmationem. Concedo enim quòd relatio est actus personalis, & ideo personaliter distinguit solum, & cætera.

7.met.cõ.49.

Essentia non est materialis nec quasi materia, sed est actus quidditatis. relatio est actus personalis.

Ad Primam uero confirmationem, quòd secundum Augustinum 7.de Trinit.licet essentia non sit id, quo pater est formaliter pater, est tamen illud,quo pater est,& filius est:ergo cum essentia sit illud,quo paternitas est paternitas,sequitur quòd essentia est actus relationis.& nullo modo è conuerso.&c.

7.de tri.ca.7.

In Creaturis uero, ubi relatio est alia res, uel alia realitas à fundamento, oportet,quod sit quidam actus formalis receptus in fundamento tanquam in suo materiali. Sed in diuinis, ubi nec est alia res, nec alia realitas, licet formaliter

Quõ relatio se habeat in creaturis.

non sit idem, oportet, quòd nullomodo sit actus formalis receptus in essentia, tanquam in suo materiali. tamen facit idem secum simpliciter, quia hoc idem, quòd est actualiter res est per essentiam, sicut patet per Augustinum ubi supra. &c.

Ad rationes alterius opinionis respondeo, & dico ad illud Augustini, quòd filius non est de nihilo, imo uerè est de substantia patris, non tamen sicut de materia, uel quasi de materia, &cætera.

Ad secundum dico, quòd ex quo essentia est formalis terminus in producto, ut probatum est supra, sequitur, quòd non possit esse quasi materia. unde ipsa est communis eadem in producēte, & producto, non sicut materia, quia ex hoc non haberetur, quòd generatio esset uniuoca, sed sicut forma, & natura. &c.

Ad primum principale dico, quòd ideo tres personæ non dicuntur ex eadem substantia, quia nullomodo persona patris potest dici ex substantia sua, uel alterius, cum non originetur ab aliquo. &c.

15. de tri. cap. 19. D. Bona. in 1. dist. 5. q. 2. Ad aliud dicitur, quòd licet Augustinus dicat filium esse substantiæ patris 15. de Trinit. & doctor quidam dicit illam esse propriam, tamen uidetur probabilis, quòd quandocunque relatiuum cum aliquo construitur in tali habitudine casuali, in qua natum est terminare illam relationem, ut correlatiuum tunc construitur cum isto precise, & cum correlatiuo. Nam pater construitur in habitudine genitiui cū suo correlatiuo simile in habitudine datiui majus in habitudine ablatiui, secundum cōmunē sermonem, uidetur tamen quodcunque construitur relatiuum expresse in tali habitudine casuali illud uocatur esse correlatiuum huius relatiui. Non enim dicimus: Iste canis est filius hominis, quia est filius, & est hominis, quia uidetur significare, quòd constructio cum ly canis sic etiam ratio relatiui ut paternitas.

Authoritas Augustin. 15. de tri. cap. 19. exponitur, sicut ipse exponit. Ita igitur in ista: Filius est essentiæ, uidetur accipi essentia, ut correlatiuum eius relatiuum, cum quo construitur, tunc auctoritas Augustini 15. de trin. debet exponi, sicut ipse exponit, filij charitatis suæ, id est filij dilecti sui, & tunc ad argumentum istud cum arguitur, est de essentia, sequitur ista, quòd est essentiæ, nego consequentiam.

Ad aliud dico, quòd de non notat identitatem tantum, sed notat identitatem sui casualis. & hoc in ratione formæ cum distinctione illius, quod additur suo casuali, ut principiū originantis, sicut prius dictum est. sic filius generatur de substantia, hoc uerum est si ly de denotat aliquid essentiæ patris, & filij, quòd sit terminus formalis generationis, & non substantiæ uel materia, uel aliquid quasi materia generationis, & cætera.

DISTINCTIO VI.

CIRCA ISTAM DISTINCTIOnem sextam quæro, utrum Deus pater genuit Deum filium uoluntate.

Seraphicus Bona. primò sent. dist. 6. q. 2. Art. 1.
Alexāder Alensis 1. par. summæ. q. 42 mēb. 5. Art. 1.
Scotus primo sent. dist. 6. q. 1.
D. Thomas prima parte summæ q. 34. Art. 1.
Ricardus primo sent. dist. 6. q. 2.
Durandus primo sent. dist. 5. q. 1.
Franciscus de mayronis primo sent. dist. 6. q. 1.
Joannes Bacconitanus primo lib. sent. dist. 6. q. 1.

Quæstio prima.

CIRCA distinctionem sextam queritur, utrum pater genuerit filium uoluntate.

QVOD SIC. Augustinus contra Maximinum: lib. 3. dicit sic: Si Pater non genuit filium æqualem, aut quia noluit, & tunc fuisset inuidus, aut quia non potuit, & tunc fuisset impotens, ergo cum neutrum sit ponendum, relinquitur, quòd uolens genuit. &c. Lib. 3. cap. 1 et ponitur de fin. 20.

Præterea Ricardus de Trin. sexto post alia tractata de productione dicit ultimo super his, quæ diximus, audite uerbum abbreuiatum ingenitum uelle habere de se conformem, atque cōdignum: idem mihi uidetur dicere, quod gignere filium, & tam genitum, quàm ingenitum habere condilectum, idem uidetur dicere, quòd producere spiritum sanctū, sic patrem nelle habere conformem, est gignere, ergo sicut pater nult uoluntate habere conformem, ita uoluntate genuit. &c. 6. de trin. cap. 17.

Item quinto metaphisicę de necessario: Omne inuoluntarium est triste, sed nihil est triste in diuinis, ergo nihil in diuinis erit inuoluntarium, & per consequens uoluntate genuit. Contra. Magister in litera, & Damascenus lib. primo: Generatio est opus naturæ. 5. met. cōtex. 6. cap. 8.

RESPONDEO, quod quidam dicunt, quòd pater non generat uolens, nec uolūtate, sed pręcise modo naturali ideo intelligere patris, ut patris, est producere uerbum, sed intelligere præcedit uelle, ergo. &c.

CONTRA. Intelligere patris dicit perfectionem simplr, & producere, siue dicere uerbum, non ergo non sunt formaliter idē, maior probatur, quia pater, ut pater est beatus, ergo intelligere patris est pars beatitudinis & per consequens dicit perfectionem simpliciter. Minor etiā probatur, quia alias filius, & Spiritus sanctus qui non dicunt, non essent simpliciter perfecti in diuinis autem propter summam perfectionem uerbū, quod est terminus ipsius dicere non est qualitas nec propriè intellectio, sed est suppositum subsistens, actus autem, qui est intelligere præcedit, & est essentialis non elicitus, uel productus, sicut dictum fuit supra: & etiam ipsum dicere non est de genere actionis, sed relationis. Negata Dicere nō est de genere actionis, sed relationis.

igitur

igitur ratione istorum concedo conclusionem, quantum ad hoc, ꝙ pater non producit filium uolútate tãquàm principio formali elicitiuo cuius ratio est, quia idem obiectum distinctũ nõ põt esse formale principium productiuum duarum productionum nõ eiusdem rationis. sed uolútas cũ obiecto est formale principium productiuum, spiritus sancti in patre scilicet & filio, ergo.&c.

Sed hic oritur difficultas ex dictis Augustini. dicit enim 9. de tri. Verbum amore concipitur, & 9. de tri. notitia placita, & amata uerbum est: Arguitur etiam hoc in nobis, quia si uoluntas nullomodo concurrat ad intellectionem frustra diceret philosophus 2. de anima, intelligimus cum nolumus.&c.

9. de tri. cap. 7. uel 10.
9. de tri. cap. 11. & 12.
2. de Anima contex. 55. & 60.

Respondeo quòd in nobis non est unicus actus intelligendi, nec loquendo de actu, qui est dicere, & est de genere actionis, qui est gignere uerbum, & qui est de genere qualitatis, imo de eodem obiecto possumus habere multos actus. Vnde & si uoluntas nostra non posit habere actum suum circa actũ intellectus simpliciter primum potest tamen habere subsequentes circa actus imperando sibi: & ideo auctoritates Augustini uere uerificantur in nobis. in diuinis uero, ubi est unicum dicere permansiuum, & unicum uerbum productum, & unicum intelligere essentiale nullomodo concurrit uoluntas ad productionem uerbi, ut principium productiuum, bene tamen circa uerbum iam genitum potest habere actum complacentiæ, non autem potest esse principium formale productiuum, & isto modo debent intelligi auctoritates Augustini & licet uelle essẽtiale, qd aliquo mõ procedit ab intelligere essentiali: ipsum aliquo modo præcedat in patre cognitionẽ uerbi, sicut enim pater cõplete beatus in illo priori, non propter hoc concurrit ut principium productiuum uerbi, quia sic concurrit ad productionem spiritus sancti.&c.

Quõ uolũtas non concurrit ad productionem uerbi, ut principium, productiuum.

Ad principale igitur de Augustino contra Maximinum dico, quòd non genuit uolens actu scilicet affirmato circa obiectum negatum, nec genuit uolens uoluntate concurrente, ut principium formale productiuum proximum, uel remotum, sed genuit uoluntate eo modo ut dictum est, ut patet. Quòd non, ut principium proximum patet, quia principium unius rationis non potest esse nisi principium unius productionis, modo uoluntas est unius rationis, & est principium productionis spiritus sancti, ergò nõ erit principium generationis filij, nec etiam remotum, quia uoluntas, ut est principium operatiuum posterius producit quàm ipse intellectus, & ita non erit causa prior, uel superior in productione, quæ est propriè ipsius intellectus.&c.

Ad aliud de Ricardo, dico, quòd non uoluit. Augustinus scilicet quod uelle præsens sit formaliter gignere; Nam secundum Augustinum spiritus sanctus non producitur quomodo natus, sed quomodo datus, quia per modum uoluntatis libere, & ideo oportet exponere Ricardum, ꝙ intellectus concomitante uoluntate.&c.

5. de tri. cap. 14. uel 31.

Ad aliud de inuidia, dico, quòd inuidia est non tantum in substrahendo illa bona, quæ possunt communicari actu uoluntatis immediate, sed quæcunque uolens potest communicare. & ideo dico, quod pater uolens communicat filium. Vbi scientia est ex sententia Augustini quòd ipsius uoluntatis est duplex actus, unus, qui est coniungere parentem cum prole, hoc modo habet causalitatem respectu gignitionis prolis, & dicitur dilectio actus tantum. Alius est actus, qui est circa obiectum, & iste actus dicitur dilectio obiecti eiusdem, quod est obiectum memoriæ, & intelligẽtiæ ut apparet per Augustinum de tri. unde potest sempiterna immutabilique natura recoli, conspici, & concupisci. hoc idem tangit August. in plerisque locis. isti reperiuntur in uolũtate nostra, sed istorum secundorum principalior est, quia sensus causa est aliunde: primi, ut patet intuenti. primus autem est uniuersalior. potest enim esse circa malum, ut patet, dicit enim Augustinus: Nõ etiam quòd uoluntas in nobis, ut pars imaginis representat uoluntatem in Deo, non quantum ad actum secũdum sed quantum ad actum primum. dico ergo, ꝙ produxit, quia uoluit primo modo, non autem secundo modo, quia, ut sic uolũtas est principium productiuum formaliter spiritus sancti.&c.

Duplex est actus uoluntatis.

15. de tri. ca. 20. uel 42.

Ad ultimum dico, quòd ibi nihil est inuoluntarium, imo quicquid ibi est uoluntarium est, ergo producitur uoluntate tanquàm formali principio productiuo; nego.&c.

DISTINCTIO VII.

QVAERO VTRVM POTENTIA generandi in patre sit aliquid absolutum, uel proprietas patris.

Seraphicus Bona primo sent. dist. 7. q. 1. Art. 1.
Scotus primo sent. dist. 7. q. 1.
D. Thomas 1. parte summæ. q. 1. Art. 5.
Ricardus primo sent. dist. 7. q. 1.
Durandus primo sent. dist. 7. q. 2.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 7. q. 2.
Ioannes Bacconitanus primo sent. dist. 5. q. 1.

Quæstio prima.

Circa istam septimam distinctionem quæritur, Vtrum formale principium generandi in patre, sit essentia, uel relatio.

Qvod Sit. Relati. Augustinus 5. de trinit. eo est pater, quo est ei filius, sed paternitate est pater. ergo paternitate est ei filius, ergo paternitate generat, quia eo generat, quo pater est.&c.

5. de tri. cap. 6.

Confirmatur, quia proprius actus patris ut patris, est generare, sed proprius actus est à propria forma sicut communis à causa, & uniuersalis ab uniuersali, ex 2 physic. & quinto metaphisicæ, sed paternitas est propria forma, ergo paternitate generabit, ergo.&c.

2. phys. contex. 38. & 5. met. contex. 2.

10. met. com. tex. 22. Item medium est eiusdem rationis cum extremis, sed supposita sunt extrema, & sunt relatiua, ergo principium formale productiuum, quod est ibi, tanquam medium erit relatiuorum.

Item productio est relatiua, ergo & principiũ formale, & terminus formalis est relatio, quia ab eis capiet speciem. &c.

Præterea potentia est eiusdem generis cum actu, imo in diuinis sunt idem, sed actus generandi est respectus, ergo & potentia, & principium generandi erat relatio.

cap. 8. Cõtra per Damasc. lib. primo: Generatio est opus naturæ, sed non ut generantis, quia natura nõ generat, ut dictum fuit supra, ergo, ut principii formalis in producente generandi, & ut termini formalis in producto. &c.

In hoc primo distin. 5. RESPONDEO, quòd quidam dicunt, quòd illud, quo pater generat est essentia, nam ratio, quia pater assimilat sibi filium non relatione, sed in natura, generans uniuocè assimilatur sibi genitum in forma, qua agit, sed filius assimilatur patri in essentia, non in proprietate, ergo. &c.

Item in creaturis formale principium generãdi nõ est proprietas indiuidualis, sed natura, ergo ita est in diuinis, sed relatio est proprietas personalis correspondens proprietati indiuiduali in creaturis. ergo. &c.

CONTRA. Forma, quæ est in supposito, est sufficiens formale principium agendi separata à supposito potest per se agere similem actionem.

Exemplum. Exemplum: Si caliditas separaretur, calefaceret sicut albedo in sacramento disgregat, ergo si diuina essentia sit sufficiens principium generandi formale in genere in illo priori, in quo aliquo modo præcedit omnem generationem generaliter, quod est inconueniens. &c.

Item productio, & forma, quæ formaliter producit, est idem relatio, & productum, & hoc modo accipitur secundo phisi. & quinto metaphisicæ, ubi dicit philosophus, quòd ad idem genus causæ reducuntur ars, & ædificator, & ita ad idem genus principij reducuntur producens & forma, qua producit. si ergo essentia est formale principium producendi habebit realem relationem, & etiam distinctionem ad productum, sicut producens, quod est simile. &c.

Aliter ergo dicitur, quòd cum productio diuina sit actio positiua, oportet ibi assignare ꝙ formali principio aliquid positiuum, & quia in diuinis non est positiuum, nisi essentia, & relatio oportet ponere alterum istorum. Sed cum relatio non sit nec terminus, nec principium, nec a-

5. physi. com. tex. 10. & 7. physi. com. 21. ctus per se ex quinto physico. relinquitur, quòd sit essentia, sed quia essentia de se est indeterminata ad plures productiones, ideo oportet, quòd determinetur per relationem puta ad generationem per paternitatem. est ergo essentia principium elicitiuum, sed relatio est principium determinatiuum. Exemplũ in creaturis, ubi eadem forma est principium actus primi, & secundi, sed ad actum primum determinatur per respectũ ad materiã, & ad actum secundum per respectum ad obiectum.

CONTRA, quòd essentia diuina sit illimitata ad plures productiones, & non illimitata ad unum tantum non est ex imperfectione, sed ex perfectione. sed si esset limitata ad vnam tantum non indigeret determinatione, ergo nec mõ indiget, ex quo illa illimitatio accidit non ex imperfectione, sed ex perfectione. &c.

Item natura est illimitata quò ad illas duas productiones, sed ordine quodam, quia per prius ad generationem, & mediante ipsa ad spirationem, & non indiget alia determinatione. Istud patet esse confirmatio primi articuli contra opinionem. &c.

Item paternitas est formaliter idem, quod dicere, & est ratio suppositi, ergo non potest esse determinatiuum principium ipsius differentiæ, quia iam præcedit se ipsam. &c.

Dico ergo, quòd formale principium generationis, quod quidem est proximum, & immediatum fundamentum ipsius relationis, quæ est generatio, non est aliquid relatiuum, sed absolutum, primum probo tripliciter, primo sic: Omne relatiuum æqualiter respicit suum correlatiuum, si igitur relatiuum aliquod esset formale principium personarum, nunquam generatio, & spiratio possent distingui, quòd una esset per modum naturæ, alia per modum libertatis. sic, quia tunc eadem relatio esset principium sui ipsius, cùm paternitas, & generare sit eadem relatio. &c.

Secundo, quia tunc paternitas esset perfectior, quàm filiatio, ꝙ probatur dupliciter, primo quia ipsa esset principium actus, & filiatio non. secundo quia forma, quę est principium actus, cuius terminus est alterius rationis ab ipsa, continet ipsam eminenter. &c.

Quòd sit aliquid absolutum probo sic: Terminus generationis formalis est aliquid absolutum, ergo & principium formale productiuum. Antecedens est probatũ supra distinct. quinta, quia in prima ratione, contra primam opinionem. cõsequẽtiã probo, quia forma, qua agẽs agit, uel est æquè perfecta sicut forma termini producti per illam actionem, nisi si sit agens uniuocum, uel est perfectior, ut si sit equiuocũ, tunc enim cõtinet ipsam eminenter, in diuinis autem nihil perfectius est absoluto, quia est formaliter infinitum, relatio autem non, hic non expresse dicit, quòd est illud absolutum, tamen ex dictis suis superius potest dici, quòd formale principium sit memoria, & suppositum sit producens mediante memoria existẽte in ipso. quid autem sit memoria dictum est suprà. & quia argumenta sua contra primam opinionem sunt contra eum, sicut patet, ideo soluit ea per quod patet, quod satis concordat ipse cum prima opinione. & ideo non potest soluere rationes primæ opinionis, quia non sunt contra suam conclusionem. Formale principiũ est memoria secundum eum.

Ad secundam opinionem dico, quòd nullo modo illa determinatio in diuinis locum habet, sicut patet ex ipsius impugnatione, nec etiam in creaturis

tariis, uidelicet, quia sicut patet, respectus producentis ad productum, sequitur actum productionis: ergo non determinat principium actus productiui, nisi fortè dicatur, quòd respectus agentis ad passum, qui præcedit respectum producentis ad productum, etiam in eadem ipse est, qui determinat, sed saltem in diuinis locum habet, quia ibi non duplicatur respectua.&c.

Ad primam uerò contra primam opinionem dico, quòd forma, quæ est principiũ actua, cuius terminua formalis est ab ea distinctua potest esse principium consimilia actua, si per se separatur, sed alter non è conuerso, aut sic est, quòd essentia, quæ est principium producendi in patre non est distincta à forma termini producti: & ideo licet in supposito possit esse illud, quo respectus productionis per se, non tamen potest esse quod.

Ad secundum dico, quòd uerbum phylosophi non habet ueritatem, nisi in creaturis, ubi productum distinguitur à producente, & habet ad causam relationem realem: Sed non distinguitur à forma, qua producena producit, & ideo non pôt. ad eum habere relationem realem.&c.

Ad primum principale, dico, quòd authoritas Augustini est uera, quia paternitate est ei filius, & paternitate est pater formaliter, sed cum dicis, proprius actus.&c. dico, quod non est uniuersaliter uera, quia multæ formæ dant esse primũ, quæ nõ dant agere.&c. Exemplum; forma lapidis, & de numero taliom est paternitas, quæ dát esse primo ipsi supposito, & non tamen dat agere assignare autem causam, quia quædam formæ minus perfectè dant esse, & agere, ut formæ elementares, & quædam magis perfectè, ut multorum mixtorum non dant, nisi esse primum difficile est. &c.

Multæ formæ dant esse primum, & non agere. Exemplum.

Ad secundum dico, quòd medium, quod participat naturam extremorũ est eiusdem generis cum extremis, uerum est de medio, quod est medium ex natura rei, sicut fuscum inter nigrum, & album, de aliis uero mediis accidentaliter suposita non haber ueritatem, sicut patet, qđ generatio quod est medium inter generans, & genitum, uel intellectio, qua anima intelligit se est media inter se, & intelligere, & tamen ipsa est accidens & extrema sunt subiecta, & ita patet, quòd argumentũ non habet necessitatẽ, uel potest dici, quòd illud formale principium non est medium, sed tenet se ex parte alterius extremi. s. princip. productiui, Medium autem est ipsa productio, quæ cum sit relatio est eiusdem generis cum extremis, q̃ extrema sunt termini relatiui.&c.

Quò mediũ sit eiusdẽ generis cum extremis.

Quæ sint extrema.

Ad tertium dico, quòd consequentia est nulla, nam calidum producit calorem per actionem, quæ est de genere actionis, & ita est ferè in omni bus. ergo &c. Ad aliud dico, quòd maior illa debet intelligi de potentia actiua opposita, quæ quidem diuidit ipsum ens: Vnde eadem est & eiusdẽ rationis cum albedine in actu, & potentia. Potentia aut generandi non est huiusmodi potentia, qa potentia isto modo non habet esse in differentua quia illa generatio est simpliciter necessaria, & io non est ibi potentia repugnans actiui.

VTRVM IN DIVINIS SIT GEneratio uniuoca, uel æquiuoca.

Seraphicus Bona primo sent. dist. 9. q. 1. Art. 1.
Alexáder Alensis prima parte summæ q. 42 mẽb. 1.
Scotus primo sent. d. stin. 7. q. 1.
Durandus primo sen. distin. 4. q. 1.

Quæstio secunda.

SECVNDO queritur utrũ generatio diuina sit æquiuoca, uel uniuoca. Quod æquiuoca probatur, Persona producta differt specie à producente, ergo productio est æquiuoca, consequentia patet. Antecedens probatur, quia differunt secundum quidditates proprias, & talis est specifica differentia, tum quia differunt, ut puræ formæ, & puri actus alterius, & alterius rationis. Consequẽtia patet, quia non est maior differentia in principiis, quàm in principiatis, & etiam, quia eadem est differentia differentium, & rationũ, per quas præcisè differunt, uel constituentium, & constitutorum.

Franciscus de Mayronis dis. 4. primi. q. 5. allegat Scotũ & tenet cum eo, quod ista generatio est uniuoca, ex eo, quod generãs & genitum habent eandem naturam.

Item productiones in diuinis differunt specie inter se, sicut patet, ergo & producta. Consequentia probatur, tum quia aliàs non esset proportio productionum ad producta, tũm quia productiones, & producta sunt eiusdem rationis, quia utrũque relatio.

Item differentia specifica est perfectior, quàm differentia numeralis, quia est de perfectione uniuersi, ergo est ponenda in diuinis, priusquàm numeralis, ista consequentia patet, antecedens probatur, quia distinctio specifica est de perfectione uniuersi mundi, numeralis autem non.&c.

Contra. Generans æquiuocum continet genitum eminenter, & per consequens est perfectius eo. Sed una persona in diuinis non est perfectior alia. ergo.&c.

Preterea in termino generationis, in ipso producto duo concurrunt, natura, & relatio, uidelicet filiatio, aut generatio dicitur uniuoca, uel æquiuoca à termino formali generationis, aut à proprio, ut puta relatione propria ipsi supposito. si à primo quia eadẽ natura in producente, & producto sic erit uniuoca. si propriè uidelicet à relatione, sic nulla generatio erit uniuoca.&c.

Hanc conclusionem concedo. Ad rationes in contrarium. Ad primam dico, quòd licèt in diuinis non sit propriè ratio generis, & differentiæ & speciei, tamen aliquo modo concesso paternitatem, & filiationem differre specie; quia non fundantur super unitatem, sicut similitudo, & æqualitas, & ideo plus differt paternitas à filiatione, quàm paternitas à paternitate, non tamen constituta differunt specie, quia ipsæ relationes relatiuè non cõstituunt personas in esse specifico, sed in esse indiuiduali etiam includunt aliquid commune, & ideo aliquomodo habent esse specificam, & illud est essentia. & cum dicis: maior est distinctio in principiis, quàm in principiatis, dico quod nõ est uerum de principiis indiuidualibus, sicut patet.

Paternitas & filiatio differunt specie.

Nam rationes individuales plus differunt. i. minus conueniunt, quia sunt se totius, se primo diuersa. &c.

Per hoc potest patere ad secundum. Nam productiones sunt idem quod relationes, & ad primã probationem consequentiæ, dico, quod non requiritur ad illam proportionem, quòd productio, & terminus formalis eius sit eiusdẽ speciei, sicut patet etiam in creaturis ubi per actionem de genere actionis producitur qualitas. Sed sufficit, quod per talem productionem productũ producatur.

Ad secundum dico, quòd licet productum inquantum sit suppositum relatiuum tamen includit naturam absolutam, quæ est ibi formalis terminus. &c.

Ad tertiũ dico, quod in creaturis, ubi est limitatio perfectionum, & aliqua imperfectio differentia specifica dicit perfectionem pro eo, quòd perfectio, quæ non est in una specie sit in alia & sic ratio specifica supplet perfectionem, sed essentia christiana, quæ est infinitæ perfectionis una existens singularis non oportet ponere talem. Exemplum: Generatio in hominibus, uel creaturis dicit perfectionem ad hoc, ut nostra natura specifica, quæ non põt conseruari in se, conseruetur in indiuiduis. & tamen ista de causa non dicit perfectionem in Deo, nec etiam in Angelis, & sic nõ oportet ponere talem perfectionem supplẽtem aliquã imperfectionem, quia naturalis est &c.

Exemplum.

DISTINCTIO VIII.

QVAERITVR VTRVM DEVS SIT summæ simplex, & perfectè talis.

Seraphicus Bona primo sent. dist. 8. q. 1. Arti. 1.
Alexander Alensis prima parte summæ. q. 5. mẽb. 2.
Scotus primo sent. dist. 8. q. 1.
D. Thomas prima parte summæ q. 3. Arti. 2.
Ricardus primo sent. dist. 8. q. 1. Art. 1.
Durandus primo sent. dist. 8. q. 4.

Quæstio prima.

Ricardus distinctione præsenti Ar tic. 3. q. 1. ibi docet quot tria requiruntur ad hoc quod aliquid sit summe simplex.

Circa distinctionem octauam quæritur utrũ Deus sit summè simplex.

QVOD NON. Simplicitas de sua formali ratione non dicit perfectionem, ergo non est ponẽda in Deo, ut essentialis. Antecedens probatur, quia in creaturis generabilibus, & corruptibilibus dicit imperfectionem, quia talia, quanto magis cõposita, tantò perfectiora, sicut patet de materia, & composito de elemento, & mixto. &c.

Item quod uno est accidens, nulli est substantia primo phys. sed sapientia in nobis est accidens & uniuoce est in Deo, & in nobis. ergo in Deo est compositio substantiæ, & accidentis. &c.

CONTRA. Augustinus. 6. de tri. Deus est uerè, & summè simplex, &c.

Compositũ quinque modis potest fieri.

NOTANDVM, quòd compositum potest accipi, s. modis. s. ex partibus essentialibus, sicut ea materia, & forma, ex ptibus formalibus sicut mixtum ex elementis, ex subiecto. & accidentẽ, sicut corpus album, Ex partibus quantitatiuis, sicut numerus, & linea; Ex positiuo, & priuatiuo, sicut ẽ omnis creatura, quia est priuata aliqua perfectione. Deus autem est summè simplex cõtra omnes istos modos quinque.

Respondeo modo ad propositum, & probo primo Dei simplicitatem per rationes speciales, secundo aliunde.

Quãtum ad primum probo primo de Deo simplicitatem oppositam compositioni ex partibus essentialibus, s. materia, & forma, secundo simplicitatem oppositam compositioni ex partibus quãtitatiuis, tertio simplicitatem oppositam compositioni ex subiecto, & accidente. &c.

Primum istorum sic probo: Causalitas materię, & causalitas formæ non est causalitas simpliciter prima, sed præsupponit causalitatem efficientis unientis formam materię, & non sui ipsius, sed alterius efficientis prioris, quia non possunt seipsis coniungi, ergo si Deus esset compositus ex partibus essentialibus, uel ea materia, & forma non esset simpliciter prima causa, quod tamen probatũ est supra distinctione secũda. Præterea materia de se non est sub aliqua forma, sed in potentia passiua, & contradictionis ad formam, & non potest reduci ad formã per ipsam formam, ergo præsupponit aliam causam reducentem.

Deus nõ est cõpositus ex materia & forma. Distin. 2. q.

Præterea omnis una entitas causata habet esse ab aliqua una causa, sed compositio materiæ, & formę est una entitas causata. ergo.

Secũdum sic probat Ar. 8. phy. & 12. metaphisicę: Virtus primi entis est infinita, sed infinita uirtus non potest esse in magnitudine infinita; magnitudo aũt infinita non potest dari. reliquitur ergo quòd sit sine omni magnitudine. &c.

8. phys. tex. 78. & inde, & 12. met. con. 41. & inde.

Sed ista ratio uidetur deficere, quia qui poneret infinitã uirtutem in magnitudine finita, diceret, quod est eiusdem rationis in tota magnitudinẽ & in parte, & ita non oportet esse magnitudinẽ infinitam. Exemplũ: Anima intellectiua, quæ est tota in toto, & tota in parte secundum eandem rationem non est maior in toto, quàm in parte, nec in magno corpore, quam in paruo. Dico, quòd ratio Aris. ualet, quia intentio sua est, quòd uirtus, quæ est in magnitudine extendatur per accidens ad extensionem magnitudinis, quo posito, necessario sequitur, quòd in maiori magnitudine sit maior uirtus, & in minori minor.

Exemplum.

Exemplum de calore in igne, qui licet sit æqua lis intẽsionis in parte, & in toto, tamẽ maior ignis. maioris est potentiæ, & efficatiæ in toto, quàm in parte. ex hoc sequitur quòd omnis talis potẽtia extensa per accidens, quãdiu est in magnitudine finita potest intelligi crescere, & quamdiu cresce re per augmentum magnitudinis potest intelligi, tam diu est finita in æfficientia: ex hoc sequitur, quod potentia infinita in efficientia non est in magnitudine finita; non est ergo potentia infinita intensiue secundum efficientiam; & tunc ultra cum non sit aliqua magnitudo infinita patet, quod nõ est aliqua talis potentia infinita in magnitudine finita,

finita, sed quid adhoc, cum omnino talis potentia non sit in magnitudine finita. Respondeo. Cum talis potentia, ut ostensum est superius, sit sine materia, statim sequitur propositum.

Tertium sic probo. Cum ipsa non sit materialis, sicut patet ex modo dictis non posse esse accidentia materialia, & corporalia, & spiritualia, aut in eo esse non possunt, cuiusmodi sunt uelle, & intelligere, & sapientia, & huiusmodi, quia ut probatum est distinctione secūda talia sunt idem, quòd substantia Dei.

Dist. 2. q. 1.

Item ostendo principale propositum per necesse esse, & probo sic: quòd si primum sit compositum, uel componentia, ut a. & b. sunt ex se necesse esse, & tunc nō possunt facere unum per se, quia utrumque est ultimatè actus, & sic unum nō est in potentia ad aliud etiam si. a. & b. sint ex se necesse esse, tunc per quodlibet erit necesse esse; & sic bis erit necesse esse, etiam ex duobus erit necesse esse, quorum uno oblato, non minus erit necesse, uel sunt possibilia esse, & tunc Deus non erit sibi ex se necesse esse, quod est impossibile & tunc non naturaliter esse esset necesse esse. &c.

De ista simplicitate dei, & compositione aliorū a primo. tractat. Auer. in 3. de. Anima comm. 5.

Item ostendo, quòd non est componibilis alteri, nec aliud sibi, quia si sic, ergo careret perfectione eius, cui erit componibilis, & per consequens non esset simpliciter infinitus: cuius contrarium dictum est supra di. 2.

Præterea, quòd alteri est componibile, potest esse pars alicuius totius, sed cuilibet parti potest aliquid addi, infinito autem nihil potest addi, ergo cum Deus sit infinitus, pars alicuius esse non poterit, & per consequens nec alteri componibilis.

Ad primum dico, quòd illa simplicitas tacta in argumento non dicit perfectionem simpliciter, eo quòd non excludit posse componi cum alio. Vbi sciendum est, quòd duplex est simplicitas nam quędam est, quod excludit omnem compositionem, ita quod simpliciter tali simplicitate nec alteri cō ponibilis, nec sibi aliud, & nūquam compositum perfectius tali simplicitate. Alia est simplicitas, & ista est in creaturis, qua quidem quodlibet simplex alteri componibile est, uel alterum sibi, & de tali arguitur. &c.

Duplex est simplicitas.

Ad secundum dico, quòd sapientia, quæ est in Deo, est idem, quod eius natura, sicut probatum est dist. 2. q. 2. nec obstat, quòd in conceptu transcendenti uniuocetur, quia & substantia, & accidens, Deus & creatura uniuocantur in tali conceptu, ut dictum est supra di. 3. q. 1. uel possunt dicere, quòd sapientia secundum quod est species qualitatis nō est in nobis, & in Deo eiusdem rationis.

Sciētia in deo est substātia, & ratio est, quia scientia nō uniuoce, sed equiuoce dicitur de sciētia nostra, & de sciētia dei sicut scribit Auer. 12. me. cōmēto 51.

SECVNDO QVAERO VTRVM aliqua creatura sit simplex.

Seraphicus Bonā. primo sent. dist. 8. q. 2. Art. 2.
Alexāder Alēnsis prima parte summæ q. 5. memb. 3.
Scotus primo sent. distin. 8. q. 2.
D. Thomas 1. parte summæ q. 3. Art. 4.
Ricardus primo sent. dist. 8. q. 2.
Durandus primo sen. distin. 8. q. 2.

Quæstio secunda.

SECVNDO quæritur, Vtrum aliqua creatura sit simplex: Quòd sic; quia partes cōpositi creatu primo sunt simpliciter simplices, alias iretur in infinitum, quia qua ratione istæ partes essent compositæ, & illę; & sic semper partes partium erunt compositæ. Oppositum est 6. de trin. ubi dicit Augustinus, quòd nulla creatura est in se simplex. Hic dicitur quòd quælibet creatura; est composita ex actu, ex potentia, quia nulla est pura potentia, quia iam nihil esset, nec est purus actus, quia tunc esset Deus. item quælibet creatura habet esse non per essentiam, sed per participatio nem, ergo est composita ex participatione, & participato. &c.

D. Thomas prima parte summæ q. 3. Art. 4. & 2. sol uendo tertiū & quartum argumētum. & lib. 2. cōtra gētiles c. 49.

CONTRA. Si quælibet res creata esset composita ex re, & re, tunc erit processus infinitum, quia accipio rem ex quo aliquid est compositum, aut illa res est composita, aut simplex: si simplex habeo propositum, si composita, tūc iterum quęrā, & sic in infinitum. Concedo igitur quòd non omnis creatura est composita ex re & re, sed est composita ex positiuo, & priuatiuo, pro eo, quod caret aliqua perfectione sibi possibili in esse, non quidē ex ratione suæ speciei semper, quia agens non caret perfectione sibi possibili debita secūdum gradum suum specificum, cum careret perfectione sibi possibili in esse in quantum creatura eo modo, quo dicit phylosophus 5. metaphysicæ de uisu, & priuatione, quòd talpa est cæca, quia non uisus sit sibi aptus i esse ex natura suæ speciei, sed ex nā sui generis. i. in quantum animal; etiam Creaturæ non compositæ in se ex re, & re nō solum sunt compositę ex priuatione mō dicto, sed etiam nō simpliciter simplices, quia sunt cōponibiles alijs, sicut sunt partes compositi.

5. met. c6. 27

Ad primum resp. de cōpositis patet ex dictis.

Ad secundum dico, quòd natura arguit cōpositionem ex re & re, quia omnis res creata habet esse participatum, & ita nulla pars est res participās non participata. &c.

Ad principale, & patet ex dictis.

TERTIO QVAERO VTRVM CVM simplicitate Diuina stet, quòd Deus uel aliquid formaliter Dictum de Deo sit in genere.

Seraphicus Bona. primo sent. dist. 8. q. 4.
Alexāder Alēnsis 1. par. summa. q. 48. mēb. 4. Ar. 3.
Scotus primo sent. dist. 8. q. 3.
D. Thomas prima parte summæ q. 3. Art. 5.
Ricardus primo sent. dist. 8. q. 2.
Ioannes Baccouitanus primo sent. dist. 9. q. 1.

Quæstio tertia.

QVæro tertio, Vtrum Deus uel aliquid dictū de Deo sit in genere, quod sic: Conceptus entis est

3. distinctio-nis primi. q. 1.

entis est uniuocus Deo, & creaturæ; sicut dictum est. dist. 3. & ille conceptus dicitur de Deo formaliter in quid, ergo habet aliquem conceptum aliũ determinantem eum ad Deum, & talis cõceptus se habebit ad illum sicut conceptus qualis ad conceptus qualis ad conceptũ quid. & per consequẽs erit conceptus essentialis, & ita constituens Deũ in ratione speciei.

Item sapientia dicta de Deo est uniuoca cum sapientia nostra, sicut probatum est ibidem. ergo est species generis, ipsa formaliter dicitur de Deo ergo &c.

Contra id est magister in litera, & adducit Augustinum.

Henricus in sua sũma Artic. 22. q. 1. 2. & 3. & Artic. 26.

Respondeo & dico, quòd Deus nullo modo est in genere, quod probatur sic: Deus non habet aliquem communem conceptum cum creatura, ergo nec est in genere, consequentia patet, quia coordinatio prędicta mẽtalis est de conceptibus creaturarum, ergo si conceptus Dei est omnino extraneus ab ipsis, erit omnino extra coordinationem prædicamentalẽ: Antecedẽs fuit probatũ, &

Distinctione. 3. q. 1.

improbatur superius dist. 3. tamen aliter hic probat, & primo sic; Deus est primo diuersus à creatura, aliàs haberet in quo conueniret, & differret, & ita non esset simpliciter simplex; ergo in nullo conceptu uniuoco conuenit cum creatura. &c.

Distinctione 3. q. 1.

CONTRA quæstionem istius rationis fuit argumentatũ ibi distinct. 3. Tamen, & hic arguo contra eam sic; Deus potest aliquo modo naturaliter à nobis cognosci, ergo habet aliquem communẽ

8. physi. cont. 34. & me. cõ. 39.

cõceptũ cum creatura. antecedẽs patet. 8. phy. & 12. met. cõsequẽtia probatur quia nulla est naturalis cognitio, nisi quæ in nobis naturaliter causatur; non autem causatur in nobis naturaliter nisi ab eo, quod naturaliter mouet intellectum nostrũ: huiusmodi aũt nõ est, nisi aliquod sensibile, cum intellectu agente, ergo omnis conceptus in nobis naturaliter causatus est alicuius rei creatæ per se, ergo si in tali conceptu non cognoscitur Deus, nec modò naturaliter cognoscetur: conceptus. n. secus proprius in nobis naturaliter causari non potest, sed in illo conceptu creaturæ non potest cognosci, nisi sit communis sibi, & creaturæ: ergò &c.

Respõsio Henrici quolib. 10 q. 7.

Respondetur ad hoc, & dicitur, quòd relatiuũ naturaliter causat nõ solũ cognitionẽ sui, sed correlatiui, cũ correlatiua sint simul naturali itelligẽtia, sed creatura realiter refertur ad Deũ; ergo Creatura naturaliter causat in nobis cognitionem sui ipsius, & Dei.

Sed contra hanc rationem arguo sic: Licet relatio creaturæ hẽat causare cognitionẽ sui correlatiui correspondentis, tamen illa relatio correspondens, quæ se tenet ex parte Dei, quæ est relatio rationis, non continet uirtualiter, nec formaliter aliquem conceptum absolutum & ita ex hoc nõ poterit cognosci aliqua absoluta perfectio de Deo &c.

Cap. 8.

Aliter dicitur, quòd Deus est in genere, quod probatur per Damascenum in elementario. item

Cap. 1.

Boetius de Trinitate dicit, quod duo pdicamẽta manẽt in diuinis. s. substãtia & relatio. Itẽ rõne: Substantia est communis conceptus ad substantiam creatam, & increatam, & ita neutra habet conceptum simplicem simpliciter, s. nec substantia creata, nec increata, sed habet conceptum in genus & in differentiam resolubilem. ergo &c. Item quia tunc secundum ponentes Angelos immateriales nulla substantia immaterialis esset in genere. &c. Item accidentia non essent in genere secundum illos, qui ponunt ea habere simplicem essentiam, si simplicitas Dei excludit eum à ratione generis.

Opinio uera authoris quod Deus non sit in genere. Distin. 3. q. 1. 7. de Tri. c. 5. uel 3. 2.

Teneo autem, quod Deus non est in genere, & tamẽ habet conceptum communem cum creaturis. ista secunda pars probata est superius dist. 3. Primam partem probo per Augustinũ 7. de tri. ubi dicit, quod abusiuè Deus dicitur substantia; cuius ratio est, quia substantia dicitur eo quod substat accidentibus.

Item arguit Auic. 8. metaphysicę sic: Genus dicit partẽ, Deus autem est simplex nõ habens partem, ergo non est in genere. &c.

Quod Deus non sit in genere, nec cõpositus, docet Auenan libro destr. destr. disputatione 7. dubio primo & 2.

Item per rationes arguo primo ex infinitate sic: Vnus conceptus indifferens ad finitum & ad infinitum potest esse conceptus generis, sed omnis, conceptus formaliter dictus de Deo, & creatura est huiusmodi. ergo. Minor patet, quia creatura est formaliter finita, essentialia in Deo sunt formaliter infinita, relationes formaliter non sunt finitæ nec infinitæ, maior probatur, quia realitas à quo sumitur ratio generis est potẽtialis respectu realitatis, à qua sumitur ratio differentiæ, sicut patet. 8. metaphysicę ubi dicitur: omnem terminum

8. met. cõt. 9.

.i. diffinitionem esse per orationem longã, quod significat aliqd de aliquo, & oportet illud esse materiam, & illud formam; ergo alterum positorum in diffinitione. s. genus, est materia, & alterũ. s. differentia est forma, Nullum autem infinitum, uel non finitum formaliter esse potest potentiale respectu alterius, ergo nullus conceptus formaliter dictus de Deo põt, esse conceptus generis, Maiorẽ iterum declarando dico, quod quandoque ratio generis sumitur ab alia re, quàm ratio differentiæ, ut sicut ponentes sensitiuam in homine aliam ab intellectiua & tunc uere illa res, à qua sumitur genus est potentialis respectu illius, à qua sumitur differentia, quandoque sumitur ab eadem re; sed ab alia, & alia realitate, scilicet in albedine ratio coloris sumitur ab alia realitate, quàm ratio differentiæ constituentis speciem albedinis & tunc licet una realitas non sit in potentia respectu alterius, quia cum sint una res simul producantur ad productionem ipsius rei, tamen de se realitas, à qua sumitur genus, est potentialis respectu illius, & si seorsum producerentur uere essent in potentia absoluta. &c.

Ocham in 4. q. 10. difficultate prima, tenet quod Anima sensitiua distinguitur realiter in homine ab intellectiua.

Item ex eadem infinitate arguitur sic: Id, à quo sumitur conceptus differentiæ nõ potest esse gradus itrinsecus eius rei, à qua sumitur cõceptus speciei, sed finitum, & infinitum habẽtia ens ad Deũ, & creaturam, sunt gradus intrinseci ipsi Deo, & creaturæ, igitur tales esse non possunt conceptus differentiales, & per consequens conceptus formaliter

maliter dictus de Deo nō potest esse conceptus generis, nec ipse Deus potest esse species. Maior patet, quia aliàs albedo posset esse genus, quia gradus intensus, uel remissus posset esse differentia. &c.

3. met. cap. 4. Item ex necesse arguo sic, & est ratio Auicen. octauo metaphisicę: Necesse esse est cōceptus generis, ergo conceptus generis includit differentiam, quod est contra Arist. 10. metaphisicæ, Probatio consequentiæ, quia necesse esse ex se habet esse in actu ultimo, sed non potest esse in actu ultimo nisi per differentiam, ergo à primo ad ultimum si necesse esse est genus, igitur includet generis differentias, ergo in necesse esse, cuiusmodi est Deus, non potest sumi ratio generis. &c. (10. met. contex. 32.)

In quæstione ista sunt multa dubia.

1. dubium. Primum, quomodo ista prædicta, ens, sapiens, bonus, & huiusmodi dicuntur de Deo, & tamen ipsa descendunt in prædicamenta, Deus autē non est in prædicamento.

2. dubium. Secundum dubium est, quomodo sapientia dicitur transcendens, cum non dicatur de omni ente, transcendentia autem uidentur debere dici de omni ente.

3. dubium. Tertium dubium est, quare Deus ratione infinitatis excluditur à prædicamento, cùm linea infinita si esset poneretur in prædicamento quantitatis. &c.

4. dubium. Quartum dubium est, quomodo alicuius conceptus est uniuocus Deo, & creaturæ, & tamen creatura est in prædicamento, Deus autē nō. &c.

Rursus ad primum. Ad primum dubium dico, quòd ens prima diuisione diuiditur per finitum, & infinitum & ens finitum in decem prædicamenta, & ita Deus remanet ex una parte entis antequam ens diuidatur in decem prædicamenta. &c.

ad secūdum. Ad secundum dubium dico, quòd ens sicut generalissimum dicitur primo pro eo, quod non est sibi aliquid super ueniens genus, & modo per respectum ad inferiora; ita transcendens dicitur nō pro eo quòd ipsum dicat de omnibus hoc enim accidit sibi, ut transcendens est, sed pro eo, quod non habet aliquid supra se dictum de eo in quid. &cætera.

ad tertium. Ad tertium dubium dico, quòd non sequitur, perfectissimus asinus, ergo perfectissimum animaliū, bene tñ sequitur tunc perfectissimus homo, ergo perfectissimum aīaliū, quia homo de se est nobilissimus animalium, ita in proposito nō sequitur infinita linea, ergo infinitum ens simpliciter, quia Deus est nobilissimū entium de se, & ideo linea infinita posset esse in prædicamēto, quia licet esset illimitata in longitudine uel in ratione quantitatis, uel si esset corpus, esset tamen limitata in ratione entis, sed Deus ita est, ꝙ nullomodo est limitatus, &c. (Deus non est limitatus.)

ad quartum. 7. de tri. cap. 5. uel 32. Ad quartum dubium dico, quòd illud est possibile, Quod probo per Augustinum 7. de Tri. ubi negat Deum esse substantiam, & tamen concedit ipsum esse ueram essentiam: sed si acciperet ipse ibi conceptum essentiæ, siue entis æquinoce ad Deum, & creaturas, ita posset eum concedere esse substantiam accipiendo ęquiuocè in conceptu substantiæ.

Item probatur per aliam rationem, ꝙ Deus non sit in prædicamento sic: Deus nō potest diffiniri, ergo Deus non est in prædicamento. Antecedens probatur, quia propria diffinitio datur per priora ad ipsum diffinitum, Deus autem non habet priora cum ipsum sit primissimum, consequentia probatur quia quicquid habet genus, potest habere differentiam, genus autem, & differentia integrant propriam diffinitionem, ergo si aliquid posset dici de eo ut genus, Deus posset propriè diffiniri. &c.

TUNC ad solutionem argumētorū. Ad primū in oppositum de Damasceno dico, quòd licet multa uerba dicat quibus uidetur dicere, quòd Deus sit in genere, tamen omnia soluit in elementario cap. 8. ubi expresse uult, quòd substantia non sit in genere, sed supra omne genus.

Ad secundum de Boetio dico, quòd ipse nunquam dicit, ꝙ genus aliqđ, nec modus generis sit in Deo; imò expresse dicit contrarium in lib. de tri. ca. 1. tamē dicit ibi, quòd essentia continet unitatem, & relatio multiplicat unitatē & ex hoc uolunt aliqui, quòd ipse posuerit remaneret ista duo prædicamenta, sed tamen malè intelligūt eū, sicut patet ibidem, ut dictum est supra. &c. (Genus, nec modus generis est in Deo secundum authorem quic qd dicit Hieronymus Gadius in 1. q. quolib.)

Ad tertium dico, ꝙ increatum est gradus intrinsecus talis entis, & ideo non potest esse cōceptus differentialis ut supradictum est. &c.

Ad quartum & quintum dico, quòd licet Angelus, & forma accidentalis non dicant compositionem ex re, & re, tamen dicunt compositionē ex realitate, & realitate quarum una est potentialis respectu alterius, & ideo &c. In Deo autem non. &c.

Ad primum principale patet ex dictis, quia conceptus ille, quasi determinans ens, ut increatum uel infinitum, uel necesse esse, uel aliquid tale non possunt esse conceptus differentiales, cū sint gradus, sicut gradus intrinseci.

Ad secundum etiam patet, ꝙ sapientia dicitur de Deo antequàm descēdat in prædicamēta. &c.

Ad rationem primæ opinionis factam contra uniuocationem entis dico, ꝙ licet realiter Deus, & creatura sint primo diuisi, imo infinite distent, tamen abstrahibilis est ab eis unus conceptus, secundum quod probatum est supra distinctione tertia. Dist. 3. q. 1.

Quarto quæro

UTRUM CUM SIMPLICITATE Dei possit stare aliquo modo Distinctio perfectionum essentialium præcedens aliquo modo omnem actum Intellectus.

Scotus primo sent. dist. 8. q. 4.
D. Thomas in primo scripto primi sent. dist. 2. Art. 4.
Franciscus de mayronis primo sent. dist. 8. q. 7.
Ioannes Bacconitanus primo sent. dist. 2. q. 1.

Quæstio

Quæstio quarta,

QVARTO quæritur, Vtrum cũ summa simplicitate possit stare aliqua distinctio ex natura rei perfectionum essentialium præcedens omnem actum cuiuscumque intellectus. 5. de tri. ca. 5. Quod nõ. Augustinus, 5. de Tri. non sicut in creatura ita in Deo iustitia & bonitas sunt duæ qualitates, sed quæ iustitia est in Deo ipsa est bonitas.

7. met. cõt. 43 Tunc sic prædicatio in abstracto non est uera, nisi sit in primo modo dicendi per se, & ita subiectum includit prædicamentũ, & per consequens nulla distinctio ex natura rei.

Contra. Dam. lib. primo: si iustum, si bonum, uel aliquid tale dixeris non naturam, sed quæ circa Dei sunt dixisti. &c.

Respõdeo & dico, quòd quidam dicunt, quòd attributa diuina solum differant ratione facta ab intellectu nostro comparante ipsa ad talia reperta in creaturis. Vnde sicut dexteritas, & sinistritas in colũna differunt ratione facta ab intellectu nostro comparante, ita ad dextrum, & sinistrum animalis ubi differunt realiter, ita bonitas, & sapientia differunt in Deo rõne per cõparationem. s. ad bonitatem, & sapientiam creaturæ, ubi differũt realiter; & ideo, ut dicunt, circumscriptis omnibus istis, quæ dicunt perfectionem in creaturis, solum concipietur Deus unico conceptu, & si attribuantur sibi, tunc plura nomina erunt sinonima idem penitus significantia, & aliter erunt nomina noua, quibus nihil correspondebit in re, nisi ponãtur significare idem: & ex hoc sequitur q sempiternitas, & infinitas, & huiusmodi non sunt attributa, nec aliquo modo differunt, quia nõ inueniuntur in creaturis, ut possunt ab eis trãsferri ad diuina, & possint dici differre per comparationem ad ipsa. &c.

Ratio huius positionis est talis, quia quæcumque differunt, uel differunt ex se ipsis, uel per cõparationem ad alia, si secundo modo habetur propositum, si primo modo sequitur quòd differunt, sicut res, & res; talis autem differentia arguit compositionem realem, quæ repugnat omnino diuinæ simplicitati. &c.

CONTRA. quidquid dicit perfectionem simpliciter principalius, & prius est in Deo, quàm in creaturis, sed bonitas, sapientia, & talia sunt huiusmodi, ergo non sumuntur per comparationem ad creaturas, maior probatur quia perfectius non dependet ab imperfecto, sed talia in creaturis sunt imperfecta, quia limitata, licet de sua formali ratione dicant perfectionem simpliciter, in Deo autem sunt sine omni perfectione. &c.

Item distinctio emanationum præsupponit distinctionem attributorum; cuius ratio est, quia, filius procedit ut natus per modum intellectus, & Spiritus sanctus, ut datus per modum uoluntatis. &c.

Item Deus est perfecte Beatus sine respectu ad creaturas perfectas, perfecta autem beatitudo eius consistit in actibus intellectus & uoluntatis, ergo absque respectu ad extra est ibi intellectus & uoluntas, intelligere, & uelle, & obiectum. ergo. &c.

Item secundum istos, obiectum intelligo, ut uerum, & uolo, ut bonum, ergo Deus ab æterno, intellexit essentiam suam, & ueram, non ut bonã, & uoluit ut bonam, non ut ueram. ergo. &c.

Aliter ergo dicitur, quòd distinctio attributorum in Deo non est tantum ab intra, nec tantum Hẽricus, quolib. 5. q. 1. & quolib. 4. q. 8. ab extra, sed partim ab intra, & partim ab extra, prout scilicet ratione suæ perfectionis, & imperfectionis intellectus nostri; noster intellectus nõ non potest unica apprehensione totam eam capere, sed ratio sui excessus modo capit eam sub ratione sapientiæ, modo sub ratione intellectus, modo sub ratione uoluntatis & sic de alijs. & ista distinctio attributorum est distinctio relationum rationum ex parte essentiæ, prout modo refertur ad intellectum creatum sub ratione sapiẽtiæ, modo sub ratione uoluntatis & de alijs, & ista partim est ad intra ratione scilicet eius excessus, partim est ab extra ratione non intellectus defectus. hoc confirmatur per commentatorem 12. met. ubi dicit, quòd multiplicitas rationum in Deo non est 12. met. cõm. 39. tantum intellectus sed inquantum ueritas, prout scilicet habet esse in intelligentia.

Contra istam opinionem sunt omnes rationes factæ contra aliam opinionem, quia secundum ueritatem, ista opinio negat omnem distinctionem attributorum ex natura rei præcedens omnem actum, & solum ponit differentiam rationis. &c.

Dico ergo, quòd inter attributa diuina non est Quõ, attributa distinguũtur. solum distinctio rationis, sed est distinctio ex natura rei, præcedens omnem actum intellectus, ita quòd sapientia diuina non est formaliter bonitas, & sic de alijs.

Hoc probo, primo sic: Si infinita Dei sapientia est formaliter infinita Dei bonitas, sequitur, q sapientia in communi est formaliter bonitas in cõmuni, consequens est falsum. &c.

Consequentia probatur, quia infinitas addita sapientiæ non tollit formalem rationem sapientiæ, sicut gradus intensus albedinis non tollit formalem rationem albedinis. &c.

Nota, quòd hæc ratio uidetur supponere unitatem uniuocam conceptuum transcendentium Dei, & creaturæ, istud confirmatur per Damasc. libri 1. ubi dicit, quòd diuina essentia est pelagus cap. 9. diuinarum infinitarum perfectionum. Sed hoc modo propriè diceretur solum propter infinitas relationes rationis, quia circa quodcunque obiectum posset intellectus noster successiuè hoc facere. & si dicis, quòd exurgunt ibi ex aptitudine ex parte diuinæ essentiæ, habeo propositum, scilicet, quòd ex natura rei est ibi inter attributa aliqualis distinctio, &c.

Item Augustinus 15. de trin. dicit, quòd tales 15. de tri. ca. 1. perfectiones attributales sunt sibi ad inuicẽ æquales. sed certum est, quòd nihil propriè est sibi ipsi omnino æquale, aliquam ergo distinctionem ponit ibi Augustinus ex natura rei. &c.

Item intellectus est magis idem sibi, quàm uoluntati

luntati

luntati ex natura rei. ergo distinguitur ex natura rei. Consequentia patet. Antecedens probabitur, quia si non, ergo, quæcunque contradicunt circa unum contradicunt circa ambo. sed hoc est falsum. Nam istæ uere contradicunt sibi: Deus intelligit: & non intelligit per intellectum, sed istæ non contradicunt: Deus intelligit per intellectum, & non per uoluntatem. & hoc confirmatur, quia actu affirmato intelligit mala, sed actu affirmato non uult mala, ergo non sunt penitus idem ex natura rei intellectus, & uoluntas, uel intelligere, & uelle, & ita de alijs attributis.

SED contra hoc sunt multa dubia.

Primum dubium. Primum est, quia, ut uidetur, essentia diuina non esset omnino simplex. &c.

Secundum, quia iam tales perfectiones ex natura rei distinctè essent in essentia diuina, & informatiuè, sicut diuersæ formæ, quod est inconueniens. & confirmatur. quia Deus per sapientiam est formaliter sapiens, ergo sapientia informatiue est in eo. &c.

Deus per sapientiam est formaliter sapiens.

Tertium, quia non uidetur posse poni medium inter distinctionem realem, & rationis, sicut tu ponis. Cuius probatio est, quia omne ens uel est in anima, & tunc est ens rationis, uel extra animam, & tunc est ens reale. ergo similiter omnia differentia est in intellectu &c. uel in re extra. Cõsequentia probatur, quia passio non est maioris habitus, quàm subiectum: idem autem, & distinctum sunt passiones, uel passio entis. &c.

7. de tri. ca. 2. Quartum quia secundum Augustinum, 7. de trinitate non eodem est, quo Deus, tamen eodem est magis, quo Deus, & bonus, quomodo sapiens. Illam ergo identitatem attribuit inter perfectiones attributales, quam negant inter paternitatem, & deitatem: sed hic negatur solùm identitas formalis, ergo. &c.

Quintum, quia, sicut sapientia non esset realiter infinita si non esset eadem raliter bonitati, ita non esset formaliter infinita si non sit formaliter sibi eadem. &c.

Ad primum istorum dico, quòd sicut distinctio rationis, & essentiæ non tollit simplicitatem personæ, sicut dictum est dist. secunda, ita in proposito confirmatur, quia in eodem simplici supposito patria sunt plure relationes reales realiter distinctæ. sicut paternitas, & spiratio, & etiam innascibilitas, quæ secundum Augustinum. 15. de Trinitate est alia à paternitate: Sed utrum sit positiua: fortè dicetur ita suo loco. & cætera.

Dist. 2. q. ult.

16. de tri. c. 6.

Ad secundum dico, quòd forma in creaturis habet triplices conditiones; quarum duæ primæ dicunt imperfectionem, s. quòd informat & quod est pars totius. Tertia dicit perfectionem, & consequitur formam secundum essentialem rationem formæ, s. quòd est illud, quo aliud est tale. In Deo autem non est tale secundum duas primas conditiones, sed secundum tertiam, & cætera.

Forma in creaturis habet tres conditiones.

Et ad confirmationem dico, quòd consequentiæ forma, quæ est pars denominat aliam partem; ut cum dicitur corpus animatum, quandoque uerò, & magis propriè denominat totum, cuius ipsa est aliquid; ut cum dicitur: homo est rationalis, & si alicui sit adhuc maior identitas, quàm inter rationale, & hominem, illud uero determinabit, uel denominabit, & ita est in proposito.

Ad tertium dico, quòd ista non est distinctio, quæ est relatio, & aliquid positiuum præter distincta, cuiusmodi est passio entis, sed est distinctio, quæ est negatio, sicut dictum est distinctione secunda.

Ad quartum dico, quòd multipliciter Deus eodem est bonus, quo sapiens, uel magnus, & tamen non Deus, quo patet. Probo: quia utraque illarum perfectio absoluta & quidditatiua, paternitas autem est ratio suppositalis, & relatiua, Secundo, quia utrumq; illorum dicit perfectionẽ simpliciter, paternitas uero non. Tertio, quia utrumque illorum est formaliter infinitum, paternitas uero non.

Dist. 1. q. de proprietatibus relationis, ad essentiam.

Paternitas est ratio suppositalis, & relatiua.

Ad quintum dico, quòd infinitas est gradus intrinsecus realitatis ex realitate consurgens, & ideo quodcunque est realiter idem illi realitati est realiter infinitum, illa eadem infinitate & si formali rationi eius, quæ est sibi idem realiter illi realitati non repugnat infinitas, resultat in ipso etiam formalis infinitas, ita tamen, quòd est quodammodo alia ab illa, sicut dicetur. Sed si formali rationi eius repugnet infinitas, non consurget in ipso formalis infinitas. Exemplum: Essentia est infinita per continere infinitas perfectiones extra speciem, quarum quælibet continet infinitos gradus illius perfectionis, bonitas ergo diuina, quæ est idem realiter essentiæ est infinita realiter infinitate essentiæ, & est infinita formaliter per continere infinitos gradus bonitatis, quæ tamen infinitas continetur in infinitate essentiæ, sicut patet & consurgit in ipsa bonitate ex identitate reali, quam habet cum essentia, quia suæ rationi formali non repugnat talis infinitas, paternitas uero, quia est realiter idem essentiæ est realiter infinita infinitate essentiæ, sed quia suæ rationi formali non competit infinitas; non enim est uirtuale, quantum, & ideo non resultat in eo formalis infinitas, nec finitas. &c.

Exemplum.

TVNC ad solutionem argumentorum in contrarium, & ad rationem primę opinionis dico, quòd distinguuntur se ipsis formaliter, non realiter à distinctione, quæ est negatio, non relatio. &c.

Ad illud opinionis secundæ de commentatore dico, quòd non est sibi credendum in tali materia, circa quam imperfectè loquutus est sicut in multis aliis locis, in quibus ipse Auerroes non tenetur, nec teneri debet, uel potest e aponi, sicut patet.

Non est credendum Auerroi in hoc.

Ad principale dico, quòd uerum est, quòd in Deo non sunt qualitates, sicut in creaturis,

Quādo abstractum prædicatur de abstracto non est prædicatio formalis, sed identica.

imo idem, quod essentia realiter. Ideo abstractum prædicatur de abstracto, & est prædicatio non formalis, sed identica. ratio autem quare realis identitas sufficit in diuinis, & non in creaturis, quod abstractum prædicetur de abstracto, est, quia in Deo, uel utrumque terminorum, uel alterum est infinitum; & ideo abstractio quidditatis formalis, quæ fit ibi nunquam tollit inter extrema identitatem realem. Vnde uera est: bonitas est sapientia, & uera est paternitas est diuinitas scilicet identicè, & non formaliter, & si tolleret talis abstractio identitatem realem non esset uera. Vnde nõ cõceditur ista: paternitas est spiratio, quia ibi tollit abstractio identitatem, ex quo neutrum est infinitum formaliter. & quia in creaturis neutrum est infinitum, ideò abstractio de se tollit identitatem. Vnde humanitas de sua quidditatiua ratione non est idem, quod animalitas, & quod sini, & idem, in tertio hoc accidit sicut accidit, quòd paternitas, & spiratio sint idem in supposito. Sed non accidit, quòd paternitas quantumcunque abstracta sit idem realiter, quod essentia. essentia enim est infinita formaliter, & ideo trahit ad identitatem realem omne sibi composibile. &c.

Nulla relatio est formaliter infinita secundū Scotum in 5. q. quolib.

DE IMMVTABILITATE Dei.

VTRVM SOLVS DEVS SIT IMmutabilis.

Seraphicus Bona. primo senten. distinct. 3. q. 3. Articu. 2.
Alexander Alensis prima parte summa q. 4. membro 2.
Scotus primo sent. dist. 8. q. 5.
D. Thomas prima parte summa q. 9. Artic. 1.
Ricardus primo sen. dist. 8. q. 1.
Durandus primo sent. dist. 8. q. 3.
Franciscus de Mayronis primo senten. distinctio. 9. quæst. 2.

Quæstio quinta.

QVintò quęritur, Vtrum Deus sit immutabilis. Quòd non; quia aliunde agit, puta creat aliunde non creat ergo, mutabiliter de non agente in agens, & è conuerso.

9. de tri. c. 6. CONTRA: Augustinus septimo de Trinitate: Omnis creatura mutabilis omnino, & solus Deus immutabilis.

Respondeo, & dico, quòd hic sunt duo uidenda, primo utrum Deus sit omnino immutabilis, secundo utrum aliqua creatura sit immutabilis. Primum probat Augustinus 7. physicor. Omne,

7. phy. cõtex. 3. & inde.

quòd mouetur, ab aliquo mouetur, & cum non sit procedere in infinitum, est deuenire ad unum primum mouens immobile, ista ratio requirit declarationem, & forte non plus probat, nisi quòd primum mouens non mouetur, ut corpus, uel uirtus in corpore. Sed omittendo hoc p̄sens ad propositū sic; Deus est ex se necesse, & est summè simplex, ergo est omnino immutabilis, prima pars antecedentis probata est distinctione secunda, secunda pars probata fuit in ista distinctione 8. consequentiam probo, nam ex quo est necesse esse, ex se non potest mutari de non esse in esse, uel è conuerso, ex quo etiam est summe simplex non potest mutari recipiendo in se aliquam formam, uel aliquod accidens, ergo. &c.

Dist. 2. q. 1.
Distin. 8. q. 1.

De secundo est sciendum, quòd philosophi, & Theologi discordant. Ad cujus intelligentiam sciendum est, quòd tribus modis quantum ad præsens creatura potest intelligi esse immutabilis.

Tribus modis intelligi potest creaturam esse immutabilem.

Primo quòd sit formaliter necesse esse, & ab alio sit causaliter.

Secundo, quòd sit in se formaliter necesse esse, sed ab alio non causaliter, sed dependenter, & hoc est, dependere, sicut imperfectum à perfecto, ita sicut ens secundum à primo, ita quòd non possit esse sine primo.

Tertio modo quòd ex se sit possibile esse. sed ab alio perpetuetur, primum modum ponit Auic. secundum uidetur ponere Aristoteles 12. metaphisicæ quando dicit: Ab hoc primo dependet cœlum, & natura. Tertium modum ponunt Theologi, sicut patet; est autem hic sciendum, quòd cõmuniter philosophi ponunt primam causam necessariò causare primum causatum, cuius rationes sic uidentur, quia cum omnis causa secunda non causaret, nisi causante prima; si prima causaret contingenter nullus effectus causaretur simpliciter necessariò, nec aliqua causa secunda necessariò simpliciter causaret, sicut patet intuenti, hoc autem habent pro impossibili. &c.

12. met. cõt. 35.

Contra istam opinionem arguo sic: Prima causa est ex se simplicìter, & omnino, & perfectissime necesse esse, ergo non necessario causat, antecedens est probatū distinctione secunda, quod tamen ipsi philosophi concedunt, imo oppositum habent pro impossibili. Consequentiam probo, quia si necessario causat primum causatum, ut dicunt, ergo necessarium habent habitudinem ab ipsam, sine qua habitudine esset prima causa secundum suppositum, & per consequens remoto primo causato non remaneret prima causa, quia non remaneret illa habitudo, sed hoc est falsum, quia licet illud primum causatum sit aliquo modo necesse esse secundum ipsos, non tamen quantum causa prima etiam secundum ipsos, ergo minus impossibile est, quòd non sit primum causatum, quā ꝙ non sit prima causa, & ita ad minus impossibile sequeretur maius impossibile, quod est falsum. &c.

Dist. 2. q. 1.

Adra-

Ad rationem eorum, dico, quòd licet multi effectus causentur necessario per respectum ad causas naturales, quæ de se necessario causant, tamen per respectum ad causam primam omnia alia ab ipsa sunt contingentia. &cæt.

Ad huc contra eos, quòd. s. causa prima non necessario causat: arguitur sic. aliquid contingenter causatur in entibus. ergo prima causa non necessario causat, omnes ipsi concedunt. Cõsequentiam probo, quia causa secunda non causat nisi mota à prima, ergo si prima necessario mouet secundã, secunda necessario causat, & non contingenter, & ita ulterius sequitur, quòd nullum malum morale erit, quia omne tale uoluntarie causatur, & non necessario. &c.

Item si prima causa necessario causat, nulla causa secunda aliquid causabit, & per consequens nulla causa secunda erit causa, consequens est falsum etiam secundum ipsos: consequentiam probo, quia agens necessario, sicut non est in sua potestate agere, & non agere, ita non est in sua potestate intense, & remisse agere, sed agit quantum potest, prima autem causa continet eminenter uirtutem omnium causarum secundarum, & etiã prius natura attingit causatum, quàm causa secunda ex prima propositione de causis, ergo in illo signo priori, ex quo causat quantũ potest, & potest quicquid potest omnis causa secunda causabit causatum totum, & totaliter, & per consequens causa secunda in secundo signo nihil causabit, sed totum inueniet causatum, imò etiam sequeretur, quòd in primo signo, in quo potuit prima causa causare causauit omne causabile, quia omne causabile potest ipsa causa causari, hæc autem sunt manifeste falsa etiam secundum ipsos.

Prima causa continet eminenter uirtutem omniũ causarum.

Dico ergo quantum ad hoc, ꝙ prima causa nihil ad extra causat necessariò, sed solum contingenter.

Deum agere ad extra mere, libere, & contingenter uide scotum in primo dis. 2.q.1.& in 2. dist.1.q.1. & in 7. q. quol. Omnis creatura est mutabilis.

Tunc de secundo principali dico, quòd omnis creatura est mutabilis mutatione, quæ est Versio, est enim in nihilo & est uertibilis in nihil aliud tamen sunt generabiles, & corruptibiles, aliquæ tamen non, sed sunt per accidentia alterabiles, ut augeri per intellectionem, aliquæ uero non sunt susceptiuæ aliorum accidentium; & hoc accidit ex eorum imperfectione, quia non sunt capaces per ficialiia accidentibus, ut relationes, & huiusmodi. &cæt.

Tunc ad argumentum principale dico, quòd Deus uoluntate sibi essentiali ab æterno uoluit omnia causari in illo puncto, in quo causata sunt, quæ causata sunt, & in aliquo causabuntur, quæ causabuntur, & ita ipse non expectat tempus ad uolendum, & causandum, & adueniente tali tempore, non mutatur de non uolente in uolens, uel de non causante in causans, sed tota mutatio est ex parte creaturæ. &c.

DISTINCTIO IX.

CIRCA DISTINCTIONEM NOnam Quæritur, Vtrum generatio filij sit æterna in Diuinis.

Seraphicus Bona. primo senten. distinct. 9. q. 3. Articu. 1.
Alexander Alensis 1. parte summa q. 42. memb. 5. Artic. 1.
Scotus primo sent. dist. 9. q. 1.
D. Thomas prima parte summa q. 42. Art. 2.
Durandus primo sent. dist. 9. q. 4.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 9. q. 1.

Quæstio prima.

Circa distinctionem Nonam quæritur primo, utrum generatio filii sit æterna, & permansiua. Quod non æterna, quia esse, & duratio sunt idem, & pater est principium esse filii, ergo & durationis, sed quod est æternum causat sine principio. ergo. &c.

Aeternitas è modus intrin secus omniũ diuinorum. nõ solum absolutorũ, sed etiam relatiuorum, uide Franciscum de May. prime sent. dist. 9. q. 1. 83. q. q. 37.

Item quod non permansiua, quia secundum Augustinum, 83. q. quod semper nascitur, nunquam natum est, ergo si filius semper generatur, nunquam erit genitus, & per consequens, & nunquam erit filius & confirmatur; quia de rebus permanentibus dum fiunt, non sunt. & cætera.

Contra id est Magister, & adducit Ambrosiũ, & Hylarium.

Respondeo, & dico, quod generatio filii est æterna, quia sicut dictum est distinctione quinta ab ipso excluditur mutatio, est enim productio sine mutatione: Sed mutatio est illa, quæ facit terminos generationis esse incompossibiles in eodem signo nã permutationi accidit, quod generatio est mutatio de non esse in esse, & per consequens genitum primo habet non esse quàm esse, & non simul est sub utroque: Sed quia in Deo excluditur mutatio, ideo filius non priua est sub non esse, quàm sub esse, imo in eodem signo durationis, & naturæ, in qua est pater, est filius sibi coæuus. & quia talis generatio est pura productio, & non est ibi productio de generare actionis, sed relationis. & etiã & non est ibi mutatio transiens, & ideo sequitur quòd est simul æterna permansiua. Vbi sciendum, ꝙ generatio, productio, originatio, & pullulatio, se habent per ordinem tanquam inferiua, & superiua. Vnde generatio est productio & non est conuerso. & sic per ordinem de aliis & cætera.

1. de tri. ca. 6. Dist. 5. q. 2.

Ocham ualde magnificat hanc rationẽ Scoti, sed Franciscus de mayronis di. præsenti. q. 1. Ar. 2. arguit contra hanc rationem, Scoti &c.

Generatio, productio originato, & pullulatio, se habẽt sicut inferius & superius.

Ad primum dico, quòd sicut pater est principium generatiuum esse filij, ita Pater est principium originatiuum durationis filij, pro quanto duratio filii, & esse filii sunt idem, sed tamen non dicitur pater absolutè

Principium durationis filii, quia uidetur sensus, quòd filius inceperit, & non fuerit semper. ergo, &c.

In quæstione præallegata ca. 1. & 13. Moraliū 29. super illud Iob. 38. Hier. cap. 11.

Ad secundum dico, quòd Augustinus uidetur uelle, quòd non debeat dici: filius semper nascitur, sed semper natus est: Gregorius uero ī moralibus, & Orig. super Hieremiam, & communiter alii doctores nolunt, quòd dicatur semper nascitur, & semper natus est. tamen secundum ueritatem omnes benedicunt secundum eorum intentiones. Nam Augustinus ideo non dicit semper nascitur, ne per ly nascitur, quod nominat quasi actum in fieri detur intelligi aliquid in completum. Beatus autem Gregorius uult, quòd possit dici semper nascitur, & semper natus est, ad significādum, quòd generatio filii adeo est æterna, & quod instans æternitatis, in quo est existit omni instanti temporis præteriti, præsentis, & futuri, & non est apud Deum præteritio, nec futuritio temporis. &c.

DISTINCTIO. X.

CIRCA ISTAM DISTINCTIOnem Decimam Quæro, Vtrum spiritus sanctus producatur per modum uoluntatis.

Seraphicus Bona. primo sent. dist. 10. q. 1. Art. 1.
Alexāder Alensis 1. par. summa q. 43. mēb. 3. Ar. 2.
D. Thomas 1. parte summa q. 41. Art. 2. ad tertium.
Scotus primo sent. distin. 10. q. 1.
Ricardus primo sent. dist. 10. q. 1.
Durandus primo sen. distin. 10. q. 1.
Franciscus de Mayronis primo sen. dist. 10. q. 1.
Ioannes Bacconitanus primo sent. dist. 11. q. 1.

Quæstio prima.

CIRCA distinctionem decimam quæritur, Vtrum Spiritus sanctus procedat, ut uolitum.

15. de tri. cap. 27.

QVOD NON. quia nihil est uolitum, nisi præcognitum ex 15. de Tri. ergo si procedit, ut uolitum primo est à patre, & filio præcognitus, sed non nisi cognitione intuitiua, quia cognitio abstractiua non est ibi cùm dicat imperfectionem. cognitio autem intuitiua concernit existentiam, & præsentiam obiecti, ergo Spiritus sanctus erit prius, quā producatur, quod est impossibile.

5. de tri. c. 14. uel 32.

CONTRA id est Augustinus 5. de trin. ubi dicit, quòd spiritus s. exit quomodo datus, non quomodo natus, quod idem est, quod uolitum. &c.

Respondeo & dico, quòd sicut formale principium producendi uerbum est memoria paterna scilicet intellectus cum obiecto sibi præsente in ratione obiecti & ex hoc Verbum dicitur procedere per intellectum, ita formale principium producendi Spiritum sanctum est uoluntas patris, & filij cum obiecto sibi præsente in ratione obiecti. &c.

Primum dubium.

SED HIC sunt duo dubia:

Primum est, cum in spiritu sancto eadem natura communicatur, quæ est in patre, & filio, quomodo uoluntas potest esse principium communicandi naturam. &c.

Secundum dubium.

Secundum dubium est, quomodo cum libertate uoluntatis stet incommutabilis necessitas ipsius productionis, & termini producti, quorum principium est ipsa uoluntas, quæ est potentia.

Ad utrumque dico, quòd diuina uoluntas, quia est formaliter infinita, & habet obiectum formaliter infinitum, ideo sunt sufficiens principium producendi terminum formaliter infinitum, & quia nihil est formaliter infinitum, nisi essentia, siue natura diuina, ideo sunt sufficiens principium cōmunicandi naturam diuinam &c. & quia nullū infinitum est potentiale, sed possibile, imo necessarium, ideo est ibi incommutabilis necessitas. Non ergo hæc sibi conueniunt in quantum uoluntas absolute, sed inquantum infinita habens obiectum etiam infinitum. & quia nulla creata uoluntas est talis, ideo sibi non conueniunt talia. &c.

Ad argumentum in contrarium dico, quòd licet uolitum debeat esse præcognitum, tamen non oportet, quòd ipsa uolitio sit præcognita. & dico, quòd diuina essentia, quæ amatur quando producitur Spiritus sanctus est amor productus, sicut uerbum dicitur notitia, genita, uel potest dici, quòd sicut ab æterno Deus intellexit intuitiue suam essentiam, quæ perfectissime repræsentat omne intelligibile, ita in proposito in illo priori originis pater & filius intelligendo essentiam intelligebat Spiritum sanctum intuitiue absque eo, quòd in se existeret in illo signo originis. &c.

DISTINCTIO XI.

CIRCA DISTINCTONEM XI. Quæro, Vtrum Spiritus sanctus procedat à patre, & filio.

Seraphicus Bona. primo sent. dist. 11. q. 1. Art. 1.
Alexander Alensis prima parte summa. q. 43. membro 4. Arti. 4.
Scotus primo sent. dist. 11. q. 1.
D. Thomas prima parte summa. q. 36. Art. 2.
Ricardus primo sent. dist. 11. q. 1.
Durandus primo sent. dist. 11. q. 1.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 11. q. 1
Ioānes Bacconitanus primo sent. dist. 12. q. 1.

Quæstio prima.

CIrca distinctionem Vndecimam quæritur, Vtrum Spiritus sanctus procedat à patre, & filio.

QVÒD NON. Damascenus ait: Spiritum ex patre dicimus, ex filio autem non dicimus, & à patre procedentem, & in filio quiescentem Libro primo cap. 11. Lib. 1. cap. 1.

spiritum

Spiritum sanctum dicimus; Item per rationem græcorum nihil est credendum in talibus nisi quòd exprimitur, uel innuitur in nouo testamento, sed quòd Spiritus sanctus procedat à filio non innuitur ibi, nec exprimitur, &c.

Item spiratio passiua non est minus perfecta, quàm spiratio actiua, sed illa non est, nisi in uno supposito, ergo, &c.

CONTRA. In simbolo. n. Apostolico legitur: Qui ex patre, filioque procedit, & in simbolo Athanasii. Spiritus. s. à patre, & filio &c.

Respondeo & dico, quòd in ista quæstione uidentur discordare Latini, & Græci, fortè tamen, quòd discordia ista est potius uocalis, quàm realis. Durum. n. uidetur, quod tàm ualentes doctores, sicut Damasc. beatum Basiliũ, & plures alios quis audeat hæreticos appellare, & durius ad hoc Augustinum Hieronymũ, & huiusmodi, qui fuerunt latini, &c.

Sed quicquid sit de hoc, ex quo expresse determinatum est extra de summa. tri. & fide cathol. c. firmiter tenendum, &c. scilicet, quòd Spiritus sanctus ab utroque procedat, ideo adduco rationem talem, phylosophus origine pater producit filiũ, quàm producatur spiritus sanctus, & in illo priori pater communicat filio quicquid sibi non repugnat, sed non repugnat sibi uoluntas, ergo communicat, sibi eam nec repugnat sibi fecunditas uoluntatis, quia nondum habet terminum adęquatum, ergo communicat sibi uoluntatem fecundam. ergo. &c.

Ponitur ratio quõ spiritus sanctus procedat a patre & à filio.

Ad primum Damas. dico, quòd prima authoritas eius posset fortè sic exponi: Spiritus sanctus à patre, & nõ ex filio dicimus supple principaliter, Nã sicut filius recipit eẽ à patre, ita recipit ab eo uirtutem spiratiuam. Aliter posset exponi, ꝙ Spiritus sanctus quiescet in filio producente. i. quòd non est alia persona post patrem, quæ ipsum producat, nisi filius: & confirmatur ista expositio, quia certum est; quod non intelligit ipsum quiescere in filio formaliter, quia una persona nõ est in alia formaliter, & si esset non essent distinctæ personæ, quòd ipse non diceret. &c.

Vna persona nõ est in alia formaliter, bene per in circum in cessionem ergo qui uidet patrem uidet & filiũ, uidet & essentiam.

Ad secundum dico, quòd in nouo testamento non exprimitur, quòd Christus descenderit ad inferos, & tamen est articulus fidei etiam positus in simbolo apostolorum, non enim fuerunt tradita Omnia ĩ scriptis. Vnde dixit Christus in Ioã ne: Multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem uenerit spiritus sanctus, ille uos docebit omnem ueritatem: & ideo multa tradiderunt apostoli de Spiritu sancto & aliqua ex scriptis, aliqua non sumuntur ex consuetudine ecclesiæ. &c.

Ad tertium dico, quòd non est simile de spiratione actiua & passiua, nã plura supposita unica productione possunt producere idem productũ, quia possunt habere idem principium productiuum, sed idem productum non potest bis produci eadem productione ex hoc patet, quòd plures productiones actiuæ possunt esse in eodem supposito, quia diuersis principiis productiuis potest diuersas productiones habere & ipsis mediantibus potest producere, sed idem productum nec eadem productione bis nec diuersis productionibus potest produci: & ideo non possunt esse in eodem supposito plures productiones passiuæ. &c.

Plures productiones actiuæ, possunt esse in eodẽ supposito.

SECVNDO VTRVM SI SPIRITVS sanctus non procederet à filio, posset stare Distinctio realis ipsius à filio.

Scotus primo sent. dist. 11. q. 2.
D. Thomas prima parte summa q. 36. Arti. 2.
Ricardus primo sen. dist. 11. q. 2.
Durandus primo sent. dist. 11. q. 2.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 11. q. 2.
Ioannes Baconitanus primo sent. dist. 13. q. 1.

Quæstio secunda.

SECVNDO quæritur, Vtrum Spiritus sanctus distingueretur realiter à filio, si non procederet ab eo.

Ricardus q. 2. huius distin. mouet istam quæstionem, & docet tenere opinionem D. Thomæ & opinionẽ quã insequitur Scotus.

QVOD NON. Boetius de Trini. Essentia continet unitatem, relatio multiplicat Trinitatem, ergo ubi non est oppositio relatiua, ibi non est distinctio. &c.

CONTRA. Quia adhuc filius exiret, ut natus Spiritus sanctus, ut dans secundum Augustinum 5. de Trinitate.

Libro primo. cap. 12

Respondeo & dico, quòd quidam dicunt, ꝙ ista quæstio est nulla, quia ista opinio Ègidij supponit id, quod est maximè impossibile, sed illud non ualet. Nam ista quæstio mouetur ad sciendum distinctionem filii, & spiritus sancti, utrum scilicet distinguantur solum spiratione actiua, & passiua, uel etiam filiatione, & spiratione passiua. Augustinus etiam 5. de Trinit. dicit si pater non esset innascibilis, nihil prohiberet eum genuisse filium, impossibile tamen est patrem non genuisse filium. &c.

5. de Tri. cap. 14. uel 52. Gotfredus in quolib. q. 4.

5. de tri. ca. 6. uel 13.

Alii uero ad quæstionem omissa opinione D. Thomæ dicunt, quòd non distingueretur ratio, quia si relationes disperata distinguuntur, sequitur, quòd pater erit diuersę personę, in ipso sint spiratio, & paternitas.

Vide D. Thomam quolib. 4. art. 7. optime cum Scoto est hic.

Item uel relatio distingueretur secundum esse & hoc nõ, quia secundũ esse nõ habent aliud esse ab essentia uel quidditatiue & tunc nõ distinguit, nisi ab opposito, quia ratio sua quidditatiua est respectus ad oppositum. &c.

Egidius quolib. 1. q. 16.

Contra. Idem est constitutum alicuius inesse tali, & distinctum ab omni non tali, ergo filiatio constituens filium in esse filii distinguit eum ab omni non filio. Item productiones ex se distinguuntur, ergo & termini, antecedens patet, quia habent diuersa principia formalia; consequentia etiam patet, quia alias idem terminus produceretur diuersis productionibus: ergo. &c.

Concedo ergo hanc conclusionem, quòd.ſ.distinguerentur; nam certum eſt, quod modo diſtinguitur filius à ſpiritu ſancto perſonaliter, ſed non per ſpirationem actiuam, ergo per filiationẽ; imò ſi non ſit ita, ſequitur, quòd modo plus diſtinguuntur, & perſonaliter inter ſe, & non à Spiritu ſancto.&c.

Ad argumentum principale patet reſp.

DISTINCTIO. XII.

CIRCA ISTAM DISCTINCTIOnem duodecimam, in qua Magiſter agit de modo procedendi Spiritus ſancti a patre, filio.

VTRVM PATER, ET FILIVS SPIrent Spiritum ſanctum. In quantum omnino vnum, uel in quantum aliquo modo diſtincti.

Seraphicus Bona.primo ſent.diſt.11.q.2.Art.1.
Scotus primo ſent.diſtin.12.q.1.
D.Thomas 1.parte ſumma q.36.Art.4.
Ricardus primo ſent.diſt.11.q.3.
Durandus primo ſen.diſtin.11.q.3.
Franciſcus de Mayronis primo ſen.diſt.12.q.1.
Joannes Bacconitanus primo ſent.diſt.12.q.1.

Quæſtio prima.

Magiſter agit de modo procedendi ſpiritus ſancti a patre, & filio.

CIRCA diſtinctionem duodecimam quæritur primo, utrum pater, & filius ſpirent ſpiritum ſanctum, ut idem, uel ut diſtincti.

QVÒD ut diſtincti probatur: Actio eſt ſuppoſiti, igitur duorum ſuppoſitorum non eſt una actio, Spiritus ſanctus autem producitur actione patris, & filij, ut agentium, igitur inquantum diſtincti.

5. de tri. ca. 14

CONTRA id eſt Auguſtinus, 5. de Trin. Pater & filius ſunt unum principium ad Spiritum ſanctum.&c.

RESPONDEO & dico, quòd hæc eſt concluſio certa determinata in cõcilio lugdunenſi, ſicut habetur extra de ſumma tri.& fide catholica, & eſt hodie in 6.lib.decretalium. Ratio huius concluſionis eſt iſta: Principium formale ſpirationis ſpiritus ſancti eſt uoluntas cum obiecto præſente in ratione obiecti ſicut dictum eſt ſupra, ſed uoluntas, & obiectum, ſcilicet diuina eſſentia eſt omnino eadem, & idem in patre, & filio, actus autem recipit unitatem à ſuo principio formali, ergo. &c. & ex hoc patet, quòd pater diligendo filium, non producit Spiritum ſanctum, ſicut aliqui dicunt. ſed pater, & filius eadem uoluntate, & eadem dilectione diligendo eſſentiam producunt Spiritũ ſanctum, qui eſt amor adæquatus.&c.

Diſtin. 10. q. unica.

SED contra hoc eſt difficultas, quia in nullo ſigno originis, in quo pater præcedit filium, pater habet uoluntatem, & eſſentiam ſibi præſentem in ratione obiecti, & ita conſequens ſufficiens principium Spiritus ſancti ergo non concurrit filius ad productionem Spiritus ſancti.&c.

DICO, quòd non concurrit filius ad supplendã imperfectionem patris, quia pater de ſe eſſet ſufficiens, unde hoc non accidit ex imperfectione producentis, nec ex excellentia termini producti, ſed ex natura rei. non.n. filius cum patre ſunt aliquid maius, ſeu perfectius, ſed quia ſicut intellectus præcedit uolũtatem, & intelligere præcedit uelle naturaliter, ita uerbum, quod pertinet ad intellectum præcedit ſpiratum, quod pertinet ad uoluntatem, & quia in illo priori, in quo uerbum præcedit ſpiratum habet eandem uoluntatẽ, & eãdem eſſentiam cum patre ſibi ab eo communicatam, ergo.&c.

Item eſt hic alia difficultas, quaſi grãmaticalis, quare pater, & filius dicũtur duo ſpirantes, & nõ duo ſpiratores, ſed unus.

Solutionem huius require in litera.

Item eſt alia difficultas, utrum pater ſpiret principalius.

Vtrum pater ſpiret ſpiritũ ſanctum principalius. pro hoc uide Alexandrum Alẽ. ſem. in primo dist. q. 2. & D.Bona.q.2. in fine.

Reſpondeo & dico, quòd conſiderando actum ſpirandi in ſe, & in compoſitione ad terminum non eſt principalitas, imò omninò unitas, quia una ſpiratio, & unus terminus patris, & filij, ſed per comparationẽ ad ſuppoſitum ſicut filius recipit eſſe à patre, ita recipit ab eo uim ſpiratiuã, & ita ab eo habet, quòd ſpiret, ſicut ab eo, habetur, quid ſit.&c.

AD argumentum principale dico, quòd licet ſint duo ſuppoſita.& ex hoc habẽt, quòd ſint duo ſpirantes, tamen quia habent eandem uim ſpirandi, & idem formale principium, ideo ſunt unus ſpirator.&c.

DISTINCTIO XIII.

CIRCA ISTAM XIII. DISTINctionem, in qua Magiſter agit de proceſſione Spiritus ſancti, prout Diſtinguitur contra generationem filij.

Quæritur,

VTRVM SPIRITVS SANCTVS SIT genitus, uel Vtrum productio Spiritus ſancti ſit generatio, uel diſtinguatur ab ea.

Seraphicus Bona.primo ſent.diſt.13.q.2.Art.1.
Alexãder Alenſis 1.par.ſumma.q.43.memb.2.
Scotus primo ſent.diſt.13.q.1.
D.Thomas prima parte ſumma.q.27.Art.2.
Ricardus primo ſent.diſt.13.q.3.
Durandus primo ſent.diſt.13.q.2.
Ioãnes Bacconitanus in corpore quaſtionis.13.q.Vnica.

Quæſtio prima.

CIrca diſtin. decimatertiam quæritur, Vtrũ ſpiratio ſit generatio:

QVÒD SIC. In creaturis illa dicitur generatio, per quam producitur aliquid in eſſe ſub-

ſe ſubſtantiali, & per hoc diſtinguitur ab alijs ſpeciebus mutatioonum, ſed per ſpirationem producitur ſpiritus ſanctus in eſſe ſubſtantiali, & diuino, ſicut etiam producere, ſicut ergo dicere eſt generatio, ita ſpiratio eſt generatio. Contra id eſt. Auguſtinos 5. de tri.

5. de tri. cap. 14.

Quid dicat generatio in diuinis.

Respondeo & dico, ꝙ gñatio in diuinis de ſua formali rõne dicit productionẽ alicuius ſimul in natura cuius productionis formale principiũ ſit ad hoc naturale inclinatiuũ, ſed ꝙ productum ſit eſſentialiter diſtinctum à producente, & fiat eũ motu, uel mutatione, hoc accidit ex imperfectione creaturę, & quia adeo excludit omnis imperfectio, ideo eſt ibi generatio ſolum ſecundum id formale, quod includit & quia formale principiũ ſpirandi non eſt inclinatiuum naturale, ſed uoluntarium, ideo non poteſt uocari generatio, ſed quia eius formalis terminus nõ eſt accidens, nec ipſa includit motum, uel mutationem, ideo non poteſt uocari aliqua ſpecies motus, quæ reperitur in creaturis, ſed eſt quædam ſpecialis productio reperta ſolum in Deo, quæ uocatur ſpiratio. Actio autem illa de genere actionis, per quã producitur à uoluntate creata ipſum uelle forte aliquo modo poſſet dici ſpiratio, licet differat ab iſta, tum quia iſta relatio, tum qoia iſte terminus totalis eſt ſubſiſtens, & terminus formalis, eſt natura diuina. &c. Ex dictis patet ad argumenta in contrarium reſp.

Actio de genere actionis aliquo modo põt dici ſpiratio.

Secundò quæritur, utrum generatio, & ſpiratio ſint realiter diſtinctæ.

Quod non. Quia nec ipſarum principia formalia, nec termini formales ipſarum ſunt realiter diſtincti. ſunt patet. Talia non diſtinguuntur ex principijs, & ex terminis formalibus ex quinto phyſi.

5. phyſi. contex. 4. & 48.

Contra. Termini totales diſtinguuntur totaliter, ergo & productiones, quia non eſt maior diſtinctio in principiatis, quam in principijs formalibus. &c.

Respondeo, & dico, ꝙ quidam dicunt, quòd diſtinguuntur ex terminis totalibus, ſicut modo eſt argutum.

Contra. Non habent eſſe ex terminis, ergo nec diſtinguuntur. Anteccedẽs patet, quia intelliguntur, ut priores.

Aliter dicunt, quòd diſtinguuntur ex eo quod una eſt ab una perſona, & alia ex duabus.

Contra. ſicut ab uno ſuppoſito poſſunt eſſe diuerſæ productiones, mediantibus diuerſis principijs formalibus, ita poteſt eſſe econoerſo, ergo non eſt iſta præciſa cauſa diſtinctionis. &c.

Gotfredus quolib. 3. q. 3. & quolib. 7. q. 4.

Alij dicunt, quòd diſtinguuntur, qoia alter terminus unius iſtarum productionum ſtat ſimul in eodem ſuppoſito cum altero terminorum alterius productionis, & cum ſuo. Sic patet, quòd ſpiratio actiua ſtat ſimul cum paternitate, & filiatione, quæ quidem ipſæ ſunt ſibi incompoſſibiles. & cætera.

Contra. Iſta aſſignatio eſt à poſteriori, ſicut patet, nam ideo uis ſpiratiua poteſt ſtare cum generatione actiua, & paſſiua, quæ tamen ad inuicem ſtare non poſſunt, quia ipſa in ſe & talis eſt naturæ formaliter alterius ab illa, & non è côuerſo. Nam negatio eſt per affirmationem, & non è conuerſo, ſicut patet ſecundò perhyer. & quarto metaphiſicæ.

2. perhiermenias ad finẽ. 4. met. côtex. 16.

Alij dicunt, quòd diſtinguuntur ex eo, quod una ſcilicet generatio de ſui natura eſt prior, ꝙ ſpiratio, & perſona per generationem producta prior eſt perſona producta per ſpirationem. &c.

Contra. Iſta aſſignatio eſt per poſteriora: oportet enim ſcire cauſam, quare una eſt prior, & altera poſterior.

Alij dicunt, quòd diſtinguuntur ex eo quod formalia principia earum ſunt realiter diſtincta ſcilicet uis generatiua, & uis ſpiratiua, quæ ſunt ſecundum iſtos diſtinctæ relationes, ſed hoc improbatum eſt.

Vide I diſt. 7.

Alij dicunt, quòd diſtinguuntur ex eo, quod formalia principia earum ſcilicet natura, & uoluntas diſtinguuntur ratione, & habent oppoſitũ modum principiandi. &c.

Hẽricus quolib. 5. q. 9.

Contra. Diſtinctio realis nõ poteſt eſſe præciſe ad diſtinctionem rationis, niſi fortè effectiue, tamen formaliter non. &c.

Alij dicunt, quòd iſtæ duæ productiones habent unum formale principium omninò indiſtinctum ſcilicet diuinam eſſentiam, quia ſicut duo principia diſtincta cauſata poſſunt eſſe principia diuerſorum actuum, ita una eſſentia diuina indiſtincta, cum ſit illimitata ad illa duo, & contineat in ſe uirtualiter, & eminenter plura principia cauſata.

Frater Adam lib. 1. diſt. 6. q. 1. Art. 2.

Contra. Actus uolendi non eſt formaliter, ſed libertas attribuitur formali principio actus, ſcilicet uolũtati. ergo ſi nulla ſit diſtinctio in principijs iſtarum productionum nunquam dicitur una naturalis, & alia per modum libertatis.

Dico ergo, ad quæſtionem, quòd principia iſtarum productionum aliquomodo diſtinguuntur, ſicut dictum eſt, in quæſtione de attributis, ſed dico, quod diſtinguuntur formaliter ſeipſis, & non aliomodo ita quòd tota formalis ratio unius eſt alia à tota formali ratione alterius: nec oportet quærere cauſam huius, niſi ꝙ una eſt talis naturæ formaliter, & alia talis. ſicut quare ignis non eſt lapis, quia eſt ignis, originatiuè uero diſtinguuntur à principijs, à quibus habent originatum eſſe; ſicut generatio habet eſſe à patre, ita habet diſtingui originatiuè. & ſpiratio à patre, & filio, ſicut etiam ignis & aqua ab alijs diſtinguuntur, à quibus habent eſſe effectiuè. ſed ſicut ſeipſis ſunt formaliter, ita ſeipſis formaliter diſtinguuntur. &c.

Diſti. 8. q. de attributis.

Ad Argumentum principale dico, quòd dictũ illud de quinto phyſico, non habet ueritatem niſi quando motus eſt eiuſdem rationis cum termino, ſicut de albatio & albedo, quæ introducuntur in idem differentes ſecundum imperfectũ, & perfectum: & ideo tunc ualet, quòd productio ſpecificatiue, & diſtinguitur à termino, ſed in propoſito non eſt ſic, quia productio eſt formaliter relatio, & formalis terminus eſt natura. & ideo poſ-

5. phy. côtex. 4. & 48.

fiunt plus distingui productiones, quàm termini etiam in creaturis non est semper sic, quia duo locales motus diuersarum rationum puta obliquus, & rectus possunt esse ad eúdem terminum numero.

DISTINCTIO XIIII, XV, ET XVI,

CIRCA ISTAM XIIII. DISTINctionem & duas sequentes, scilicet, 15. & 16. ubi Magister agit de missione temporali Spiritus sancti.

Quæritur,

VTRVM GENERALITER QVANtum ad omnes personas, Vtrum qualibet persona Diuina mittat quamlibet personam, & mittatur.

Seraphicus Bona. primo sen. dist. 15. q. 3. & 4. Art. 1.
Alexander Alensis 1. parte summa q. 71. memb. 5.
Scotus primo sent. dist. 14. 15. & 16.
D. Thomas 1. par. summa q. 43. Art. 1. 4. 5. & 7.
Ricardus primo sen. dist. 15. q. 1. & 2.
Durandus primo sent. dist. 16. q. 1.

Quæstio prima.

In istis distinctionibus Magister agit de missione temporali spiritus sancti.

CIRCA distinctionem 14. 15. & 16. similiter quæritur, utrum qualibet persona diuina uel mittat, uel mittatur.

QVOD sic. Mittere, & mitti est essentiale tribus personis: ergo qualibet persona mittit, & mittitur. Antecedens probatur, quia dicit respectum ad creaturam, cum sit missio.

CONTRA id est Augustinus. 4. de trinit. Pater non dicitur missus. 4. de tri. c. 20.

RESPONDEO & dico, quòd Magister dicit, ꝗ omne mittere est simul à tribus personis, cuius ratio est, quia mittere est aliquem effectum ad extra causare, hoc confirmatur per Augustinum 2. de trin. ubi dicit, quòd filius à patre mitti non potest sine spiritu sancto: dicit autem, quòd mitti nō competit patri, quia licet dicat respectum ad creaturam, tamen connotat processionem æternam, & ita non mittitur, nisi qui ab alio procedit, hoc confirmatur per Augustinum, sicut patet in litera. &c. (Opinio magistri senteatia rom. 2. de tri. c. 5. uel 2.)

CONTRA. Si non potest mitti ad extra nisi persona, quę procedit ab intra, ergo pari ratione non potest mittere, nisi persona, quæ producit ab intra, sed spiritus sanctus non producit ad intra, ergo spiritus sanctus non mittit filium, nec seipsum, cum nō producat filium, nec ipsum, & tamē Magister dicit, & allegat Augustinum, in litera, ꝗ Spiritus sanctus mittit filium, & mittit se. &c.

Videtur ergo esse dicendum, quòd nec persona nō producta mittitur, cuiusmodi est pater, nec persona non producens mittit, cuiusmodi est spiritus sanctus, & ita nulla persona mittit, nisi persona, quæ producit, nec mittitur, nisi à persona, à qua producitur, & ita per consequens nulla persona mittit se, nec spiritus sanctus mittit filium.

Confirmatur hoc, nam secundum Augustinum 4. de tri. pater non dicitur missus, cùm non procedat ab alio, ex quo colligitur, quòd licet mittere dicat respectum ad extra, tamen connotat respectum ad intra, & ita nulla persona mittitur, nisi quæ procedit ab ea, à qua procedit.

TVNC ad authoritates Augustini, quibus dicit, filius misit se, & quòd spiritus sanctus misit filiū posset exponi, quòd filius non inquantum Deus, sed inquantum homo missus fuerit à se & in quātum Deus, à Spiritu sancto, & hæc uidetur intentio Ambrosii lib. 3. de Spiritu sancto licet autem hæc uia uideatur probabilis, & rationalis, tamen propter authoritates Augustini, 2. de trin. ubi uidetur uelle, quòd filius mittatur à Spiritu sancto non solum in quantum homo, sed etiam inquantum Deus: potest teneri opinio Magistri. (li. 3. c. a. od. 3. 2. de tri. c. a. uel 2. Opinio Magistri. tuen potest.)

Ad argumentum principale in contrarium dico, quòd licet dicat respectum ad extra, tamē connotat respectum ad intra. tam mittere, quàm mitti, ut dictum est. &c.

DISTINCTIO XVII.

CIRCA DISTINCTIONEM XVII. in qua Magister agit de immissione inuisibili.

Primo Quæritur, *VTRVM NECESSE sit ponere charitatem creatam formaliter in habente natura Beatificabili.*

Seraphicus Bona. primo sen. dist. 16. q. 1. Art. 1.
Scotus primo sent. dist. 17. q. 1.
Ricardus primo sen. dist. 17. q. 1.
Durandus primo sent. dist. 17. q. 4.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 17. q. 1.

Quæstio prima.

CIrca distinctionem 17. quæritur primo utrum charitas, qua diligimus Deum, sit spiritus sanctus formaliter. (Magister agit de missione inuisibili spiritus sancti.)

QVOD sic; Augustinus 15. de tri. dicit, ꝗ nullū est excellentius donum charitate. hoc autem nō esset uerum, nisi esset formaliter quid infinitum: hoc etiam confirmatur per eundem 15. de tri. ubi dicit, quòd cum dicitur: Deus est dilectio, qua diligimus Deum, non ita dicitur sicut quando dicitur: tu es patientia mea. (15. de tri. c. 18. 15. de trin. c. 17.)

CONTRA id est Augustinus de moribus ecclesiæ pertractans illud ad Romanos: Quis nos separabit à charitate Christi? ubi uult, ꝗ charitas sit quid creatum. (cap. 4. cap. 8.)

Hæc dicitur fuisse opinio magistri, qui ait, qđ non est dare charitatem, quæ sit habitus creatus. (Opinio magistri.)

Ad hoc arguitur primò sic: Habitus facilitat ad agendum, sed modo uideamus, quod si de magno peccatore fit iustus non statim faciliter agit bona opera; imo quasi ita difficulter, uel parum minus, sicut prius. ergo non habet habitum, & tamen habet charitatem.

Item

Item posito tali habitu, ad huc oportet operari, ad diligendum Deum: Sed cum habitus non sit aliquid intrinsecum ipsi actui dilectionis Dei, potest Deus sine ipso creare in nobis illum actum diligendi Deum: ergo non est necessarium ponere charitatem creatam.

Contra. Iniustitia est priuatio, sed tollere priuationem est ponere habitum, ergo quando ex iniusto fit iustus infunditur in eo habitus.

Item non omnis dilectio Dei est meritoria; ergo dilectio meritoria ad aliquid plus concurrit, quam uoluntas, & obiectum, sed non nisi per habitum charitatis. Nec ualet si dicas, quòd spiritus sanctus tunc mouet uoluntatem, quia in omni actione causæ secundæ etiam agit, uel coagit causa prima.

Et si dicas, quòd tunc speciali agit sequitur qd habitu causat.

Item maior idẽtitas est patris ad filium, quàm spiritus sanctus ad uoluntatem, sed propter ipsam identitatem pater non operatur filio; non enim intelligit sapientia genita secundum Augustinum 7. de tri. ergo propter specialem imitationem spiritus sanctus ad uoluntatem nostram non diceretur uelle uolitione meritoria, nisi aliquis habitus infundatur, qui sit formaliter in uoluntate.

7. de tri. cap. 2. & 4.

Hic sunt tria uidẽda. Primo utrum debeamus ponere charitatem creatam.

Secundum dato quod sic: utrum sit simpliciter necessarium ipsam habere ad hoc, ut homo possit saluari.

Tertium quid circa hoc asserit Magister.

De primo dico, quòd cum dilectio, qua uoluntas Deum diligit ex puris naturalibus non sit meritoria necesse habemus dicere, quòd aliquis habitus infunditur animæ, quo mediante redditur Deo grata & ipsa anima, & eius actus.

Ad hoc autem probandum sufficiant rationes factæ superius contra opinionem, quæ dicitur esse Magistri.

Dico etiam circa hunc articulum, quod non potest cognosci esse in nobis talis habitus uia naturali, quia omnem actum, quam possumus elicere habitu ipso possumus sine ipso, uel ex puris naturalibus, uel ex habitibus amicitiæ, & prudentiæ naturaliter acquisitis, excepto quod ille actus habebit hoc, quod esset Deo acceptus, & per consequens meritorius, & iste non, & quia diuina acceptatio est uoluntaria, & nobis naturaliter ignota nos habere talem habitum; uerum illud nemo scit si odio, uel amore dignus sit.

Diuina acceptatio est uoluntaria non ex natura, seu proprietate charitatis uide Scotũ in 17. primi.

Sed oritur hic dubium, Utrum meritum supra actum addat aliquid. Dico, quòd sic necessariò. Quia idem actus nullo modo uariatus, sed omnino idem secundum omnem modum non potest habere contradictorias cõtradictiones, quod scilicet sit meritorius, & non meritorius.

Sed tunc ultra quæritur, utrum addat aliquid reale: Videtur, quod sic, quia respectu actus meritorij charitas, quæ habitus est, partialis causa est, ergo in ipso partialiter aliquid causat.

Præterea iustitiæ distributiua requirit æquiualentiam in terminis, nam si tibi redditur secundũ ipsa decem & mihi unum, tanquam pro uno actu, oportet quòd unus actus tuus æquiualeat duobus meis. Sed Deus secundum substantiam distributiuam reddit pro actu meritorio uitam æternam, & pro actu non meritorio non. ergo oportet, quòd aliquam bonitatem addat ratio meriti super rationem actus absoluti & per consequẽs aliquam realitatem.

Dicò, quòd nõ addit, nisi respectum rationis, quia idem actus numero potest esse meritorius, & non meritorius: ergo nõ addit, nisi respectum rationis. Antecedens probatur: pono, quòd quis diligat Deum ex puris naturalibus antequam habeat charitatem: & pono quòd Deus conseruet istam dilectionem eandem, & infundit isti nolenti charitatem. Vnde sequitur, quòd illa dilectio, quæ primo non erat meritoria adueniente charitate ipsa, eadem fuit meritoria, nullus enim diceret, quod dilectio uoluntatis habentis charitatem non sit meritoria, nec aliquis diceret ipsam esse meritoriam ante aduentum charitatis, nec aliquis diceret uoluntatem ex suis puris naturalibus nõ non dicere talem dilectionem. & multo minus, quod Deus non possit eandem numero conseruare.

Idẽ actus numero põt esse meritorius, & non meritorius.

Et si dicas, quòd charitas infusa fieret per tale principium illius actus, & per consequens adderetur sibi aliqua realitas, dico, quod nõ fieret, sed solum esset ratio meriti.

Dico ergo, quòd meritum supra actum addit quatuor respectus rationis. Vnum ad Deum ipsum acceptantem, secundum, ad præmiũ, ad quod Deus ipsum acceptat, uel comparat. Tertium, ad charitatẽ, quæ est ratio talis, acceptationis. Quartum, ad uoluntatem, ut liberam & dico ut sic est, potentiæ mereri. & etiam quia uoluntas, ut causans talem actum habet respectum ad Deum realem, & è conuerso, sed producens ad productum & talis respectus non pertinet ad meritum, quia uel sit meritorius, uel non, habet talem respectum.

Meritum supra actum addit quatuor respectus.

Tunc ad primam obiectionem dico, quod nõ non est cõcessum, utrum habitus sit partialis causa respectu actus; hoc enim dicetur in quæstione sequenti. Tamen quicquid sit de hoc ratio nõ cogit, quia certum est, quòd actus alterius potentiæ imperatus à uoluntate habente charitatem est de se merè meritorius, & Deo acceptus, puta dare eleemosynam, & tamen respectu eius charitas nõ est partialis causa. &c.

Ad secundum dico, quòd quãdocunque actus præmiatur secundum iustitiam distributiuam, secundum æquiualentiam actus ad præmium, sicut quando uni militi per suam fortitudinem liberanti regnum datur à rege unum castrum, quãdoque autem fit talis præmiatio ex institutione superioris. Exemplum: Dicit Rex: Quicũque percusserit pilam pede in platea, habeat unum castrum, tũnc percutiens pilam, recipiet castrum secundum iustitiam distributiuam & non secundum æquiualentiam actus ad præmium, quia ille actus percussionis non æquiualet illi præmio, nisi ex institutione Regis. Ita, in proposito, pro tali actu meritorio

Pulchrũ exemplum.

torio recipitur pręmium uitæ æternę, nõ quidem quod ille actus de se æquiualet illi præmio, sed quia Deus ita instituit ex sua libertate, quod quicunque bene operatur cum charitate habeat uitam æternam. & confirmatur ista solutio, nam certum est, quòd tota bonitas actuum nostrorũ non ęquiualet illi pręmio: Vnde Apostolus: Non sunt condignæ passiones huius seculi ad futuram gloriam.

Romanorum cap. 8.

Tunc de secundo principali dico, ꝙ de potentia Dei absoluta sine charitate posset anima, & etiam eius operationes esse Deo acceptæ, & meritorię: non enim alligauit Deus suam potentiam uni habitui creato. unde respectus acceptationis, & meriti non possunt fundari immediate supra ipsum actum, & supra ipsam animam, absque aliquo habitu, sed solum ex imperio uoluntatis diuinæ.

Quòd charitas nobis cõdonata, qua Deum & proximum meritoriè diligimus, est spiritus sanctus personaliter, & hæc opinio attribuitur Magistro.

De tertio principali potest fortè dici, ꝙ Magister non negauit charitatem creatam, cuius signũ est, quia in secundo ponit gratiam creatam; gratia autem est realiter idem, quod & charitas. Dixit autem fortè illa uerba in hac 17. dist. quia uidebat, quòd charitas erat alterius conditionis, quàm alii habitus infusi, cuiusmodi sunt fides, & spes. Nam ipsis existentibus in anima, nõ propter hoc mediantibus ipsis habitat in anima spiritus sanctus, sed charitate in anima existente statim ibi inhabitat spiritus sanctus & ita non negauit simpliciter charitatem creatam, sed negauit omnem alium habitum ultra ipsam, quo mediante inhabitet in anima spiritus sanctus, & hoc tã in uia, quam in patria. Quod non accidit de fide, & spe, quia nec in uia inhabitat spiritus sanctus in anima mediantibus ipsis, nec in patria remanent, sed mutantur in alios, qui sibi succedũt, cuiusmodi sunt uisio, & tensio.

Tunc ad rationes adductas pro opinione, quã dicunt fuisse Magistri, patet ex dictis, quia Deus de potentia sua absoluta potuisset aliter ordinare, sed placuit sibi ita ordinare.

Ad primum dico, quòd habitus subito infusus non statim tantum facilitat potentiam ad agendi, quantum habitus acquisitus ex actibus frequẽtatis, sicut adhuc de se patet, nec ad hoc principaliter infunditur charitas, sed ut sit ratio acceptationis.

Ad principale dico, quòd charitas est excellẽtius donum inter omnia dona creata. & ad confirmationem dico, quòd quia charitas de se dicit perfectionem simpliciter, & ita dicit in nobis charitatem, quod est etiam in se formaliter charitas per essentiam, sed quia patientia non dicit perfectionem simpliciter de sui formali ratione ideo Deus causando in nobis patientiam, non tamẽ in se est formaliter patientia, &c.

Exemplum.

Exemplum: ita causat in homine bonitatem, quod tamen in se est formaliter bonus: sed tamẽ ita creat lapidem, quod non est formaliter lapis, & ratio est, quia bonitas de sui formali ratione dicit perfectionem simpliciter, quia non dicit limitationem nec illimitationem, sed lapis non dicit perfectionem simpliciter, quia de sui formali ratione dicit, quod limitatum, & ita est de similibus. &c.

SECVNDO IVXTA ISTAM QVAEstionem, Aliam in generali propono de habitu,

VTRVM SIT NECESSE IN HABItu ponere rationem principij Actiui respectu Actus.

Scotus primo sent. dist. 17. q. 2.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 17. q. 4.

Quæstio secunda.

QVæritur secundo absolutè de habitu: Vtrum habitus habeat aliquam causalitatẽ super actum.

QVOD SIC. Quia uel est causa partialis actiua, & tunc habetur propositũ, uel est principium formale, quo potentia agit, & tunc habetur propositum, sicut patet de calore ignis respectu calefactionis, & confirmatur secundum membrum per commentatorem 3. de anima: ubi dicit, ꝙ habitus est quo utimur cum uolumus, & per Arist. 2. de anima, & 8. phy. ubi dicit, quòd anima sine habitu est in potentia essentiali ad speculãdum, sed habito habitu fit in potentia accidentali. ergo habitus est principium, quo.

3. de Anima commẽt. 10. 2. de Anima contex. 55. 8. physi. contex. 32.

CONTRA. Relatio non potest esse principium actiuum ex 5. physic. sed habitus est ad aliquid 7. physic.

5. phy. cõtex. 17. & 5. met. contex. 20. Hẽricus quo lib. 4. q. 10.

Respondeo, & dico, quòd habitus acquisitus non habet causalitatem actiuam super actus, sed habitus infusus sic. & ratio huius diuersitatis est, quia habitus acquisitus est perfectio potentiæ, quæ præsupponitur in respectu actus in ratione principij alicui, & etiam ante aduentum ipsius habitus. sed potentia, in qua recipitur habitus infusus nullomodo sua naturali uirtute poterat habere actiuitatem super actum, qui competit illi habitui supernaturali infuso.

CONTRA. Accidens non concurrit actiue ad actionem, quæ recipitur in subiecto, in quo est ipsum: nam ignis mediante caliditate non calefacit se, sed omnis actus potentiæ habituatæ recipitur in ipsa, in qua est habitus.

Item, sicut caliditas separata calefaceret, ita charitas separata diligeret.

Item cùm charitas non sit formaliter libera, si ipsa sit totale principium actiuum, quo uoluntas uult, sequitur, quod uelle non formaliter elicitur liberũ. item sicut ignis nõ potest frigefacere pro eo quod habet formam caloris, quæ inclinat eũ ad oppositum agere, quæ forma est sibi respectu illius actionis formale principium agendi, ita uoluntas habens charitatem nõ posset peccare, quia charitas, quæ ponitur totale principium bene agendi semper inclinaret eam ad bene agere. &c.

Aliter, ergo dicitur, quòd omnis habitus tam

infusus, quàm acquisitus habet actiuitatem super intentionem actus, substantia autem actus est à potentia, ita quod sicut sunt duo in actu scilicet substantia, actus, & intensio, ita correspondēt duo ex parte principij actiui, cuius ratio est, quia certum est, quòd actus elicitus à potentia habituata est magis intensus, & perfectior, quàm actus elicitus à potentia non habituata.

CONTRA. Intensio non est aliquid extrinsecū ab actu, sed est gradus suus intrinsecus faciens cū eo per se unum, ergo non est ab alio effectiuo unum, quàm aliud.

Item habitus cum non sit formaliter liber, ipse de se materialiter agit, ergo uoluntate causante substantiam, actus ipse semper causaret consimilem intensionem respectu eiusdem obiecti, & ita omnis actus elicitus à potentia habituata siue cum magno, siue cum paruo conamine semper esset eque intensus. quod tamen est manifestè falsum.

Aliter ergo dicitur, quòd sicut potētia, & obiectum sunt duæ partiales causæ integrantes unam causam totalem respectu actus imperfecti, ita obiectum & potentia, & habitus, sunt tres partiales causæ integrantes unam totalem respectu actus perfecti. confirmatur hoc per rationem secundæ opinionis, sed si quæratur, quæ sit principalior causa, uel habitus, uel potentia, dicendū est, φ potentia, quia est illuminatior intensiue sicut patet: & quia utitur habitu, quasi sicut fine, habitu potest agere, & non è conuerso: & quia fine, habitu potest agere, & non è conuerso, sicut totum patet.

Quæ nam sit principalior causa, uel habitus, uel potentia.

CONTRA istam opinionem arguitur sic: Actus præcedens, & sequens habitum sunt eiusdem speciei, ergo habitus nō habet actiuitatem aliquam supra actum. Antecedens patet quia non differt, nisi sicut perfectum, & imperfectum, quæ differentiæ non diuersificant speciem; consequentia probatur quia in causis æquiuocis, & causatis nō potest esse circulus, nec inter eadem numero, nec inter eadē specie. & ratio est, quia causa eminenter continet causatum, ergo non potest causatum continere eminenter causa, nec eadem numero, nec eadem specie, Sed modo sic est, quod actus præcedens habitum habet actiuitatem æquiuocā supra habitum; actiuitatem quidem, quia habitus generatur ex actibus; æquiuocam autem, quia nō sunt eiusdem speciei actus, & habitus. &c. & confirmatur quia si actus præcedens, qui est quid imperfectius habet actiuitatem æquiuocam per habitum, & per consequens non potest habitus habere super illum actum multo minus poterit super actum potentiorem, qui est perfectior. Item quicquid est causa causæ est causa causati, ergo si potentia cum habitu causat actum perfectū, potentia cum actu imperfecto poterit causare actum perfectum, cum actus imperfectus, sit causa habitus, & sic esset circulus.

In causis æquiuocis, & causatis, non pōt esse circulus.

Aliter ergo dicitur scilicet quòd habitus non est causa actus: sed solum disponit potentiā, qua recipitur ad facilius, & perfectius agendum.

Sed contra id est ratio facta in principio, & declaratio primæ opinionis.

Dico ergo, quòd duæ primæ uiæ non sunt probabiles, sed tertia, & quarta uia utraque est probabilis, & tenendo tertiam, Respōdeo ad rationem contra eam. Ad primam, quæ erat ratio principalis, contra rationem principalem dico, quòd omnis qualitas est aliquid absolutum: & quia habitus est in ipsa specie qualitatis, ideo est quid absolutum tamen si essentialiter includat respectum, sicut accidit de creatura, quæ includit respectū ad Deum, qui est idem secum realiter, & non formaliter, secundum quòd dicitur distin. 3. tamen dico quòd est partiale principium actinum secundum quòd est quid absolutum. & non secundum quòd est respectus, uel includens respectum.

Tertia, & quarta uia utraque est probabilis.

Ad illud opinionis primæ de habitu acquisito, quod non est actus, quia. &c.

Dico, quòd potentia præsupponit in ratione principii partialis tantum, respectu actus perfecti.

AD PRIMUM dico contra primam opinionē, quod est etiam contra hanc tertiam, quòd sicut species intelligibilis est partiale principiū actiuum respectu intellectionis receptæ in intellectu, in quo est ipsa, ita potest esse in proposito.

Ad secundum dico, quod hæc tertia uia nō ponit habitum esse principium totale formale, sed causam partialem.

Ad tertium etiam patet per idem, quòd autem sit causa partialis non tollit libertatem uoluntatis, id patet de obiecto uoluntatis. & per idem patet ad quartum.

Ad primum contra istam opinionem tertiam oportet dicere, quòd totus ille processus est uerus de causis æquiuocis totalibus, sed non de causis partialibus, & per idem ad confirmationem.

Ad secundum potest dici, quòd naturale est actui imperfecto non concurrere immediate ad causationem actus perfecti, sed naturale est concurrere habitum ad talem causationem.

Præterea non unus solus actus causat habitus, sed unus incipit causare dispositionem, & alius addit aliquem gradum ad dispositionem, & tandem ultimus actus causat unum gradum, per quē illa dispositio reponitur in specie habitus, ergo habitus est perfectior, quàm aliquis unus actus præcedens; ideo mediante habitu potētia potest elicere actum perfectum, & non mediante uno actu imperfecto, omnes autem illi actus, qui generant habitum simul esse non possunt, sicut patet. Tenendo uerò uiam quartam, respondeo ad sibi opposita, scilicet ad primum principale, quod est contra hanc uiam, & dico φ nec est partialis causa actiua, nec principium quo actiuū, sed est quo potentia inclinatur, & facilitatur, & dirigitur ad agendum, & ad delectabiliter agendum; & ex hoc patet resp. ad confirmationē illius rōnis. &c.

Quo unus actus non causat habitus.

Ad secundum membrum primæ opinionis de habitu infuso, quod est etiam contra, Dico forte omnem actum, quem habet potentia habituata habitu infuso posset habere sine habitu infuso quantum ad substantiam actus, licet forte non ita faciliter,

faciliter, quod non contingeret si habitus infusus esset partialis causa actiua, quia substracta aliqua de per se causis substrahitur effectus: probatur assumptum; quia puer non baptizatus, & per consequens non habens habitum infusum posset cōuersari inter fideles, & exauditu crederet Deum trinum, & unum, & sic de alijs. &c.

Ad rationem secundæ opinionis potest forte dici, quòd potentia, quæ inclinatur, & dirigitur, & facilitatur per habitū potest elicere perfectiorem, & magis intensum actum, quàm sine habitu.

Ad secundam uerò confirmationem rationis principalis, dico quòd habitus, per quem potentia reducitur de potentia essentiali ad potentiam accidentalem appellatur species intelligibilis, & non habitus aggeneratus per actum, de quo est sermo; & de illa est uerum, quod est partialis causa actiua, quia tenet uicem obiecti.

Quis habitus uocetur species intelligibilis.

Sed si in speciali quæratur, Vtrum habitus moralis in quantum uirtus habeat aliquam actiuitatem super bonitatem moralē in actu, dico quòd bonitas in actu potest esse triplex. Prima, quę cōuertitur cum ente, & est passio entis. Secúda quæ contrahit actus ex debita materia, super quá transit, & ista habet malitiam sibi oppositam, quam scilicet contrahit actus ex transitu super indebitam materiam. Tertia quæ contrahit actus ex debitis circunstantijs; quarum maxime est circunstantia finis, al: æ sunt debitus locus, debitum tempus, debitus modus, & huiusmodi. Prima bonitas consequitur inseparabiliter omnem actū, & omne ens. Secunda non, sed uel ipsa, uel malitia sibi opposita inest omni actui, & uocatur ista bonitas ex genere. Tertia etiam habet sibi malitiam oppositam, sicut patet, & uocatur bonitas moris. & nota, quòd potest esse actus indifferens, qui nec habebit malitiam, nec bonitatem moralem, ut colligere festucam, & huiusmodi.

Bonitas, in actu, est triplex.

Tunc ulterius dico, quòd sicut pulchritudo non dicit aliquid per se unum, sed quoddam aggregatum ex debita magnitudine & ex debito colore, & ex debita proportione membrorū, & ex debitis huiusmodi circunstantijs, ita bonitas moralis non est aliquid per se unum, sed est quoddā de communi actu aggregatum ex debita proportione ad potentiam, ad obiectum, ad finem, ad locum, ad tempus, ad modum, & huiusmodi.

Pulchritudo non dicit aliquid per se unum.

Tunc ad propositum dico, quòd nō; cuius ratio est, quia uirtus moralis, ut moralis non addit supra substantiam habitus, nisi debitum respectū ad rationem rectam: sed respectus non potest esse principium actiuum ex 5. physico. illud probatur, quia eadem substantia habitus aggenerata ex actibus imperatis à uoluntate sequente rationem erroneā est uitium morale: & stante eadem substantia habitus à uoluntate operante per ipsum habitum sequendo rationem rectam esset habitus, & uitius moralis, siue bonitas moralis, ut sic, dicit respectum, quia dicit quandam aggregationem, ut patet ex dictis. Potest etiam patere intuēti, quod idem actus potest esse bonus bonitate entis, & malus ex genere, & malus moraliter, & potest esse bonus bonitate entis, & bonus ex genere, sed malus moraliter, & potest esse neuter moraliter, ut interficere hominem per iustitiam. De talibus fortè dicetur alibi clarius. &c.

5. physi. contex. 10.

TERTIO CIRCA AVGMENTVM charitatis supposito quod charitas posit augeri.

VTRVM TOTA CHARITAS praexistens corrumpatur cum noua inducitur.

Seraphicus Bona. primo sen. dist. 17. q. 1.
Scotus primo sent. dist. 17. q. 3.
D. Thomas prima parte 2. q. 52. Art. 1. & 2.
Ricardus primo sent. dist. 17. q. 1.
Durandus primo sent. dist. 17. q. 5.
Franciscus de Mayronis dist. 18. q. 2.
Ioannes Bacconitanus primo sent. dist. 15. q. 1.

Quæstio tertia.

Tertio Quæritur, Vtrum augmentatione charitatis, & cuiuscunque habitus corrumpatur tota substantia habitus præexistentis.

Ponitur lib. 2. dist. 26. ponitur etiā in reportationibus.

Quòd sic. Quia aliàs forma non esset simplex, nec inuariabilis, sicut patet, quod est contra Authorem sex principiorum.

Contra id, & primo de generatione augmētum est præexistentis additum. &c.

1. de gene. cō tex. 31. & 35.

Respondeo & dico, quòd hic sunt uidēda tria. Primo, charitas auget. Secundo, quòd in eius augmento charitas præexistens nō corrumpitur. &c. Tertio, quòd augetur per gradus positiuos alios à præexistentibus.

Primum patet breuiter per Boetium, & per illud Augustini 6. de trin. in rebus spiritualibus idē est maius esse, & melius esse. Sed certū est, quòd charitas Christi est melior charitate petri, ergo est maior.

Lib. 1. cap. 3. 6. de tri. cap. 7. uel 8.

De secundo dicitur, quòd sicut in homine dicimus uegetatiuam præcedere sensitiuam, ad aduentum tamen intellectiuæ, quæ est perfectior, continens in uirtute uegetatiuam, & sensitiuam, desinunt esse. Ita in proposito corrumpitur charitas præcedens, & inducitur alia perfectior. Dicitur, quòd termini motus sunt incompossibiles, ergo charitas præexistens, quæ est terminus, à quo, non manet cum gradu perfectiori, qui est terminus ad quem.

5. physi. contex. 26. & alibi.

Contra. Patet enim ad sensum, quòd calidum agens in frigidum, antequam corrumpat totá frigiditatem, diminuit de ea, tunc quęro si tota præcedens frigiditas sit corrupta & alia minor generata, a quo est generata. Non enim à calido, quia contrarium non causat contrarium, nec etiam à frigiditatis subiecto; quia subiectum non agit in se ipsum hoc modo sicut patet. ergo a nullo nisi recurras ad causam uniuersalem, & túc est fuga.

Itē motus positus à philosopho in forma substantia-

stantia-

stantialibus, formæ autē accidentales habent aliū motum, alias ita introducerentur non per motū, sed per mutationem, sicut substantiales.

Item hostia consacrata quandoque propter locum humidum extenditur, & quandoque propter caliditatem loci, uel temporis contrahitur, & per consequens uariatur per gradus. Ergo si uariatione graduum corrumpitur forma præexistens, sequitur, q̃ ibi definit esse corpus Christi, sicut patet, cuius contrarium tenet ecclesia.

Dico igitur propter istas rationes, quòd in augumento formæ accidentalis manet realitas præexistens ipsius formæ.

5. phys. tex. 24. & alibi. Et ad rationem oppositam dico, quòd propriè loquendo termini motus, qui sunt incomposibiles sunt contradictorij. s. non hoc, & hoc, quia introducitur, ut in proposito, non gradus ad quē terminatur augumentum, & iste est propriè terminus à quo, & gradus, ad quem terminatur est terminus ad quē. Sed termini materiales, sicut tu accipis, nunquam sunt incomposibiles, quando idem omnino transit de imperfecto ad perfectū, & illud, quod dicit de sensitiuo, & intellectiuo, potius facit ad oppositum, quia, ut dictum est, alius motus est in formis accidentalibus, quàm in substantialibus.

Gotfredus ut supra & Burleus. De tertio dicitur, quòd nulla forma abstracta à subiecto habet gradus, sed quælibet in se est simplex, & indiuisibilis, dicitur autem suscipere magis, & minus secundum, quòd est in subiecto magis, uel minus dispositio. hoc probatur per Aristotelē 8. Met. ubi dicit, q̃ formæ sunt sicut numeri, ergo gradus additus formæ uariat speciem.

Item nullus gradus posterior, & prior esset eiusdem speciei, & tunc plura accidētia essent eiusdem speciei, q̃ est impossibile, uel essent alterius speciei, & tunc una forma numero esset diuersarum specierum.

Contra. Albedo, & nigredo in remisso simul esse possunt, ergo aliquid realitatis habent in ipso intenso, quod non habens in remisso esse. Nam idem omnino inuariatum nō potest esse alterius composibile, & incomposibile.

Item quādo album fit albius, uel acquiritur de nouo aliqua realitas albedinis, & tūc habetur propositum, uel non, & tūc uel motus terminatur ad nihil, uel ad idem, quod est terminus à quo, & ita termini motus erunt idem, & idem generabitur bis.

Item illa dispositio subiecti habet gradus, ex quo est maior, uel minor, alias procederet in infinitum, & si dices, quòd per aliam dispositionem subiecti ergo pari ratione aliæ formæ habent gradus. Non. n. ipsa est magis priuilegiata, quàm aliæ. Tunc ad authoritatem Aristotelis dico, quòd loquitur ibi de rationibus quidditatis, & tunc est unum quod ratio quidditatiua addita formæ uariat speciem, sicut unitas, quæ est in genere numeri, est ratio quidditatiua uariat speciem, sed de gradu indiuiduali non est sic.

Ad secundum dico, quòd gradus additus non pertinet ad rationem indiuidui, & non est alius realiter à primis, sed est gradus eiusdē indiuidui cum primis, ita quòd additus, & præexistens omnes faciunt unum indiuiduum reale, & si dicas, quòd tunc sequitur, quòd quidditas specifica, quæ saluabatur in charitate præexistente aliquid accidentale additur, Dico, quòd non additur sibi accidens aliquid à primo, sicut quando albedo additur superficiei, sed bene additur sibi aliquid quod est extra quidditatem, & rationem eius specificam, & habere necessariam, quia semper ratio indiuidualis contrahens speciem ad indiuiduū est huiusmodi, sicut etiam genus contrahitur per differentiam, quæ est hoc modo extra ipsius rationem, quādo sumitur ab eadem forma, ut in homine animal & rationale.

Ad principale dico, quòd omnis forma est simplex. i. non realiter composita ex partibus realiter diuersis, & est immaterialis, quia ipsa non est primo subiectum uariationis, sed materia, in qua est. &c. Quò omnis forma sit simplex.

Quarto quæritur, Vtrum augumentatio charitatis fiat per abstractionem noui gradus de potētia ad actum.

Quod sic. Quia alias gradus additus non faceret per se unum cum præcedentibus.

Contra. Quia uniuersale contraheretur de potentia subiecti, & tunc non causaretur, sed generaretur naturaliter charitas, quod est falsum; uel de potentia graduum præcedentium, & tunc etiam sequeretur, quòd augumentum charitatis non fieret per creationē, quod est inconueniens, & etiam illud esse non potest, quia idem non potest esse materiale principium respectu eius, quod est realiter idem secum.

Respondeo, & dico, quòd in creatione charitatis sunt duo consideranda, primum quòd charitas de nouo producitur, de non esse ad esse, & hoc fit in primo instanti naturæ, & ista est uera creatio. Aliud quòd anima charitate fit cara, & hoc fit in secundo instanti naturæ, licet utrumque fiat in eodem instanti durationis, & istum secundum non est simplex creatio, quia præsupponitur subiectum. s. anima, sed potius est generatio secundum quid cuius per se terminus est totum aggregatum ex anima & charitate, in prima autem erat per se terminus esse, charitas enim, quia nihil præsupponebatur, erat uera creatio. In creatione charitatis, sunt duo cōsideranda.

Tunc ad propositum dico, quòd augumentatio charitatis non fit per abstractionem, sed per nouam creationem noui gradus, & nouæ realitatis, quæ quidem non est realiter quidditatiua, & specifica, sed indiuidualis.

Ad rationem in oppositum dico, quòd Deus, qui de nihilo creat nouum gradum charitatis potest facere, quòd fiat per se unum cum præcedentibus Exemplum naturale: Liquor additus liquori eiusdem rationis fit cum illo unum indiuiduum. &c. Pulchrū Exemplum.

DISTINCTIO XVIII. & XIX.

CIRCA ISTAM DISTINCTIONEM XVIII. & XIX. Quæro duo, primo,

VTRVM PERSONAE SINT æquales secundum Magnitudinem.

Seraphicus Bona. primo sent dist. 19. q. 1. Art. 1.
Alexander Alensis prima parte summæ q. 47. membro. 1.
Scotus primo sent. dist. 19. q. 1.
D. Thomas prima parte summæ q. 42. Art. 4.
Ricardus primo sent. dist. 19. q. 1.
Durandus primo sent. dist. 19. q. 1.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 20. q. 1.

Quæstio prima.

CIrca distinctionem decimam octauam, & decimamnonam quæritur, utrum tres personæ sint æquales secundum magnitudinem.

QVOD NON. Quod dicit imperfectionem, non est ponendum in diuinis, sed æqualitas est huiusmodi. ergo. Minor probatur per Augustinum 83. q. si omnia inquit essent ęqualia non essent omnia.

83. q. q. 41.

CONTRA. In simbolo Athanasij: tres personæ coeternæ sibi sunt, & coæquales.

RESPONDEO, quòd primo uidendum est de æqualitate, strictè sumpta. Secundo de æqualitate in communi sumpta. Tertio quomodo est in Deo.

De primo sciendum est, quòd secundum philosophum quinto Met. cap. de relatione: Tres relationes fundantur super unitatem scilicet identitas super unum in substantia, æqualitas super unum in quantitate, & similitudo super unum in qualitate. Ita dico hic, quòd remotum fundamentum identitatis est res de genere substantiæ. æqualitas est de genere quantitatis, similitudo est de genere qualitatis, sed proximum fundamentum identitatis communis est unitas talis generis, ut unitas in substantia est proximum fundamentum identitatis & sic de alijs.

5. met. côtex. 20.

Quid sit fundamentũ identitatis. de hoc uide in 2. distin. 3.

De secũdo dico, quòd æqualitas communiter dicta est fundata super ens in communi secundum, quòd dicit philosophus 10. Met, quòd omne ens omni enti est æquale, uel in æquale.

10. met. contex. 12.

De tertio dico, quòd sicut nullum genus uel prædicatum dicitur formaliter de Deo ita nulla passio determinati generis dicitur formaliter de eo, sed sicut ens dicitur formaliter de Deo, ita passio entis connertibilis cum ente dicitur formaliter de Deo, Et si sit passio distincta dicitur de eo. Alterum membrum, quod uel dicit perfectionem, uel non dicit, & quia, ut dictum est in secundo articulo, omne ens alteri enti est æquale, uel in æquale. Alterum membrum istorum scilicet æqualitas est in Deo, quia ipsa non dicit imperfectionem. Non est ergo in Deo æqualitas strictè sumpta, quæ est passio determinati generis, cuius fundamentum est unitas quantitatis molis, sed æqualitas, quæ est alterum membrum passionis entis, quia ista quodãmõ sumitur ad similitudinem illius oportet dicere, quòd fundamentum istius est quantitas uirtualis, & quia quantitati, ut quantitas est non repugnat infinitas, nunquam est perfecta quantitas uirtualis nisi sit infinita, & per consequens, nunquam inter aliqua est æqualitas perfectissimè, nisi fundatur in quantitate uirtuali infinita. & quia quantitas uirtualis in Deo est ipsa infinitas, ideo in eo est æqualiter perfectissimè, & quia infinitas, quæ est in tribus personis, non solum habet aliquam unitatem, imo est simpliciter una numero. Ideo perfectissimè tres personæ sunt æquales.

Quõ in Deo sit æqualitas.

Quæ sit quantitas uirtualis in Deo.

SED SVNT hic multa dubia. Primum, quia cum infinitas, quæ fundat æqualitatem, sicut gradus intrinsecus essentiæ, non uidetur, quòd æqualitas sit alia relatio ab identitate, quæ fundatur in essentia, nec etiam uidetur alia a similitudine, quę fundatur super perfectionibus attributalibus, cũ infinitas attributi, quæ fundat æqualitatem personarum habentium idem attributum, sit gradus intrinsecus illius attributi.

1. Dubium.

Secundum dubium est, quia cum perfectiones attributales sint infinitę similitudines, & æqualitates, & etiam identitas, quælibet enim persona habet idem attributum, erunt infinitę, & ita aliquid eiusdem rationis multiplicabitur in diuinis, quod est inconueniens.

2. Dubium.

Tertium Dubium est, utrum tales relationes in Deo sint reales. uidetur enim quòd non, quia non habent fundamenta realiter distincta, imo idem numero, & ita uidetur relatio rationis. Exemplum: Identitas, qua Petrus est idem sibi, est relatio rationis, cum habeat idem fundamentum, sed similitudo inter Petrum & Martinum album, est relatio, quia fundatur super unitate specifica qualitatis, & distinctione reali numerali.

3. Dubium.

Exemplum.

AD PRIMVM istorum dico, quòd æqualitas non tantum distinguitur a similitudine, & identitate quantum similitudo, & identitas in se secundum quòd fundamentum eius non tantum distinguitur a fundamentis illarum, cum sit earum gradus intrinsecus, quantum illa fundamenta distinguuntur inter se, quia nec attributum est gradus intrinsecus essentiæ, sed quasi passio, nec unum attributum alterius, unde uidetur hic dicere Scotus quòd non est distincta relatio æqualitas ab illis, sed est modus perfectionalis illarum, & exemplum illius est: Nam duo alba, quorum unũ sit albius alio, sunt similia, sed non perfectè, sed si sunt æqualiter alba tunc sunt perfectè similia. ergo æqualitas est perfectionalis modus similitudinis, & identitatis.

Respõsio ad primum dubium.

Ad secundum dicitur: quot sunt perfectiones attributales, tot sũt similitudines, & ęqualitates, & ẽt identitates, quia quodlibet attributum idem est

Responsio ad secundum

in tribus

in tribus personis,& quodlibet habet suaminfinitatem, quæ est continere infinitos gradus illius perfectionis,& tunc dicit, quòd sicut fundamēta nō sunt idem formaliter, & infinitates ēt alterius rationis, quia infinitas sapientiæ est continentia infinitorum graduum sapientiæ, & bonitatis,ita etiam ipsæ relationes, idētitates,& similitudines, & æqualitates sint diuersorum rationum.

Responsio ad tertiū dubiū. Ad tertium dubium dicitur,ꝙ identitas,qua est una persona eadem sibi & similitudo,qua una persona est similis sibi,istæ sunt relationes rōnis, sed identitas qua una persona est eadē in essentia alterius personæ est realis,quia licet habeat idē numero fundamētū quo refertur,habet tñ distincta supposita ad quæ refertur. Nam si eadem albedo numero esset in Petro,& Martino non essent minus similes,sed magis,& ita est de identitate, & æqualitate,accidit enim relationi reali, ꝙ habeat fundamenta numero distincta, sed per se est,ꝙ inter fundamenta sit aliqua identitas, ergo quantò maior,tantò melius,sed bene est per se, ꝙ supposita,quæ referuntur,sint distincta, quia idem ad se non refertur. Vnde identitas rationis ponit distinctionem rationis sui ad se. ergo pater est in patre.

Ad principale in oppositum dico, ꝙ creatura est limitata,ideo non tota perfectio potest esse in una. Ad supplendum ergo aliqualiter perfectionem unius creaturæ in alia , ideo in æqualitas in eis dicit perfectionem,sed in Deo non est simile, quia quælibet persona est infinita.&c.

SECVNDO QVAERITVR DE circumincessione personarum.

VTRVM QVAELIBET PERSONA Diuina sit in alia.

Scotus primo sent.dist.19.q.2.
D.Thomas prima parte summæ q.42.Art.5.
Durandus primo sent.dist.19.q.1.
Ricardus primo sent.dist.19.q.1.
Franciscus de Mayronis primo sent.dist.20.q.3.
Ioannes Bacconitanus primo sent.dist.19.q.2.

Quæstio secunda.

Secundo quæritur, utrum persona sit in alia.

Ioan.cap.16. QVOD NON. Filius exiuit à patre. ergo non in patre.

4.physi. context.14. Item Arist.4.physi.arguit sic : Aer est in igne, ignis est in cœlo,ergo aer est in cœlo. Ita à simili pater est in filio , filius est in patre , ergo pater est in patre ; sed ista conclusio non conceditur. ergo.

CONTRA.Ioan.Ego in patre,& pater in me est.

Ioan.cap.14. Magister adducit Ambrosium, & Hylarium.

RESPONDEO, & dico, quòd hæc est conclusio certa, sicut patet ex dicto Christi, ubi supra.

Potest autem sic declarari:Sicut ad relationem similitudinis non sufficit unitas fundamenti sine distinctione suppositorum;non enim aliquid est sibi simile; nec sufficit suppositorum distinctio si ne fundamenti unitate , quia tunc album esset simile nigro. tamen ista duo dicta integrant unam causam totalē ; ita in proposito ad hoc quòd una persona sit in alia non sufficit distinctio suppositorum sola, nec unitas essentiæ sola,sed ambo simul, sed sicut ibi unitas fundamentum est principalior causa, quam distinctio suppositorum:Ita hæc est principalior causa unitas essentiæ. Quid enim est patrem esse in filio,nisi filiū esse consubstantialē, & idē de spiritu.

Ad primum in oppositum dico,ꝙ filius exiuit à patre per generationem , tamen manet in patre per essentiæ unitatem.

Ad secundum dico , ꝙ ratio Philosophi tenet, quia arguit procedendo,& non referendo. Vnde non ualeret,si diceret: Aer est in igne, ignis est in aere,ergo aer est in aere; quia tunc argueret redeundo . Ita,ergo in proposito non ualet. Vnde tamen ualet,sic:Pater est in filio, filius est in spiritu sancto, ergo pater est in spiritu sancto.&c.

DISTINCTIO XX.

CIRCA ISTAM DISTINCTIOnem XX. Quæro unum utrum tres personæ sint æquales in potentia.

Seraphicus Bona.primo sent.dist.20.q.1.Art.1.
Alexāder Alensis prima parte summa q.47.mēb.5.
Scotus primo sent.dist.20.q.1.
D.Thomas prima parte summæ.q.42.Art.6.
Ricardus primo sent.dist.20.q.1.
Durandus primo sent.dist.20.q.1.
Franciscus de Mayronis primo sent.dist.20.q.2.

Quæstio prima.

Circa distin.Vigesimam quęritur , Vtrū tres personæ sint æquales in potentia.

QVOD NON. Prima causa plus causat quā cā secunda, ex propositione de causis, & 2.Met. & primo Poster. Sed prima persona dat secundæ personæ,ꝙ causet,ergo ipsa plus causat, quàm secunda,& per consequens plus potest. 2.met.cōtex.2. Et 1.poste.cō tex.4.

CONTRA.In simbolo: Omnipotens pater,omnipotens filius,omnipotens spiritus sanctus.

RESPONDEO,quòd quidam dicunt, quòd posse generare,cadit sub omnipotentia patris,& non filij,cuius ratio est, quia illud , quod non includit contradictionem,cadit sub omnipotentia, sed patrem generare non includit contradictionem, filium generare includit contradictionem,ergo. Egidius Roman°, & Varro.in præsenti quæstione.

CONTRA.Si posse generare absolutè sumptum , est terminus alicuius potentiæ actiuæ , in quocunque non est illa potentia actiua, non est omnipotens, nec ratio tua ualet, quia licet filius non possit generare, ità ꝙ generare sit in eo formaliter,potest tamen causare in aliquo ipsum generare,cui non repugnat, alias nō esset oīpotens. Exemplum; Deus non potest currere formaliter

quia sibi non conuenit, potest tamen causare cursum in alio, cui non repugnat. Dico igitur quòd actiuum, ut actiuum habet pro suo correlatiuo possibile, sed non possibile causare, quod distinguitur contra impossibile, quia hoc modo, possibile est Deum esse, & tamen nulla potentia actiua potest facere Deum, ergo est possibile determinatum, sed non nisi illud, de quo loquitur Auicen. 6. Met. & in plerisque locis, sed possibile, quod distinguitur contra esse, ex se necesse esse, sed modo sic est, quòd quicquid est in Deo, uel est ex se formaliter necesse esse, uel per identitatem ad essentiam, ergo nullum producere ad intra cadit propriè sub omnipotentia secundum, quòd sancti accipiunt omnipotentiam, sed semper respicit posse ad extra, sed in talibus patet, quòd tres personæ sunt æquales in potentia, cum habeant idem principium formale agendi. Sed hic est dubium de dicto Augustini contra Maximinum. dicit enim, quòd si pater non posset generare filium sibi æqualem, hoc esset, quia non haberet sufficiens principium productiuum, & quare quasi idem omnino est formale principium productiuum ad intra, & ad extra. Ideo si pater non posset producere ad intra, consequens esset, quòd non posset producere ad extra, & ita non esset omnipotens. Sed de filio, ut sic, quia non est ratio, quare non potest generare, quòd non habet principium generandi, imo habet idē, quod pater, sed est ratio, quia, ut est in filio, est iam terminus formalis generationis, & quia est permansiua, non potest, ut est in filio esse principium, ergo.

De hoc uide diffusius 7. q. quolib. & dist. 42. huius.

Libr. primo.

Ad. Rationem principalem in contrarium dico, quòd illud habet ueritatem quando scilicet habet aliam uirtutem a se, sed in proposito eadē uirtus est in utroque, & tamen nulla potentia actiua potest facere Deum, ergo est impossibile.

Distinctio XXI.

Circa istam disitnctionem, XXI. Quæro unum,

Vtrum hæc sit vera: Solus pater est Deus.

Quæstio prima.

Seraphicus Bona. primo sen. dist. 21. q. 1. Art. 1.
Alexander Alensis prima parte summa q. 60. membro. 3 Art. 1. & 2.
Scotus primo sent. dist. 21. q. 1.
D. Thomas prima parte summa q. 32. Art. 4.
Ricardus primo sent. dist. 21. q. 3.
Durandus primo sent. dist. 21. q. 1.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 21. q. 1.

Circa distinctionem uigesimam primā quæritur, Vtrum hæc sit uera: Solus Pater est Deus.

Quod sic. Solus Deus, qui est pater, est Deus, ergo solus pater est Deus. Antecedens conceditur. Consequentia probatur per simile: Solū aīal, quod est homo, currit, ergo solus hō currit.

Contra id est August. 6. de trin.

6. de tri. ca. 1.

Hic respondetur, dicēdo: solus Deus est pater, non excluditur filius, cuius ratio est, quia unum correlatiuorum est de intellectu alterius.

Sed contra hoc est, quod dicitur 1. physi. si solum principium est, ergo principiatum nō est. & tunc ad rationem dico, ꝙ unum correlatiuū non est de intellectu primario alterius ita, ꝙ sit aliqd eius, sed dicitur de intellectu alterius, quia terminat habitudinem, & intellectionē alterius. Dico ergo, ꝙ hæc dictio exclusiua, solum, non attribuitur alicui subiecto, de quo affirmetur hoc prædicatum: Deus, si tamen illud subiectum sit aliquid ꝙ de sui formali ratione dicat aliquid speciale in Deo, ut sunt supposita, & attributa, quia nihil tale est solitarium in Deo, unde non dr̄ sola sapiētia, est Deus, solus pater est Deus, & huiusmodi, tn̄ bene dicitur solus omnipotens est Deus, solū ens est substātia, & infinitū ens est Deus solus Deus est Deus, & huiusmodi, quia talia concernunt totum Deum, sicut patet.

1. physi. contex. 8.

Ad Rationem principalem in oppositū dico, ꝙ antecedens potest esse duplex, si intelligatur in sensu composito est falsa, quia cum dicitur solus Deus, qui est Pater determinatur Deus ꝙ est in subiecto ad solam personam Patris, & tunc non habet inferre illud prædicatum est Deus sine patre. Si uero accipiatur in sensu diuiso, & tunc est uera. Et tunc fiant de ea duæ cathegoricę, quæ sunt istæ: Solus Deus est Deus, & solus Deus est Pater. Sed tunc non potest inferri: ergo solus pater est Deus, quia Deus est quasi terminus communis, respectu patris, sicut patet. &c.

Solus Deus est pater, est uera, si accipiatur in sensu diuiso.

Distinctio XXII.

Circa istam distinctionem XXII. Quæro unum, utrum Deus sit nominabilis à Nobis Viatoribus, aliquo nomine significante essentiam Diuinam.

Seraphicus Bona. primo sentent. distinctio. 22. q. 1. Arti. 1.
Alexander Alensis prima parte summa q. 48. membro 1.
Scotus primo sent. dist. 22. q. 1.
D. Thomas prima parte summa q. 13. Art. 1.
Ricardus primo sen. dist. 22. q. 1.
Durandus primo sent. dist. 22. q. 1.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 22. q. 1.

Quæstio prima.

Circa distinctionem Vigesimam secundam quæritur primo, utrum Deus sit nominabilis à uiatore aliquo nomine significante essentiam diuinam, Vt est hic. Dicitur, quòd eo modo, quo aliquid intelligitur, eo modo nominatur, & quia diuina essentia non est distinctè cognoscibilis

Henricus in sua summa Arti. 22. q. 1 & 3.

bilis à uiatore, sequitur, quòd nō est distinctè nominabilis à uiatore aliquo nomine distinctè causa significante. &c.

Dico, quòd res potest à nobis distinctius nominari quam intelligi nam sicut dictum est distin. tertia: substantia a nobis nō distinctè cognoscitur sed quasi arguitiue hoc modo secundum uiam Augustini 6. de trinit. Cognoscimus enim per sensum plura accidentia esse simul & cognoscimus unum non esse aliud, quia uidemus unum remanere alio corrupto, ex hoc arguimus quod aliquid est hic substractum, & illud dico esse sub stantiam. Nō ergo ipsam distinctè cognoscimus, cum ipsa de se non moueat intellectum possibilem in mediato sicut patet, sed cognoscimus eam arguitiuè modo dicto, & etiam in communi cōceptu entis in quo conuenit cum eo, quod per se mouet intellectum, & tamen nominamus eam distinctè nomine repraesentante aliquid de genere substantiae, & non alterius generis. Ita dico in proposito, quòd credendum est Deum nominari in scriptura sacra multis nominibus significantibus ipsam Dei substantiam ut est haec, & maxime quia talia nomina forte in primo posita sunt ab eo qui distinctè causam cognoscit ut ab ipsomet Deo, uel ab Angelo, ut ipse dicebat Moysi exodi: Haec dices filijs Israel: qui est, misit me ad uos, hoc est nomen meum, ergo, &c.

Distin. 3. q. 1. Art. 5. & q. 3. & in 2. met. q. 3. 6. de tri. ca. 6.

Exod. cap. 3.

DISTINCTIO XXIII.

CIRCA ISTAM DISTINCTIOnem XXIII. Quaero unum utrum persona secundum quod dicit aliquid commune patri, filio, & spiritui sancto dicat praecisè aliquid secundae intentionis.

Scotus primo sent. dist. 23. q. 1.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 24. q. 2.
Ioannes Bacconitanus primo sent. dist. 24. q. 1.

Quaestio prima.

CIrca distinct. uigesimam tertiam quaeritur, utrum persona, ut est communis tribus personis, in diuinis dicat intentionem primam, uel secundam.

QVOD PRIMAM pro duo Personae cōuenientia. Primo, quia persona est terminus realis productionis. Secundo, quia adoratur, quae duo nō possunt competere intentioni secundae.

CONTRA. Quia si sic, tunc aliquid reale esset diuisum, & numeratum in pluribus, & per consequens, illud uerè esset respectu illorum, aut genus, aut species, quod est contra id, quod dictum est dist. 8. probatio consequentiae, quia persona non est quid infinitum, sic quòd per diuisionem multiplicetur in pluribus.

RESPONDEO quòd quidam dicunt, quòd dicit puram intentionem secundam. Ratio est, quia sicut se habet indiuiduum ad omnia genera, & suppositum ad genus substantiae, ita persona ad naturam intellectualem, sed illa duo dicunt puram intentionem secundam. ergo. Addunt autem quod non dicit aliquid in abstracto, sed in concreto, & ideo praedicatur de prima intentione, dicendo: Pater est persona.

Henricus & Egidius.

CONTRA. A rationibus constitutiuis abstrahitur aliquis conceptus realis, dicens primam intentionem, ergo a constitutis. Consequentia patet. Antecedens probat, quia relatio, ut res primae intentionis, praedicatur de paternitate, & filiatione, ergo persona, ut prima intentio, potest abstrahi à patre, & filio, & praedicari de eis.

Item omnis secunda intentio est relatio rationis habens, & per consequens suum correlatiuum: sed persona ut dicit relationem rationis, quia ad nullum correlatiuum dicitur, ergo. Maior patet, quia genus speciei genus, & è conuerso, particulare uniuersalis particulare, & indiuiduum alicuius speciei indiuiduum. si dicit secundam intentionem.

RESPONDEO, & dico, quòd accipiendo personam eo modo, quo diffinit eam, uel describit Ricar. 4. de tri. dicens: persona est intellectualis naturae in communicabilis subsistētia, per quam exponitur, uel corrigitur diffinitio Boetij dicentis: Persona est intellectualis naturae indiuidua substantia, quia ex hac sequeretur, quòd anima esset persona, quod non conceditur. Dico, quòd nihil secundae intentionis pertinet ad illam diffinitionem, quia circumscripta omni operatione intellectus, Pater esset intellectualis naturae incōmunicabilis subsistentia.

Quid sit persona uide Ricardum. 4. de tri. cap. 22.

In libro de duabus naturis, & una persona Christi.

Et nota, quod Scotus hic uidetur uelle, quod persona formaliter non dicit primam intentionem, nec secundam, sed formalis eius ratio uidetur cōsistere in duplici negatione. s. incōicabilitatis, & in ratione cōis, uniuersalis, quorum inferiorū quodlibet est ipsum & in ratione formae communicatae materiae, uel subiecto, quod tamen communicatur non est ipsum, sicut patet, totum.

TVNC ad primam rōnem principalē pōt dici, quod formalis rō psonae, nec est per se terminus productionis, nec adoratur, sed id, quod est psona.

Ad rōnem oppositam pōt dici, quod indiuidui formalis ratio dicit unā de illis negationibus, & formalis ratio suppositi dicit ambas, sicut persona, excepto, quod persona in natura intellectuali suppositum aut in omni natura substātiali & non quod istae negationes non sunt negationes simpliciter, sed materia haec, sicut patet.

DISTINCTIO XXIIII.

CIRCA ISTAM DISTINCTIOnem XXIIII. Quaero utrum in Diuinis sit propriè numerus.

Seraphicus Bona. primo sent. dist. 24. q. 1. Art. 1.

Alexāder Alensis prima parte summæ q.45 mēb.1.
Scotus primo sent. dist.24.q.1.
D.Thomas prima parte summæ q.30. Art.3.
Ricardus primo sent. dist.23.q.1.
Durandus primo sent. dist.24.q.1.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist.24.& 25.

Quæstio prima.

Quære Henricū quolib. 5.& 6.

Circa distin. uigesimam quartam quæritur, Vtrum in diuinis sit numerus.

Respondeo quòd quidam dicunt, q̄ numerus dicit quandam unam formam, respectu cuius ipsæ unitates illius numeri sunt quasi materia. Alij dicunt, quòd non dicit aliquam unam formam, sed quādam aggregationem illarum unitatum. Alij dicunt, quòd numerus nihil addit super unitates, sed tantum dicit aliquid in conceptu illius, qui simul intelligit plures unitates, quæ autem sit uerior opinio alias dicetur quando dicetur de numero. Sed ad præsens dico, quòd secundum primam opinionem in diuinis non est ponendus numerus, quia cum quælibet persona sit infinita, non potest esse materialis respectu alicuius unius formæ. etiam secundum opinionem secundam non est ibi ponendus numerus, quia ipsæ personæ sunt distinctissimæ, ut personæ nō aggregatæ, ut aceruus lapidum. secundum autem opinionē tertiam potest ibi poni numerus, quia unus intellectus potest simul concipere ibi esse tres personas. &c.

Quære hoc in reportatis, ad hoc.

DISTINCTIO XXV.

CIRCA ISTAM DISTINCTIOnem XXV. quæro utrum persona in diuinis dicat substantiam, uel relationem.

Seraphicus Bona. primo sent. dist.25.q.1. Arti.1.
Alexander Alēsis prima parte summæ q.56 mēb.2.
Scotus primo sent. dist.25.q.1.
D.Thomas prima parte summæ q.29. Art.4.
Ricardus primo sen. dist.25.q.1.
Durandus primo sent. dist.23.q.1.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 24.q.4.

Quæstio prima.

Circa distinctio. uigesimamquintam quæritur, utrum persona dicat substantiam, uel relationem.

Dico, quòd non dicit relationem propriam cum sit communis tribus, nec dicit relationem communem. cuius ratio est, quia correlatiuum ita refertur sub propria ratione ad suum correlatiuum primo & per se, quòd tamen non refertur per se in ratione sui superioris licet non primo. Exemplum: Duplum primo, & per se est duplum dimidij, est etiam per se, licet non primo multiplicis dimidij, ergo si persona diceret relationem communem, tunc pater, qui primo est filij pater diceretur etiam pater filii persona, licet non primo, sed hoc est falsum. Nec dicit substantiam primam, cum sit communis tribus, nec dicit substantiam secundam, quia nullum absolutum diuiditur, & numeratur, persona autē numeratur, quia sunt tres personæ.

Vide hoc exēplum in uniuersalibus.

de duplo, & multiplici.n. 12. ubi mc lius, quā hic docetur.

Nullum absolutum diuiditur, & numeratur.

Dico igitur quòd secundum illos qui dicunt formalem rationem personæ consistere in aliquo positiuo dico, quòd persona in diuinis dicit conceptum positiuum communem indifferentem ad substantiam, & relationem, nec ratio subsistentiæ est de se indifferens ad ista duo, supposito, q̄ personæ diuinæ sint relatiuæ.

Secundum uero illos, qui dicunt personam formaliter dicere illam duplicem negationem; persona in diuinis dicit conceptum communem negatiuum illa duplici negatione, ita tamen, quòd secundum utranque opinionem connotat primo ipsum suppositum subsistens, sed secundario connotat formalem rationem subsistentiæ, & tertio connotat essentiam, quæ includitur in persona. &c.

DISTINCTIO XXVI.

CIRCA ISTAM DISTINCTIOnem 26. quæro utrum personæ diuinæ constituantur in esse personali per relationes originis.

Seraphicus Bona. primo sent. dist.26.q.3.
Scotus primo sent. dist.26.q.1.
D.Thomas prima parte summæ q.40. Art.2.
Ricardus primo sent. dist.26.q.1.
Durandus primo sent. dist.26.q.1.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist.26.q.1.

Quæstio prima.

Circa distin. uigesimam sextam quæritur, utrum personæ constituantur in esse personali per relationes originis.

Quod non. Quia tales relationes differrent specie, & per consequens generatio esset æquiuoca, quod improbatum est, plus enim differunt paternitas, & filiatio, quàm paternitas à paternitate, uel filiatio à filiatione, & ita personæ differunt specie, & per consequens generatio esset æquiuoca, quod improbatum est distin.7.

Contra. Boetius de trinitate: Relatio multiplicat trinitatem, & essentia continet unitatem diuinam, quòd cum persona sit simplex, sicut essentia constituitur, & distinguitur seipsa, & nihil aliud est sibi assignare. & confirmatur, quia idem significat concretum, & abstractum, ergo sicut essentia constituitur in esse tali, & distinguitur ab omni non tali seipsa, & sicut etiam paternitas, ita & persona.

In fine libri sui de trin.

Opinio præpositiui.

Contra.

CONTRA. Persona includit essentiam, & pater & filius habent eandem essentiam numero. ergo non se totis distinguũtur. ergo est ibi assignare cõstitutiuum, & distinctiuum

Item in patre est spiratio, & per spirationem non distinguitur à filio, ergo non se totis distinguuntur.

D. Thomas prima parte sũmæ. q. 40. Art. 2. 5. de tri. ca. 8. 3. de tri. c. 10.

Est ergo communis opinio, quæ dicit quòd personæ constituuntur, & distinguũtur per relationes, & adducunt Augustinum 5. de trin. & Anselmum de processione spiritus sancti & Damasc. & Ricardum 3. de trin. qui omnes uidentur uelle, quòd omne, quod in diuinis ad se dicitur, & est absolutum conuenit tribus, & per consequens id, per quod per se in esse personali constituuntur & distinguuntur, est relatiuum.

Item confirmatur per rationes, primo sic: Absolutum supra absolutum facit compositionem. ergo persona esset composita si constituatur per absolutum cũ per constitutiuũ distinguatẽ ab alia persona, & per essentiam, non, & ita esset aliud ab essentia, de relatione autem non sic, quia ipsa transit ad essentiam & manet ad oppositum, & ita distinguitur ab opposito sine compositione cum essentia, sed absolutum cum de se non respiciat oppositum, sed dicatur ad se, uel non transit, & tunc faciet compositionem, uel si transit omnino transit, & nullo modo manet, & ita non distingueretẽ.

Item una essentia non potest esse in diuersis suppositis absolutis sine sui diuisione, ergo.

Itẽ ex quo pater, est pater, paternitas est in eo, si ergo non constituit esset adueniens, & quasi accidentalis, quod est contra simplicitatem personæ. Dicit ulterius ista positio, quòd non quæcunque relatio etiam realis constituit, sed relationes tantum originis, quia ipsæ sunt primo, quæ primo pullulant in essentia.

CONTRA istã tamen opinionem arguo sic: Relatione aliquid formaliter refertur, sed non ipsamet relatio, quia secundum Augustinũ 7. de Tri. relatiuum est aliquid præter relationem. Nam esse, quod ad esse dicitur est aliquid excepta relatione non etiam refertur essentia, quia ipsa nõ distinguũtur, refertur ergo suppositum, ergo suppositũ est formaliter suppositum præter relationem.

5. met. cap. de eodem, & cõtex. non habẽte commẽtũ.

Item relatio realis præexigit ante se distinctionem realem terminorum & ex hoc probat phylosophus 5. Met. Identitatem non esse relationẽ realẽ, quia non præhabet terminos realiter distinctos. ergo ante relationem supposita diuina sunt realiter distincta. ergo formale constitutiuũ, & distinctiuum principium ipsorum non est relatio.

Item esse suppositi aliquo modo præintelligitur actioni eiusdem suppositi in illo, ergo priori, uel intelligitur suppositum absolutum, & tunc habetur propositum, uel relatiuum, & tunc in illo priori eodem intelligitur filius cum relatiua sint simul naturali intelligentia, ergo filius præintelligitur generationi patris. ergo, uel in illo priori intelligentur esse supposita absoluta, uel constituta per alias relationes, quàm per relationes originis.

Item primæ constitutionis alicuius in aliquo esse uno primo repugnat diuisio opposita illi unitati, in qua primo constituitur. Exemplum: Si rationale primo constituit hominem in esse specifico, primo sibi repugnat diuisio specifica, ergo si spirari primo constituit spiritum sanctum in esse in communicabili primo sibi repugnabit cõicari pluribus. Sed hoc non ur̃, quia non ur̃ ipsa de sui formali ratione magis incommunicabilis quã sua opposita, sed illa communicatur pluribus.

Exemplũ notabile.

Item ab ultimis distinctiuis, uel constitutiuis, non potest abstrahi aliquis conceptus unus, qui dicatur de eis in quid, quia tunc in aliquo conuenirent, & in aliquo differrent, & ita non essent ultima, sed à paternitate, & filiatione abstrahitur cõceptus, qui est relatio, quæ dicitur de eis in quid.

Item constitutiuum suppositi in aliqua natura facit per se unum cum illa natura, sed relatio non uidetur per se posse facere unum cum absoluto.

Item ad hoc adducuntur authoritates, Augustinus enim 7. de Trin. uidetur uelle, ꝙ in diuinis res ad se subsistit.

7. de tri. ca. 4.

Item ad idem adducuntur aliæ rationes, prima talis est: Prima substãtia est maximè substãtia in prædicamentis Arist. ergo quidquid addit supra secundam est substantia, alias non esset maximè substantia, sed addit rationem subsistendi, ergo.

Cap. de substantia.

Item secunda substantia dicit totum esse primæ substantiæ, ergo ratio subsistentiæ, quã addit prima substantia supra secundam, non potest esse relatio.

Et si dicatur contra hoc, quia ista opinio non est consona fidei, cùm saluator in Euangelio semper expressit Trinitatem per nomina relatiua dicẽs: Baptizate in nomine Patris & filii, & spiritus sancti, & Ioan. in sua canonica: Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo pater, uerbum, & spiritus sanctus; Potest dici, quòd hæc opinio non tollit relationes originis à personis, imo potius saluat quàm alia opinio sicut patet ex suis fundamentis & rationibus, secundo dicit quòd relationes non constituunt, nec primo distinguũt, nominat autẽ nobis Saluator Trinitatẽ per nomina relatiua, ut nobis essent magis illa nomina intelligibilia, & ut exprimeret originem personarum.

Matth. ulti. Ioannes c. 5.

Posset autem hæc opinio per textum scripturæ aliqualiter declarari. Nam Prouerb. post multas quæstiones quæsitas de Deo, quærit Salomõ, quod est nomen eius, & quod est nomẽ filii eius, si nosti, sed si secundum suppositum constitueretur in esse suppositali per filiationem propriissimum nomen eius esset filius, & ita quæstio uideretur nulla, quia quæreret de eo, quod uoce exprimeret, cum tamen dicatur 7. Met. ꝙ omnis quæstio quærit aliquid dubii.

Prouerb. c. 30.

7. met. c. ulti.

Hæc positio non uidetur contra fidem, quia non negat origines, & distinctionem relatiuam inter personas diuinas, sed dicit, quòd aliqua alia distinctio est prima, & principalior, quàm illa, cuius tamen contrarium non expressit Saluator, nec alii sancti expresserunt, nec ecclesia expressit, nec in symbolo apostolorum, nec in sym-

D. Thomas prima parte summæ. q. 40 Art. 2. dicit, ꝙ relatio cõstituit nõ ut origo, sed ut proprietas.

bolo Niceno, nec in aliquo Concilio generali. Bene quidem expressit Saluator origines, & relationes inter personas, nec tamen negabit, quòd alia distinctio principalior non sit inter eas. Vnde sicut per generationem communicatur natura diuersis indiuiduis, & illa indiuidua dicuntur distingui per generationem, quasi effectiuè; sed formaliter, & principaliter distinguuntur per alias rationes indiuiduales; ita suo modo in proposito, ergo.

Ioannes de ripa de Marchia primo sen. di. 25. & 26. est huius opinionis. D. Bona. lib. primo di. 32. q. 5.

Qui uellet tenere hanc opinionem posset respondere ad opposita. Ad authoritates posset dici, quòd secundum Ricardum de Sancto Victore dupliciter substantia dicitur ad se. Nam substantia quæ dicit quidditatem dicitur ad se primo modo ut homo, sed substantia, quæ non dicit quidditatē, sed indiuiduum, ut hic homo dicitur ad se secundo modo, non primo.

Substantia dupliciter dicitur.

Ad primam rationem potest dici, quòd minus esset composita persona isto modo, quàm alio, quod patet, quia in creaturis relatio addit supra fundamentum, sicut alias dicetur, & per consequens facit aliqualem compositionem; ratio autem indiuidualis non addit rem supra speciem, & ideo non facit cum ea compositionem; sed cum tu dicis; ergo non distinguit, dico, quòd pro tanto relatio dicitur distinguere inter psonas, quia formaliter non est essentia, & quia hæc ratio, quam pono, non est essentia formaliter, ideo primo distinguit inter personas uere, imo magis quàm relatio, in quantum dicit maiorem entitatem.

Relatio formaliter non est essentia.

Ad secundam potest dicit, quòd sicut tu ponis posse esse eādem essentiam in pluribus suppositis relatiuis suppositaliter, & distinctis, ita ego dico posse esse in proposito. Ratio. n. quare eadē essentia est in tribus, est infinitas eius, sed ita est et infinita tunc sicut nunc.

Ad tertiam potest dici, quòd sicut secundum te spiratio actiua non constituit suppositum, sed est quasi aduentitia, & tamen, non facit compositionē in persona ita esset in proposito, ergo. Qui unlt tenere aliam opinionem. s. secundam in ordine, potest tenere, & respondere ad rationes istius tertiæ opinionis, quæ sunt contra ipsam secundā, prima namque tria argumenta uidetur posse solui per hoc, quòd ipsa relatio diuina est singularis relatio ab alijs relationibus creatis, ita quòd ipsa eadem constituit suppositum in esse suppositi, & refertur ad id, qđ constituit, & est ipsa actio, q̄ nō conuenit in aliqua relatione creata, & ita illa tria argumenta non uidentur habere locū nisi in creatura. Alias rationes non soluit hic Scotus, sed relinquit eas soluendas ei, cui plus placet. Ita secunda opinio, quæ tamen est opinio communis. Authoritates possunt exponi suo modo, cogita tu solutiones, opinionum, & rationum, & expositiones authoritatum, si uis.

Scotus nō soluit alias rationes dimittit soluendas lectori.

Ad principale uero dico, quòd si relationes cōstituant supposita, tunc nō est assignare inter eas differentias specificas, sed erunt primo diuersæ sicūt rationes indiuiduales in creaturis suo modo. & cum dicis, quòd plus differunt. Dico etiam, q Petreitas plua est diuersa, à Bruneleitate huius asini, quàm à materieitate, & tamen non per illas rationes formaliter distinguuntur specie Petrus, & Brunellus, sed per rationale, & irrationale, ergo.

DISTINCTIO XXVII.

CIRCA ISTAM DISTINCTIONEM XXVII. Quæritur de uerbo,

VTRVM VERBVM CREATVM SIT intellectio actualis.

Scotus primo sent. dist. 27. q. 1.
D. Thomas prima parte summæ q. 34. Art. 1.
Durandus primo sent. dist. 26. q. 2.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 27. q. 1.
Ioannes Bacconitanus primo sent. dist. 27. q. 1.

Quæstio prima.

CIrca distinct. Vigesimam septimam Quæritur, Vtrum uerbum creatum sit intellectio actualis.

QVOD nō; Augustinus 8. de Tri. accipit Verbum pro specie intellectuali. 8. de tri. ca. 6.

Præterea Augustinus: Verbū quod foris sonat est signum quod intus latet. 15. de tri. cap. 11. & 25.

CONTRA id est Augustinus 15. de Trin. qui appellat uerbum notitiam, & dicit, quòd est uisio de uisione, & notitia de notitia. 15. de tri. ca. 15. & 27.

RESPONDEO, quod dicit Henricus, quòd simplex notitia causatur tota ab obiecto, & recipitur in intellectu respectu cuius, ipse intellectus est pure passiuus, sed informatus iam notitia simplici recipit uirtutem actiuam. Sed tunc intellectus, ut nudus conuertit se supra se, & suum actum simplicis notitiæ intelligendo se intelligere illa simplici notitia, & intellectus nudus sic cōuersus est sufficiens receptiuum notitiæ declaratiue, quæ est uerbum, quæ tamen creatur ab intellectu non in formato illa simplici notitia, & ita non quælibet notitia est uerbum, sed illa ultima declaratiua. Prima autem uocatur simplex notitia, respectu cuius intectus est purè passiuus secunda est illa conuersiua, quæ etiā nō est uerbum, respectu cuius intellectus nudus est purè actiuus. Tertia est declaratiua, & est uerbum respectu cuius intellectus informatus prima simplici notitia est pure actiuua, & intellectus conuersus receptiuus, & ita uerbū est notitia de notitia; iuxta sententiam Augustini in notitia declaratiua de notitia simplici, & dicit etiam, quòd ista notitia declaratiua producitur ab intellectu informato per unam actionem de genere actionis, quæ uocatur dicere. De ista materia habitum fuit supra, tamen contra eam arguo, & primo sic;

Dist. 2. quæstione de productionibus

Non uidetur bene ratio, quare intellectus nudus potest esse passiuus respectu intellectionis cōuersę cum sit pure passiuus secundum te respectu simplicia notitię.

Item forma imperfectior non uidetur posse

esse principium formæ perfectionis, sicut tu ponis, quòd simplex notitia est principium respectu uerbi.

Item producere uerbum est actus memoriæ secundum Augustinum, ergo non est actus intelligentiæ, sicut tu ponis. Nam intelligentia est simplici notitia intellectus informatus.

15.de tri.cap. 10.uel 24.

Item aut simplex notitia, quæ informat intellectum concurrit ad producendum uerbum, quando est actu, & tunc secundę notitiæ eiusdem obiecti erunt simul in eodem intellectu, quod non concæditur communiter, aut quando non est, quod non est dicendum, quia, quod non est, non potest esse causa entis.

Doctrina metaphonica ipsius Henrici quolib.2.q.6.

Aliter ergo dicitur, quòd uerbum est notitia, sed non omnis notitia, sed declaratiua. Ita quod declaratiuum additur notitiæ, tanquam differentia specifica uerbi.

Contra. Notitia ingenita, quæ est in patre, qua formaliter est beatus, uere est declaratiua, & tamen non est uerbum.

Item etiam dicta positio confirmatur per Augustinum, ubi dicit formata quippe cognitio uerbum meum est; sed formata accipitur ibi pro declaratiua.

9.de trin.cap. ultimo.

Aliter ergo cum dicitur, quòd uerbum est notitia non omnis, sed illa, quæ est terminus inquisitionis, quòd probatur per Augustinum 9. de Trin. ubi dicit, quod uerbum est partum mētis, sed partum idem est, quod repertum, est autem repertū per inquisitionem, ergo.

Contra. Tunc in Deo nō esset uerbum cum non discurrat, & inquirat, nec in Angelo, nec in beatis, quæ omnia uidentur absurda. Dico igitur quòd omnis notitia genita est uerbum, & quia omnis notitia creata est genita; ideo omnis creata notitia est uerbum. Sed tamen dico, quòd non omne uerbum est æque perfectum, sed aliquod magis, aliquod minus. Primum istorum patet per Augustinum 9. de Trin. ubi dicit: omne quod natum est uerbum dicitur animæ impressum. Secundum patet per philosophum primo physicorum, ubi dicit, quòd confusa magis sunt nobis prius nota natura. Vnde prius imprimitur nobis notitia obiecti sub aliquo conceptu communiori, & postea per inquisitionem peruenimus ad cognitionē illius obiecti sub cōceptibus magis distinctis, ergo.

9.de tri.ca.10
1.phys.cōt. 3

9.de tri.c.ult.

Item illud primum confirmatur per Augustinum 9. de Trin. Vbi dicit, quòd ex cognoscente, & cognito pariter notitia, & talis notitia est uerbum, sicut ipse dicit 15. de Trin. uerbum nostrum est notitia de memoria, uel de scientia in memoria, uel de obiecto relucente in scientia.

15.de tri.cap. 10.uel 24.

Sed oritur hic dubium, Vtrum ad perfectionē omnis uerbi concurrat uoluntas ipsa, siue copulans obiectum, siue speciem obiecti cum potentia, secundum quòd uidetur dicere Augustinus in multis locis.

Respondeo, quòd istam quæstionem mouet Augustinus 9. de Trin. & respōdet, quòd non omnis notitia est amata, uel uolita; sed aliqua sic, & aliqua non. Dico igitur, quòd ad nullam notitiam concurrit necessario uoluntas quòd sit pars essentialis, uel quòd sit uoluntas respectu uerbi, aliqua per se causa, sed ad notitiam, quæ est uerbum perfectum, concurrit concommitanter imperando intellectui discursum.

9 de tri.c. 10.

Ad primam autem notitiam, quæ est perfectū uerbum nec sic oportet eam concurrere, quia origine naturæ oportet, quod prima intellectio præcedat primam uolitionem.

Ad primum principale de Augustino dico, quod sicut patet per Augustinū in multis locis de Tri. Verbum est notitia genita, siue producta à memoria, ergo oportet, quòd ita exponatur, quod species non est uerbum formaliter, sed causaliter in quantum est ipsa species pars memoriæ. Aliæ auctoritates Augustini adductæ pro opinionibus possunt exponi suo modo. &c.

15.de tri.cap. 10.uel 24.

DISTINCTIO XXVIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXVIII.

in qua Magister agit de proprietatibus constitutiuis

Quæritur,

VTRVM INGENITVM SIT PROprietas patris.

Seraphicus Bona. primo sent. dist. 28.q.3.
Alexander Alensis 1. par. summa q.69. membr. 3.
Scotus primo sent. dist. 28.q.1.
D.Thomas prima parte summe q.33. Art.4.
Ricardus primo sent. dist. 28.q.2.
Durandus primo sent. dist. 28.q.2.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 28.q.1.

Quæstio prima.

Circa distinct. Vigessimam octauam quæritur primo, Vtrum ingenitum sit proprietas patris.

Magister agit de proprietatibus constitutiuis.

Quod non. Quia quod non conuenit essentiæ formaliter, non est proprietas alicuius personæ, sed essentia formaliter est ingenita. ergo.

Item spiritus sanctus est ingenitus. Item, quia tunc pari ratione inspirabilitas est proprietas patris, & filii, & ita erunt sex notiones.

Contra id est Augustinus ad Horosium. Cap.2.

Iuxta hoc quero, Vtrum innascibilitas cōstituat primum suppositum.

Quod sic per Damascenum libr. primo; Omnia sunt unum in diuinis, præter in generationē, & spirationem. Videtur ergo uelle, quòd sicut spiratio non constituit, nisi unum suppositum, ita generatio non constituat nisi unum. f. filium, & ita relinquitur, quòd ingeneratio constituit patrem.

Libro 1.ca.2.

Contra. Sicut filiatio ad secundum, ita paternitas ad primum.

Respondeo primo ad primam quæstionem, & dico, quòd ingenitum non componitur cum aliquo multipliciter. Nam genitum propriè, & primo dicitur de per se, & Primo & totali termino generationis, & hoc modo solus filius est geni-

3. met. cōt. 27 & 10. met. cō tex. 19. est genitus. Secundo modo & minus proprie genitum dicitur formalis terminus generationis, & isto modo etiam conuenit essentiæ, secundum, quòd Hilarius dicit, quòd nihil est in filio non genitum. Tertio, & improprie, siue communissimè dicitur genitum omne productum productione, quæ præexigit ante se generationem, & isto modo conuenit spiritui sancto. Ingenitum, ergo pro ut incomponitur cum genito dicto primo, & secundo, & tertio modo conuenit soli patri, sicut patet, & isto modo accipitur, ut est proprietas patris.

Opinio D. Bona: 1. sent. dist. 27. q. 2. & dist. 28. q. 1. & dist. 13. q. 4. Sed nunc restat quærere, Vtrum ingenitum sit proprietas in diuinis.

RESPONDEO, quòd ingenitum potest sumi dupliciter uno modo, ut principium, & ut sic dico, quod non est, & ratio est, quia quod est in diuinis, debet pertinere ad dignitatem, & quia nec negatio, nec priuatio de se formaliter pertinet ad dignitatem, ergo ingenitum, ut sic non erit proprietas Patris, uel perfectio. Alio modo potest sumi, ut dicit aliquod positiuum, ideo oportet, quòd ingenitū connotet in patre aliquod positiuum ad dignitatem pertinens, connotat autem, ut dicunt duplicē fœcunditatem s. generandi, & spirandi.

5. de tri. ca. 6. CONTRA id est Augustinus 5. de Trin. quod dicit, quòd si pater nō genuisset, nihil tamē prohiberet eum esse ingenitum.

Item talis fœcunditas fundamentaliter non est nisi essentia formaliter non est nisi generare, & spirare, ergo ingenitum, ut proprietas distincta non dicit aliquod positiuum. Dico ergo, quòd ingenitum non dicit formaliter aliquod positiuum, nec oportet, quòd proprietas personalis dicat formaliter aliquam dignitatem; sed sufficit, quod formaliter nō dicat imperfectionem. Et si posito, quòd dicat dignitatem, nunquam potest dici, quòd sicut posse generari dicit perfectionem, uel dignitatem in filio, ita non habere genitorem dicit dignitatem in patre.

Ex dictis superius in solutione quæstionis patet responsio ad argumenta duo principalia.

Quare in re portatis dist. præsenti quæstione sigalia Ad tertium potest dici, quòd inspiratio nō dicit distinctam notionem, quare cōnectur in innascibilitate. Nam sicut dictum est supra spirare præexigit generare, ergo ingeneratio includit inspirationem, & non econuerso. & si dicas quòd inspiratio uere est in filio, & nō ingeneratio, ergo aliquo modo non sunt idem, sed distinctæ notiones. Post forte concedi, quòd sunt sex notiones. Nā tempore Ambrosii non erāt tot usitatæ notiones, sicut fuerunt postea.

Tunc ad secundam uidetur posse dici, quòd sic. Ratio est, quia diuina essentia intelligitur non cōmunicata actu, sed communicabilis antequam intelligatur actu communicata, & in illo priori intelligitur in aliquo supposito; sed illud suppositū

5. de tri. ca. 6. nō potest intelligi per tunc nisi ingenitum. ergo, & confirmatur per Augustinum, 5. de Trin. ubi dicit quod si pater non genuisset, nihil tamen prohiberet eum esse ingenitum.

Contra primum suppositum est formaliter positiuum, sicut secundum, & tertium. ergo constituitur formaliter in esse suppositi personæ aliquid positiuum, sicut secundum, & tertium. Concessa conclusione huius rationis potest dici ad rationē oppositam, quòd si uera sit opinio, tertia posita in secunda dist. de constitutione personarum in diuinis, ratio non cogit; nec confirmatio Augustini cogit: sicut, totum patet; si uerò tenetur ibi opinio secunda potest dici, quòd in illo priori originis in quo intelligitur essentia non communicata, sed communicabilis, est primum signum naturæ in quo pater coexistit filio, nam in primo signo naturæ est primum, & secundum signum originis, ergo.

Ad principale Damasceni potest dici, quòd nō est simile de generatione, & spiratione, quia spiratio actiua non constituit pro eo, quod iam inuenit constitutum, sed generatio actiua non inuenit constitutum, ergo. &c.

DISTINCTIO XXIX.

CIRCA DISTINCTIONEM XXIX.

Quæritur Vnum scilicet,

VTRUM PRINCIPIUM UNO modo dicatur de principio sumpto personaliter, & Notionaliter, & sumpto etiam essentialiter.

Seraphycus Bona. primo sent. dist. 29. q. 1. Art. 1.
Alexāder Alēsis 1. par. summa q. 70. mēb. 1. Ar. 1.
Scotus primo sent. dist. 29. q. 1.
D. Thomas prima parte summa q. 33. Art. 1.
Ricardus primo sent. dist. 29. q. 1.
Durandus primo sent. dist. 29. q. 1.

Quæstio prima.

Circa dist. Vigesimam nonam quæritur, Vtrum nomen principij conueniat Deo uniformiter.

RESPONDEO, & dico, quòd principium dicitur per respectum ad principiatum. Principiatum uero quoddam est ad extra. s. creatura, respectu cuius Deus dicitur principium essentiale, quia tres personæ sunt simul unum, & idem principium. Aliud est ad intra. s. filii, & spiritus sancti, respectu quorū principiū sumitur notionaliter, Principiū autē primo modo sumptū refertur ad principiatum relatione rationis, ut in sequenti distin. patebit. Sed principium secundo modo sumptum refertur relatione reali, sicut patet, ergo nomē principii non sumitur uniformiter, &c.

DISTINCTIO XXX.

CIRCA DISTINCTIONEM XXX.

Quæro duo, primo, Vtrum De Deo dicatur Aliqua relatio ex tempore.

Seraphycus Bona. primo sent. di. 30. q. 1. Art. 1.
Alexander Alensis 1. par. summa q. 53. memb. 2.

Scotus

Scotus primo sent.dist.30.q.1.
D.Thomas prima parte summa q.13 Art.7.
Ricardus primo sent.dist.30.q.3.
Durandus primo sent.dist.30.q.1.
Franciscus de Mayronis primo sent.dist.30.q.1.
Ioannes Bacconitanus primo sent.dist.30.q.1.

Quæstio prima.

CIrca distinct. Trigesimam quæritur, Vtrum aliqua relatio dicatur de Deo ex tempore.

QVOD non.quidquid.n.de Deo dicitur, æternum est, quia Deus est, ergo non ex tempore.

Item æternum non dicitur de aliquo temporali, nec èconuersò.

5.de tri.c.ul. Contra id est Augustinus 5.de Trin.

Itē relatiua sunt simul natura, sed creatura est creata, & est effectus in tempore, ergo.

SECVNDO QVAERO VTRVM Dei ad creaturam possit esse aliqua relatio realis.

Seraphicus Bona.primo sent.dist.30.q.3.
Alexāder Alēsis 1.par summa q.53.mēb.4.Art.2.
Scotus primo sent.dist.30.q.2.
D.Thomas prima parte summa.q.13 Art.7.
Ricardus primo sent.dist.30.q.4.
Durandus primo sent.dist.30.q.3.
Franciscus de Mayronis primo sent.dist.30.q.2.
Ioannes Bacconitanus primo sent.dist.29.q.1.

Quæstio secunda.

IVxta hoc quæritur, Vtrum Deus referatur ad creaturam relatione reali.

QVOD sic. Creatura.n.est realiter creata, ergo Deus est realiter creator.

Item omnipotentia, & omni scientia distinguūtur in Deo ex natura rei, cum dicant perfectionē simpliciter, sed talia respiciunt creaturam scibilē, & potentialem.

Item relationes fundate super quātitatem sunt
5.met.cō.20 reales secundum philosophum 5. Metaphisices, ergo inęqualitas Dei ad creaturam, quę fundatur super infinitatem, quæ est quantitas uirtualis, est relatio realis; & confirmatur, quia æqualitas, quæ est inter personas fundatur super idem fundamētum, est relatio realis.

Durandus in præsenti distinctione. 5. met. con tex.10. Hēricus quo lib.7. q. 1. & quoli.9.q. 1.

Item relationes de secundo modo fundatæ super actionem, & passionem sunt reales 5. Met. ergo relatio, ut dicitur ad creaturam, ut creator, & ut causa, est realis.

Ad quæstionem dicitur, quòd sicut idem est Deus creaturus pro futuro, & creans pro præsenti, & creator pro præterito; ita eadem relatio, qua refertur, ut creator, creans & creaturus, & quia ab æterno fuit creaturus, ideo nulla noua relatio ex parte est attributa Deo, sed tātū noua appellatio.

CONTRA. Sicut.n.est eadem creatura creanda, quæ creatur, & creata, & quia ab æterno est creāda, & creabilis, sequitur ꝙ nulla noua relatio est in creatura, sed refertur relatione ęterna, quod est absurdum.

Hēricus quo lib.8.q.4.

Aliter dicitur, quòd Deus non refertur ad creaturam, nisi quia creatura refertur ad Deum, & ideo relatio, qua Deus refertur ad creaturam, non est in eo, sed in creatura, & per consequens nihil ex tempore dicitur de Deo, quod sit in eo.

CONTRA. Relatio non est sine fundamento, sed si Deus refertur ad creaturam, fundamentum est in Deo.

Item relationes causæ ad causatū sunt oppositæ, ergo non sunt in eodem.ergo.

Relatio qua refertur creatura ad Deū est relatio realis

Dico igitur, quòd relatio, qua creatura refertur ad Deum est relatio realis noua, sed nō oportet, quòd habeat relationem mutuam realem in aliquo termino nec nouam, nec antiquam: quia relationes tertii modi, cuiusmodi sunt relationes mensurati ad mensuram non sunt realiter mutuę, sicut patet de scientia, & scibili. Refertur namque sciētia ad scibile relatione reali, sed scibile ad sciētiam solum relatione rationis. Ita igitur Dei ad creaturam sicut ad mensuratum est relatio rationis creata ab intellectu diuino non in tempore quia esset ibi in mutatio, sed ab æterno; nec est hoc in cōueniens, quia etiam scibile prius est, quā sciatur. Vnde relatio rationis potest præcedere relationem realem sibi oppositam, sed relatio realis non, ergo. Non autem potest intellectus creatus causare aliquam relationem, rationis, quæ sit in Deo, sicut patet; sed bene de nouo appellat, uel refertur.

Ricardus distin. pręsenti q.4. tenet qđ dei ad creaturam est relatio rationis, & ita concordat cum Anton. Andrea, & cum Bassolo.

Nota tamen diligenter, quòd bene in Deo est relatio rationis creata ab intellectu diuino ab æterno; in qua.s.intellectus eius comparabat ipsum Deum ad creaturam possibilē causari ab eo pro tali puncto temporis, quæ quidem relatio, in quo fundatur, & qualiter ista, patebit in quæstione de Ideis, sed illa talis relatio, in qua fundatur ille respectus, quo realiter creatura refertur ad Deum, quia ut dictum est, relationes de tertio modo nō hoc requirunt, sed possunt terminari in mediate ad absolutum, sed tamen dico, ꝙ intellectus creatus causat de nouo relationem rationis, quæ quidē formaliter est in ipso intellectu, quo refertur Deus ad creaturā de nouo & ex tempore, ut Dominus, uel Creator, & huiusmodi. Et ita patet, ꝙ nulla nouitas, uel mutatio est ex parte Dei, sed tātū ex parte creaturæ, & ꝑ hoc patet resp. ad dicta Augustini 5.de Trin. & quòd aliquid possit denominari per id, quod formaliter non est in ipso, patet in exemplo. Dicitur.n.opus humanum nō per humanitatem in tali opere existentem formaliter ex dictis possunt patere aliæ opiniones, & argumenta principalia ex utraque parte. 5.de tri.c.ult.

Tunc ad secundam quęstionem Dicitur, quòd Deus potest referri ad creaturas relatione reali, non quidem in eo formaliter existēte, sed in creatura: Nam sicut dictum est, quòd Deus potest referri ad creaturas relatione rationis noua existente in creatura; Ita uidetur posse dici de relatione reali. Ista autem opinio insurrexit post tempora

Scoti,

Nulla est relatio realis in deo ad creaturam, quia relatio realis coexigit existentiam secundum Scotum.

Scoti, & est unius Magistri scotistę, ut dicitur. Scotus uero dicit ad istam quæstionem secundam, quod nulla realis relatio est in Deo ad creaturam, cuius ratio est, quia relatio realis coexigit existentiam sui correlatiui, & ista aliquid esset in Deo, quod non esset ex se necesse esse, ex quo exigeret existentiam creaturæ,

TVNC ad primum in oppositum dico, quod prius dependet effectus à causa, quàm è conuerso; & ita creatura ita est realiter creatura, quòd realiter dependet; sed creator est realiter creator realitate absoluta, ergo.

Ad secundum dico, quòd de omnipotentia, & omni scientia responsio patebit inferius in specialibus quæstionibus de eis.

Ad tertium dico, quòd ad relationem realem non sufficit realitas fundamenti, nisi sit ibi etiam realis ordo, & quia æqualitas creaturæ ad creaturam est realis ordo æqualitatis, ideo est realis relatio ibi, & quia etiã inter personas diuinas est realis ordo æqualitatis, ideo est realis relatio ibi. sed quia Dei ad creaturam non est realis ordo, ideo, & cætera.

Ad quartum patet ex dictis in quæstione, quod relationes de tertio modo non necessario sunt mutuæ. &c.

DISTINCTIO XXXI.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXI, quæro unum, Vtrum identitas, similitudo, & æqualitas sint relationes reales in Deo.

Seraphicus Bona. 1. sent. dist. 31. q. 2.
Alexãder Alēsis 1. par. summa q. 54. mēb. 1. Art. 1.
Scotus primo sent. dist. 31. q. 1.
D. Thomas prima parte summa q. 42. Art. 1.
Ricardus primo sent. dist. 31. q. 2.
Durandus primo sent. dist. 31. q. 1.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 31. q. 1.
Joannes Bacconitanus primo sent. dist. 31. q. 1.

Quæstio prima.

Aequalitas diffinitur ab Ari. 10. met. 20. & 21. tex. ribus.

CIrca distinct. Trigesimam primam quæritur, Vtrũ æqualitas, similitudo, & identitas sint relationes reales in Deo. Videtur posse dici, quod sic. Nam tria uidentur sufficere ad hoc, quod relatio sit realis.

Primum, quòd fundamentum sit reale, & terminus realis. Secundum, quod extrema sint realiter distincta. Tertium, quod talis relatio consurgat inter extrema ex natura fundamenti absque comparatione alicuius potentiæ, hoc ad illud, Sed ita hic uidetur in proposito: Nam fundamentum æqualitatis proximum est quantitas uirtualis, s. infinitas, quæ uera res est, & terminus formæ, sicut patet. Extrema etiam sunt realiter distincta. s. ipsæ personæ: Vna, n. persona nõ est sibi æqualis secundum Hilarium 3. de trin. & secundum Augustinum 6. de trin. Vbi dicit, quòd æqualitas est in filio, sed si pater posset sibi esse ęqualis, prima ęqualitas esset in eo, tertium etiam concurrit hic, quia circumscripta hic omni operatione intellectus, personæ ex se essent æquales. Idem iudicium est de similitudine, cuius fundamentum est aliqua pfectio attributalis. Et idem iudicium est de Identitate, qua. s. una persona est idem sibi sicut patet, sed quia, ut alias dictum est, infinitas non est attributum, sed gradus intrinsecus essentiæ, & cuiuslibet attributi sicut patet, Ideo uidetur esse dicendum, quòd æqualitas non est distincta relatio ab identitate, & similitudine; Sed est earum gradus perfectionalis quasi. Nam si minus de essentia, & scientia, per impossibile, esset in una psona, quàm in alia, adhuc essent idem, & similes, sed nõ æquales. Vnde sicut fundamentum istius est intrinsecus essentiæ perfectionalis gradus illarum, ita &c.

Quid sit fundamentum ęqualitatis.

3. de tri.
6. de tri. ca. 9.

Infinitas est modus intrinsecus, uide Scotum in 8. dist. primi. q. 3. & 5. q. quolib.

Sed uidetur dubium, cum perfectiones attributales sint infinitæ, & ita aliquid eiusdem rationis multiplicatur in diuinis.

Item cum idem fundamentum numero sit in omnibus personis, nõ uidetur, quòd possint tales relationes esse reales.

Ad primum potest dici quòd quot sunt attributa, tot sunt similitudines; sed sicut omnia sunt una res, ita omnes similitudines & omnes æqualitates sunt una res.

Ad secundum potest dici, quòd illud non impedit. nam uerius, & perfectius essent similes Petrus, & Martinus, si haberent unam numero albedinem, quam modo &c.

DISTINCTIO XXXII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXII. Quæro, duo, primo.

VTRVM PATER ET FILIVS DI- diligant se spiritu sancto.

Seraphicus Bona. primo sent. dist. 32. q. 1. Art. 1.
Alexãder Alēsis 1. par. summa q. 67. mēb. 3. Art. 3.
Scotus primo sent. dist. 32. q. 1.
D. Thomas prima parte summa q. 37. Art. 2.
Ricardus primo sent. dist. 32. q. 1.
Durandus primo sent. dist. 32. q. 1.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 32. q. 3.

Quæstio prima.

CIRCA distin. Trigesimam secundam quæritur, utrum pater, & filius diligant se in secundo signo originis, in quo spiritus sanctus nondum intelligitur spiratus.

D. Bona. asserit ista tria, se habere p ordinem Amor dilectio, & charitas.
6. de tri. c. 5.

CONTRA. Augustinus 6. libro de Trini. Spiritus sanctus est, quo genitus à generante diligitur, genitoremque suum diligit.

Respondeo, & dico, quòd amor productus in nobis habet relationem realem ad producentem, & ita est mutua pertinens ad secundum modum, & habet aliam relationem ad obiectum amatum, sicut mensurati ad mensuram. & ista est tertii modi,

modi, & non est mutua. Et ita dico, quòd spiritus sanctus, qui dicitur amor productus, habet realem relationem mutuam ad producentem, & habet quasi relationem rationis non mutuam ad obiectum amatum.

Qualibet persona diligit se amore essentiali. Tunc ad propositum dico, quòd licet quælibet persona diligat se amore essentiali eodem numero; tamen potest dici, quòd pater, & filius diligunt se mutuò spiritu sancto, pro quanto per modum amoris producti, qui est amor adæquatus, & productus, qui habet relationē rationis ad ipsum amatum, ut dictum est. &c.

Secundo Quæro,

VTRVM PATER SIT SAPIENS sapientia genita.

Seraphicus Bona. primo senten. distinct. 32. q. 1. Articu. 2.
Alexāder Alēsis 1. par. summa q. 67. Art. 2.
Scotus primo sent. dist. 32. q. 2.
D. Thomas prima parte summa q. 39. Art. 7.
Ricardus primo sent. dist. 32. q. 1.
Durandus primo sent. dist. 32. q. 2.
Ioannes Bacconitanus primo sent. dist. 32. q. 1.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 32. q. 4.

Quæstio secunda.

SEcvndo quæritur, Vtrum Pater sit sapiens sapientia genita.

Dico, quòd in nobis licet species sit para memoriæ loco obiecti, Obiectum tamen non declaratur in specie, sed latet in specie, & declaratur in actu.

Tvnc dico, quòd notitia producta à memoria habet realem relationem ad producens, & est relatio mutua secundi modi: habet etiam relationem ad obiectum, quod declarat, sicut declarati ad declaratum, & ista pertinet ad tertium modum, & non est mutua.

His præmissis ad propositum dico, quòd dicere propriè nominat illam actionem, per quam producitur uerbum sine notitia genita, quæ quidem in nobis est de genere actionis, & in Deo est relatio, & hoc modo accipiendo; Pater non dicit uerbum; sed dicit Verbo, & hoc modo loquitur Augustinus 7. de Trin. Et hoc modo solus Pater dicit, quia dicere hoc modo est actus memoriæ. Alio modo dicere minus propriè potest nominare illam habitudinem, quæ est actus ad obiectum, quę declaratur in actu, & tunc si nominat eam formaliter, potest dici, quòd Verbum dicit se ipsum, declarat obiectum, quod latet in memoria, & hoc modo loquitur Augustinus 15. de Trin.

7. de trin. ca. 1. & 2. solus pater dicit, uide Ricardum. 6. de tri. c. 2.

15. de tri. ca. 14.

Tvnc ad principale propositum dico; sicut secundum Hilarium quidquid est in filio est genitum; ita quidquid est in patre est ingenitum. & cum pater ex se formaliter habeat quidquid dicit perfectionem simpliciter, cuiusmodi est sapientia; Ideo sequitur, quòd pater est sapiens formaliter sapientia ingenita: & sapientia genita. &c.

DISTINCTIO XXXIII. ET XXXIIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXIII. & XXXIIII. Quæritur, Vtrum proprietas relatiua sit idem cum persona. & secundo Vtrum sit idem cum essentia. sed ad istas tres quæstiones responsum fuit dist. secunda. hinc transeo. require ibi.

CIrca distinct. Trigesimam tertiam, & quartam quæritur, Vtrum proprietas relatiua sit idem cum persona. Et secundo, utrum sit idem cum essentia. Sed ad istas tres quæstiones responsum fuit distinct. secunda, hinc require ibi. &c.

Quære in reportatis has quæstiones ad plenum.

DISTINCTIO XXXV.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXV. quæro unum, utrum in Deo sint relationes æternæ ad omnia scibilia, ut quidditatiue cognita

Scotus primo sent. dist. 35. q. 1.
D. Thomas prima parte summa q. 15. Art. 2.

Quæstio prima.

CIrca distinct. Trigesimam quintam quæritur, Vtrum in Deo sint relationes æternæ intellectus, uel intellectionis suæ ad omnia intelligibilia, quæ ab æterno intelligit.

Qvod sic, per Augustinum uidetur 83. q. 83. q. q. 46.

Item Deus ab æterno intelligit omnia intelligibilia distinctè, ergo per distinctas rationes, sed non per rationes absolutas distinctas, ergo per relatiuas.

Contra: Prius Deus intelligit oē intelligibile, quàm intelligat se intelligere. quia actus reflexus præsupponit actum rectum, ergo, si intellectio Dei ad creaturam intelligibilem, uel intellectam sit relatio, non esset relatio rationis facta ab intellectu comparante intellectionem ad intelligibile; sed esset ex natura rei, & per consequens aliqua realis esset Dei ad creaturam secundum esse intellectiuum creaturæ, cuius tamen contrarium dictum est.

Respondeo, & dico, quòd cum Deus unico intellectu intelligat omnia intelligibilia ab æterno per suam essentiam omnia repræsentantem, oportet, quòd ipsius essentiæ, quæ est ratio repræsentandi, sit aliqua relatio ad repræsentatum, per quam scilicet determinetur ad ipsum repræsentatum, & per consequens alia, & alia relatione determinetur essentia ad aliud, & aliud repræsentatum, & ita ab æterno sunt in Deo tales relationes, quæ dicuntur Ideæ, quæ quidem realiter

Distinctione 30. q. 1. Vide D. Thomam prima parte summæ q. 15. Ar. 2. & & Goffredū. Plures Ideæ sunt in intellectu Dei obiectiuè, unica tātum est formaliter.

realiter omnes sunt una essentia, sed per aliam, & aliam relationem ad aliud, & ad aliud determinatam.

CONTRA. Deus prius intelligit essentiam suam, ut præsentatiuam omnium intelligibilium, quàm intelligat omnia intelligibilia, ergo non poterit intellectus diuinus intelligere essentiam, ut repræsentatiuam omnium, siue sic quasi plurificetur per illas relationes eam determinantes, nisi ipse intellectus, uel essentia, ut primum obiectum eius, determinetur ad ipsam, ut sic plurificatam. Siue non determinetur ad illas plures relationes, quę sunt rationes determinatiuæ; & sic esset processus in infinitum, sicut patet.

Dist. 30. q. 1. Relationes tertii modi non sunt mutuæ.

DICO igitur, sicut dictum est, relationes tertii modi non sunt mutuæ, sed immediatè possunt determinari ad obiectum in alio extremo, & quia creatura secundum esse cognitum refertur ad diuinam essentiam, quæ est repręsentatiua omnium secundum mensuratum ad mensuram, quæ est relatio tertii modi. Ideo dico, quòd Deus immediatè per suam essentiam absolutè sine aliqua relatione determinante, intelligit omnia intelligibilia. Potest autem fortè assignari talis ordo, quòd in primo signo æternitatis Deus intelligit perfectissime suam essentiam, tanquam primum cognitum, & primum adęquatum obiectum. In secundo signo producit creaturas in esse intelligibili, hoc est intelligit omnia intelligibilia, quæ perfectissimè repręsentantur per essentiam. In tertio signo comparat intellectionem suam ad omnia intelligibilia, quæ intelligit, & tunc causat relationem rationis ipsius intellectionis ad omnia intelligibilia. sed in secundo erat relatio ipsorum intelligibilium ad ipsam intellectionem, tanquam mensurati ad mensuram; quia scientia Dei est causa, & mensura rerum, & non èconuerso; & non erat relatio ipsius intellectionis ad ipsa intelligibilia, quia, ut dictum est, talis relatio tertii modi non est mutua; & ita patet, quòd nulla relatio necessariò præcedit in Deo intellectionem creaturarum. In quarto signo ipse intellectus diuinus intelligit se intelligere, & intelligit illam relationem rationis, quam causauit in tertio signo, & illas res intelligibiles causatas in esse intelligibili. In secundo signo appellat Ideas. & ita patet, quòd Idea non est ratio intelligendi, sed est res intellecta; non enim relationes secundum illas res intellectas appellat ideas, sed non potest aliqua relatione necessariò præcedere illam intellectionem, quæ est in secundo signo.

Scientia Dei est causa, & mensura rerũ.

Idea non est ratio intelligendi, sed res intellecta.

Ad aliud, scilicet ad secundum dico, quòd sicut una potentia intelligendi limitata ad unum intelligibile immediata sine alia determinatione, quæ sit relatio, sed solum per se ipsam determinatur ad illud intelligibile; ita diuina essentia ad omnia intelligibilia, ad quæ est indeterminata. & cætera.

DISTINCTIO XXXVI.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXVI quæro Vnum, Vtrum creatura in quantum est fundamentum relationis ęternæ ad Deum, ut cognoscentem habeat uerè esse essentiæ ex hoc quod sub tali respectu.

Seraphycus Bona. primo senten. distinct. 36. q. 1. Artic. 1.
Scotus primo sent. dist. 36. q. 1.
Ricardus primo sent. dist. 35. q. 4.
Durandus primo sent. dist. 36. q. 2.

Quæstio prima.

CIrca distinctionem trigesimam sextam quæritur, Vtrum res habuerint aliquod esse, quod non fuerit nihil ab æterno.

QVOD SIC. Quia Deus ab æterno intellexit eas distinctè, & ut distinctas à sua essentia. Sed certum est, quòd tunc non intellexit nihil, ergo aliquid, sed non secundum esse existentiæ, ergo essentiæ.

CONTRA id est Magister in litera huius distinct. exponens authoritatem Augustini super Genesim. Cap. 1.

Cap. 5. super Genesim.

RESPONDEO, & Dico, quod sic. Ratio est prima illa, quæ facta est ad principale.

Item si purum potentiale cuiusmodi est res factibilis antequam fiat est nihil, cum et purum potentiale sit nihil, sequitur, quòd unum nihil est minus alio, quod uidetur ualde inconueniens: Nam purum potentiale est propriè ens, quam impossibile, & ita in nullo erunt gradus.

CONTRA, & primo, quia tunc creatio non esset de nihilo, sicut patet.

Item anihilatio esset nihil.

Item secundum istum Doctorem esse existentiæ non addit supra esse essentiæ, nisi respectum ad efficientem, sequitur, quòd creator non esset ad esse simpliciter & esse absolutum, sed ad esse secundum quid, & respectiuum, & sic dicitur minus, quàm generatio, & uno modo magis, quàm alteratio, sicut patet.

Henricus in sua summa, Art. 2. q. 25. & 15. & quolib. 8. q. 9. & quolib. 9. q. 1 & 2. & quolib. 11. q. 3.

Item uel idem esse esset improductum, & tunc esset necesse esse & Deus: uel esset productum, & tunc aliquid esset causatum ab æterno, cuius contrarium potest demonstrari.

Item uel Deus producit res in esse existentię, ut intelligens, & tunc pari ratione dicendum est, quòd esse existentiæ fuit æternum, ex quo ab æterno intellectum, uel non, ut intelligens, & tunc produceret non contingenter, sed de necessitate naturæ, sicut ignis calliditatem, quod est falsissimum.

DICO igitur secundum Augustinum 5. super Gen. quòd Deus non aliter cognoscit res factas, quàm fiendas, ergo sequitur, quòd ab ęterno cognoscit res secundum esse essentiæ, & existentiæ, Super Gene cad. 7.

& totale

& totale;& tamen nullus Theologus ex hoc ponit res habere esse existentiæ ab æterno,ergo nec est ponendum eas habere esse essentiæ ab æterno in mente diuina secundum,quòd esse producitur in secundo signo æternitatis, & est idea secundum, quod dictum est in præcedenti distinct. est esse diminutum.

Dubium. SED hic est duplex dubium,primum quia cum illud esse fundet relationem ad intellectionem, ut ad eius mensuram,ut dictum est, & secundum tale esse producatur in secundo signo, ut ibidem dictum est, & relatio non producatur nisi in aliquo absoluto,etiam relatio rationis, sequitur, quod illud non est esse diminutum, sed est aliquod esse absolutum. (In distinctione 35.q. unica.)

Secundum dubium, quia peto, Utrum sit aliquid illud esse,uel nihil,& ita deueniam,quòd uel aliquid non Deus,esset æternum, & tunc eædem difficultates erunt contra hoc,quæ motæ sunt cōtra primam opinionem,uel noluit uerū, quod dictum est in præcedenti distinct.

RESPONDEO ad primum istorum, & dico, quod illa productio in illo secundo signo est alterius rationis ab omni productione reali, tam secundum esse simpliciter, quàm secundum esse secundum quid;& tamen dico, quod non producitur sola illa relatio,sed fundamentum,& secundum esse absolutum,non tamen reale,sed diminutum.

Ad secundum dico,quòd illud esse,in se & realiter non est aliud,quàm ipsa diuina essentia in secūdo signo intellecta ab intellectu diuino,in quo signo repræsentat sibi perfectissimè,&distinctissimè esse repræsentabile.non potest ergo inferri,ergo ipsa essentia est esse diminutum : sed ipse lapis in secūdo signo hēt in esse,esse diminutum. Intellectio autem ipsius Dei realis est, & terminatur semper ad essentiam, sed prout essentia terminat eam in primo signo,& ipsa essentia dicitur intellecta prout terminat eam in secundo signo,ipse lapis dicitur intellectus.Exemplum:Esto,quòd Petrus,& species eius,quæ est formaliter in me,anihilatur, tamen manet eius imago depicta,tunc in imagine ego intelligam Petrum, & nō intelligam nihil, & patebit ibi esse cognitum, & tamen uerè Petrus erit nihil,sicut si non esset imago. Per hoc patet respōsio ad principale. (Intellectio Dei est realis & terminatur sēper ad essentiam. Pulchrū exēplum.)

Ad primum pro opinione prima patet responsio.

Per idem ad secundum dico, quòd negatio potest inesse alicui subiecto dupliciter, uel propter carentiam puram eius, quod negatur uel propter insistentiam sui oppositi. Exemplum : Si superficies neutra est non alba, & superficies magna est non alba, & utraque simplex non alba, nec una propositio est magis uera, quàm altera, & tamen magis difficulter tollitur ab illo subiecto ista negatio secunda,quàm prima; Ita est in proposito suo modo, quòd purum possibile hic acceptum est simpliciter nihil, & purum impossibile similiter nec unum magis altero, licet unum possit fieri ens, reliquum non, & cætera. (Negatio pōt inesse alicui subiecto dupliciter. Exemplum.)

DISTINCTIO XXXVII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXXVII. quæro Vnum Vtrum Deum esse præsentem ubique secundum potentiam, inferat ipsum esse ubique secundum essentiam, hoc est,Vtrum omnipotentia inferat immensitatem.

Seraphicus Bona.primo sent.dist.37.q.2.Art.1.
Alexāder Alēsis 1.par. summæ q.9.mēb.2.& 3.
Scotus primo sent.dist.37.q.1.
D.Thomas prima parte summæ q.8.Art.3.
Ricardus primo sent.dist.37.q.1.
Durandus primo sent.dist.37.q.2.
Franciscus de Mayronis primo sent.dist.37.q.1.

Quæstio prima.

CIrca distinct. Trigesimam septimam quæritur, Vtrum omnipotentia Dei necessario inferat eius immensitatem, hoc est, Vtrum suum posse agere arguat eum necessariò esse ubique.

QVOD sic.Agens est præsens passo, uel mediate uel immediate.7.phy. (7.phys. contex. 4.& inde.)

CONTRA. Deus potest causare aliquid extra uniuersum,ubi non est præsens per essentiam, & ita fecit in prima creatione mundi.ergo.

RESPONDEO, quòd agens creatum est propinquum passo mediatè,uel immediatè, tamen quandoque mediatè, quandoque non secundum eandem rationem agit in medio, & in extremo, & quandoque non secundum eandem potentiam. Exemplum primi : Piscis in rete mortificat manum piscatoris, & non mortificat rete. Exemplum secundi: Corpus cœleste generat aurum in uisceribus terræ,& tamen nihil generat in medio,sed tamen alterat,& ita in medio agit secundum potentiam accidentalem, & in extremo secundum potentiam formæ substantialis,quia non substantia non generat substantiam, ratio autem huius ordinis est uel colligentia potentiarum accidentalium,uel imperfectio agentis non potentis facere secundum formam perfectiorem, nisi primo agat secundum formam imperfectiorem, uel utrumque. Cum ergo Deus sit omnipotens, & sua uirtus sit sua essentia,& sit perfectissima,ui detur esse dicendum,quòd si Deus per impossibile non esset ubique,per suam tamen potentiam posset agere ubique. Et confirmatur, quia suum agere,est suum uelle.Velle autē nō uidetur magis respicere propinquum,quàm remotum. (Pulchrū exēplum. Doctrina peripatetica. Agere Dei ē secum uelle.)

Ad rationem in oppositum dico, quòd uerum est de agente creato.&c.

DISTINCTIO XXXVIII. & XXXIX.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXVIII. & XXXIX. quæritur primo utrū Deus habeat determinatā notitiam oīum quantū ad omnes cōditiones rerum necessarias,& cōtingentes.

In secunda parte Distinctionis de infallibilitate scientiæ diuinæ, & distinctione 39. tractat de immutabilitate scientiæ diuinæ. Quantum igitur ad istam materiam quæruntur quinque.

Seraphicus Bona. primo sent. dist. 35. & 39. q. finali Arti. 2.
Alexãder Alẽsis 1. par. summa q. 23. mẽb. 3. Art. 4.
Scotus primo sent. dist. 38. & 39.
D. Thomas prima parte summa. q. 14. Art. 9. & 13, & 1. contra gentiles. cap. 66.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 38. & 39.

Quæstio prima,

CIRCA dist. Trigesimam octauam, & nonã quęritur primo, Vtrum Deus habeat determinatam notitiam omnium, quantum ad omnes conditiones rerum necessarias, & contingentes.

Secundo, Vtrum habeat certam & infallibilẽ,

Tertio, Vtrum habeat immutabilem, & inuariabilem.

Quarto, Vtrum sciat necessariò, uel contingẽter omnia, quæ scit.

Quinto, Vtrũ cum infallibilitate suæ notitiæ stet contingentia aliqua ex parte rerum:

Istæ quinque quæstiones quærũtur simul, quia eandem habent solutionem.

Primo perhyerm. c. ult.

CONTRA PRIMAM quæstionẽ arguitur, quòd non, quia secundum phylosophum primo perhyerm. in futuris contingentibus non est determinata ueritas, quia si esset, iam non oporteret consiliari, & negotiari, & ita uidetur posse argui in proposito, sicut patet.

Contra secundam etiam quæstionẽ arguitur, quòd non sequitur: Deus nouit me cras ambulaturum, & non ambulabo cras, ergo nouit falsum, & ita à simili, uti uero Deus nouit me cras ambulaturum, & cras possum nõ ambulare, ergo sua notitia potest esse falsa. ergo.

CONTRA tertiam etiã arguitur, ꝙ non. Iã nõ esset transitus à contradictorio in contradictorium sine mutatione, sed cras possum sedere, & possum non sedere, & tunc Deus sciet me non sedere, ergo suum scire potest transire de co tradictorio in contradictorium.

Contra quartam etiã arguitur, quòd sic: Quicquid in Deo est ex se est necesse esse, ergo quicquid scit, necessariò scit, & non contingenter,

Contra quintam arguitur, quòd nõ, quia scire Dei est infallibile, q̃dquid scit debere euenire necessariò eueniet, ergo non contingenter.

Pasiones cõuertibiles cũ ente non possunt demonstrari de ente.

CIRCA solutiones istarum quæstionum primo uidendum est, quomodo contingentia sint in rebus uel in entibus. Vbi sciendũ est, quòd passiones conuertibiles cum ente non possunt demonstrari de ente, quia cum tam ens, quàm passio cõuertibilis cum ente habeat cõceptum simpliciter simplicem, nõ potest accipi diffinitio, quę sit medium ad demonstrandum hoc de illo, si etiam sint passiones sub ordinatę, nõ potest per primam demonstrari: Secundò, quia ordo passionum entis, non potest facilè sciri: si uerò sit passio disiuncta tota simul non potest demõstrari de ente propter dictam rationem. potest tamen necessariò concludi in esse membrum nobilius per membrum ignobilius. sequitur. n. ens finitum. Est ergo & aliquid infinitum ens, à quo illud dependet necessariò, & similiter sequitur aliquod ens est possibile. ergo aliquod ens est necesse esse: sed nõ sequitur èconuerso, sicut patet; & ideo phylosophus probauit contingentiam, & possibilitatem in entibus deducens ad inconuenientia, quædam, ut primo Perhier. cap. ultimo, & primo Top. cap. 9. est ergo in talibus recurrendum ad modum Auicen. 1. Met. Vbi dicit, ꝙ negãtis prima principia sunt uerberandi, & exponendi igni, donec cõfiteantur nõ esse idem uerberari, & non uerberari, comburi, & non comburi. Ita agitur in proposito asserentes omnia necesse euenire, & nihil cõtingenter, sunt exponendi tortoribus, donec cõfiteantur esse possibile, eos non torqueri, ergo.

Ant. Andr. in 1. met. ponit ordinẽ inter pasiones. hic uero non se determinat. Tartaretus uero 1. met. a notabili dicit ꝙ talis ordo pasionũ, non uidetur esse probabilis, sed distingue de caus. & eff. in primo dist. 27. & 2. dist 1. q. 1. & 7. quolib. 2. met. c. ult.

Qũo uolũtas creata dicatur libera.

Secundo est uidendum, quomodo libertas est in uoluntate. Vbi sciendum est, ꝙ uolũtas creata dicitur libera. s. ut productiua, & ut operatiua, ut operatiua per comparationem ad obiectum eo, ꝙ habẽs eam potest liberè operari circa obiecta opposita, uel circa idem opposito modo uolẽdo, & non uolendo & ista libertas dicit perfectionẽ sine omni imperfectione, ut productiua dicitur libera per operationem, quia potest producere circa idem obiectum oppositos actus, oppositos tamen conditione, quorum alter est forte purè negantis, & ista libertas includit duplicem imperfectionem, s. limitationem in actu, & potentiam passiuam in potestate. Nam pro tanto oportet, ꝙ eliciat oppositos, quia nõ potest elicere unum actũ illimitatum ad uelle opposita obiecta. Similiter etiam ex quo est actus productus, cũ non trãseat extra potentiam, oportet, ꝙ potentia sit quodammodo in potentia pura, respectu ipsius.

Prima ergo libertas. s. illa, quæ non dicit imperfectionem est in uoluntate diuina, alia non; quia cum eius actus sit infinitus, est illimitatus ad omnia uolibilia, & omnes modos uolendi, & nolẽdi, qui non includunt imperfectionem. Similiter cũ idem sit, ꝙ essentia, non recipitur impossibile formaliter sicut in subiecto. per unicum ergo actum infinitum potest Dei uoluntas uelle, & non uelle, uel nolle omnia, sicut sibi placet.

Tunc ad tres primas quæstiones dico simul, quòd sic.

Respondeo, ꝙ intellectus diuinus habet pro primo, & adæquato obiecto essentiam diuinam, quæ quidẽ in primo signo est intellecta perfectissimè, in secundo signo repręsentat intellectui perfectissimè omnia repręsentabilia facta, & fienda & possibilia fieri cum omnibus circunstantiis eorum, & modis, & conditionibus. Nam formaliter ipsa est infinita omnia perfectissimè, & eminenter continens, & ideo in illo secundo signo intellectus diuinus, cuius intel-

Diuina essentia est infinita, ex se, a & per se.

ligere

ligere est eminenter, quia æternitati omnia sunt præsentia, omnia, ut præsentia perfectissimè intuetur. Scit ergo in illo secundo signo omnia, obiectum, circunstantias, & modos, & conditiones, determinatè, certissimè, & infallibiliter; & inuariabiliter, quia, ut dictum est, omnia intuetur, ut præsentia sibi, licet uideat illa præsentia sibi, esse aliqua futura nobis.

Intellectus diuinus omnia uidet, ut præsentia sibi.

Ad rationem contra primam quæstionem patet, quòd sibi non sunt futura cōtingentia, & ideo non oportet consilium, nec negociari, sed nobis sic, quia sunt futura nobis contingentia, & ideo de eis non habemus determinatam ueritatem.

Ad rationem contra secundam quæstionem, dico, quòd Deus ab æterno sciuit me ambulare posse cras, & posse non ambulare, & sciuit, quā partem habeam contingenter eligere, & non necessariò, & sciuit quam partem contingenter debeam dimittere, & sciuit modū, & omnia, & ideo in nullo potest decipi, nec falli.

Ad rationem contra tertiam quæstionem, dico, quòd ibi nullus est transitus de contradictorio in contradictorium scilicet de intellectu diuino, sed semper scit omnia sicut sunt, & euenient; & scit, quæ contingenter euenient, posse non euenire, cum sciat determinatam partem, quæ contingenter eueniet, & ita nulla potest esse mutatio in sua scientia.

Tunc ad quartam quæstionem, & ad quintam simul dico, quòd licet intellectus diuinus, quantum ad actum intelligendi, qui præcedit omne uelle, omnia intelligat de necessitate naturæ siue naturali necessitate, cum intellectus sit potentia merè naturalis; tamen cum hoc stat contingentia tam ex parte uoluntatis diuinæ, quæ contingēter uult, quæ uult; tam ex parte rerum, quæ contingenter eueniunt, quas diuina uoluntas uult contingenter euenire. Nam in illo priori diuinus intellectus ostendit uoluntati uel terminos incomplexos, puta lapidem esse, & hoc instans temporis, quod uocetur, a, & tunc diuina uoluntas liberè, & contingenter acceptat hos terminos scilicet lapidem, & esse, completum in hoc instanti, a, uel fortè ostendit sibi copulationes terminorum, tamen neutras, & tunc diuina uoluntas acceptat contingenter, quæ uult acceptare; & sicut uult, & quia acceptat, quòd contingentia contingenter, & necessaria necessariò euenient, ideo non absolute, infallibilitate diuinæ scientiæ, & intellectione naturali diuini intellectus. Stat tamen cum hoc, quòd diuina uoluntas contingenter uult, quæ uult, & quod contingentia contingenter eueniunt.

Ad rationem contra quintam quæstionem dico, quòd licet uelle Dei in quantum est idem, quod essentia, sit necesse esse; tamen contingenter hanc copulationem pro tali nunc, & aliam pro alio nunc, quia eodem actu cum sit illimitatus, ut dictum fuit supra, potuisset non acceptasse, uel accepisse pro alio nunc.

Ad rationem contra quintam dico, quòd cum scire Dei sit infallibile, quantum ad omnem modum, ideo oportet, quòd res eueniant, quas ipse sit debere euenire, quia sit contingentia contingenter euenire debere. ideo oportet, quòd contingenter eueniant. Vnde, quia scit me cras contingenter sessurum, & sit me pro illo tunc nō posse sedere, ideo oportet, quòd cras contingenter sedeam, & non possum non sedere; alias eius scientia falleretur. Argumentum autem arguit oppositum, non propositum, ergo, &c.

DISTINCTIO XL.

CIRCA DISTINCTIONEM XL. Quæro Vnum, Vtrum prædestinatus possit damnari.

Scotus primo sent. dist. 40. q. 1.
Ioannes Bacconitanus primo sent. dist. 41. q. 1.

Quæstio prima.

CIRCA distinctionem quadragesimam Quæritur, Vtrum prædestinatus possit damnari.

Prædestinatio ē duplex, simpliciter, & secundum præsentem iustitiam.

QVOD NON. Quia qui modo est prædestinatus ab æterno fuit prædestinatus, & ita prædestinatio transit in post. ergo non potest non fuisse prædestinatus, quia hoc solo priuatur Deus, si uero mutat prædestinationem, sequitur, quòd ipse mutetur de opposito in oppositum.

CONTRA: Quia tunc quis conaretur ad benè operandum, & ita perirent præcepta, consilia, & tota lex.

RESPONDEO, & dico, quòd prædestinatio non confirmat uoluntatem nostram, quin possit liberè agere, & benè, & malè agere, ita scit me posse saluari, & damnari, non enim sua prędestinatio arguit in aliquo nostram uoluntatem. hæc autem apparebunt melius in sequenti distinct.

Gabriel Biel in hac quæstione asserit qđ istæ propositiones affirmatiuę, scilicet prædestinatus potest dānari, & præscitus saluari, sunt ueræ in sensu diuiso, & falsæ in sēsu cōposito. sed negatiuę istarū, ut puta, prædestinatus nō potest damnari & præscitus nō pōt saluari opposito modo se habent, quoniā sunt ueræ in sensu cōposito, & falsæ in sensu diuiso, & hoc bene notabis. quoniam per pulchrum est.

Ad rationem in oppositum dico, quòd eius prædestinatio cum sit actus suæ uoluntatis non transit in præteritum, sed semper est præsens, & semper est in æternitate. Vnde licet res, quę præterit nobis, puta ambulatio hesterna, sibi coexistat, tamen non ipsa prædestinatio, & ipsa Dei uolitio transiit, uel præterit, sed ambulatio. Vnde sicut quando uoluntas mera destinat, Vtrum debeat hoc eligere, uel non, antequam determinet, potest eligere, uel non eligere; ita uoluntas diuina, quæ non facit istam motionem; tamen, quia semper est in eodem instanti æternitatis, in quo fuit ab æterno, & nulla est præteritio; potest nunc prædestinare, & non prædestinare. Ita dicit hic Scotus, & non plus. Credo tamen, quòd ipse diceret, quòd si prædestinatio fuisset posita in effectū extra, puta, quòd prædestinatus iam recepisset præmium prædestinationis; hoc tamen non posset non fuisse propter ipsum effe-

ctum, quia iam transijt in præteritum, & istud est, quo priuatur Deus, quia includit contradictionem.

DISTINCTIO XLI.

CIRCA DISTINCTIONEM XLI. quæro unum, Vtrum sit aliquod meritum prædestinationis.

Seraphicus Bona. primo sentent. distinctio. 41. q. 2. Arti. 1.
Alexander Alensis prima parte summæ q. 28. membro 3. Art. 1.
Scotus primo sent. dist. 41. q. 1.
D. Thomas prima parte summæ q. 23. Art. 5.
Ricardus primo sen. dist. 41. q. 1.
Durandus primo sent. dist. 41. q. 2.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 42. q. 4.

Quæstio prima.

CIRCA distinct. quadragesimam primam quæritur, Vtrum prædestinatio præexigat meritum.

QVOD SIC. Quia alias uidetur, quòd sit acceptio personarum, si unum prædestinat, alium reprobat nullis meritis, uel demeritis, cum uterque æquè sit capax beatitudinis.

CONTRA. Quia ab æterno prædestinat, & reprobat, sed non ab æterno fuerunt, ergo non poterant mereri, neque demereri.

RESPONDEO, quòd in his, quæ Deus operatur circa creaturas, nulla est quærenda causa, nisi sua uoluntas, quæ confirmatur per illud ad Romanos cap. 9. Iacob dilexi, Esau autem odio habui, cum tamen adhuc non fuissent nati, & per illud. Rom. cap. 11. O altitudo diuitiarum.

ALITER tamen dicitur, & rationabiliter, quātum mihi uidetur, q̄ licet in effectu ex parte nostra nulla præcedant merita, uel demerita, tñ fit hoc modo, quòd diuinus intellectus præsentat uoluntati hos terminos, puta Petrum esse & talem nunc temporis, & tamen diuina uoluntas liberè acceptat hos terminos mutari, scilicet Petrum esse, & in tali nunc & hoc est magnæ liberalitatis, & bonitatis ex parte Dei, quòd nullis præcedentibus meritis acceptat sibi dare esse. tñ ponit secundam rationem, uidelicet Deus uelit Petrum posse bene, & malè agere ex sua libertate, & similiter Iudam, sed uidet, quòd Petrus licet possit malè agere, tamen uidet, quòd finaliter liberè benè agit: & talis præuisio est per se sufficiens causa, quòd ipsum non reprobat, quia uideretur iniustus, si eum reprobaret tali præuisione præmissa. Sed tamen non est per se sufficiens causa, quare eum prædestinat ad præmium æternum, quia talis bona operatio non sufficit ad tantum præmium, sicut patet. Tamen licet Deus ex sua bonitate, & libertate eum prædestinat, & ita illa præuisio fuit per se causa non reprobationis, & causa sine qua non ipsius approbationis. Iudam uidit finaliter debere malè agere, licet posset bene agere, & ista præuisio fuit per se causa reprobationis, ut à iusto iudice pro culpa reddatur debita pœna, & ita in reprobatis relucet diuina misericordia in quantum liberè dedit eis esse; & relucet diuina iustitia, in quantum liberè eos damnauit. In approbatis uerò relucet Dei iustitia, in quantum eos non damnat, ex quo non sunt digni: sed semper relucet in eis eius misericordia, quia liberè dat eis esse, & quia longè plus eos præmiat, quàm exigant præmia. Huic autem opinioni satis concordat Scotus, quantum ad reprobatos; sed de prædestinatis uidetur uelle, quòd nulla præuidentur merita ipsi prædestinationi, sed totum est attribuendum ueritati, & libertati diuinæ uoluntatis.

SI ARGVATVR de pueris inadultis, in quibus non præuidentur merita, nec demerita, & tamen aliqui moriuntur sine baptismo, & damnantur, & aliqui cum baptismo, & saluantur. Potest fortè dici, quòd illos, qui moriuntur sine baptismo, præuidit, quòd si superuixissent malè egissent, & ideo melius fuit eis, quòd tunc permitteret eos mori, & alios.

SEd pro euidentiori dilucidatione huiusmodi quæstionis declaratæ ab Ant. non possum non recensere hic discordiam, quam inter Theologos inuenio.

D. enim Hieronymus, D. Chrysostomus, & Origenes, expresse fatentur, & asserunt causam nostræ prædestinationis esse præscientiam bonorũ operum nostrorũ, & bonum usum liberi arbitrij in 8. & 9. cap. D. Pauli ad Romanos.

D. Augustinus in cap. 23. retractationum suarum de prædestinatione,

D. Bernardus, D. Hylarius, D. Thomas, Subtilis doctor, Franciscus de Mayronis, tenent causam nostræ prædestinationis esse diuinam uoluntatem solum, & diuinum propositum, & non bona opera nostra. cui opinioni uidentur fauere uerba Apostoli ad Roma. ca. 9. Iacob dilexi &c. quia ita illi placuit.

Pro declaranda horum controuersia, notandũ est, quòd quatuor sunt modi, quibus potest considerari hæc controuersia, Primus quòd causa prædestinationis potest dupliciter cõsiderari Vno modo pro causa motiua, & formali.
Alio modo pro causa sine qua non.

Prima causa est diuina uoluntas, ac diuinũ propositum, & diuinum beneplacitum.

Causa uero, sine qua non, sunt nostra bona opera præuisa, ac merita, ac bonus usus liberi arbitrij ab æterno præuisus, qui regulariter non pt esse sinis prædestinationis, sine bono usu liberi arbitrij nostri.

Doctores primi benedicunt loquentes de cã sine qua non, secundi uero benedicunt loquentes de causa motiua est: Secundus modus dicendi.

Quòd prędestinatio põt accipi duobus modis,
Vno modo pro æterna creaturæ intellectualis prædestinatione detestationis, & præparationis ad gloriam, & sic prædestinatio nostra habet pro

causa

causa diuinam uoluntatem, & diuinum bene placitum, & sic intelligunt secundi doctores.

Alio modo potest intelligi pro possessione finis, scilicet gloriæ ac cœli, & sic pro causa habet opera nostra, & merita ac bonũ usum liberi arbitrij, & de ipsa ualet opinio prima doctorum.

DISTINCTIO XLII.

CIRCA DISTINCTIONEM XLII. in qua Magister agit de omnipotentia Dei, quæro Vtrum Deum esse omnipotentem possit probari naturali ratione.

Seraphycus Bona. primo sent. dist. 43. q. 1. Art. 1.
Alexãder. Alesis 1. par. summa q. 21. meb. 1. Art. 1.
Scotus primo sent. dist. 42. q. 1.
D. Thomas prima parte summæ q. 25. Art. 1.
Ricardus primo sent. dist. 43. q. 2.
Durandus primo sent. dist. 43. q. 1.

Quæstio prima.

CIRCA distinct. quadragesimam secundã quæritur, Vtrum Deũ esse omnipotentem, possit ostendi naturali ratione.

QVOD SIC. Naturali ratione ostenditur 8. physicorum, & 12. Metaph. Primum ens habet potentiam infinitam, sed infinita potentia est, qua maior cogitari non potest, ergo est omnipotentia. (8. physi. cont. 78. 12. met. contex. 41.)

CONTRA. In simbolo Apostolorum dicitur: Credo in unum Deum, patrem omnipotentem, ergo omnipotentia est purè credenda de Deo.

RESPONDEO accipiendo omnipotentiam pro potentia, quæ potest in omni possibili mediatè, & immediatè, dico quòd potest dici potentia infinita, quæ probatur de Deo 8. physicorũ, & 12. Met. & quæ probata est distin. 2. est omnipotentia. Sed accipiendo omnipotentiam, ut accipiunt theologi pro potentia, quæ immediatè potest in omni possibili circumscripto omni alio non uidetur probari posse de Deo naturaliter. Nam benè credunt philosophi, quòd Deus potest producere omne compositum producibile mediante causa naturali, de qua scilicet producitur, sed non conceditur ipsum posse producere de nihilo circumscripto omni alio. (8. phys. contex. 78. 12. met. contex. 41.) (Diffusius uide de hoc 10 7. q. quolib.)

Et si dicas, quòd nec omnipotentia ista, quam ponunt theologi, potest in omni possibili circumscripto omni alio, quòd non potest producere effectum sine causis intrinsecis, puta compositum sine materia, & forma; dico, quòd nõ potest producere effectum sine causa intrinseca, cum non sit producibilis sine ipsa, potest tamen nullo alio præsupposito producere, & totum de nihilo, & immediatè ea se potest producere hoc totũ de nihilo, quod non concedunt rationes philosophorum.

Est ergo uera omnipotentia, posse producere immediatè omne producibile, circumscripto omni alio, quod non est de eius intrinseca ratione, uel producere ipsum, & illud, quod est de eius intrinseca ratione, & totum de nihilo; Potentia uero infinita, quam philosophi ponũt, est posse producere omne producibile, cum eo, quod est de eius intrinseca ratione, præsupposito tamen aliquo, de quo producatur; quia secundum eos non est aliquid producibile de nihilo 1. physic. Videtur igitur sentire hic Scotus, quòd nullæ rationes philosophorum probant in Deo ueram omnipotentiam, quam theologi ponunt. Vtrum autem ipse crediderit hoc posse probari necessaria ratione, quòd Deus possit producere de nihilo omne producibile, hoc non exprimit. Si uerò cadat sub omnipotentia posse generare, & posse spirare, tunc esset dicendum, quòd naturaliter omnipotẽtia de Deo ostendi nõ potest, sed de hoc dictum est alibi. Vtrum scilicet posse generare cadat sub omnipotentia. (1. physi. contex. 24. & alibi.) (Vide Scotum in 1. dist. 20. q. unica. & 2. q. quolib.)

TVNC ad argumentum principale potest dici, quòd benè potentia infinita, quam philosophus ponit, est, qua nulla maior secundum eum, sed diceret ipse, quòd non de nihilo potest producere, & quia non est factibile, & non quòd sit effectus potentiæ.

Ad rationem in oppositum tenendo, quòd uerè posset ostendi, posset dici, quòd de eodem potest haberi fides, & scientia à diuersis, non omnes possunt demonstrare omnia, quæ sunt demonstrabilia, & ideo tales credunt id, quod est de se demonstrabile, sicut dictum est in quæstione de unitate Dei. &c.

DISTINCTIO XLIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XLIII. ubi Magister improbat opinionem alteram Quæro,

VTRVM PRIMA RATIO IMPOSsibilitatis rei fiendæ, fiat ex parte Dei, uel ex parte rei factibilis.

Seraphicus Bona. primo sen. dist. 42. q. 3.
Alexander Alensis prima parte summæ q. 21. membro. 5. Art. 1.
Scotus primo sent. dist. 43. q. 1.
D. Thomas prima parte summæ q. 25. Art. 3.
Ricardus primo sent. dist. 42. q. 3.
Durandus primo sent. dist. 42. q. 2.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 43. q. 2.

Quæstio prima.

CIrca distinctionem quadragesimam tertiã quæritur, Vtrum impossibilitas rei, cui repugnat esse, sumatur primo ex parte creaturæ, uel ex parte Dei.

QVOD EX parte Dei: Sicut dictum est, res producuntur in esse intelligibili ab intellectu diui- (Distin. 36.)

no in secundo signo, ea tunc sicut habēt tale productum, ita possunt produci à uoluntate diuina in esse reali, ergo si alicui repugnat esse, hoc non uidetur posse esse, primo nisi ex impotentia intellectus diuini, uel nescientia, non potentis, uel nescientis illud tale producere in esse intelligibili.

Cap. 4.

CONTRA id est Anselmus de casu Diaboli.

RESPONDEO, quòd duo sunt dicēda. Primum est, quòd prius potentia actiua est in Deo, quàm passiua sibi correspondens sit in creatura.

Secundum est impossibilitas rei, cui repugnat esse, non ex parte Dei, sed ex parte creaturæ licet quasi principiatiuè posset dici à Deo. Primū sic patet: Potentia actiua Dei respectu creaturæ, est potentia absoluta, quæ dicitur omnipotentia, quæ dicit perfectionem simpliciter. Sed omnia talia sunt in Deo in primo signo, in quo uerè, & perfectissimè est Deus, sicut patet; Res antē producuntur in esse intelligibili in secundo signo; & tunc etiam producuntur in esse possibili ad esse. Res uero antequam habeāt esse intelligibile, nec modo intelliguntur habere esse possibile, quia sunt simpliciter nihil, non tantum prout nihil distinguitur contra esse reale, sed contra esse rationis, & diminutum. ergo.

Secundum sic patet: Cum Deus contingenter agat ad extra, & non sit potentia naturalis, sequitur, quòd intellectus, ut intellectus, non est formaliter potentia Dei, quæ dicitur omnipotentia, sed uel uoluntas, uel potentia alia executiua posterior uoluntate & subdita suo imperio; ergo res non producuntur in esse intelligibili, & possibili per illam potentiam, quæ dicitur omnipotentia, ergo impossibilitas rei, cui repugnat esse, nō est ex Dei omnipotentia, sed nec formaliter, nec productiuè, sicut patet, quòd ipse non habet eas posse producere, sicut ipse inuenit eas habere possibile. Intellectus autem per quem producuntur in tali esse possibili, & intelligibili est potentia naturalis habens uirtutem infinitam, & essentia, quę eas repræsentat sibi eas naturaliter est infinita, ergo producuntur in tali esse possibili, & intelligibili, quanto perfectiori modo sunt producibiles, ergo impossibilitas in eis formaliter non potest esse nisi ea se ipsis, & ea suis formalibus rationibus, licet illa impossibilitas aliquarum rerum nō se inuicem compatientium, possint quodammodo dici esse principiatiuè ab intellectu diuino.

Impossibilitas est ex parte rei, non autē ex Dei oīpotentia.

Ex his dictis patet responsio ad rationem principalem. &c.

DISTINCTIO XLIIII.

CIRCA ISTAM DISTINCTIOnem XLIIII. ubi Magister tractat Vtrum Deus potuit fecisse meliores res, quàm fecit.

Seraphicus Bona. primo sent. dist. 44. q. 1. Art. 1.
Scotus primo sent. dist. 44. q. 3.
D. Thomas prima parte summæ q. 25. Art. 6.
Ricardus primo sent. dist. 44. q. 1.
Durandus primo sent. dist. 44. q. 1.

Quæstio secunda.

CIrca distinct. quadragesimam quartam quęritur, Vtrum Deus potuerit melius facere, ea quæ fecit.

QVOD NON. Quia, ut uidetur, si potuit, & non fecit, ergo fuit inuidus. Confirmatur per Augustinum contra Maximinum, qui arguit hoc modo uolendo sibi ostendere, quòd pater genuit filium æqualem.

Lib. 3. cap. 7.

CONTRA. Cum omne creatum sit formaliter finitum, sequitur, quòd nullum creatum adæquat Dei potentiam, quæ est formaliter infinita. ergo.

RESPONDEO primo, quòd uidēdum est, utrum poterit res ordinare aptius, quàm ordinauerit. Secundo utrum potuerit eas facere meliores. De primo sciendum est, quòd omne agens per intellectum, & uoluntatem, uel agit de potentia ordinata, uel de potentia absoluta.

Tunc autem dicitur agere de potentia ordinata, quando agit secundum legem sibi præfixam. Tunc autem dicitur agere de potentia absoluta, quando agit contra legem, uel quando agit præter illam legem. Quando autem lex præfixa non est in potestate agentis, tunc quandocunque agit præter, uel contra illam legem, quantum ad eam, quæ ad ipsum spectant, agit non rectè. Quādo uerò lex præfixa est in potestate agentis, potest agere præter, uel contra illam legem, & tamen rectè, quia potest sibi præfigere aliam legem, secūdum quam aget. Exemplum: Iudex si non agit secundum legem sibi præfixam à principe, agit non rectè, sed princeps potest sibi aliam legem præfigere, secundum quam aget rectè, sicut totum patet.

Quid sit agere, de potētia ordinata, & absoluta.

Pulchrū exemplum.

Tunc ad propositum dico, quòd intellectus diuinus uoluntati diuinæ ostendit ab æterno omnes terminos incomplexos, uel copulationē neutram, sicut dictum fuit, & uoluntas acceptauit, sicut sibi placuit.

Dist. 39.

Item illa acceptatio uoluntatis fuit lex, quam sibi Deus præfixit circa res faciendas, & quia omnia eueniunt secūdum illam acceptationem, ideo dicuntur fieri à Deo de potētia sua ordinata. Sed quia illa lex, sive acceptatio est in sua potestate, & non est ibi preteritio, sicut dictum est; ideo potuit, & potest aliter acceptare, & tunc præfigeret sibi aliam legem, & agendo secundum ipsam, rectè ageret, & diceretur tunc agere de potentia ordinata. Sed modo per comparationem ad legem, causa sibi præfixam dicitur illud posse de potētia absoluta, sicut totum patet; potuit ergo, & potest res producere, & ordinare aliter, & non inordinatè, sed ordinatè agendo.

Acceptatio diuinæ uoluntatis lex est apud Deum.

Dist. 41.

Secundum autem patet, quia ex quo effectus non adæquat causam, potest perfectionem effectum producere, sed non effectum formaliter infinitum, quia hæc sunt incompossibilia, quòd sit effectus causatus, & sit formaliter infinitus. Nam quod est formaliter infinitum, est ea se necesse esse, quod autem causatum est ea se possibile. ergo.

Quod nō sit formaliter infinitum.

Ad principale dico, quòd non sequitur, quia ad hoc quòd Deus causet aliquid ad extra, non

accidit,

accidit, quòd ad hoc teneatur, sed sua libertate, & ad cõfirmationem Augustini dico, quòd ipse sic loquebatur contra illum Hereticum propter quę dam, quæ ipse dixerat, & quæ requirebant forte talia. Tamen quidquid sit de hoc, similitudo non ualet de filio, qui producitur in unitate substãtię, & non de creatura. ergo. &c.

DISTINCTIO XLV.

CIRCA DISTINCTIONEM XLV. in qua Magister agit de noluntate Dei, quæro Vtrum Deus ab ęterno noluerit alia a se.

Scotus primo sent. dist. 45. q. 1.
D. Thomas prima parte summæ. q. 19. Art. 2.
Ricardus primo sent. dist. 45. q. 4.
Durandus primo sent. dist. 45. q. 1.

Quæstio prima.

Circa distinct. quadragemam quintam quæritur, Vtrum Deus ab æterno uoluerit alia à se.

Qvod non. Quia tunc eius ad res uolitio, fuisset relatio realis, cuius contrarium dictum est.
Dist. 2. q. 1. Consequentia probatur, quia prius Deus uult aliquid, quàm intelligat se uelle illud, ergo non causatur per actum intellectus, sed procedit ex natura rei.

Contra. Tunc esset mutabilis, si modo uellet illud, quod ab æterno noluit.

Respondeo, quod omnis potentia perfecta non impedita, est nata operari circa omne obiectum sibi debitum. Cum ergo in Deo sit uoluntas perfecta non impedita, ut patet, & ab ęterno sint productæ res aliæ à Deo in esse intelligibili in illo se
Dist. 36. q. unica. cũdo signo, ut patet, & omne intellectum sit proportionatum uoluntati, sequitur, quod diuina uoluntas potest uelle alia à se, sed de nouo non incipiẽdo, quia hoc non posset esse sine ipsius mutatione, ergo ab æterno uoluit omnia, quæ uoluit, & per illud uelle produxit res in esse uolito in tertio signo sicut intellectus produxit in esse cognito in secundo.

Dist. 30. q. 1. Ad rationem responsio patet ex dictis, & multis aliis uicibus, quòd relationes tertij modi terminãtur ad absolutũ, & nõ sunt mutuæ. ergo. &c.

DISTINCTIO XLVI.

CIRCA DISTINCTIONEM XLVI. in qua Magister agit de Voluntate Dei quantum ad eius impletionem quæro, Vtrum uoluntas beneplaciti Dei semper impleatur.

Seraphicus Bona. primo sent. dist. 47. q. 1. Art. 1.
Alexãder Alensis prima parte summæ q. 36. mẽb. 2.
Scotus primo sent. dist. 46. q. 1.
D. Thomas prima parte summæ q. 19. Art. 6.
Ricardus primo sent. dist. 47. q. 1.
Durandus primo sent. dist. 46. q. 1.

Quæstio prima.

Circa distinctionem quadragesimam sextã quæritur, Vtrum uoluntas beneplaciti Dei semper impleatur.

Qvod non. Prima Ad Thim. Deus uult omnes homines saluos fieri, sed omnes non saluantur, ergo. Cap. 2.

Contra. Omnia quæcunque uoluit Deus, fecit in cœlo, & in terra. ergo. Spal. 113.

Respondeo & dico, quòd cum uoluntas Dei sit rectissima, & perfectissima, & infinitæ uirtutis in nullo, & à nullo potest impediri; sed necessariò oportet, quod impleatur, quando determinat se ultimatè determinatione ad aliquid uolendum.

Ad uerbum Apostoli dico, quod uoluntate antecedente, & permissiua uoluit omnes homines saluos fieri: Volũtate permissiua, quia permittit omnes homines bene operari, & ipse de se paratus, est dare gratiam, uolentibus eam recipere digne, & uoluit etiam uoluntate antecedente, quod plus, quia ipse dedit uoluntatem liberam bene operandi, & dedit & dat, & administrat, quantum est ex se omnia necessaria ad salutem. &c.

D. Bona. 1. sent. dist. 46. q. 1. dat tres sensus ad authoritatẽ Pauli.

DISTINCTIO XLVII.

CIRCA DISTINCTIONEM XLVII. quæro, Vtrum permissio diuina sit aliquis actus uoluntatis diuinæ.

D. Bona. primo sent. dist. 47. q. 3.
Scotus primo sent. dist. 47. q. 1.

Quæstio prima.

Circa distin. quadragesimam septimam quæritur, Vtrum permissio diuina sit aliquis actus uoluntatis eius.

Hic titulus pręsupponit Deum multa mala permittere, quod ualde egregiè declarat. D. Bona. dist. 47. q. 3.

Qvod sic. Quia, ut frequenter supradictum est, intellectus diuinus ostendit uoluntati diuinæ uel terminos, uel copulationes terminorum, ergo nulla potest euenire determinata copulatio, nisi illa, quam uoluntas acceptat; sed acceptatio uolũtatis est actus eius, ergo esse futurum contingens est acceptatum à uoluntate diuina actu acceptationis, ergo permissio non potest esse non actus.

Contra. Quia tunc actu posito uellet malũ, cum nullum præterfugias Dei permissionem.

Respondeo & dico, quòd uoluntas creata habet triplicem actum. Vnum affirmatiuum circa obiectum affirmatum, qui dicitur uelle, & alio nomine dicitur amare, siue diligere. Alium affirmatiuum circa obiectum negatũ, qui dicitur nolle, & alio nomine odire. tertium negatiuum circa obiectum negatum, qui dicitur nolle, & iste uidetur pura negatio. Voluntas autem diuina, quia habet obiectum infinitum, & illimitatum eodem actu uult, & non uult, sicut sibi placet.

Volũtas creata habet triplicẽ actum.

Tũc ad propositum dico, quòd permissio pro prie

priè est uoluntatem non obuiare futuro contingenti, sibi ostenso ab intellectu, cui tamen obuiare potest. Et quia diuinus intellectua diuinæ uolũtati omnia ostēdit, & ipse sua uirtute omnibus potest obuiare, Ideo sequitur, quòd omnia, quæ eueniunt, permittit, aliqua tamen bona non solũ permittit, sed acceptat uoluntate beneplaciti. Nihil ergo fit contra, nec præter permissionem, alias Deus esset inscius, uel impotens, sicut patet. Nihil etiam fit contra uoluntatem beneplaciti. Multa enim id est omnia mala fiunt contra uoluntatem beneplaciti diuini. Primum istorum patet, quia alias Deus esset impotens. Secundum patet, quia alias uideretur prauus.

Tunc ad rationem in contrarium dico, quòd propositis noluntati diuinæ per intellectum diuinum his terminis scilicet Iudam esse tali nunc tẽporis, Vniri hos terminos scilicet Iudam esse in tali nunc effectiuè, sed non sic acceptat hos terminos uniri scilicet Iudã, & praua opera, uoluntas acceptat, sed hoc acceptat solum non prohibendo, nã ex prima acceptatione, in qua relucet sua libertas, recipit Iudas tale esse, quòd potest benè, & malè agere. Et licet intellectus diuinus uideat hos terminos debere uniri scilicet Iudam, & praua opera, uoluntas tamen non acceptat illã unionem effectiuè, nisi quantum ad materiale subiectum, & prauitatem, de quo alias dicetur, sed quã tum ad formale prauitatis non acceptat positiuè, sed non prohibet, cum possit, & hoc est permittere, ergo. &c.

DISTINCTIO XLVIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XLVIII. & ultimam huius libri, in qua Magister tractat de conformitate uoluntatis humanæ ad uoluntatem diuinam. quæro Vtrum uoluntas humana, uel generalius,

VTRVM VOLVNTAS CREATA sit bona moraliter, quandocunque conformatur uoluntati diuinæ.

Seraphicus Bona. primo sen. dist. 48. q. 1.
Alexãder Alẽsis 1. par. summæ q. 41. mẽb. 1. & 3.
Scotus primo sent. dist. 48. q. 1.
Ricardus primo sent. dist. 48. q. 2.
Durandus primo sent. dist. 48. q. 1.
Franciscus de Mayronis primo sent. dist. 46. q. 5.

Quæstio prima.

Quid sit bonitas ex genere. & bonitas moralis, & bonitas meritoria. declara ut scis ex his quæ hēt S. otus i materia prasi & practica.

CIrca distinct. quadragesimam octauam quęritur, Vtrum uoluntas creata sit bona moraliter, quandocunque conformatur uoluntati increatæ.

QVOD SIC. Quia intellectus creatus est uerus, quando conformatur intellectui increato, ergo à simili de uoluntate.

CONTRA. Iudęi uoluerunt Christum mori, & Deus uoluit, & tamen ipsi peccauerunt iuxta illud: Pater dimitte eis.

Lucæ ca. 23.

Respondeo sic: Dyonisius de diuinis nominibus ait: Bonũ est ex causa integra. & philosophus 2. Ethi. dicit, quòd ad hoc, ꝙ actus moralis sit moraliter bonus, oportet simul cõcurrere omnes circunstantias. Sufficit tamen defectus cuiuscunque unius circunstãtiæ ad hoc, ꝙ moraliter sit malus. Nõ ergo sufficit ad bonitatem moralem in actu uoluntatis creatæ sola conformitas ad actum uoluntatis increatæ, quantum ad substantiam actus ad idem obiectum, quia potest esse deformis in aliqua circunstantiarum. Exemplum est in argumento adducto superius, nam Deus uoluit Christum pati, & Iudęi uoluerunt, sed Deus propter redemptionem humanæ naturæ, Iudęi uero propter inuidiam. Dicit etiam Scotus hic, licet non asserat, ꝙ fortè conformitas & quantum ad substantiam actus, & quantũ ad obiectum, & quan tum ad omnes circunstantias non sufficit ad bonitatem moralem actus uoluntatis creatę, & increatæ. Exemplũ forte potest poni tale, licet ipse non ponat: Deus quandoque uult patrem alicuius mori in peccato mortali, ad hoc, ut puniatur in inferno propter multa sua mala, quæ commisit, & nõluit pęnitere, cum daretur sibi longum spacium, & hoc uoluit Deus, ut in eius punitione in inferno relluceat eius iustitia, & tamen bonus filius, licet uideat, ꝙ hoc est iustum, & ꝙ in eius punitione relucebit eius iustitia; debet tamen uelle ei misericordiam, & nõ iustitiam, & debet uelle, quòd Deus agat cum eo misericorditer, & non secundum iustitiam, & ratio huius diuersitatis est, quia Deus est iudex, & ideo pertinet ad eum uelle iustitiam quandoque. Ille autem filius nõ est iudex in talibus, & ideo non tenetur, nec debet ei uelle iustitiam, sed misericordiam.

Cap. 20.
2. Ethi. cap. 3.
Exemplum.
Exemplũ pulchrũ, ipsius authoris.

Ad rationem in contrarium dico, ꝙ non est simile, quia ueritas in intellectu solum depēdet ab obiecto, & ideo si intellectus creatus conformatur intellectui increato, nõ potest esse uerus, nisi obiectum intellectus creati sit infallibile. Bonitas autem moralis in actu non solum dependet ab obiecto, sed à circunstantijs, ut dictũ est. Non ꝙ in modo uolendi uoluntas creata debeat conformari uoluntati increatę, ꝙ sicut uoluntas increata est recta in uolẽdo, & debet uelle propter debitas circunstantias sibi conuenientes: Ita uoluntas creata debet esse recta in uolendo, etiã debet uelle propter debitas circunstantias sibi conuenientes. In uolito autem non semper; ut dictum est, quia Deus intuitu iustitiæ quandoque uoluit mortem alicuius patris, & filij, sed intuitu misericordiæ potest uelle uitam.

Veritas in intellectu depẽdet ab obiecto.

Et nota, ꝙ principalior circunstantiarum est circunstantia finis. Deus autem est ultimus finis, & primum principium, quia est Alpha, & ω, qui est trinus, & unus, Et uiuit, & regnat in sęcula sęculorum. Amen. Deo gratias.



EXIMII SACRAE THEOLOGIAE F. ANTONII ANDREAE

ORDINIS MINORVM CONVENTVAL.

IN SECVNDVM SENTENTIARVM.

DISTINCTIO I.

Circa Distinctionem primam Quæritur,

VTRVM POSSIBILE FVERIT NATVRAM humanam uniri uerbo in unitate suppositi.

Seraphicus Bona. 3. sent. dist. 1. q. 1.
Scotus 3. sent. dist. 1. q. 1.
D. Thomas 3. parte summa q. 2. Art. 3.
Ricardus 3. sent. dist. 1. q. 1.
Durandus 3. sent. dist. 1. q. 1.
Ioannes Bacconitanus 3. sent. dist. 1. q. 1.

Quæstio prima.



CIRCA Secundum librũ sentẽtiarum quæritur de productione creaturarũ, & circa primam distinctionem quæritur, Vtrũ prima causalitas omniũ creabilium secũdũ quodcunque esse ipsorum necessariò sit in tribus personis diuinis.

QVOD NON. Ricardus 3. de trin. Si tantum esset una persona, adhuc esset in ea plenitudo potentiæ, & scientiæ.

Item actiones sunt suppositorum, ergo una actio non nisi unius suppositi.

In prohemio primi libri met. & exponitur à Scoto in 4. dist. 12. q. 3.

CONTRA. Operatio enim numeratur secundũ numerationem principij formalis; sed principiũ formale producendi creaturas est aliquid essentiale, quod est unum in tribus, ergo.

RESPONDEO, ꝙ hic sunt tria uidenda, primo dico, ꝙ causalitas respectu creaturarum producibilium quantum ad earum esse unum, & simplex, est in tribus personis necessariò.

QVOD probo sic: Productio diuinarum personarum præcedit naturaliter productionem creaturarum secundum earum unum esse, & simplex, ergo causalitas earum, quantum ad tale esse, necessariò est in tribus personis diuinis. Antecedẽs probatur dupliciter. Primo, quia duarum productionum ab eodem productarum, quarũ una est contingens, & extrinseca, & alia necessaria, & intrinseca; contingens præsupponit necessariam, & non è conuerso. Sed productio personarum est necessaria in diuinis, & intrinseca, & essentialis: & productio creaturarum extrinseca, & contingens, ergo.

Productio in diuinis est necessaria, in creaturis est contingens.

Secundo quia habitudo naturę ad suppositum cum sit habitudo secundum esse pręcedit naturaliter habitudinem eiusdem naturæ ad actum, secundum quem est agere, quia agere pręsupponit esse, non solum tale, quale, sed etiam suppositi, cũ actiones sint suppositorum, ut agentium: sed patet, ꝙ diuina natura est in tribus personis per intrinsecam productionem. Consequentia probatur, quia in primo instanti, in quo diuina persona producitur, cõicatur sibi à producente quicquid sibi non repugnat, sed talis causalitas non repugnat personis productis, ergo. Ista est sententia August. 5. de trin. ꝙ sicut Pater, & Filius sunt unũ principium respectu Spiritus sancti; Ita omnes tres personę sunt unum principiũ respectu creaturarum productarum.

Agere presupponit esse, ui de Scotũ in 1. dist. 7.

Qũo natura diuina sit in tribus personis.

5. de tri. c. 14

Secundo dico ꝙ & causalitas respectu omniũ creabilium producibilium in esse cognito, & uolito

lito necessario etiam est in tribus personis; ad cuius intelligentiam est sciendum, quòd in diuinis potest assignari duplex ordo alterius, & alterius rationis. s. ordo naturæ, & ordo originis; Et quia sicut alterius rationis ordo completus potest assignari in uno signo alterius ordinis; est. n. ordo naturæ, & ordo originis, & totus ordo originis assignatur in uno signo ordinis naturæ. Exemplum, quia in creaturis sunt alterius rationis ordo naturæ, & ordo durationis in uno instanti; tamen durationis saluatur totus ordo naturæ. In eodem. n. instanti durationis producitur subiectum quantum, & quale, & tamen in primo signo naturæ producitur subiectum, & in secūdo quantitas, uel qualitas. In diuinis autem simplex primus ordo est ordo naturæ, & secūdus est ordo originis, & totus ordo originis saluat in primo signo naturæ. Nam primum signum ordinis naturæ accipitur per comparationem primi obiecti ad potentiam. Secundum uerò signum per comparationē secundarii obiecti ad eandem potentiam. In primo ergo signo naturæ diuina essentia tanquam proprium obiectū comparatur ad diuinum intellectū in ratione obiecti cogniti uoliti. In secūdo uerò signo naturæ producuntur obiecta secūdaria, s. creaturæ omnes fiendæ, & possibiles fieri in esse cognito, & uolito suo modo. In illo autē primo signo naturæ accipitur totus ordo originis unus, & primus. Nam essentia præsens intellectui in ratione obiecti cogniti, est integrata, & perfecta ratio memoriæ paternæ, & talis memoria est operatiua, & etiam productiua, sed primo operatur intelligendo. s. intellectus essentiam perfectissimè, & hoc totum est in primo signo originis. Deinde producit notitiam infinitam adæquatam subsistentem. i. uerbum, & hoc in secundo signo originis. Deinde uoluntas una existens in prima persona producente, & secunda producta habens essentiam præsentem in ratione obiecti uoliti, & operans circa eam perfectè uolendo ipsam, cum sit etiam potentia productiua producit amorem infinitum adæquatum subsistentem, idest spiritum sanctum, & hoc in tertio signo originis. Est autē idem, quod primum signum naturæ, totum hoc; quia ut patet, totus iste ordo originis est completus comparando primum obiectum ad personas, in tali comparatione accipiebatur supra primum signum naturæ. Dixi autem supra, quia ordo naturę in diuinis est simpliciter primus, quia licet ordo originis terminetur priusquàm ordo naturæ, ex quo in primo signo naturæ completur totus, tamen ordo naturæ prius inchoatur, ut patet ex dictis.

Duplex ordo assignatur in diuinis.

Exemplum.

Speculatio notabilis.

Ordo naturæ in diuinis est simpliciter primus.

His uisis statim patet propositum. Nam in illo primo ordine originis, qui cōpletur in primo signo naturæ, producuntur duæ personæ diuinæ in esse personali, una existente improducta, & in eodem signo, in quo quælibet persona diuina producitur, communicatur sibi quicquid ei non repugnat, & sibi non repugnat talis causalitas in secundo signo naturæ, in quo habet locum talis causalitas, in quo. s. producuntur obiecta secundaria. s. creaturæ in esse cognito, & uolito ab intellectu & uoluntate diuina, talis causalitas est in tribus, quæ complete sunt in esse personali in primo signo naturę, ut patuit. Hoc cōfirmatur, quia si creaturæ haberent esse cognitum in memoria paterna in quantum memoria est principium producēdi uerbum, & priusquam produceretur uerbum tunc uerbum non solum esset uerbum patris, uel essentiæ, imo etiam esset uerbum lapidis, & ligni & omnium, quia producitur de tota notitia pater na secundum Augustinum 15. de Trin.

De isto ordine naturæ, ut de etiam Scotū in quolib. q. 14.

15. de tri. cap. 14.

Si dicatur, q de omnibus, quę sunt in notitia patris, gignitur uerbum;

CONTRA. Quia Pater non tantum nouit creaturas, sed etiam ipsum filium. si igitur de omnibus quæ sunt in notitia patris, ergo uerbum gignitur de se ipso.

Est autem hic maximum dubium. Quia si creaturæ tanquam obiecta secundaria ponerentur, ut cognitā in diuino prospectu, sequitur alterum de tribus, uel. s. quòd non intelligit Deus omnia, uel quòd eius intellectio est falsa, uel quòd continuū componitur ex indiuisibilibus, quod etiam est falsum. hæc autem patent intuenti secundum eum, uel quòd continuum non est diuisibile in infinitum, quod etiam est falsum; & ideo ipse dicit, q non potest cognoscere in prospectu, ut secundaria obiecta cognita, sed pro tanto cognoscit omnia, quia intelligit suam essentiam, quæ est eminēter omnia, & ideo cognoscit omnia eminēter modo, quo sunt in se ipsis.

Maximum dubium.

Deus omnia intelligit terminatiue precisè in sua absentia, unde Scotū in 15. q. quolib. & 4. dist. 16. q. 2.

Vltra hoc de propositis est sciendum, quòd in illo secundo signo naturæ, in quo creaturæ producuntur in esse cognito, & uolito, ut obiecta secūdaria, potest assignari totus, uel alius ordo originis, quia prius origine Pater producit lapidem in esse cognito, quàm filius, & filius quàm spiritus sanctus; tamen totum hoc fit in eodem signo naturæ. sed iste secundus ordo originis non est originatio simpliciter, secundum quam originationem producūtur personæ diuinæ in esse diuino, sed est quasi originatio secūdum quid cōtinens illam primam originationem, ut patet.

Sed tunc consurgit dubium contra prædicta, quia tunc sequitur, quòd idem lapis producitur tribus productionibus in esse cognito, & uolito, quia prius à patre, secundo à filio, tertio à spiritu sancto, & cum hoc sit inconueniens; relinquitur, q solus pater producit, & ita non esset illa causalitas in omnibus tribus personis.

Dubium contra prędicta.

RESPONDEO, quòd prius origine non est nisi esse à se, posterius origine est esse ab alio. & ideo dico, quòd eadem productione, qua pater producit à se, filius producit, sed hoc non habet esse à se sed à patre; & spiritus sanctus producit habens ab utroque, & ita non ter, sed semel producitur idē, quia totum fit in eodem signo naturæ, ut supra dictum est, & etiam non tribus, sed una productione producitur, & de tribus personis. Et hoc de secundo articulo principali.

Scotus in primo sent. dist. 10. & author formalitatem in cap. de dist. & idētitate et natura rei. sic diffiniūt prioritatem originis, prioritas originis est qua quis intelligitur a se, & à quo alius.

TERTIO dico, quòd si per impossibile non esset in diuinis, nisi unum suppositum absolutum, adhuc

adhuc non esset negãdum, quin illud suppositum posset producere creaturas secundum quodcunque ipsorum esse. Ad cuius intelligentiam, est sciẽdum, quòd quando duo effectus sub ordinati dependent ab eadem causa, quòd unua mediante alio adhuc esset essenitalior dependentia utriusque effectus ad causa, quàm unius effectus ad alterum. cuius ratio est, quia effectus depeudet à causa, & non èconuerso. Exemplum: Si sol calefacit mediante illuminare, adhuc essentialius dependet à sole calefacere, & illuminare, quàm calefacere dependeat ab illuminare; modo autem sic est, quòd remoto uno minus necessario, non est negandum aliud magis necessarium. ergo per impossibile, posito, quòd Sol non illuminaret, adhuc non esset negandum, quin calefaceret, stante sole, quia magis necessarium est, quòd sol calefaciat, quàm quòd calefacere dependeat ab illuminare, ex quo essentialius dependat. ergo.

Tunc ad propositum: duæ productiones. s. intrinsecę personarum, & extrinsecę creaturarum dependent ab eodem principio, sicut quasi duo effectus subordinati, quia extrinseca præsupponit intrinsecam, ut patet ex duobus primis articulis, ergo si per impossibile tolleretur productio intrinseca personarum, & poneretur una sola persona absoluta, adhuc esset neganda ab illa productio extrinseca creaturarum, quia magis est necessaria dependentia. ergo.

Resolutio difficultatis.

Ad quæstionem igitur patet, quòd causalitas respectu creaturarum, quantum ad omne esse ipsarum, necessariò est in tribus personis, nisi supposito uno impossibili.

Ad primum principale Ricardi patet respõsio ex modò dictis, nam illud supponit unum impossibile.

Ad secundũ dico, q actiones sunt suppositorũ ut agentiũ, numerãtur tñ ad numerationem principij formalis agendi, sed in tribus personis est idem formale principium.

SECVNDO QVAERO, VTRVM Deus possit aliquid de nouo creare.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 1. q. 2.
Scotus 2. sent. dist. 1. q. 2.
D. Thomas prima parte summa. q. 45. Art. 2.
Durandus 2. sent. dist. 1. q. 2.
Franciscus de Mayronis 2. sent. dist. 1. q. 2.

Quæstio secunda.

SECVNDO queritur, utrum Deus possit aliquid de nouo creare.

QVOD NON. Non creatur aliquid, nisi aliquid sit, quod aliter se habeat nunc, quàm prius, sed creatum non aliter se habet nũc, quàm prius, quia prius nullo modo se habebat, cũ nihil, ergo creaua aliter se habet post creationem, quàm ante, & per cõsequens mutatur, sed Deus est immutabilis, ergo. Confirmatur, quia non ideo producens producit, quia productũ producitur, sed ècõuerso, ergo ex parte producentis est prima mutatio, quæ est causa mutationis in producto. Cõfirmatur per Arist. 2. de generatione, qui ait: Idẽ manẽs idem, est semper natũ facere idẽ. ergo nõ est mutatio, uel animatio in producto, nisi in producente.

2. de generatione contex. 57.

CONTRA. In principio creauit Deus cœlum, & terram, idest, in principio temporis.

Gen. cap. 1.

Respondeo, q creare est de nihilo aliquid producere. De, autem potest multipliciter sumi secũdum Ansel. Monol. sed in proposito, De, dicit ordinem, ordo autem quidam est naturæ, & quidã durationis, prout autem, De, dicit ordinem naturæ concedit Auicen 6. Met. quod Deus potest de nihilo aliquid creare, quia primam intelligẽtiam creauit ab æterno, ita de nihilo, quòd prius natura fuit sub non esse, quàm sub esse.

Quid sit creare. De, potest multis modis sumi. Duplex est ordo, naturæ, & durationis.

Ad cuius intelligentiam, sciendum est, quòd aliquid esse prius natura alio potest esse dupliciter, uno modo, quòd aliqua simul duratione sint in eodem, sed prius natura illud subiectum sit sub uno, quàm sub alio. Alio modo, quòd unum tantum simul sit, sed subiectum illud natum est prius esse sub uno, quàm sub alio. Exemplum primi: Materia est sub forma substantiali, & accidentali, ergo. Exemplum secundi: Materia non est simul sub forma, & sub priuatione eiusdem formę, sed prius natura est sub priuatione, quàm sub forma, quia ex se non est sub forma, sed datur sibi ab agente extrinseco; Itaque dimissa sibi esset sub priuatione, ut patet.

Aliquid esse prius altero, duobus modis sumi põt.

Exemplum.

Exemplum.

Nota hic de materia, forma, & priuatione.

TVNC ad propositum: Creatura non est simul sub esse, & sub non esse, ex quo non est sub esse ex se, quia non est formaliter necesse esse, sed datur sibi esse ab agente extrinseco, ut patet. Igitur creatura ab æterno de nihilo creata est. Ita quòd de nihilo dicat ordinem naturæ. Secundo modo, quia prius fuit sub non esse ex quo ex se non habet esse, sed ab agente extrinseco recepit esse.

Sciendum uero est, quòd magis propriè dicitur creatura formaliter esse non habet ex se, quã dicatur creatura formaliter ex se, non habet esse, itaque negetur de ea affirmatio ipsius esse, & nõ affirmetur negatio. Ratio est, quia non esse non est de formali ratione creaturæ, quia iam repugnat sibi esse. ergo.

Contra istam opinionem, quæ ponit creationem esse possibilem ab æterno, dicetur in quæstione sequenti.

Prout uerò, De, dicit ordinem durationis, negat Auicen. creationem esse possibilem, quia secundum eum ibi, ubi supra: Quicquid Deus immediatè produxit de necessitate naturæ producit, & ita æternaliter. Quicquid autem producitur in tempore, producitur mediantibus causis secundis, & ita non creatur. Sed contra hoc argutum est in libro primo, ubi ostensum est, quòd Deus potest contingenter producere res, & immediatè.

6. met. cap. 2.

Quantum ad istum articulum distinguitur de nihilo, & dicitur, quòd nihil uel negat esse existentię, & de tali nihilo põt aliquid produci in tẽ-

Hẽricus in sũma Arti. 2. q. 23. & 24.

 pore,

pore,pro ut,De,dicit ordinem durationis, uel negat esse essentiæ,& de tali nihilo non potest produci aliquid in tempore;Ratio est, quia non esset causa,quare unum, nihil esset magis producibile, quàm aliud; & ita esse producibile nihil dicit esse prohibitum,uel nullũ esse producibile, & ita omnis creatio esset impossibilis.

Sed contra istam opinionem, quæ ponit differentiam inter esse essentiæ, & esse existentiæ, & quæ ponit essentias rerum esse ab æterno; argutum est in primo lib.contra unum membrum, & contra aliud. Aliter distinguo de nihilo, ꝙ scilicet uel negatione esse simpliciter, sed non negat esse diminutum, & secundum quid, & de tali pôt aliquid produci,prout,De,dicit ordinem durationis,uel negat omne esse simpliciter, & secundum quid, & diminutũ,& de tali nihilo nõ pôt aliquid produci,quia quod nõ habet esse intellectũ,& uolitũ à Deo secundũ modũ prædictũ in præcedẽti qõne,non est producibile. Esse aũt tale.s.intellectũ,& uolitũ nõ est esse simpliciter, sed secũdum quid,& diminutũ,& de isto esse, quod habens res ab æterno in Deo,producũtur ad esse simpliciter tam esse existentiæ,quàm esse essentię, quia idem sunt. In tali autem esse intellecto, & uolito de nulla re producuntur.ergo.

Dist. 38. & Scotus ibidẽ. Creare est actus uoluntatis diuinæ, ꝓ supponens esse cognitum.

Ad principale nego minorẽ. Dico.n.ꝙ creatũ aliter se habet, quàm prius habebat esse secũdum quid,& diminutum.postea habet esse simpliciter.

Ad primam cõfirmationem,dicõ,ꝙ uolitione ęterna pôt Deus nouũ effectũ producere in tẽpore, & ita sine sui mutatione. Nã ab æterno uoluit effectum produci non ab æterno,sed in hoc tẽpore, ita quod æternitas refertur ad uolitionem, & non ad productionem actualem . & ideo stãte eadem uolitione ęterna effectus producitur in tpe. Concedo ergo antecedens, & nego cõsequentiã.

Ad secundam confirmationem dico, ꝙ philosophus loquitur ibi de agente naturali,sicut patet ibidem, sed Deus est agens uoluntariũ, & agens contingenter ad extra.& si dicas, ꝙ saltem mutatur secundum rationem,quia acquiritur sibi unus respectus rationis,quo de nouo refertur secundũ rationem ad effectum de nouo productum; Dico, ꝙ talis respectus cum sit factus ab intellectu creato,qui nihil pôt creare, uel innouare in Deo, nullam nouitatem,uel mutationem arguit.

VTRVM POSSIBILE SIT DEVM producere aliquid aliud à se sine principio durationis.

Seraphicus Bona. 2.sent.dist.1.q.2.Art.2.
Scotus 2.sent.dist.1.q.3.
D.Thomas prima parte summa q.46.Art.3.
Ricardus 2.sent.dist.1.q.2.
Durandus 2.sent.dist.1.q.2.
Ioannes Bacconitanus 2.sent.dist.1.q.4.5.& 6.

Quæstio tertia.

TERTIO quæritur, utrum Deus potuerit producere aliquid aliud à se ab æterno.

QVOD SIC, secundum Philosophum 8.physi. 12.Met.Tempus fuit sine principio,& ratio uidetur,quia si non fuit productum sine principio,ergo potuit prius produci,quàm produceretur, sed ante, & post sunt differentiæ temporis, ergo fuit tempus ante tempus,ergo.

8 physi. contex.10.& 11. & inde.& 12. met. contex. 29.& inde.

Item agens non per motum, & non impeditũ potest producere effectum sibi coæuum sicut patet de Sole,ergo.

Contra.Ex hoc enim sequeretur, ꝙ posset esse in rerum natura actu infinitum tam secundum quantitatem continuam,quàm secundũ numerũ, ut patet intuenti.Sed utrunque istorum est impossibile,ut patet 3.phys.ergo.

Respondeo & dico, ꝙ non potest demõstrari Mundum non fuisse ab æterno;Ratio est, quia articulus est fidei, Deum creasse omnia in tẽpore, sed articuli non possunt demõstrari, quia euacuaretur meritum fidei,ergo.

3.phy. cõtex. 37.61. & ide.

Item sicut creatura ex se non habet esse, ita ex se tendit in non esse; sed non obstante hoc secundo pôt perpetuari in infinitũ in post,ergo nõ obstante primo potest fuisse infinitum in ante.

Item August.6.de Trin. Si ignis esset æternus, splendor æternus esset ab eo creatus;Et in homilia super Ioan.dicit idem de uirgulto, & imagine eius causata in aqua, & idem dicit de pede in puluere,& eius uestigio.10.de ciuita.Dei,ergo.Nec obstat,ꝙ ista sint agentia naturalia, & Deus agẽs uoluntarium, quia non uidetur inter talia agentia differẽtia inter posse agere prius,& posterius, sed solum etiam ex hoc, quod unum agit necessariò,aliud contingenter. Et confirmatur hoc, quia Deus ab æterno uoluit contingenter mundũ produci in tali nunc,ergo.

6.de tri.ca.1.
Homil.26.
cap.2.

Item non est probabile,ꝙ tam pręclari philosophi,qui sic perfectè nouerunt naturas terminorũ,non uidissent cõtradictionẽ sibi inclusã, ergo.

Alia opinio est opposita,quæ arguit sic primo: Omne,quod est,quãdo est necesse est esse 2.Perhyer.ergo.

Hẽricus quolib. 1.q.7.& 8.& quolib. 1.q.17. quæ D.Bona. cap. ulti.

Item illud est impossibile, ad quod sequitur impossibile, sed ad positionem istarũ sequuntur multa impossibilia.primũ, ꝙ unũ infinitum esset minus alio,& per cõsequens esset cõtradictio, ꝙ sit minus,& sit infinitũ. Probatur assumptũ, quia reuolutiones Saturni sunt pauciores, ꝙ reuolutiones Lunæ.Secundum, ꝙ possent simul esse infinitæ animæ, & tunc quæro an media pars ipsarum sint infinitæ;si sic, ergo pars adæquatur toto, si non,ergo non omnes erunt infinitæ.

Item contradictionem includit esse in actu infinitũ quantũ, ergo & Mundũ fuisse ab æterno. Antecedẽs probat,nã uel esset diuisibile, uel indiuisibile,nõ est dicendum, ꝙ quantum cõtinuum sit indiuisibile, quia iam non esset continuum; Si uerò sit diuisibile diuidatur, sed diuisio continui est actualis terminatio partium, quæ prius erant actu indeterminatæ,ut patet, ergo quælibet pars esset terminata, & per consequens finita, ergo totum erat finitum, quia ex partibus finitis non resultat nisi finitum. Consequentia etiam probatur, quia Deus potuit pari ratione, qua produxisset

3.phy. cõtex. 60.62.63.
Quæ sit diuisio continui.

duxisset cœlum, omni die addere unam partem quantam, ergo.

Itē sequitur: Cras non anihilatur Mundus, nec post cras, & sic in infinitum, ergo nunquam.

Similiter ergo sequitur: Heri non fuit productus, nec alio heri, & sic in infinitū, ergo nunquā.

Item quod æternaliter est, permanens est ex se necesse esse formaliter. Maior probatur, quia tale habet totum suum esse simul.

Ista opinio respōdet ad rōnes primę opinionis.

Aduerte quā liter doctor in hac quæstione problematice procedit.

Ad primam: Mundum fuisse ab æterno non includit contradictionem, ita omnibus per se notū, sicut est per se notum, q̄ totum est maius sua parte. Et ideo potest esse de hoc articulus fidei, nec ex hoc euacuatur meritum fidei, sicut patet, quòd Augustinus & Anselmus, & alii frequenter conabantur inuenire rationes ad ea, quæ credebant, & tamen non est dicendum, quòd non habebant meritum fidei. Verbum Gregorij habet ueritatē in his, in quibus est ratio naturalis aperta.

Ad secundum non est simile, quia potest perpetuari in potentia, & non in actu in infinitum. nunquam enim esset dare punctum, in quo fuerit creatura perpetuata in actu in infinitum.

Demonstratio quantumcunque efficax ad comprobādum fidem naturalem nō est inutilis.

Ad tertium de authoritatibus Augustini ad illud de pede, & uestigio dicitur, quòd non loquitur ibi secundum intentionem suam, sed secundū intentionem phylosophorum, sicut expresse patet ibi, & datur causa huius: Nam uestigium causatur à pede per motum aliquem localem, effectus autem causatus à causa per motum localem non potest esse coæuus omnino illi causæ, quia motus talis fit in tempore, ergo.

Ad alias authoritates dicitur, quod non est inconueniens, quòd si antecedens fit impossibile, & consequens sit impossibile, & consequentia sit necessaria. Exemplum: Lapis est homo, ergo lapis est rationalis; sic igitur dico, quòd si ignis esset æternus, & uirgultum in aqua esset ab æterno, splendor, & umbra essent eis coęterni, quia necessarium est, quòd effectus sit coæuus causę agenti naturaliter, & de necessitate naturæ. & ita consequentia Augustini est uera, & necessaria, & tamē antecedens est impossibile, & consequens similiter. quia nec ignis potest esse æternus, nec splendor, nec uirga in aqua, nec umbra. Ita dico in proposito, quòd si Deus causaret aliquid extra de necessitate naturæ, effectus esset sibi coæternus. Illud ergo, quod additur ibi pro confirmatione authoritatis, nego. Cuius negationis causa sunt rationes superius factę pro ista opinione, ut patet.

Exemplum.

Ad Vltimum de philosophis dico, quòd sicut errauerunt ponendo Deū creare ad extra nō contingenter, sed de necessitate naturæ; ita consequēter errauerunt in proposito in multis etiam aliis tangentes fidem nostram errauerunt, quia nimis fuerunt confisi de eorum ingenio proprio.

Ob confidentiam maximi ingenii philosophi errauerunt.

Ad primum principale nego æternitatem temporis. Ad probationem dico, quòd illud ante, & & post nō dicunt nisi ante, & prius imaginarie, & nihil reale eo modo, quo dicimus, Deum fuisse ante tempus & extra Mundum nihil esse, & id genus alia. Sed potuisset Mūdus aħi produci, uel alibi produci producēdo simul cū eo illud, uel alibi.

Ad secundum: Maior est uera de agenti naturali necessario, sed in agente contingenter est alia causa impedimenti, sicut patet ex rationibus pro ista opinione. Vna talis ratio: Omne creatum possibile est non esse, ergo nullum creatum potest esse æternum. Antecedens patet, quia creatum non est ex se formaliter necesse esse, ex quo recipit esse ab extrinseco; Consequētia probatur, quia contradictio uidetur, quòd aliquid habuerit esse æternum, & tamen sit anihilatum.

Opposita opinio etiā soluit rationes istius opinionis. Ad primam: Deus uoluit mundum esse in tali nunc, & ab æterno, tamen uoluit contingēter.

Ad secundum de duobus impossibilibus dicit, quòd primo diuiditur quantum per infinitum & finitū, quàm p æquale, & inæquale, uel per maius & minus, & ita dicit, quòd æquale, & inæquale, & magis & minus sunt differentiæ quanti finiti, & non quanti absolutè, & per consequens non sunt differentiæ quanti infiniti, quod est aliud membrum. ergo nō est ibi dare maius, & minus. & hoc modo. &c.

Ad tertium posset dici eodē modo, quòd nec est diuisibile, nec indiuisibile, tamen hoc non uidetur bene intelligibile.

Ad quartum ita arguam tibi de filio, & de spiritu sancto indiuinis, sed hoc non uidetur naturale, quia filius semper producitur, & similiter spiritus sanctus. Ita concedam de creatura, quòd semper producitur. sed contra. ergo non habet esse permanens, sed successiuum.

Respondeo. Ita dicam tibi de filio.

Ad quintum uerum est de eo quod est permanens esse sine agente extrinseco. tunc. n. maior est uera, sed non est uera de eo quod permanet aliquo extrinseco ipsum producente, & cōseruante.

Ad ultimum, quod ponitur hic supra post solutionem rationum dico, quòd consequentia ualet de eo, quod per manet æternaliter ex utraque parte, s. ex parte ante & ex parte post.

Ad principalem rationem, in oppositum patet responsio quodammodo ex dictis, dico. n. q̄ tale infinitum tunc non esset impossibile. Videas ibi si nalcant istæ solutiones. Scotus autem non determinat se ad aliquam partem in ista quæstione, ut uidetur.

Scotus problematicus se habet hic.

VTRVM CREATIO ANGELI SIT idem Angelo.

Scotus 2. sent. dist. 1. q. 4.

Quæstio quarta.

QVAERITVR quarto, Vtrum creatio passiua sit realiter idem cum re creata.

QVOD non. Auicen. 5. Met. ait: Equinitas est tantum equinitas, ergo à simili creatura est tantum creatura, ergo nullus respectus est realiter sibi idem. Cōfirmatur, quia respectus nō est de ratione absolutu, cum unū sit ad aliud, nō ad se.

Item creatio non manet nisi in primo instanti, in quo creatura accipit esse.

Item mutatio non est realiter idem, quòd terminus, alias idem esset uia, & terminus, & idem acciperet esse per se, ergo.

Non est medium inter Creatorẽ, & creaturam.

Cõtra id arguitur sic: Vel est Creator, uel creatura, quia, sicut patet, non est medium inter Creatorem, & creaturam, hoc est, quod non sit Creator, uel creatura; quia illa est prima diuisio entis, qua diuiditur per creatum, & increatum, ergo cũ non sit Creator, est idem creaturæ. &c.

Respondeo, quòd creatio passiua non solum dicit respectum ad Deum, ut ad causam efficientem, sed etiam dicit ordinem durationis ad non esse præcedens, & hoc dicitur, quia uel ad non esse immediatè præcedens, & ut sic non dicitur creatura, nisi in primo instãti, in quo accipit esse, uel ad non esse præcedens absolutè, & indeterminatè, & ut sic, semper dicitur creatura. Creatio ergo passiua dicit tres respectus, unum ad Deum, ut causam efficientem; Alium ad non esse præcedẽs indistinctè; Alium ad non esse immediatè præcedens. De tertio respectu non est dubium, quòd non est idem cum re creata, quia ille respectus non manet, nisi in primo instanti, in quo res accipit esse. Creatura autẽ manet post primũ instans.

Creatio passiua dicit tres respectus.

De secundo respectu secundum illos, qui dicunt contradictionem includi, si creatura producitur ab æterno; respectus ille est idem creaturæ, quia tunc esset impossibile esse creaturam, quæ non diceret originem durationis ad non esse præcedens. Secundum autem illos, qui tenent opinionem oppositam, non esset idem, quia posset esse creatura sine tali respectu, ut patet.

Hẽricus quolib. 3. q. 9. uide Varronẽ q. 4. huius secundi.

De primo uerò respectu est difficultas, & dicit una opinio, quòd respectus ille non solum est idẽ creaturæ, imò nihil est creatura in comparatione ad Deum, nisi purus respectus, ita quòd licet creatura in se sit aliquid absolutum, tamen in comparatione ad Deum non est, nisi purus respectus.

Creatura respectu Dei dicitur non ens, secundũ Anselmũ monol. c. 31.

Contra id est August. 7. de Trin. Omne, quod respectiuè dicitur, est aliquid excepta relatione.

7. de Tri. c. 1.

Item diffinitio indicat totam quidditatem rei, sed diffinitio hominis nõ includit respectum, nec diffinit unum respectum tantum.

Item tunc suppositum creatum esset una relatio subsistens.

Item tunc minus differret creatura à Deo, quã personæ diuinę inter se, quia ibi est realis relatio mutua opposita, hic esset solum realis relatio ex parte creaturæ.

Item respectus creaturæ ad Deum, ut ad causam efficientẽ, est unus specie in omnibus creaturis, quia terminus habet eundem respectum eiusdem rationis, ergo omnes creaturæ essent eiusdem speciei.

Item respectus creaturæ ad Deum sunt tres. Vnus ut ad efficientem; alius ut ad finem, & alius ut ad formam exemplarẽ, & isti respectus sunt alii inter se. ergo fundamentum ipsorum est aliquid aliquo modo, non idem eis.

An sint tres respectus creaturę ad Deũ.

Alia est opinio, quòd est accidens realiter distinctum à creatura, quia secundum Augustinum 5. de Trinit. quicquid in creaturis non secundum substantiam dicitur, restat, ut secundum accidens dicatur, sed nullus respectus est substantia, ergo.

Hẽricus quolib. 9. q. 3. uide Varronem ubi supra. 5. de tri. c. 5.

Contra. Substantia est prior accidente secundum phylosophum 7. Met. cognitione, diffinitione, & tempore, esse autem substantiam prius accidente tempore, tunc intelligo, quando non est contradictio eam esse sine accidente, sed contradictio est, creaturam esse sine dependentia ad Deum, ergo.

7. met. cõt. 4

Dico ergo, quòd talis respectus est realiter idem creaturæ. sed non formaliter. Primum probo dupliciter, primo sic: Illud, quod ita propriè inest alicui, quòd ipsum, cui inest, non potest esse sine eo, quod inest, sine contradictione, est realiter sibi idem, sed talis respectus ita inest creaturæ, ergo. Minor patet, quia si creatura posset esse sine dependentia ad Deum, posset esse per consequens sine termino dependentiæ, & sine Deo, quod est contradictio. Maior declaratur sic: Quãdo aliquid se habet ita ad aliud, quòd illud non potest esse sine ipso, uel hoc est, quia sit realiter idem, uel quia illud, sine quo esse non potest, sibi naturaliter prius ordine essentiali, ita quòd essentialiter dependet ab eo, sicut patet de creatura, & Deo, uel quia habent necessariam simultatem in natura sicut fortè paternitas, & etiam filiatio, & huiusmodi; sed in proposito non potest dari secundum, nec tertium, ergo relinquitur primum.

Respectus est idem realiter fundamento. non tamẽ formaliter.

Secundo sic: Quod uniformiter dicitur de omni alio termino nulli dicto ad terminum accidit, sed talis respectus creaturæ ad Deum uniformiter dicitur de omni creatura ad Deum, ergo. Maior probatur, quia qua ratione accideret uni, & alteri. Minor etiam patet, quia omne aliud à Deo est æquè de nihilo à Deo productum. Tunc ultra: Si ille respectus est accidens realiter distinctum à creatura, cum non sit ens improductum, quia tunc esset Deus. ergo est effectus Dei. ergo habet dependentiam ad Deum, & tunc quæram de illa dependentia, & sic procedam in infinitum, ergo.

Instatur sic contra primam rationem: Essentia diuina non potest esse sine relationibus rationis creatis in ipsa ab intellectu diuino. Probatur, quia tunc intellectus diuinus esset mutabilis, si non posset creare, & postea crearet. Sed tales relationes non sunt realiter idem essentiæ diuinæ. Probatur, quia quod non est res, non est realiter idem rei, sed ipsę non sunt reales, ergo. Maior rationis non est uniuersaliter uera. Maior in possibilitatis essendi aliquod unum sine alio potest esse uel ex intrinseca ratione eius, quod sine alio esse non potest, & tunc est semper sibi idem realiter illud, sine quo esse non potest si sibi in sit. uel potest esse ex causa extrinseca. Exemplum: Contradictio est secundum philosophum esse cœlum sine motu nõ quòd ex intrinseca ratione cęli, imo de se est indifferens ad motum, & quietem, sed ratione motoris, & tunc non oportet, quòd sint idem. Vnde cęlũ nõ est finis motus realiter. Tũc ad propositum

Subtilissima difficultas.

Vide in 1. sen. dist. 30. q. 2. Vide pro hoc paduanũ Barulitã in suis contradictionibus pagina 20.

positum dico, quòd impossibilitas non posse esse creaturam sine dependentia ad Deum accidit, ex intrinseca ratione creaturæ, sed impossibilitas non posse esse diuinam essentiam sine illis relationibus non accidit ex intrinseca ratione essentiæ, ut essentia est, sed ratione immutabilitatis intellectus diuini, & ita est extrinsecum ab essentia formaliter, & præcisè loquendo, nec obstat, q intellectus diuinus est idem essentiæ, & ita non extrinsecus, & ita quantum ad propositum ac si esset extrinsecus. ergo.

Iustò contra secundam rationem sic: Non uidetur inconueniens, q in relationibus procedatur in infinitum. Exemplum: Petrus est aliquo modo idem Martino, nec identitas in Martino est idem in Martino. Probatur, quia potest esse Petrus sine Martino, & similiter èconuerso. Tunc ultra: Identitas in Petro est idem cum identitate in Martino, sicut Petrus est idem Martino, & pari ratione non seipsa formaliter, sed alia identate, & sic proceditur in infinitum.

Dictū est. n. in primo dist. 19. quòd relatio fundatur supra relationē, sicut proportionalitas supra proportionem, idē in 4. dist. 6. Articulo finali. q. 2. & distin. 22. q. 1. & in quolib. q. 3. & 6.

Respondeo & nego processum in infinitum in relationibus, & dico, q est status in secunda identitate, ita q sicut similitudines reales inter duo realiter similia sunt sibi similes similitudine essentiali, non alijs similitudinibus, sed seipsis formaliter, ita identitates in Petro, & Martino. sunt igitur idem identitate rationis seipsis formaliter. Nō. n. potest esse identitas in Petro, quę non sit idem identitati in Martino, ergo.

Sed conclusio principalis satis patet. i. q fundamentum non est formaliter respectus, quia fundamentum quidditatiuè, & formaliter non est ad alterum, sed ad se, ergo non respectus. Sciēdum autem, q quando aliquid includit aliud non formaliter, sed per realem identitatem, hoc non accidit ex perfectione inclusi, sed ex perfectione includentis. Exemplum de diuina essentia, & relatione. &c.

Exemplum.

Ad primum ergo principale dico, q equinitas est solum equinitas formaliter, & quidditatiuè, sed realiter includit illum respectum.

Ad secundū patet resp. ex dictis, quia ille respectus ad non esse immediate præcedens nō est idē creaturæ, quæ manet etiam post primum instans, in quo accipit esse.

Creatio non est mutatio proprie.

Ad tertium dico, q creatio nō est mutatio proprie, concedo. n. q propria mutatio non est idem realiter cum termino. sed si creatio aliquo modo habeat rationem mutationis, hoc erit ratione illius respectus, quem dicit ad non esse immediatè præcedens, post quod non esse creatura accipit esse; sed concessum est illum respectum non esse idem creaturæ.

VTRVM IN CREATVRIS REAlis relatio sit realiter idem fundamento.

Scotus 2. sent. dist. 1. q. 4. & 5.
D. Thomas 1. parte summæ q. 45. Art. 3.
Ioannes Bacconitanus 2. sent. dist. 1. q. 3.

Quæstio quinta.

QVinto quæritur, Vtrum in creaturis realis relatio sit realiter idem fundamento.

Titulus quęstionis intelligendus est de reali identitate.

QVOD sic. Quia si non, ergo album simile est realiter compositius albo non simili, qđ uidetur falsum.

CONTRA. Corrumpitur similitudo manente albedine. ergo.

Respondeo, ut dicunt, q non est alia res relatio a fundamento etiam in creaturis. Ratio, quia sic ibi ad aliud esset motus p se, qđ est cōtra philosophū. 5. phys. Consequentia patet de albo non simili, quod fit simile adueniente alio albo, & nulla mutatione facta in primo albo, sed est aliqđ absolutum.

Hēricus quolib. 9. q. 3. & quol. 5. q. 6. & 7. & quol. 7. q. 1. quære Ocham & alios nominales.

Item si esset alia res à fundamento, cum sit accidens, haberet proprium in esse aliud ab esse fundamenti, quod uidetur inconueniens, quia tunc non esset purus respectus.

5. phys. cont. 10 & 7. phy. contest. 11.

Item si similitudo est alia res ab albedine, ergo potest esse albedo sine ipsa absque contradictione, cum sit natura prior. ergo potuerunt esse duo alba non similia, quod uidetur absurdum.

Contra: Nihil est idem realiter, a, sine quo potest esse realiter, a, sed multæ sunt relationes, sine quibus possunt realiter esse sua fundamenta, ergo non omnis relatio est realiter idem suo fundamēto. Maior patet per primum principium, quia idē realiter non potest simul esse realiter, & non realiter. Et confirmatur maior, quia alias non esset uia ad ostendendam diuersitatem in entibus. Diceret. n. proteruus, q homo est lapis, sunt realiter idem homo etiam, & sua albedo, non. n. habes uiā magis apertum contra eum, nisi quia potest esse unum sine alio, ergo. Minor patet. nam potest esse ignis & stuppa sine approximatione, quod patet, quia adueniente approximatione statim sequitur combustio, & per hoc etiam confirmatur tota ratio; nam si approximatio non esset alia res à fundamentis, ita sequetur combustio existentibus igne & stuppa, qualitercunque sint.

Item nullum formaliter finitum continet per identitatem realem opposita realiter. Probatur, nam q diuina essentia contineat oppositas relationes per identitatem, accidit ex eius infinitate, sed æqualitas & inæqualitas sunt opposita realiter, saltem respectu eiusdem termini, & idem quātum numero per eandem quantitatem potest esse æquale, & inæquale ad aliud quantum illo solo mutato. ergo si æqualitas, & inæqualitas sunt realiter idem, quod ista quantitas, quæ non est mutata, sequitur, quòd est opposita realiter.

Item relatio rationis est alia res rationis à suo fundamento, ergo relatio realis est alia res realis à suo fundamento.

Item fundamentum potest intendi, quando relatio remittitur, & è conuerso.

Item phylosophus in prædicamentis, & Simplicius ibidem: Ad aliquid sunt, quibus hoc ipsum esse est ad aliud, sed esse fundamenti est ad se, ergo habet aliud, & aliud esse.

Cap. de relatione.

3. met. cap. de relatione.

Item Auicen. 3. Met. c. de relatione declarat ex sua intentione, quòd relatio habet propriam realitatem. Concedo ergo, quòd relatio non tantum addit supra fundamentum actum intellectus comparantis, sed sunt aliquę relationes naturę reales, quæ habent propriam realitatem distinctam à re fundamenti, & maximè apparet de approximatione, quæ non est per actum intellectus, quia actiuo, & passiuo approximatis nullo intellectu comparante, sequitur actio.

Responsio Simplicii.

Ad primum respondet Simplicius super prædicamenta, quòd sicut relatio nō est forma ad se, sed ad alterum, ita illud, cui aduenit, non mutatur ad se ad aliud, ut uult Simplicius unde ipsa adueniente in uno termino mutatur alius terminus, & ipse primus terminus mutatur aliquo modo, quia alter se habet nunc quàm prius, ut patet; sed cum dicitur de 5. physicorū, dico, quòd inuestigat ibi genera, in quibus est motus propriè dictus. Unde concedit in substantia esse mutationem, & nō motum, ita in relatione potest esse mutatio per se, sed non motus, nec est hoc contra intentionem philosophi, ergo.

In relatione licet ex sententia Arist. non sit motus, potest tamen esse mutatio.

Ad secundum concedit Scotus, quòd habet proprium in esse aliud ab in esse fundamenti, cum sit accidens aliud ab ipso, & hoc per Auicen. qui uult hoc expresse, ubi supra. & secūdum hoc sequitur, quòd in esse sequitur omne accidens, sicut per se totam substantiam, ergo.

Tertium Argumentū non mouet Scotus, ideo tu solues.

Ad primum principale concedit, quòd album simile est compositius albo non simili, quia compositio est cum alio positiuo, ibi autē est alia res posita cum fundamento.

DISTINCTIO II.

CIRCA DISTINCTIONEM II.

Quæritur de loco creationis Angeli & tempore quando creabatur.

UTRUM ANGELUS ET ANIMA, differant specie.

Seraphycus Bona. 2. sent. dist. 1. q. 1. Art. 3.
Scotus 2. sent. dist. 1. q. 6.
D. Thomas prima parte summæ. q. 58. Art. 3.
Franciscus de May. 2. sent. distin. 3. q. 1.

Quæstio prima.

De angelica itaque natura circa istam dist. secūdam quæritur primo, Utrum Angelus, & anima differant specie.

Quod non. Potentię nō differunt specie, cū habeant idem obiectum formaliter. s. uoluntas, & intellectus in anima, & in Angelo, quia habent idē obiectum, ut ens, uel ut bonum, ergo, nec esse, in quibus fundatur.

Item per Augustinum Angelus, & anima sunt natura pares, sed officio impares.

Libro tertio. de libero arbitrio.

Contra. Angelus. n. est naturaliter, & essentialiter natura spiritualis subsistens non perficiēs materiam aliquam, anima uerò est naturaliter, & essentialiter forma, & est perfectio corporis, ergo.

Respondeo, quòd conclusio est certa, ad quā sufficit ista ratio facta, sed quæ sit prima ratio differentię specificæ huius, & illius, Dicunt aliqui, quòd unibilitas ad materiam, & non unibilitas.

Opinio D. Bona. 2. sent. dist. 1. q. 1. Artic. 3.

Contra. Forma. n. est finis materiæ, & non ēconuerso secundo physicorum, ergo differentia est sumenda ex parte formę primæ, & non ex parte materiæ. Unde Commētator primo de anima: Membra Cerui differunt à membris Leonis, quia anima differt ab anima.

2. phys. cont. 23.

1. de Anima commen. 53.

Aliter dicitur, quòd prima differentia est alius & alius gradus intellectualis, sicut differentia specifica inter Bruta est alius, & alius gradus insensibilitatis.

Alexander Alensis. prima secundæ collatione de substātia Angeli q. 5.

Declaratur: Iste gradus est in Angelo, secundum, quòd intelligit sine discursu, in anima uerò cum discursu, & ideo, quia isti actus intellectui sunt alterius speciei, principia ipsorum sunt alterius speciei.

D. Thomas prima parte summę q. 58. Art. 3. & Henricus. 12. quolib. q. 8.

Contra. Anima non intelligit principia cum discursu, sed conclusiones.

Item Anima beata non intelligit cum discursu obiectum beatificum, ergo in animabus insunt naturæ intellectuales specie differentes, quarum una est principium intelligendi principia, & obiectum beatificum, alia est principium intelligendi conclusiones naturales, hoc autem patet esse falsum.

Dico igitur, quòd omne ens potens agere, est in se aliqua natura, & licet unum & idem sit in se talis natura, & sit principium actus secundi, tamē, prima differentia non est sumenda ex ea parte, quæ est principium actus secundi, sed ex ea parte quę est principium actus primi. sed ideo hæc natura est principium actus secundi, quia hæc natura in se talis est, tamen prius natura est hæc natura in se, quàm sit principium actus secundi, quia est talia natura in se, & hæc talis, & non ēconuerso. ergo ad propositū dico, quòd Angelus, & anima specie differunt, siue differunt, sicut species, siue sicut species, & pars speciei, nō quidem primo in quantum Angelus est principium talis actus secundi, puta intelligendi, & uolendi, & anima est principium talis. Sed quia Angelus est talis naturę in se, & anima est talis naturę in se. s. alterius. Et ultra hoc pōt probabiliter dici, quòd licet potentiæ. s. intellectus, & uoluntas non sint aliquid additum essentijs Angeli, & animæ, sed contineantur in ipsis intrinsecè uirtualiter, & essentiæ differunt inter se specie, uel sicut species, & pars speciei, ut dictum est, tamen intellectus hic, & ibi in formali ratione uoluntatis sunt eiusdem speciei, ut potentiæ, quia habent obiectum formaliter. idem. hoc patet, quia ēcontrario dicendum. Contentę potentiæ intrinsecæ uirtualiter in eadē anima, uel in eodem Angelo, sunt diuersarum specierum in ratione potentiæ, & ex formalibus rationibus ipsarum. Hoc etiam patet in exemplo, quia potentia uisiua in Boue, & in equo non est alterius speciei, quamuis ipsa differant specie, sed hoc

Rationes D. Thomæ, & D. Bona. sūt rationes a posteriori, non a priori hoc probari possunt.

Potentiæ diuersorum licet specie differentium, ut potētiæ sunt, eiusdam possunt esse speciei.

hoc ad præsens relinquitur sub dubio.

Ad primum principale potest concedi Antecedens, & negati Consequentia, ut patet ex dictis in fine quæstionis, & potest aliter dici, ꝙ & si sint potentiæ specie differentes, possunt tamen habere idem obiectum formaliter, & tunc Angelus elicit in Angelo, & in anima & sic sunt eiusdē rationis in quantum causatæ ab eodem obiecto partialiter, sed sunt alterius rationis in quantum causatæ à diuersis potentiis, sed tunc oportet concedere, quòd operationes sint simpliciter specie differentes, quia identitas, quam habent ex parte obiecti, est identitas non simplex, sed secundum quid; cum obiectum sit minus principalis causa.

Quære D. Bona. hic. & Varronem dist. 6. huius quęstionis primæ optime.

Ad secundum & ad omnes authoritates consimiles dico, quòd paritas illa non est specifica, sed sunt naturę pares, quia intellectuales, & beatificabiles ab eodem obiecto beatifico. ergo.

VTRVM IN EXISTENTIA ACTVALI Angeli sit aliqua succesio formaliter.

Seraphicus 2. sent. dist. 2. Art. 1. q. 3.
Scotus 2. sent. dist. 2. q. 1.

Quæstio secunda.

Magister agit de loco creationis Angeli, & tempore quando creabatur.

SECVNDO quæritur, Vtrum in Angelis actuali existentia sit successio formaliter.

QVOD non. Quia quantitas uel permanēs, uel successiua non potest recipi in non quanto, etiam indiuisibili, cuiusmodi est Angelus, sed talis mensura est quantitas successiua. ergo.

Item quia talis successio causaret tēpus, ergo Angelus mensuraretur tempore.

CONTRA. Potest. n. Deus creare, & conseruare unum Angelum nullo alio angelo existente.

Item potest creare alium Angelū, qui existat simul cum illo, qui præexistebat primo solus. ergo ille præcessit istum secundum existentiam, ergo aliquo modo est ibi prius, & posterius, & successio in earum existentia.

D. Bona. lib. 2. dis. 2. parte 1. Art. 1. q. 3. quære etiam Varronē. dist. præsenti. q. 1. & 2.

Respondeo, quòd opinio D. Bonauent. est, ut dicit Scotus, quòd in existentia actuali Angeli, & cuiuscumque creaturæ, est successio formaliter. imaginatur. n. quòd actualis essentia Angeli semper creetur eadem non alia, ita quòd in primo instanti, in quo accipit esse, post non esse simpliciter, dicitur creare, & ex tunc in omnibus sequentibus instantibus dicitur conseruari. ita tamen, ꝙ conseruatio non est nisi iterata creatio einsdem essentię, ita quòd eadem infinities creetur. Et quia dictum est: Existentia est eadē numero, ideo est in ea successio sine innouatione, quia essētia succedens non est noua, sed eadem, quæ prima, est quasi innouatio in eius mensura, quæ est æuum, quia æuum est quantitas successiua non permanens, & ita est aliud nunc æui posterius à priori, in quibus nunc sic sibi succedentibus existentia Angeli sic continuè creatur. Vel aliter posset intelligi dicta opinio, quòd esset innouatio in respectibus, ita quòd eadem existētia absoluta tota succedit sibi ipsi secundum alium, & alium principiū & ita est permanentia in absoluto, & innouatio in respectu.

Libro 8. c. 19.

Pro hac opinione sunt rationes: Et prima secū dum Augustinum. 8. super Gen. sicut aer non est factus lucidus à sole, sed fit alioquin absente sole, remaneret lucidus, ita creatura non est facta, sed semper fit à Deo alioquin absente Deo per impossibile remaneret creatura.

Pulchra authoritas.

4. super Gen. cap. 19.

Confirmatur, quia alias non propriè dependentia, saluaretur creaturæ ad Deum secundum existentiam actualem, sed solum dependenter secundum fieri, ut domus ab ædificatore. Et ideo dicit Augustinus, quòd non sic dependet creatura à Deo, sicut domus ab artifice.

Confirmatur etiam, quia alias conseruatio non esset actio Dei positiua, sed solum priuatiua, & ita conseruatio non esset nisi distractio existentiæ primo productæ.

Item si totum esse Angeli est simpliciter, & simul, & totum æuum simul, ergo sicut Deus non potest facere Angelum non fuisse, ita non potest facere ipsum non esse, quod est falsum, quia si unum nunc æui simplex coexistit toti ipsi futuro, sequitur, ꝙ est formaliter infinitum sicut si unum corpus coexisteret in infinitis locis, esset infinitū secundum locum.

Item si Deus creasset unum Angelum, & non creasset tempus, & ad huc potuisset istum Angelum anihilare.

Item potuisset iste Angelus esse bonus, & non bonus, & non creari, sed non simul crearetur, & anihilaretur, nec simul esset, & non bonus, ergo circumscripto omni tempore alicui potest esse successio non æternitate, ergo in æuo.

Item Augustinus 11. confessionum dicit, ꝙ si nūc tempus non flueret, sed staret, non esset tēpus, sed æternitas, & uidetur ibi loqui de uera æternitate tractans illud Psalmi: Tu autem idem ipse es, & anni tui. &c.

11. Confessionum cap. 4.

Psal. 101. sūt uerba glose exodi. cap. 2.

Item Hieronymus ad Marcellam: Solus Deus non nouit fuisse, nec futurum esse. Istam opinionem reputat Scotus probabilem, & soluit impugnationes contra eam, & eius rationes reputat probabiles.

Arguit autem Henricus contra eam, & dicit ꝙ includit contra dictionem ponere in actuali existentia successionē formaliter sine innouatione, sed cum sola innouatione in mensura. Nam secū dum phylosophum 4. phys. non est prius, & posterius, in tempore, nisi propter prius, & posterius in motu. ergo prius, & posterius, & innouatio sūt in mensura propter prius & posterius, & innouationem in mensurato. Tempus. n. est mēsura prioris & posterioris in motu, & similiter æuum est mensura æuiterni.

Hēricus quolib. 5. q. 13. & quolib. 9. q. 7 cum quo Varro. q. præsēti. 4. phys. cont. 99. & 100.

Item nunc æui non corrumpitur propter corruptionem subiecti, quia subiectum non corrumpitur, ut patet, nec habet contrarium, à quo corrū-

patur. ergo nullo modo corruptionis eius apparet aliqua causa, non sicut aliquid nunc temporis, quia corrumpitur eius proximum subiectum. s. mutatio.

4. phys. cont. 99. & 100.

Ad primum istorum dicitur, ad illud 4. phys. ꝙ phylosophus dicit unum, ꝙ partes temporis sunt creatæ à partibus motus, & ideo tenet consequentia ab effectu ad causam, sed in proposito non est sic, nec oportet, ꝙ in omnibus sit ita. Exemplum: Ignis calefacit, & desiccat, & Sol similiter. Ista differentia præsupponit differētiam in qualitatibus, quæ sunt principia ipsarum in igne, nam distinguuntur in igne caliditas & siccitas. In sole autem non, Nam istæ qualitates continentur ibi non formaliter, & distinctè, sed solum uirtualiter. similiter etiā patet, quòd distinctio prioris, & posterioris in motu nō præsupponunt distinctionem prioris & posterioris in mobili, alioquin esset processio in infinitum.

Exemplum.

Ad secundum dico, ꝙ nunc æui corrumpitur siue deficit, quia ex se habet, quòd raptim & instātaneè trāseat, & accidit, quòd nunc tēporis corrūpitur, quia eius proprium subiectum proximum corrumpitur. nam quęram, quomodo corrumpitur mutatum esse, quod est proprium subiectum eius nunc temporis, & patet, quòd non ad corruptionem subiecti, quia primum mobile non corrumpitur.

Cōtra. D. Bonauent.

Aliter arguit Scotus contra opinionem Bonauēt. sic: Si intelligitur primo modo, quòd nunc æui sit aliquod absolutum, tunc sic: Aut est realiter distinctum ab actuali existentia Angeli, aut non: si non, ergo sicut essentia manet eadē, ita & illud. si sic: sicut Deus potest conseruare essentiam infinities eam creando, secundum opinionem, ita potest de illo absoluto, ergo non oportet corrumpi, & innouari. Si intelligatur secundo modo de respectibus, tunc sic non uidetur probabile, quòd manente eodem fundamento, & eodem termino, respectus innouetur.

Defensio pro D. Bona.

Sustinendo primum modum, qui est de intentione Bonauent. quòd si nunc æui sit aliquod absolutum potest dici, quòd est distinctum ab actuali essentia Angeli. & ad instātiam dico, quòd non potest sic conseruari nunc æui, sicut illa existentia, quia si cōseruaretur, & crearetur, infinities hoc esset in alio, & in alio nunc, tunc quæreretur de illo, & sic procederetur in infinitum. ergo est standum in secundo. s. ꝙ existentia sit eadem, & nunc æui innouetur.

Opinio uera Doctoris subtilis.

Scotus tamen uidetur sentire hoc, quòd nulla mutatio, uel noua successio in Angelo, nec in actuali existentia, nec in nunc æui, nec in respectibus, sed sicut conseruatur eadem essentia, ita potest conseruari omne illud, quod est ibi: & ideo soluit rationes Bonauent. Et quia solutiones non plenè uidi, substineo opinionem Bonauent. & maximè, quia Scotus dicit, eam esse probabilē, & eius rationes.

Ad primum ergo principale dico, quòd nō est inconueniens quantitatem totalem, quæ raptim transit esse in indiuisibili, & maxime, quia qđlibet nunc æui, quod sic raptim transit, est indiuisibile. Difficilius. n. est uidere, quomodo ī eo motus est tantum. ponitur. n. quòd Angelus moueri potest.

Ad secundum dicunt aliqui, quòd causatur ibi tempus discretum, potest dici, quòd non causatur tempus propriè dictum, quia tale tempus causatur à priori, & à posteriori, & in motu Causatur etiam quædam duratio alterius rationis, quæ dicitur æuum. &c.

VTRVM OMNIVM AEVITERNOrum sit unum æuum.

Seraphicus Bona. 2. senten. distinct. 2. q. 2. Art. 1.
Scotus 2. sent. dist. 2. q. 3.
D. Thomas 1. parte summa q. 10. Art. 5.
Ricardus 2. sent. dist. 3. q. 2.
Franciscus de Mayronis dist. 2. q. 3.
Durandus 2. sent. dist. 2. q. 5.

Quæstio tertia.

TErtio quæritur, Vtrum omnium æuiternorum sit unum, quod appellatur æuum.

QVOD NON. Quia esset in aliquo uno subiectiue, & ideo corrupto, uel mutato omnia æuiterna mutarentur, quod est inconueniens.

CONTRA: Est unum tempus omnium temporalium. ergo. 4. phys. cont. 95.

Respondetur, quod si æuum non sit aliud, quā actualis existentia cuiuslibet æuiterni, tunc tot sunt æua, quot sunt æuiterna, ut patet. Si uero æuum sit aliquid intrinsecum pertinens ad genus quantitatis distinctum cum aliquo æuiterno, sicut uidetur ponere Bonauent. in quæstione præcedenti, tunc etiam sunt tot æua, quot æuiterna, sed hoc non tenet Scotus, quòd. s. sit in Angelo aliquod absolutum distinctum ab actuali existentia eius, sed ponit, quòd immediatè Deus conseruat eius existentiam, sicut conseruaret illud additum. Si uero æuum sit aliquod extrinsecum mensurans actualem existentiam ęuiterni, tunc potest intelligi dupliciter, uno modo, quòd actualis existentia cuiuslibet ęuiterni superioris sit æuum, & mensura æuiterni inferioris pro eo, quod est existentia certior & notior, & perfectior, & per consequens nata mensurare inferiorem, & isto modo tot erunt æua, quot æuiterna, excepto, ꝙ æuiternum inferius non est æuum alicuius, & omnia alia sunt eius ęua, uel mediatè, uel immediatè, & èconuerso. Aeuiternum superius omnium aliorum est æuum, & ipsum non habet æuum. Alio modo, quòd primum æuiternum sit æuum, & mēsura aliorum omnium pro eo, quòd eius actu essentia est simpliciter altior, & perfectior, & certior, & notior, sicut loquitē phylosophus. 10. Met. quòd primum in uno quoque genere est mensura omnium aliorum illius generis, & secundum omnium æuiternorum erit unum æuum, uel numero, uel saltem specie, ergo.

Hēricus quolib. 5. q. 15. uide etiam cū quolib. 22. q. 2. & Varronē & D. Bona. hic.

Opinio uera Scoti.

Aeuum duobus modis intelligi pōt.

10. met. cont. 2. & inde.

Tunc ad rationem principalem dico, quòd nō

mutaten-

moturentur alia æuiterna, nisi quòd primo æuiterno corrupto ipsa incipient habere nouum respectum ad aliud primum, quod remaneret tanquam ad eorum mensuram, & hoc non esset incõueniens. Deus autem est mensura prima omnium entium, & perfectissima extra genus, ergo, &c.

VTRVM OPERATIO ANGELI mensuretur æuo.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 2. q. 3.
Scotus 2. sent. dist. 3. q. 4.
D. Thomas prima parte summæ q. 10. Art. 6.
Franciscus de Mayronis dist. 2. q. 4.

Quæstio quarta.

Titulus quæstionis exponitur sic: An operatio intrinseca Angeli, scilicet intelligere, & uelle, mensuretur æuo.

QVARTO quęritur, Vtrum operatio Angeli mensuretur æuo.

QVOD NON, sed tempore: Author de causis de propositione penultima: Inter rem, cuius substãtia, & actio mensurãtur tempore, est res media, cuius substantia mensuratur æuiternitate .i. æuo, & operatio mensuratur tempore. ergo.

CONTRA: Circunscripto omni tempore adhuc Angelus haberet propriam operationem. ergo.

Héricus quolib. 12. q. 8. quære Varronem quæstione præsenti.

Respondeo, & dico, quòd mensuratur tempore discreto, hoc autem declaratur sic: Proportio debet esse inter mensuram, & mensuratum. ergo, sicut mensuratum permanens mensuratur mensura pmanenti, & successiuũ successiua; idẽ discretũ dẽt mensurari mensura discreta. ergo actualis existentia Angeli, quæ est permanens, mensuratur æuo. Quod est mensura permanens, & operatio, quæ est successiua, mensuratur tempore; quæ est mensura successiua. Operationes autem Angeli sunt discretæ; nam Angelus non habet unicam intellectionem omnium, quæ sit permanẽs, sed modò intelligit unum, modò aliud; ita tamen, quòd inter istas intellectiones non est connexio, quòd una sequatur ex alia, non intelligit cum discursu; sed indiuisibiliter, & modò est sub tota una intellectione, & modò sub tota alia prima cessante tota simul indiuisibiliter, ergo sunt distinctæ, & similiter est de uolubilibus, ergo mensuratur tempore discreto.

Angelus non intelligit cũ discursu.

Si quæratur quid est id tempus discretum; dicitur, quòd uerè est quantitas alia ab oratione, & numero, partim conueniens, & partim differens cum utraque. Nam partes numeri, & si sint inconnexæ, tamen possunt permanere, partes uerò orationis nõ permanent, tñ sunt connexæ aliquo modo, quia possunt construi ad inuicem, partes uerò istius temporis non permanent, nec sunt connexæ.

Quid sit tempus discretũ.

Sed si quæratur, quare Arist. non connumerauit istam cum alijs speciebus quantitatis discretæ; dicitur, quòd ipse posuit omnes intelligentias esse quosdam Deos, & per consequens habere intellectiones proprias, & substantiales, & ideo nõ posuit tale tempus.

Quęre D. Thomam, & Varronem & D. Bona. ubique. 12. met. & alibi.

Quicquid sit de isto tempore, & de istis fictionibus; arguo tamen contra communem opinionem, & ostendo, quòd. s. eodem æuo mensuratur operatio angeli sicut eius existentia actualis, quæ uniformiter permanẽt, dũ permanent hñt uniformem mensuram; sed essentia Angeli, & eius operatio uniformiter permanent, ergo. Minor probatur, quia utrumque permanet indiuisibiliter totum simul sine successione propriè dicta, nec obstat, quòd intellectio, uel uolitio non tam diu permanet sicut existentia, quia & si crearetur unus Angelus, quem Deus cito uellet anihilare, nihilo minus quàm diu permaneret mensuraretur æuo, sicut alius, quem uoluit perpetuare, ex quo dum permanent habent consimilem permanentiam. Concedo igitur conclusionem istius rationis, & alterius factæ in oppositum ad principale, & confirmatur, quia secũdum omnes, actus Angeli beatificus mensuratur æuo, & tamen ille actus est partialiter ab Angelo effectiuè, ergo aliqua eius operatio æui, & pari ratione omnis alia. Authoritatẽ illam de causis nego in proposito. nõ. n. tota sciẽtia de causis est uera, secundum, quòd dicit Auicenna. &c.

Actus Angeli beatificus mẽsuratus æuo.

CIRCA SECVNDAM PARTEM huius distinctionis in qua Magister tractat ubi fuerint Angeli creati, quæritur de loco Angeli.

VTRVM ANGELVS SIT IN LOCO.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 2. q. 1. Art. 2.
Scotus 2. sent. dist. 2. q. 5.
D. Thomas prima parte summæ q. 52. Art. 1.
Franciscus de Mayronis 2. sent. dist. 1. q. 6.
Ioannes Bacconitanus 2. sent. dist. 3. q. 2.

Quæstio quinta.

QVINTO quæritur circa secundam partem distinctionis, Vtrum Angelus sit in loco.

Hic non quæritur de loco circunscriptiuo, sed de loco diffinitiuo.

QVOD non: Boetius de ebdomadibus: Communis animi conceptio est incorporalis in loco non esse. Et confirmo per Augustinum 83. q. ubi ex intẽtione probat Deum esse in loco pro eo, quòd non habet corpus.

83. q. q. 20.

CONTRA id est Magister in litera hic, ubi adducit authoritatem Damasceni.

Distin. 37. primi.

RESPONDEO, & dico, q Angelus præcisè est in loco, per operationem, & non aliter, ita quòd ibi solum est, ubi operatur.

Ca. 13. & 16. & 20.

Quod probatur per Damasc. Incorporea, inquit, natura ubi adest operatur, nõ corporaliter, sed spiritualiter continetur, & ita intelligentia intellectualiter dicitur circunscribi, ubi operatur.

D. Thomas prima parte summę. q. 52. Art. 1. & 2. & egiduũ in 1. dist. 18. q. 8. Ca. 13. & 16. & 20.

Contra hoc est, quia articulus iste est excommunicatus ab Episcopo parisiensi.

Cap. 7.

Itẽ operari pręsupponit esse; ergo operari in loco, p̃supponit ẽe ĩ loco, ergo prius naturaliter est in loco, quàm operetur in loco. Confirmatur, quia iste Doctor in quæstione: An Deus sit ubiq;

pro-

probat Deum esse ubique, quia potest operari ubique.

Argumentũ est efficacissimum, ut uides.

Tunc sic: Vel ex hoc intendit probare Deum esse ubique solum per operationem, & tunc petit principium, quod idem est premissa & conclusio: Aut per essentiam, & præsentiam, & tunc habetur propositum, quòd .s. prius naturaliter est ubique, & immẽsus, quàm operetur ubique, & consimiliter est in proposito.

Ad quæstionem igitur soluendam sunt tria uidenda. Primo de locato quanto, & corporeo, secundo de loco, tertio de principali quæsito. De primo dico, quòd omne corpus quantum præter ultimum cęlum, extra quod nihil est, habet quinque conditiones. Prima, quòd est in loco. secunda quòd est in loco actualiter. tertia, quòd est in loco mensurante. quarta, quòd est in loco determinatè in hoc, uel in illo. quinta, quòd est in loco naturaliter, uel uiolenter. Omnes istæ cõditiones patẽt intuẽti de facto. De possibili diceret Arist. quòd etiam, quia secũdum eum extra uniuersum nihil posset fieri, quidquid autem quantum fieret infra uniuersum haberet istas quinque conditiones. Secundum autem Theologos, & fidem, & ueritatem, Deus posset creare, & conseruare unum corpus extra uniuersum nihil aliud creando secũ; & tunc tale corpus non esset in aliquo loco continenter, sed esset in seipso.

Extra uniuersum nihil ẽ. primo cęli cõ tex. 99. idem secundo cæli contex. 27. Deus potest conseruare unũ corpus extra uniuersum.

Sciendum, quòd quatuor primæ conditiones competunt corpori quatenus est quantum; Quinta uero in quantum est quale, & licet omne quantum sit quale, tamen prius naturaliter est quantũ, quàm quale. & ita naturaliter prius, potest esse de consideratione. Mathematici, quàm Philosophi. Quod ait corpori quanto, ut quanto præcisè possint aliquæ operationes cõpetere; patet per phylosophum 4. phys. cap. de uacuo, ubi uoluit, quòd si corpus præcise cubum, præcisè esset in aere, uel in aqua, adhuc faceret distare latera continentis, quantum distarent latera sua, circunscripta omni qualitate.

4. phys. cont.

De secundo patet per phylosophum 4. phys. q locus est ultimum continentis, & immobile, & est incorruptibile. Quidam declarant eius immobilitatem dicentes, quòd licet materialiter locus sit mobilis, formaliter autem, ut dicit ordinẽ ad partes uniuersi .s. ad centrum, & circunferentiam, est immobilis, & incorruptibilis.

4. phys. cont. 46.

An locus sit mobilis, uel immobilis.

Dico breuiter, quòd talis locus est corruptibilis, quia cum idem accidens numero non possit transmigrare de subiecto in subiectum, siue sit accidens absolutum, siue respectiuũ, oportet necessariò dicere, q moto subiecto, & corrupto subiecto, corrumpatur omne accidens, quod est in ipso, siue sit accidens absolutum, siue respectiuum. Imo plus dico, quòd omnis locus in quantum dicit respectum est corruptibilis, sed in quantum dicit ultimam superficiem corporis continentis sic potest esse incorruptibilis, quod patet de superficiebus cœlorum, quæ sunt incorruptibiles, tamen quia sunt mobiles, statim ipsis motis corrumpitur respectus ad locatum. hic autẽ non loquor de cęlo Empyreo, quod est immobile, quia illud nõ uidit Arist.

Corrupto subiecto, corrumpitur omne accidens. q est in ipso.

Quomodo locus sit corruptibilis, & incorruptibilis.

Arist. nunquam uidit cęlum empyreum, q sit immobile.

Dico igitur, quòd secundum phylosophum locus est immobilis, quia habet immobilitatem oppositam omnino motui locali, & est incorruptibilis secundum æquiualentiam. Primum patet sic: Omne, quod mouetur localiter, uel mouetur propriè, uel per accidens, uel in aliquo alio gradu, ut in 4. uel in 5. Exemplum: Subiectum mouetur per se, superficies per accidens, cœlorum supercificies accidentaliter, per accidẽs similitudo in quarto gradu. Neutro autem istorum modorũ mouetur locus, ut dicit respectum ad locatũ. Nã moto locato, statim corrumpitur ubi, quòd habebat, & acquirit aliud ubi, cum omnis motus sit de ubi ad ubi, & per consequens statim acquirit aliũ locum; & primus corrumpitur scilicet ille primus respectus corrumpitur; & acquiritur alius. ergo locus formaliter, ut dicit respectum, nullo modo mouetur, sed statim quod deberet per accidens moueri ad motionem sui subiecti, ipse corrumpitur, etiam si continens, & contentum simul mouerentur, locus tamen, ut dicit respectum, non mouetur, sed corrumpitur; quia tunc essent duo motus, sicut sua mobilia. & ita mouerentur à duobus ubi ad duo ubi, ut patet intuenti. Sed etiam patet, quòd est incorruptibilis secundum æquiualentiã, quia statim, moto locato, acquiritur consimilis respectus loci dimissi ad locatum, qui transfertur.

Resoluto notabilis.

De tertio dico, quòd Angelus non necessariò est in loco. Si Deus potest conseruare, & creare corpus extra uniuersum, multò magis potest de Angelo, & scd̃m aliquos quãdoque fuit sine omni loco, quia etiã duratione creatus fuit ante creaturam corporalẽ, secundũ istos, nec est modo de facto in loco cõmẽsuratẽ cõmensuratiuè, uel circũscriptiuè, sed diffinitiuè, nã sibi ita determinat hunc locum, quòd non alium, quia non est quantus, nec naturaliter, qa nõ cõseruatur plus ab uno loco, quam ab aliq. imo à nullo nec uiolenter, qa nõ habet naturalem inclinationẽ ad locum oppositum. Est autem in loco, & actualiter est in loco, & in aliquo loco determinato, primum & secundum patet per Damascenum. c. 20. ubi dicit, q cęlum est continentia uisibilium, & inuisibiliũ creaturarum, & ita in ipso Angelorum uirtutes includuntur. tertium patet, quia non est infinitus.

VTRVM ANGELVS REQVIRAT determinatum locum.

Seraphicus Bona. 2. senten. distinct. 2. q. 3. Art. 2.
Scotus 2. sent. dist. 2. q. 6.
Franciscus de Mayronis 2. sent. dist. 2. q. 12.

Quæstio sexta.

IVxta hoc quæritur, Vtrum possit se facere in loco maiori, & minori, & in infinitum, & Vtrum in loco punctali.

De Primo cõiter dicitur, quòd non. sed per uirtualem quantitatem, quam habet; ita potest se facere in

D. Bona. 2. sent. dist. 2. q. 3. Art. 2. tenet partẽ affirmatiuam. Varro negatiuam. D. Thomas prima parte summæ. q. 52. Art. 2.

cere in loco adequato sibi, quòd non in maiori, & hoc secundum, quòd in uno Angelo est plus uel minus, quàm in alio. De tali quantitate uirtuali dico, quòd qua ratione non potest se facere in maiori, & in minori, & in infinitum; pari ratione nec in maiori, & in minori in infinitum, quia utrũque arguit in eo uirtutem infinitam. Nam uirtutis est posse se applicare de uno loco in alium, ergo infinitæ uirtutis est in infinitum hoc posse, nec ualet, si dicas, quòd non est hoc conueniens, quia nũquam deueniret ad actum infinitum, & ideo non oportet eum, propter hoc habere uirtutem infinitam. non ualet, quia popter actum applicare se in loco, non aduenit sibi uirtus, sed oportet, quòd habeat uirtutem, per quam posit. ergo si in infinitũ potest, infinitam uirtutem præhabet.

De secundo non uidetur necessaria ratio ad aliquam partem. non quidem ad partem affirmatiuam, quia licet Angelus sit indiuisibilis, non tamẽ habet diuisibilitatem illimitatam, sicut punctus. Imo habet quantitatem uirtualem, per quam applicat se loco. Nec etiam ad partem negatiuam, quia si dicatur, quòd tunc non posset moueri, nisi spacium componatur ex punctis, non ualet, quia posset se immediatè facere in loco quanto, cuius ille punctus erat terminus.

AD authoritates omnes, quę uidentur negare Angelum esse in loco, respondetur, quòd uerum est, quòd non est in loco circumscriptiuè, & commensuratiuè.

Cap. 13.

Ad Damascenũ pro alia opinione dico, quòd ipse negat Angelum esse in loco secundum esse. concedit tamen eum operari in loco, & hoc patet per dictum eius superius assignatum in tertio articulo. Item patet ibidẽ, ubi adducitur pro illa opinione. dicit. n. in prima authoritate: In corporea natura ubi adest, & operatur. Ecce, quòd præmittit eum esse in loco, ut operatur in loco. similiter in secunda authoritate præmittit eum intellectualiter circunscribi à loco. &c.

VTRVM VNVS ANGELVS POSsit esse simul in pluribus locis.

Seraphycus Bona. 2. sent. dist. 2. q. 2. Art. 2.
Scotus 2. sent. dist. 2. q. 7.
D. Thomas prima parte summa. q. 52. Art. 2.
Franciscus de May. 2. sent. distin. 1. q. 8.
Ioannes Baccomitanus 2. sent. dist. 3. q. 2.

Quæstio septima.

Vide D. Thomam in primâ parte summæ. q. 52. Ar. 2. & D. Bon. atq; Varronem in quæstione præsenti. qui tenent partem negatiuam.

SEXTO quæritur, Vtrum unus Angelus simul possit esse in pluribus locis.

QVOD NON. Quia tunc distaret à se, sicut locus distat à loco. Consequentia probatur, quia quæ sunt simul in tertio, sunt simul inter se. ergo per oppositum: quę non sunt simul in tertio, distant inter se.

Item quia tunc simul posset moueri in uno, & in alio loco quiescere.

CONTRA: Potest. n. esse in uno loco toto quanto, ut in loco pedali. faciat ergo se solum in extremis non exhibendo se præsentem medio, non. n. est ibi, ut forma.

Respondeo, quòd non est idem Angelus in diuersis locis secundum Damascenum, quia secundum eum dum sunt in cęlo, non sunt in terra. De possibili autem loquendo, de propria eorum potentia naturali probabile uidetur, quòd non possint simul esse in duobus locis, ita ꝙ cuilibet loco applicarent se secũdũ totam suam uirtutẽ. sed Verum propria uirtute possint se facere simul in diuersis locis quocunque modo, non uidetur rõ necessaria pro una opinione, nec pro altera. Videtur autem hoc Deus posse facere, ut puta non esse dubium, quòd sic, quia nullam contradictionẽ includit, ut dicetur in 4. libro in materia Eucharistiæ. Dist. 10. q. 2.

Ad primum principale, quod uidetur ostendere in possibilitatem; dico, quòd non sequitur, quãdo unum est illimitatum ad Duo. Exemplum: Anima est aliquo modo illimitata ad ambas manus, & ideo cuilibet est tota pręsens. & tamen non distat à se, licet manus distet à manu. Simile est de Deo respectu diuersarum rerum, quibus est totus præsens. Exemplum.

Ad secundum Dico, quòd sicut moueri est aliter se habere, quàm prius, ita quiescere est eodem modo se habere nunc, ut prius. non est autem inconueniens aliquid unum respectu unius ubi se habere eodẽ modo, ut prius, & respectu alterius ubi se habere aliter, quàm prius. Et ideo concedo, quòd in diuersis ubi unum & idem potest simul moueri, & quiescere, nec ex hoc potest inferri: ergo si mouetur simul, & non mouetur, quiescit, & non quiescit; imo est ibi ignorantia elẽchi de secundum quid ad simpliciter. Nam istud prædicatum mouetur, uel non quiescit, absolutè probatum non sequitur nisi ad quietem simpliciter, & ad moueri simpliciter. Modo autem sic, ꝙ non quiescebat simpliciter, sed cum determinatione. s. in hoc ubi. Exemplum; Linea pedalis est regula ad mediam pedalem, & non regula ad pedalem, non tamen sequitur absolute, quòd sit regula, & non regula. &c.

Angelus per diuinam potentiam põt esse in pluribus locis. uel cõtinuis, uel distinctis, uel adæquatis, quia tam loca, tam Angeli, sunt in potẽtia obediẽtiali.

VTRVM DVO ANGELI POSSINT simul esse in eodem loco.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 2. q. 4. Art. 2.
Scotus 2. sent. dist. 2. q. 8.
D. Thomas prima parte summa q. 52. Art. 3.
Franciscus de Mayronis 2. sent. dist. 1. q. 7.

Quæstio octaua.

SEPTIMO quæritur, Vtrum duo Angeli possint simul esse in eodem loco.

QVOD non. Ratio est, quia quæ habent eundem modum essendi non possunt esse simul secundum naturam, sed plures Angeli habent cõsimilem modum essendi in loco, ergo, Maior patet in exemplis, nam duo corpora gloriosa non

possunt

Quære D. Thomã quo lib. 1. q. 21. & 22. ad hęc. Cap. 1.

poſſunt eſſe ſimul ſecundum naturam. nec plures Dii, ſi eſſent, poſſent eſſe ſimul ſecundum Damaſcenum, & tamen corpus glorioſum poteſt eſſe ſimul cum non glorioſo, & Deus eſt ſimul cũ creatura.

Non puto eſſe dubium, quòd Deus poteſt facere plures Angelos eſſe ſimul in eodẽ loco. Vtrum autem hoc poſſit fieri ſecundum eorum uirtutem naturalem uidetur poſſe dici, ꝙ ſic, quia ſi prius duratione fuerũt creati, quàm creatura corporalis, ſicut dicit Damaſcenus, tunc eſſet dicendum, quòd omnes fuerunt ſimul, & pari ratione uidetur poſſe dici, quòd non.

Ca. 17 & 21. & Marci c. 5.

Ricardus etiam 4. de Trin. uidetur ex hoc probare Dęmones non habere corpora, quia una legio ſimul fuit in corpore unius obſeſſi. Quare ex hoc uellet dicere, quòd tunc plura corpora eſſent ſimul, & per conſequens non uidetur habere pro inconuenienti, quòd plures ſpiritus ſint ſimul.

Matth. & Lucæ. cap. 8. & Marci. cap. 5.

Ad rationem oppoſitam dico, quòd maior ratio, quæ habetur apud eos multum famoſa, eſt irrationalis. nam maior eſt in dependentia effectus ad cauſam, cum ſit reſpectus intrinſecus, & tamẽ poſſunt duo effectus ad eandem ſimul habere cõſimilem dependentiam. ergo. quod aũt dr̃ de pluribus corporibus glorioſis, & pluribus Diis, ſi eſſent, ſi uerum ſit, aliunde eſt quærenda cauſa: &c.

D. Thomas prima parte ſũmæ. q. 52. Art. 3. Cõfutatio efficaciſſima.

VTRVM ANGELVS POSSIT MOueri de loco ad locum.

Scotus 2. ſent. diſt. 2. q. 9.
D. Thomas prima parte ſumma q. 53. Art. 1.
Ioannes Bacconitanus diſt. 3. q. 2.

Quæſtio nona.

OCtauo quæritur, Vtrum Angelus poſſit moueri de loco ad locum motu continuo.

QVOD non: Motus eſt actus entis in potentia in quantum in potentia. 3. phyſ. ſed Angelus non eſt ens in potentia. i. quantum in potẽtia, quia tunc eſſet ens imperfectum, ergo.

3. phyſ. cont. 6 & 10. 2. phyſ. cont. 1. & inde.

Item Angelus eſt indiuiſibilis, ergo non poteſt moueri. Antecedens patet. Conſequentiam probat philoſophus ex intentione 6. phyſ. & eſt ratio ſua talis prima, quam ponit. cap. 2. & replicat ca. ultimo:

Omne, quod mouetur, partim eſt in termino à quo, & partim in termino ad quem, nã cum eſt in termino à quo, totaliter iam motum eſt, & non mouetur, ſed impartibile non habet partem, & partem. ergo.

6. phyſ. cont. 7 & 32. & 87.

Secũda ratio eſt talis, quam ponit cap. ultimo: Omne, quod mouetur, prius tranſit ſpatium ſibi æquale, uel minus, quàm per tranſeat maius: ſed impartibile non poteſt prius tranſire ſpatium ſibi minus, ut patet. ergo æquale. ſed ſpatiũ ſibi ęquale eſt indiuiſibile. ergo per prius tranſit ſpatium indiuiſibile, quàm diuiſibile. ergo ſi impartibile moueatur per aliquid ſpatium continuum, ſequũtur duo impoſſibilia. Primum, quòd per tranſit actu infinita. Secundum, ꝙ continuum componitur ex indiuiſibilibus.

6. phyſ. cont. 89.

Tertia ratio eſt, quia omnis motus eſt in tempore, ſed omne tempus eſt partibile, ergo omnis motus eſt partibilis, quia accidens partibile nõ recipitur in ſubiecto impartibili.

Quarta ratio ex 4. phyſ. cap. de uacuo eſt, quia Omnis motus eſt ſucceſſiuus. ſucceſſio autem in motu cauſatur ſecũdum commentatorem ibidẽ, uel ex reſiſtentia medii ad motorem, uel ex reſiſtentia mobilis ad motorem, uel ex reſiſtentia medii ad mobile. & ideo dicit, quòd in uacuo eſſet motus in non tempore, quia non eſſet ibi talis reſiſtentia. Sed nulla dictarum reſiſtẽtiarum poteſt eſſe in propoſito. nam nec ſpatium reſiſtit Angelo, ut motori, nec Angelo, ut mobili, nec Angelus nec mobile reſiſtit ſibi ipſi, ut motori, ergo.

Vide 4. & 5. phyſ. contex. 71. Ca. de uacuo.

Contra id eſt Damaſcenus.

Cap. 33. & 39.

Reſpondeo, quòd Angelus poteſt moueri motu continuo, ratio eſt: Omne ſuſceptiuum aliquarum formarum eiuſdem generis, quod ea ſe non eſt determinatum ad unam tantum, nec eſt illimitatũ ad omnes, poteſt mutari ſiue moueri de una in alteram. Propoſitio eſt adeo uera, quòd ſubiectum includit prædicatum. Sed Angelus eſt ſuſceptiuus diuerſorum ubi, quia poteſt eſſe alicubi diffinitiuè, ut patet in quæſtione de locatione Angeli, nec eſt determinatus ad unum ubi tantum; quia non neceſſariò magis eſt in uno loco, nec eſt illimitatus ad omnia ubi. quia non eſt immenſus. ergo poteſt moueri de uno in aliud, & quòd motu cõtinuo, patet, quia inter duo ubi ſunt infinita ubi media, & in quolibet iſtorum poteſt ſe facere, ſed nunquam faceret ſe in omnibus, niſi tranſeundo per omnia motu continuo, alias poſſet per tranſire actu infinita. ergo.

Angelus an poſſit moueri motu cõtinuo.

TVNC ad rationes in contrarium: Ad primam dico, quòd non eſt inconueniens omne ens creatum, cum non habeat perfectionem eſſentialem infinitam, eſſe in potentia ad aliquam perfectionem ſecundariam, & accidentalem, quæ tamẽ eſt ignobilior ipſo perfectibili; ſicut patet pro potentia intellectiua Angeli eſt in potẽtia ad intellectionem, quæ eſt ſibi accidens.

Ad alias tres primas rationes de 6. phy. poteſt faciliter reſponderi, dicendo, ꝙ licet Angelus ſit impartibilis ſecundum exiſtentiam, eſt tamen quodammodo partibilis ſecũdum uirtutem, quæ habet quantitatem uirtualem, per quam applicat ſe toti loco quanto. & ita per iſtam quantitatẽ uirtualem poteſt dici quodammodo, quòd quando mouet partim eſt in termino à quo, & partim in termino ad quem.

6. phyſ. cont. 1. & inde.

Quomodo Angelus ſit partibilis.

Quo ad primam rationẽ dico, quòd prius pertranſiit ſpatium minus, & æquale, quàm maius, quia ſi applicatur toti loco pedali prius per tranſiit alium medii pedalem, quàꝙ pedalem, & pedalem, quàm bipedalem.

Quo ad ſecundam dico, ꝙ poteſt recipere accidens partibile mediante tali quantitate uirtuali.

Quo ad tertiam tamen ultra hoc dico, ꝙ impartibile omninò impartibile poteſt moueri. Ita,

Impartibile an poſſit moueri.

quòd

quòd si esset punctus separatus, posset moueri diuina uirtute. Quod probo: Sphæra tangit planum in puncto, & tamen potest moueri super planum, nec ex hoc sequitur, quòd spacium super quod mouetur, sit compositū ex indiuisibilibus.

An sit dare corpus omnino sphæricū. Celū est sphæricæ figuræ.

Respondent ad hoc multipliciter: Primo, quòd non est dare corpus omnino sphæricum in natura, sed solum in imaginatione Matem. sed hoc non ualet, quia non est dubium, quòd cœlum est omnino sphæricum, alias esset dare uacuum, ut patet. sed esto, quòd non esset ita. istud tamen uerum est, quòd ex formali ratione non repugnat sphæricum plano, quin sphæra posset moueri super planum.

6.phy. cōtex. 86. Aliter dicitur, quòd sphæra non tangit planum in puncto, sed in linea. sed hoc est omnino falsum, quia centrum est, quòd nulla pars lineæ omnino circularis est recta, alias circulus posset cōponi ex rectis partibus. ergo quælibet pars circuli est non recta. Impossibile tamen est, quòd tota linea tangatur à linea recta, q̄ est in plano. ergo.

Aliter dicitur, quòd secus est de puncto in sphæra, & de puncto separato: quia punctus in sphæra mouetur solum per accidens, punctum autem separatus, si moueretur, moueretur per se. sed hoc etiam non uidetur, quia quamuis moueatur punctus in sphæra, tamen commensuratur tali lineæ, super quam fit motus. nec commensuratur illi lineæ ipsa sphæra, uel linea sphærica, licet tota sphæra dicatur moueri per se, quia non tangit illam lineam rectam, nisi in puncto. ergo tantum ualet de pūcto in sphæra, quantū ualet de puncto separato.

Item ad principale arguo sic: Signetur punctus in linea recta, & moueatur super eam quodcunq; corpus; certum est, quòd punctus signatus commensurabit se in toto motu continuo parti sibi æquali correspondēti sibi immobili. ergo, ut punctus, & tamen non propter hoc mobile illud diceretur compositum ex punctis. ergo non apparet ratio, quare impartibile inseparatum non possit moueri.

Tamen propter intentionem Arist. quam adducit, & propter solutionem quartæ rationis, est sciendum, q̄ successio in motu est ex duplici causa. s. ex diuisibilitate mobilis, & ex diuisibilitate spacii, utraque tamen causa esset per se sufficiens separata. nam si mobile sit diuisibile, prius per trāsit spacium pars ipsius mobilis, quàm totum mobile, & ita in motu erit successio, si etiam spacium sit diuisibile, patet, quòd prius pertrāsitur pars spacii, quàm totū spacium, & ita etiam in motu erit successio.

Successio in motu est ex duplici causa.

Negat ergo philosophus, & benè, q̄ impartibile non potest moueri motu continuo, ita q̄ continuitas in motu causaretur, uel sumeretur ex parte eius, non tamen repugnat sibi moueri si posset haberi cōtinuitas, & successio motus aliūde. s. à spatio, tantū concludunt rōnes eius, & nō plus.

Ex positio notabilis phylosophi quam malè pcipiūt aduersarii Scoticæ discipli næ.

Ad primam ergo dico, q̄ maioris probatio solum est uera, quando mobile est tale, q̄ ex eius ratione contingit successio, & continuitas in motu.

Ad secundam dico, q̄ quādo mobile est impartibile, non prius tempore pertransijt spacium sibi æquale, quàm maius; quia in quocunq; minimo tempore pertransiit aliquid spatium, quantum ad diuisibile. sed pro tanto potest dici prius pertransire spatium sibi æquale, quàm maius, quia prius cōmensuratur puncto, quàm lineæ & ita prioritas accipitur solū ex parte spacii. Vnde motus habet tunc continuitatem, & successionē, & non accipitur ex parte tēporis, quādo uero mobile est partibile, prioritas illa accipitur ex utraque parte.

Ad tertiam dico, q̄ quando impartibile mouetur, motus non habet partibilitatem à mobili, sed à spatio, ut prædictum est, ergo partibilitas illius motus non recipitur in mobili.

Ad quartam rōnem, & ultimam dico, q̄ successio in motu potest etiam cōtingere ex defectu uirtutis motiuæ cū distantia terminorum, inter quos fit motus, & ista sunt in propusito. nam uirtus motiua Angeli non est finita, & ideo non potest ponere mobile de termino in terminum, nisi in tpe.

Virtus motiua Angeli nō est finita.

VTRVM ANGELVS POSSIT MOuere se.

Scotus 2. sent. dist. 2. q. 10.

Franciscus de Mayronis 2. sen. dist. 2. q. 11.

Quæstio decima.

NONO quæritur, Vtrum angelus posit mouere seipsum.

Sermo noster non est motu intrinseco spirituali intellectus, ut uolun tatis, ut mol ti Theologi faciūt, sed de motu locali extrinseco.

QVOD nō: Quia idem esset in potentia, & in actu simul. nam mouens, ut mouens est in actu, & motum, ut motum est in potentia cum fieri, q̄d idem non est in potentia & in actu, quia differentiæ entis oppositæ sunt incompossibiles in eodem, idem. n. non sunt substantia & accidens. ergo. Item ex 8. phys. mouens seipsum componitur ex per se mouēte & per se moto, sed Angelus est simplex, ergo. 8. phy. conte. 30.

Cōtra: nō est minoris uirtutis angelus, q̄ hō &c.

Respōdeo in hac quęstione, dicit Scotus, q̄ nō solum angelus, & homo, imo & graue mouet seipsum effectiue deorsū. ratio prima est: Effectus in actu habet causam in actu ex 2. phys. & 5. Met. & causa efficiens in actu simul sunt & nō sunt, q̄d etiam patet per rationem manifestam, quia q̄d nō est, quādo nō est, nō producit aliquid ad esse. sed motus grauis deorsum est effectus in actu. ergo hēt causam effectuā in actu. nō potest dici q̄ causetur à generante graue, quia anihilato generāte, cā amoueretur deorsum. nec pōt dici, q̄ causetur à remouente prohibens, quia scdm philosophum 8. phys. remouēs prohibens est agens per accidēs. Agens per accidens reducitur ad per se. nec pōt dici, q̄ sit influentia cęli, quia ita est fuga, recurrere ad cām uniuersalē, & negare causas pticulares, nā influētia cęli de se ē īdifferēs ad motū inferius uel superius: & ideo oportet, q̄ termine tur per cām particularē, puta p formā grauis, uel leuis. nec pōt dici, q̄ moueatur graue deorsum pcisè à Deo, q̄a tūc nō esset motus naturalis, sed miraculosus. nec potest dici, q̄ moueatur effectiuè à cētro, quia si

2. phy. cōt. 27 5. met. cōt. 3.

8. phy. cōt. 32 2. phy. cōt. 66. et 8. phy. cōt. 19.

per impossibile nullum graue esset in centro, sed tota terra amota esset à centro, & nullum possiuum maneret ibi, maente tamen ratione centri; adhunc graue moueretur deorsum. Si dicatur, quod mouetur à uirtute generantis immissa ipsi graui, tunc habetur propositum, quia non est aliqua talis uirtus positiua in graui, nisi forma grauis data à generante. & ita sequitur, quòd ab aliquo principio intrinseco est actio motus grauis deorsum, & leuis sursum pari ratione.

Item graue descendens deorsum trahit secum leue sibi alligatum, si leuitas non sit tãta, quod uincat eius grauitatem. Frangit etiam obstaculum sibi oppositum quandoque, sed istorum effectus, scilicet descensus leuis, & fractionis alicuius dari, cum sint motus uiolenti est assignare causã agentem extrinsecam, sed non est fingenda alia causa, quàm ipsum graue. graue autem non causat illos effectus, nisi, quia intendit se facere in centro, ergo ab eodem principio intrinseco effectiuo est eius descensus deorsum, à quo sunt illi. ergo.

3. ethic. ca. 2.

Item duo grauia inæqualia possunt generari ab eodem generante, & esse in eadem distantia ad centrum, & in eadem influentia cœli, & tamen grauius uelocius mouebitur, ergo non potest dari alia causa istius deformitatis motuum, nisi principium intrinsecum in eis aliud, & aliud. f. alia, & alia forma grauis.

Hic sunt duæ instantiæ, prima, quia secundum philosophum primo de cœlo, & mundo motus naturalis intenditur in fine, & uiolentus remittitur, ergo sicut uiolentus est effectiuè ab agente impellente eum, quia in fine deficit uirtus, ideo motus remittitur, ita motus naturalis est effectiuè à loco naturali attrahente, cui quanto mobili plus appropinquat, tanto motus plus intenditur.

Primo cœli contex. 8 8. & 8 9. de uiolento.

Item motus uiolentus non est totus ab impellente, ut uidetur, quia posito, quòd, ut primum statim lapis egreditur à proiiciẽte, proiiciens annihiletur, adhuc lapis moueretur sursum, nec est à principio intrinseco lapidis, ut uidetur, ergo est dare aliam causam, puta, uel est ab aere impellente, uel est à uirtute primi agentis proiicientis reseruata in lapide, ergo rationes supradictæ in sufficientes sunt, quia ita potest dici de motu naturali.

Ad primum dico, quòd est pro me authoritas sic: sicut motus uiolentus, qui in fine remittitur, est à principio extrinseco; ita motus naturalis, quia in fine tenditur, est à principio intrinseco. Et confirmatur apertissimè. Nam si esset effectiuè à loco attrahente minus graue, uelocius moueretur, ut patet. causa ergo, quare motus naturalis est in fine uelocior, potest esse, quia uirtus naturalis intrinseca, quæ mouet per continuum motum, plus uigoratur.

Ad secundum dico, quòd aer primo motus à proiiciente, mouet aerem sibi propinquum, & sic aer motus impellit lapidem proiectum, donec uirtus illa in aere deficiat, & licet ista causa concurrat, forte in motu lapidis deorsum scilicet aer impellens, quia proiectus inferius cum uiolentia uelocius mouetur, quàm per se dimissus, non tamen est principalis causa, sed est dare causam intrinsecam principalem, ut rationes factæ probant.

Ad primum principale patet quomodo aliquid potest agere in se, sed ad probationem, uel instantiam dico, quòd actus, & potentia, ut sunt differentiæ entis, sunt impossibile in eodem præcisè. Est enim differentia entis, ut est potentia ad actum primum, & differentia sibi opposita est actus primus. Impossibile ergo est, quòd idem simul sit actus primus substantialis, uel accidentalis, & sit in potentia ad esse actum primum, sed non est inconueniens, quòd idem sit actus primus, & per consequens sit actus, & sit in potentia ad aliquam perfectionem secundam.

Dist. 3. primi q. 7. uel soluẽdo rationes secundæ opinionis.

Ad secundum dico, quòd mouens se ipsum, si est organicum, est realiter compositum ex per se mouente primo, & per se moto, & de talibus ibi loquitur philosophus. Mouens autem se non organicũ, siue sit spirituale, sicut Angelus, siue corporale, sicut graue, uel leue, non est sic compositum, nisi secundum rationem. &c.

VTRVM ANGELVS POSSIT MOueri in instanti.

Scotus 2. sent. dist. 2. q. 11.
D. Thomas prima parte summa q. 53. Art. 3.
Franciscus de May. 2. sent. dist. 3. q. 13.

Quæstio undecima.

DECIMO quæritur, Vtrum Angelus possit moueri in instanti.

D. Thomas prima partæ summæ q. 53. Art. 3. & quolib. 11. q. 4. uide Henricũ quolib. 13. q. 7. & quolib. 12. q. 8.

QVOD NON. Quia tunc Deus posset Angelum mouere in minori, quàm in instanti. Ita enim arguit philosophus 6. phys. quòd minor uirtus mouet in tempore, maxima mouet in instanti.

CONTRA: Ista corpora mouent in instanti, sicut patet de sole, qui illuminat medium in instanti. ergo Angelus potest se mouere in instanti, quia maior est eius uirtus motiua, & minor resistentia medii.

6. phys. cont. 29 & 90. in fi nib. Exempla.

RESPONDEO, quòd motus, uel mutatio potest dupliciter accipi: uno modo, quòd includat totam realitatem motus, hoc quòd si motus sit ad. a. ubi ad. b. ubi id, quod mutatur simul habeat omnia ubi inter media, ac si fuisset mutatum simpliciter successiuè, & isto modo non uideo, quòd Angelus propria uirtute naturali possit mutari in instanti, quia tunc simul esset in diuersis ubi, cum in instanti non sit prius, & posterius. Alio modo, quòd includat præcisè realitatem termini motus, & isto modo non est inconueniens, quòd Angelus moueatur in instanti, hoc est, quòd in instanti sit in termino motus, Nam quòd terminus motus non in instanti includatur, hoc est ex imperfectione uirtutis motus, uirtus autem Angeli est dignificanda, ubi contrarium non apparet.

Ad

Ad rationem in contrarium dico, quòd incon ueniens philosophi tenet. Quia in antecedente includit mensuram diuisibilem, non ex quo mensura est diuisibilis, in qua mouet magna uirtus, maxima potest moueri in minori, quia est dare minus quocunque diuisibili dato, sed in proposito non sic, quia in antecedente assumitur mensura diuisibilis, quia non potest dari in minori. & cætera.

PRo maiori dilucidatione circa uerba Doctoris: An scilicet Angelus possit moueri in instanti dicendum est, quòd Motus Angeli conside ratur tripliciter.

Vno modo quatenus est ad partem minorem eiusdem loci.

Secundo quatenus est ad partem, & locum maiorem eiusdem loci.

Tertio quatenus est de uno loco adæquato, ad alium locum adæquatum loci.

Si motus consideretur primo modo certe Angelus potest moueri in instanti, quia potest se facere præsentem, ac coarctare se ad locum minorem, quàm sit; ut pono casum, quòd ista manus sit locus adæquatus unius Angeli, pono etiam casum si uelit se coarctare ad minorem locum, quòd potest facere in instanti, quia in isto loco non sunt ubi, & loca intermedia, sic etiam si motus consideretur secundo modo, sic etiam potest moueri in instāti si sit in loco adæquato, & potest coarctari.

Si tertio modo consideretur motus Angeli de uno in alium locum adæquatum, non potest moueri in instanti, quia sunt multa loca intermedia ac multa ubi.

Hæc sit solutio breuissima addi ita Ant. Andr.

VTRUM ANGELUS POSSIT MOueri ab extremo in extremum non transeundo per medium.

Scotus 2. sent. dist. 2. q. 12.
D. Thomas prima parte summæ. q. 53. Art. 2.
Franciscus de Mayronis 2. sent. dist. 3. q.
Ioannes Bacconitanus 2. sent. dist. 3. q. 12.

Quæstio undecima secunda.

VNDECIMO quæritur, Vtrum Angelus possit moueri de extremo in extremum non transeundo per medium.

QVOD sic, quia corpus Christi existens in cęlo est in altari, & non transit per medium ergo multò magis angelus, quia corpus plus sequitur leges loci, quàm spiritus.

CONTRA: Non potest transiri à præterito in futurum, nisi transeatur per præsens, ergo.

Respondetur, quòd extrema possunt accipi distantia, uel mediata, uel immediata.

Item motus potest accipi, uel pro motu continuo, uel successiuo includente totam realitatem motus, uel pro motu indiuisibili, uel instantaneo includente præcisè realitatem termini motus. Dico, quòd non potest moueri motu continuo ab extremo distante ad extremum distans, nisi transeundo per mediū; imo iam non esset motus, si cōtinuitas accipiatur ex continuitate medii. Motu autem indiuisibili, & instantaneo potest moueri de extremò ad extremum non distans, non transeundo per medium, hoc est, si sit in toto loco pedali potest se facere in instanti in alio toto loco pedali immediatè, nec dimittendo primo partem primi loci, & acquirendo primo partem secundi loci, sed simul dimittendo primum locum totum, & acquirendo totum secundum in instanti; & tamen dicitur moueri de extremo immediato ad extremum immediatum, non transeundo per medium, & hoc non solum potest esse, imo est necessarium, nam qui transiret illo modo per medium, tunc non esset motus indiuisibilis instātaneus, sed continuus, & hunc modum conclusit quęstio precedens.

Vtrum autem possit se facere de extremo distante in extremum distans in instanti non transeundo per medium, dubium est. & uidetur probabile, quòd non propria uirtute naturali, quia ordo institutus est ab authore naturæ, quòd motu naturali nunquam transeatur ab extremo in extremum, nisi per medium. Quando. n. est ibi medium ex natura rei, nec hoc repugnat dictis in secundo articulo, quia ibi non erat propriè medium, nisi extrema.

Ad rationem principalem dico, quòd illud sit modo super naturali, & uirtute infinita, ut patebit in quarto libro.

Sed est hic dubitatio, quia sol illuminat partem distantem in instanti, ergo Angelus potest se facere in instanti de extremo in extremum distans, & per consequens non transeundo per medium. Angelus enim est uirtualior sole, & minorem existētiam medii habet. Dico, quòd non est incōueniēs aliquam alterationem esse totam in instanti, quando agens respicit totum passum, tanquam terminum indiuisibilem, & sibi ultimatè dispositum ad illam formam introducendam, & tunc est mutatio una, uel forte plures ordine, ita quòd una pars medii prius natura illuminata illuminat aliam posterius natura, sed simul duratione. non ergo est simile de motu locali, & de motu alterationis. & ideo soluit philosophus in libro de sensu, & sensato, quòd aer, uel medium non totum in instanti, & simul ratione alteratur à uoce, sicut à luce, quia fit illa cum motu locali. ergo. &c.

D. Thomas prima parte summæ. q. 53 Art. 2. & quo lib. 1. Art. 5. Varro in sēt. dist. 2. Quære D. & Bona. Vide pulchrā solutionē Authoris.

An Angelus possit moueri de uno extremo, in aliud nō transeundo p mediū.

In 4. lib. dist. 10. q. 6.

Hic doctor soluit unā authoritatē philosophi de sēsu & sensato prius positā in præsenti dist. q. 9. in argumētis principalibus.

DISTINCTIO III.

CIRCA DISTINCTIONEM III.

Quæritur de distinctione personali in Angelis & de distinctione indiuiduali in substantiis materialibus.

VTRVM MATERIALIS SVBSTANtia ex se, siue ex natura sua sit indiuidua, uel singularis.

Scotus 2. sent. dist. 3. q. 1.

Quæstio prima.

Circa distinctionem tertiam quæro primo, Vtrum substantiam materialis ex se singularis, & indiuidua.

7. met. conte 28. et inde. QVOD SIC: Nam 7. Met. probat philosophus contra Platonem, quòd substantia cuiuslibet rei est propria illa, cuius est, & non in est alij, ergo.

CONTRA: Cui de se conuenit unum oppositũ, ei de se repugnat aliud oppositũm, igitur si natura de se sit una numero, ex se repugnat ei multitudo numeralis.

RESPONDEO, quòd sicut natura ex se formaliter est natura, ita formaliter ex se est singularis, nec est quærenda alia causa, qua sit formaliter singularis ab illa, qua formaliter est natura; & ratio est quia natura, ut natura, formaliter est res extra animam: & ut singularis etiam est extra animam, non est ergo quærenda causa uniuersalitatis, quia uniuersalitatem habet ab anima.

CONTRA: Obiectum naturaliter est prius actu intelligendi, in illo ergo priori, in quo præcedi actum est formaliter hoc singulare. Secundum te ergo intellectus in illo priori intelligit obiectum sub opposita ratione uniuersalitatis, & multiplicabilitatis, ergo nunquam potest sibi attribuere rationem uniuersalis, & communis multiplicabilis.

Item cuiuscunque unitas realis propria, & sufficiens est minor unitate numerali, illud non est ex se unum numeraliter; sed unitas naturæ lapidis existentis in hoc lapide propria illi naturæ est realis, & sufficiens, & est minor unitate numerali, ergo. Maior est manifesta. Nam nihil est formaliter unum unitate maiori, quàm sit unitas sua sibi propria, & realis, & sufficiens iam. n. non esset sibi unitas illa propria & sufficiens, si esset unum formaliter, non illa unitate, sed alia maiori. Maiorem probo. Nam si non, ergo omnis unitas non numeralis est unitas rationis, & nulla est unitas realis, nisi unitas numeralis, sed hoc est falsum, ut probabo multis uiis. Primo sic: Secun-

10. met. cont. 71 dum philosophum. 10. Met. In omni genere est dare unum, quod est mensura omnium, quæ sunt illius generis, & sicut patet per phylosophum ibidem, illud unum mensurat illa illius generis realiter, & illa sunt mensurata realia, ergo illud unum est unum reale, quia unum rationis non mensurat realiter mensurata realia. est enim realis relatio de primo modo relatiuo mensuræ ad mensuratum, & per consequens fundamentum reale, & ita illa unitas realis. Sed patet, quòd non est unitas numeralis, sed specifica, quia nullum indiuiduum est mensura omnium unius generis, quia se-

3. met. cõt. 11. cundum philosophum. 3. Meta. Inter indiuidua eiusdem speciei non est prius, & posterius, nec est essentialis ordo, quia unum indiuiduum non mensurat aliud eiusdem speciei, & per consequens nec omnia illius generis, ergo.

Efficacissimis probat rationibus Auctor unitatem minorẽ naturæ quæ faciunt a uarios Baldeuenses obliquari.

5 met. cõt. 20 Item secundo sic: Arist. 5. Metaphisicæ cap. de Ad Aliquid ait: Idem simile, & æquale fundantur super unitatibus illorum trium generum. sed certum est, quòd similitudo, & æqualitas sunt relationes reales. ergo habent fundamenta realia, & proximam rationem fundandi realem. ergo illa unitas, quæ est proxima ratio fundandi, est realis, sed patet, quòd illa non est unitas numeralis, quia nihil est sibi realiter simile, uel æquale, ergo.

Item tertio sic: Vnius oppositionis realis sunt duo prima extrema realia, sed contrarietas est una oppositio realis, quod patet, quia circunscripto omni actu intellectus, unum contrariorum corrumpit reliquum, quia contraria. ergo habent duo prima extrema realia. ergo quodlibet extremorum in quantum primum extremum contrarietatis est aliquo modo realiter unum. Sed patet, quòd non est unitate numerali, quia tunc tot essent prima contraria, quot sunt indiuidua sub specie, ergo. Quære Ochã quol. 5. q. 17.

Item quarto sic: Non omnis multitudo realis est numeralis. Quod patet, quia tunc omnia æqualiter differrent realiter, & ita non plus distinguerentur realiter Petrus, & Brunellus, quàm Petrus, & Papa. Consequentiam probo, quia unum, & multa, idem, & diuersum sunt opposita. 10. Meta. & quotiens dicitur unum oppositorum, toties dicitur & reliquum, ex primo Thopicorum. 10. met. cont. 9. et inde. et primo Thopicorum. c. 12.

Item quinto sic: Diuersitas Petri ad lapidem est diuersitas realis, & realiter alia à diuersitate eiusdem Petri ad Sortem, & utraque diuersitas habet unum reale extremum primum, quod est eius fundamentum. ergo super alia unitate reali fundatur diuersitas. &c. Petri ad lapidem, quàm super unitate numerali, super quam fundatur diuersitas Petri ad Sortem, ergo.

Item sexto sic: Circunscripto omni actu intellectus, generatio ignis ab igne esset uniuoca, & generatio ignis à sole esset sibi æquiuoca. ergo uniuocatio est aliqua unitas realis, sed patet, quòd non est numeralis, quia idem non generat se, ergo unitas specifica, qua sunt idem indiuidua, quæ numero sunt plura, est aliqua unitas realis.

Quinta ratio non est ratio Scoti; & potest impugnari. quia pari ratione posset probari, quòd tot sunt unitates reales in natura specifica minores unitate numerali, quot sunt species rerum, à quibus omnibus realiter distinguuntur, alia & alia differentia, ut patet. Sed adhuc posset dici, quòd non est simile, quia respectus, quibus differt homo à quolibet specie, sunt eiusdem rationis, qua quodlibet differt tantum specificè, & non plus; & ideo possunt habere idem unum fundamentum formaliter. respectus autem, quibus differt Petrus à lapide, & à Martino sunt diuersarum rationum, ut patet, quia ab uno differt, specie, ab alio solo numero, & ideo requirunt alia fundamenta formaliter. Ratio quinta non est opinio Scoti.

SED contra hoc posset dici, quòd cum termini illorum respectuum sint specie distincti, quia relatio habet esse à termino, siue ad terminum.

minum. Et confirmatur, quia termini numeraliter differentes arguunt numeralem differentiam respectuum, sicut patet. ergo pari ratione.

Ad hoc forte posset dici, quòd istæ instantiæ procedunt ex falsa imaginatione, supponunt .n. quòd unitas specifica sit una numero, quod est falsum, quia tunc esset unitas numeralis, nó .n. est ita, imo cum unitate specifica stat multitudo numeralis, & ità patet, quòd unitas specifica sufficit ad fundandum omnes respectus, quibus differt homo ab omnibus speciebus rerum, siue sint respectus eiusdem rationis, siue non, sed unitas numeralis non sufficeret, ut patet, prosequendo istas instantias, & solutiones, forte melius patebit ueritas facti.

Vnitas specifica non est una numero.

Vnitas numeralis est maior unitate specifica.

Ad quæstionem ergo concedit Scotus conclusionem rationum .s. quòd unitas specifica est realis minor unitate numerali, per consequens res materialis non est ex se singularis, sed contrahitur ad singularitatem per unitatem numeralem additam. Hoc autem potest aliqualiter declarari, ut dicitur per illud Auicenn. 5. Met. Equinitas est tantum equinitas, & non est una, nec plures uniuersalis, nec particularis, hoc est, non est una unitate numerali, nec plures pluralitate sibi opposita, nec uniuersalis, nec particularis, sed in potentia ad omnia illa. Ita tamen, quòd licet realiter non sit sine aliquo istorum, non tamen includit aliquod istorum, nec primo, nec secundo modo perseitatis. Et licet non sit etiam una unitate specifica perseitatis, est tamen una quasi propria passio. Natura autem, ut præcisè in se considerata, non includit aliquod istorum essentialiter, & in primo modo, & ut sic est præcisa quidditas, quæ est obiectum intellectus, & quæ diffinitur, & de qua uerificantur omnes propositiones in primo modo.

5. met. cap. 1.

Hic accipitur quanta sit aduersariorũ leuitas manifesta negantiũ naturæ unitatem.

Equinitas est una quasi propria passio.

Sed sunt hic obiectiones. Primo, quia ex hoc uidetur sequi, quòd sit dare uniuersale in rebus realiter, quod est contra Commentatorem primo de anima, ubi dicit, quòd intellectus precisè facit uniuersalitatem in rebus.

Primo de Anima comm. 8.

Secunda, quam tamen non mouet Scotus, quia ex hoc uidetur sequi, quòd ad corruptionem unius indiuidui sequitur corruptio totius speciei. Nam corrupto Petro corrumpitur quidquid realiter est in Petro, ergo corrumpitur illa unitas specifica ex quo est talis, ergo per consequens corrumpitur tota natura specifica.

Ad primam dicit, quòd natura specifica cum illa unitate non est præcisè uniuersale, quia licet sibi non repugnet esse in pluribus, non tamen includit, quòd actualiter sit in pluribus. Vniuersale autem est unum in multis, & de multis primo post. & ita non est actu uniuersale, nisi actu consideratum esse in multis, & de multis, uel saltem actu consideratum posse esse in multis, & de multis, & ita intellectus facit uniuersale.

Primo cõtex. 25. & primo periherme-niarũ c. 5. idẽ secundo post. ad finem.

Ad secundum potest dici secundum, quòd dictum est in solutione ultimæ instantiæ contra quintá rationem. Videtur enim procedere ex falsa imaginatione, ac si illa unitas esset una numero.

Ad principale dicit, quòd phylosophus imponit Platoni, quòd ipse dixit esse uniuersale in rebus pro se subsistere, & existere separatum. hoc autem ipse probat dicens, quòd omnis substantia per se existens est propria ei, cui inest, hoc est uel ex se, uel ex aliquo ipsam contrahente. & hoc uerum est. Natura autem cum illa unitate nó per se existit sine unitate numerali, & per ipsam sit propria ei cui inest. &c.

VTRVM SVBSTANTIA MATErialis per aliquid positiuum intrinsecum sit de se indiuidua.

Scotus 2. sent. dist. 3. q. 2.

Quæstio secunda.

SECVNDO quæritur, Vtrum substantia indiuiduetur per aliud positiuum intrinsecum.

QVOD NON. Vnum dicit priuationem diuisionis in se, & priuationem identitatis ad aliud. ergo dicit duplicem negationem. ergo nihil positiuum. Probatur propositio prima: Nam non dicit eandẽ unitatem cum ente, quia tunc esset negatio dicendo ens unum, nec aliam, quia tunc esset entitas addita identitati, quod est inconueniens. ergo.

CONTRA: Prima substantia per se generatur, 7. Meta. & per se operatur, quorum neutrum per se conuenit secundæ substantiæ, ergo aliquid positiuum addit prima substantia ad secundam, quia istæ perfectiones non conueniunt rei per negationes.

7. met. cõtex. 34. & 35. 1. met. in prohemio.

RESPONDETVR, quòd intentio quæstionis est, non quòd formaliter repugnet sibi repugnantia, sed quòd repugnet sibi tanquam proximo, & intrinseco fundamento, Vtrum .s. tale fundamentum proximum sit aliquid positiuum. Dicit Henricus in quolibet. quòd prima substantia non addit supra secundã substantiam nisi duplicẽ negationem. quære ibi.

Hẽricus quoli. 4. q. 8. & 15.

CONTRA: Quanuis negatio tollat proximam potentiam ad agere, non tamen ponit in substracto oppositam repugnantiam formalem. Exemplum: Substantia quanta est diuisibilis, tollatur ab ea quantitas, uel per possibile, uel per impossibile, & remaneat substantia non erit diuisibilis, tamẽ nó repugnabit sibi diuidi formaliter, quia tũc repugnaret sibi suscipere quãtitatem. ergo ita est in proposito, quòd licet illa duplex negatio tollat à prima substantia proximam potentiam ad diuisionem in plures partes subiectiuas, quorũ quodlibet sit ipsum, non tamen repugnaret sibi formaliter diuidi, nisi aliud positiuum adderet supra secundam, & confirmatur: Negatio reducitur ad affirmationem, ergo quærenda est proxima causa, & potissima, quare insunt sibi illæ negationes, sed patet, quòd nó est entitas naturæ, quia illi non repugnat sic diuidi, ergo.

Exemplum.

Confirmatur etiam apertissimè, quia si Petreitas nullam entitatem positiuam dicit, nisi humanitatem, & Sorteitatem pari modo, ergo eadem entitas fundabit immediatè contradictoria. s. negationem identitatis Petri ad Sortem, & Sortis ad Petrum; & cum non sit nisi eadem entitas positiua Petri, & Sortis per te fundabit negationem identitatis ad se. ergo est dare aliquam positiuam entitatem, quæ immediatè fundet istas negationes.

Diuidi dicit imperfectionem. non diuidi perfectionem.

Item diuidi dicit imperfectionem, quod patet, quia non diuidi dicit perfectionem, sed perfectio non competit formaliter alicui enti per diuisionem. ergo indiuisio illa, quæ competit primæ substantiæ. cum dicat perfectionem, competit sibi ratione alicuius positiui.

Confirmatur, quia negatione non constituitur res formaliter in esse perfectiori, quàm sit entitas substracta illi negationi. sed secundum phylosophum in prædicamentis prima substantia est magis substantia, quàm secunda, & est maximè substantia. igitur.

Cap. de substantia uide Henricum ubi supra.

Item tunc prima substātia esset aliquod aggregatum ex entitate secundæ substantiæ, & negationibus, & ita secūda substātia nō prædicaret de prima tota sed solū ratione partis, & tunc non esset prædicatio superioris de inferiori, sed eiusdem de se ut patet.

Optima ratio

Item, & est bona ratio: Entitas specificica fundat etiam duplicem negationem. s. diuisionis specificæ ad alias species, & negationem identitatis, ad alias species. Cum ergo istæ duæ negationes insint ratione entitatis specificè positæ; sequitur, quòd istæ aliæ duæ negationes indiuiduales insint ratione alicuius entis positiui, sed non ratione eiusdem entis, ut patet, ergo. Et confirmatur, quia, ut patet ex quæstione præcedente, unitas numeralis est maior unitate specifica, ergo si illa unitas requirit positiuum, & ista.

Vnitas numeralis est maior unitate specifica.

Concedo igitur conclusionem istarum rationum, quòd. s. prima substantia indiuidua indiuiduetur formaliter per aliud positiuum, ratione cuius competit sibi illa duplex negatio.

Ad rationem in propositum, licet assumptum sit falsum. s. quòd unitas sit formaliter, nego, quo forte alias, tamen patet ex dictis, quòd quærenda est causa positiua, ratione cuius conueniant primæ substantiæ illæ duæ negationes. &c.

VTRVM SVBSTANTIA MATERIALIS per actualem existentiam sit indiuidua, uel ratio indiuiduandi aliquid aliud.

Scotus 2. sent. dist. 3. q. 3.

Quæstio tertia.

7. met. cōt. 49

TERTIO quęritur, Vtrum formalis ratio indiuiduationis sit essentia actualiter. Dicitur, quòd sic, quia. 7. Metaphisicæ actus est, qui distinguit, sed ultimatus actus indiuidui est existentia eius actualis, ad quem actum omnia alia dicuntur esse in potentia, ergo per ipsum ultimatè distinguntur, sed illud, per quod indiuiduum ultimatè distinguitur est eius ratio indiuidualis: ergo.

CONTRA: Si unitas specifica est unitas realis, ut probatum est in prima quæstione, sequitur, quòd entitas ex se habet actualem existentiam, & tamen, ut patet ibi, ex se non est hoc formaliter, sed fit hoc per aliud contrahēs. ergo nec actualis existentia est formaliter hæc, sed determinantur per aliud contrahens, ut fiat hæc.

Ad rationem oppositam dico, quòd actus distinguit eo modo, quòd est actus, qui fit ex se formaliter hoc, sed determinatur per aliquid contrahens. ideo non distinguit formaliter ultimate, & indiuidualiter.

Actus distinguit principaliter, materia uero ut fiat sub forma est distinctum.

VTRVM SVBSTANTIA MATERIALIS sit per quantitatem Indiuidua, uel singularis.

Scotus 2. sent. dist. 3. q. 4.

Quæstio quarta.

QVARTO quæritur, Vtrum substantia materialis sit per accidentia.

QVOD sic. Boetius de Trin. In numero differentiam narietas accidentium facit. Nam tres homines neque genere, neque specie, sed suis accidentibus differunt, nam si illud omnino cuncta accidentia eius separemus, locus tamen cunctis diuersus est, quem unum fingere duobus minime possumus. Nam duo corpora unum locum non obtinebunt. ergo. Lib. 1. cap. 1.

Item Auicen. 5. Met. Naturæ, quæ eget materia ad sui esse, adueniunt accidentia, & dispositiones, per quas etiam indiuiduantur. 5. met. cap. 3.

CONTRA. Prima substantia differt à secunda, quia per se generatur. 7. Metaphisices, sed ista differentia non uidetur sibi posse competere formaliter per aliud accidens. ergo. 7. met. conte. 34. & 35.

RESPONDEO & dico, quòd substantia materialis est formaliter indiuidua per quantitatem, ratio est, quia quando aliquid conuenit alicui primo, & per se, conuenit omni alij per ipsum, cui conuenit primo & per se. Exemplum: Si disgregare conuenit albedini primo, & per se, omnibus cōuenit per albedinem, quibus conuenit. Sed diuidi in partes eiusdem rationis conuenit primo & per se quantitati, ergo omnibus conuenit per quantitatem, & hoc etiam uoluit philosophus 5. Meta. Tunc ultra. Diuisio speciei indiuidua est diuisio totius in partes eiusdem rationis, ergo conuenit speciei per quantitatem, sed idem principium diuisionis aliquorum, & distinctionis inter diuisa, ergo indiuidua sub specie sunt formaliter indiuidua per quantitatem.

Goefredus quol. 6. q. 10. & quolib. 7. q. 5.

Exemplum.

Item hic ignis nō differt ab hoc igne, nisi, quia forma differt à forma nec forma à forma, nisi quia recipitur in alia, & alia parte materię, nec materia habet partem distinctam à parte; nisi per quantitatem. ergo primum distinguens est quantitas.

CONTRA.

CONTRA. Hic lapis non fit alius lapis numero nulla mutatione ſubſtantiali facta in ſubſtantia lapidis huius, quod patet, quia lapis eſt nomen ſubſtantiæ lapidis, ſed abſque contradictione poteſt Deus hanc ſubſtantiam huius lapidis informatā hac quantitate informare alia quantitate nulla ſubſtantiali mutatione facta in hoc lapide, ſed ſolum accidentali hic remaneret idem lapis numero ſubſtantialiter, ergo quantitas pari ratione nec aliud accidens abſolutum eſt formaliter indiuiduatio ſubſtantiæ, & ratio diſtinctionis numeralis ſubſtantialiter.

Item panis ſubſtantialis non tranſubſtantiatur in corpus Chriſti, nec realiter, quia non omnis panis tranſubſtantiatur, nec hic panis indiuidualis, ergo nihil tranſubſtantiatur, quod eſt hæreticū.

7. met. contex. 4.

Item ſubſtantia eſt prior accidente. 7. Met. ſed ſubſtantia hæc eſt prima ſubſtantia, ergo ſi prima ſubſtantia quælibet eſt prior accidente naturaliter, ſubſtantia hæc eſt maximè prior omni accidente naturaliter, ſed prius non eſt formaliter prius per poſterius. ergo ſubſtantia non eſt formaliter hæc per quantitatem, nec per aliquod accidens.

Cap. de ſubſtantia.

Et confirmatur, quia cum ſubſtantia prima ſit maximè ſubſtantia in prædicamentis, & tota totaliter ſubſtantia, ergo non includit accidens, per quod formaliter ſit prima, & ſit hæc.

Itē quantitas non eſt gradus intrinſecus iſtius ſubſtantiæ, ſed eſt ſibi accidens ab ea realiter diſtinctum, ergo ſupponit ſubiectum, in quo recipitur, ſed ſicut quātitas ſupponit ſubiectum, ita hæc quantitas ſubiectum hoc ſupponit. ergo prius naturaliter ſubſtantia eſt hęc, quàm informetur quātitate hac.

5. met. contex. 16.

Item omne, quod eſt prius alio natura, poteſt eſſe prius illo duratione, abſque contradictione, quantum eſt ex ſe. 5. Met. cap. de priori. ergo ſubſtantia poteſt eſſe ſine quantitate abſque contradictione, ſed patet, quòd non eſſet ſubſtantia uniuerſalis. ergo.

1. poſt. contex. 34.

Item coordinationes prædicamentorum ſunt primo diuerſæ, & ita nihil unius coordinationis eſt formaliter per aliud alterius coordinationis, ſed ſecundum philoſophum primo poſteriorum in quantum prædicamenta ſunt finita ſurſum & deorſum, ſicut de ipſorum coordinatione eſt primum prædicamentum, de quo non prædicatur aliud; ita eſt ultimum ſubiectum, quod de nullo prædicatur, cuiuſmodi eſt prima ſubſtantia. ergo ſubſtantia non eſt formaliter hæc per aliquid alicuius prædicamenti.

Opinio Egidij. quolib. 5. q. 1. Artic. 5.

Ad effugiendum aliqua de dictis argumentis exponitur ſic opinio de quantitate: Dicitur, quòd à quantitate derelinquitur modus quidam proprius extenſionis, & ſignationis in materia, ita extenſio, & ſignatio materiæ non eſt niſi materia, ſicut etiam extenſio materiæ non eſt, niſi quantitas, eſt tamen extenſio materiæ derelicta à quātitate in modum materiæ.

CONTRA. Iſta expoſitio includere uidetur cōtradictionem dupliciter, quia primo impoſſibile eſt quod aliud ſit cauſatum naturaliter à poſteriori, & non ſit poſterius eo quòd naturaliter eſt poſterius ſua cauſa, ſed per te extēſio materię eſt derelicta in materia à quantitate, & quantitas naturaliter poſterior materia. ergo materia eſt naturaliter prior ſua extenſione, & per te non eſt naturaliter prior, quia ſunt idem naturaliter, nihil eſt prius eo, quod eſt ſibi idem. ergo eſt prior, & non prior.

Item impoſſibile eſt, quòd effectus cauſæ poſterioris ſit realiter cum eo, quod eſt prius cauſa ipſa.

Concedo igitur concluſionem iſtarum rationum, quòd. ſ. ſubſtantia materialis non indiuiduatur formaliter per aliquod accidens.

Ad primam rationem oppoſitionis dico, quòd Minor eſt falſa eo modo, quo ipſe accipit eā. non enim iſta conuenit quantitati poſſe diuidi in partes eiuſdem rationis, quando etiam cōueniat ſubſtantiæ & albedini, & aliis. nec hoc poteſt haberi à philoſopho, quòd ita conueniat quantitati primo & per ſe, quòd nulli alij niſi per quantitatem.

Ad ſecundam dico, quòd ſecunda propoſitio eſt falſa, quia cum forma ſubſtantialis ſit prior naturaliter quantitate, ut probatum eſt, ſequitur, ꝙ forma diſtingueretur à forma numeraliter circumſcripta omni quantitate, & materia quanta.

Tertia autem propoſitio eſt falſa, ut ipſe accipit, quia circumſcripta omni quantitate, materia cum ſit naturaliter prior, poſſet informari à diuerſis formis ſubſtantialibus.

Ad primum principale dico, quòd uerum eſt dictum Boetij, quòd accidentia faciunt differentiam numeralem, tamen non primam. ſed eſt alia prior differentia numeralis, ut probatum eſt, nec hoc dicit authoritas, quod differentia quam faciunt accidentia ſit numeralis prima; dicit tamen quòd tres homines non differunt genere neque ſpecie quod uerum eſt & differunt numero per accidentia, quod etiam uerum eſt, ſed alia differentia prior.

Reſolutio notabilis.

Vide in 4. diſtin. 11. Ar. 1. q. 2. & diſtin. 12. Arti. 3. & alibi.

Ad ſecundum de Auicen. dico quòd ipſe accipit ibi naturam præciſiſſime pro quidditate, quę formaliter nec eſt una nec multa nō quidē quòd eſt unitas ſpecifica de qua dictū eſt in prima quæſtione ſit ſibi accidens ſuperadditum; ſed eſt ſibi quaſi propria paſſio non res alia ab ea, ſed non incluſa in formali ratione eius, & ita Auicen. appellat ibi accidens ipſi naturæ omne, quod eſt extra eius formaliſſimum conceptum, & ita unitas ſpecifica dicitur ſibi accidens, & multo magis unitas numeralis. Item etiam differentia dicitur accidere generi, non quòd ita in ſe ſint accidentia, ſed quia ſunt extra cōceptum formalem eius, cui dicuntur accidere. Ita patet quod ęquiuocatur de accidente. &c.

VTRVM SVBSTANTIA MATERIALIS ſit Hæc, & indiuidua per materiam.

Scotus 2. ſent. diſt. 3. q. 5.

D. Thomas prima parte summa q. 7. Art. 1. & 2.

Quæstio quinta.

QVinto quæritur, utrum substantia materialis sit hęc, & indiuidua per materiam. Quod sic. Nam philosophus 5. Met. unũ numero sunt quorum materia est una. ergo.

5. met. cap. de uno, & contex. 12.

Contra in 1. Met. antiquę translationis: In fundamento naturæ nihil est distinctum. Sed quod ex se non est distinctum non potest esse alterius formalis ratio distinctionis. ergo.

1. met. contex. 17.

Respondeo, & dico, quòd sic. Quod maxime tenetur propter multas authoritates philosophi, quæ uidentur hoc dicere. Nam 7. Met. Generans generat aliud per materiam. Callias enim & Sortes diuersa quidem propter materiam, idem uero specie.

D Tho. 1. parte summæ. q. 7. Art. 1. & 2. 2. q. 50. & in 2 scripti dist. 3. q. 4.

CONTRA: Materia est formaliter pertinens ad quidditatem compositi, sed compositum non est formaliter hoc ex se ex prima quæstione, ergo nec materia est ex se hæc, quia tunc per ipsam, quæ est formaliter pertinens ad quidditatem cõpositi, ut dicit maior, compositum ex se esset hoc, quia per aliud sui formaliter. Maior ista probatuc per philosophum 7. Met. cap. de partibus diffinitionis, qui dicit, quòd anima est prima substantia, corpus uerò materia, homo autem, uel Animal, quod est ex utrisque.

7. met. contex. 39.

Item materia est eadem etiam numero quantum ad eius quidditatẽ in generato, & corrupto, sed genitum, & corruptum non sunt idem numero, cum differant specie, ergo per aliud, quàm per materiam est differentia numeralis.

Ad illud 7. Met. quod adducit alia opinio dico, quòd uerum est, quòd generans generat aliud per materiam, & materia facit differentiam numeralem, quia eo ipso, quòd forma, quæ est finis generationis, non informãt materiam in generante, sed in genito. in generãte enim materia pręhabet formam. sequitur, quòd generans, & genitum nõ sunt idem numero, non tamen materia facit primam differentiam numeralem, nec præcisè, imo dico, quòd principalius facit forma, quia sicut forma est pars principalior compositi, ita illa unitas una minor unitate numerali principalius ẽ ab ipsa, ratione cuius unitatis generans uniuocum assimilat sibi genitum, & etiam unitas alia numeralis principalius est ab ipsa ratione, cuius generans distinguit à se genitum, quia idem non generat se.

7. met. contex. 39.

Ad primum principale dico, ꝙ uerum est, ꝙ unitas materiæ requirit unitatem numeralem, nõ quidem, quòd materia sit præcisa unitas numeralis, nisi uocetur materia illa ultimata entitas positiua, de qua dicetur in sequenti quæstione, quæ pro tanto potest uocari materia, quia non est de formali ratione formę prout forma accipitur pro quidditate. &c.

Hanc eãdem respõsionem dat ille Author in 5. lib.

VTRVM SVBSTANTIA MATErialis sit indiuidua per aliquam entitatem positiuam per se determinantem naturam ad singularitatem.

Scotus 2. sent. dist. 3. q. 6.

Quæstio sexta.

SExto quæritur, Vtrum substantia materialis sit indiuidua per aliquam entitatem positiuã per se determinantem naturam ad singularitatem.

QVOD NON: Quia talis entitas se haberet ad naturam, sicut forma ad materiam, uel sicut materia ad formam, uel sicut accidens ad subiectum, sed utrunque est inconueniens. Nam primum arguit in composito duplicem formam secundum duplicem materiam. Tertius incidit in opinionem improbatam in 4. quæstione.

Item si indiuiduum componitur ex natura, & tali entitate determinante, ergo poterit proprie diffiniri sicut species, & diffinitio eius addet supra diffinitionem speciei, sicut ipsa supra diffinitionem generis, & ita erit perfectior diffinito, & ita de indiuiduo poterit haberi demonstratio, & scientia propriè dicta, quæ omnia sunt falsa.

Hæc rõ coëgit Nicolaum Bonetum concedere singulare diffinitũ.

CONTRA: Omne inferius includit formaliter aliud, quod non includit superius; aliter cõcèptus inferioris esset æquè communis, sicut conceptus superioris, & tunc non esset inferius, sed illud inclusum est aliud positiuum, & non est accidens, ergo est aliqua positiua entitas determinans naturam.

Ex solutione secundæ quęstionis.

RESPONDEO, & dico, quòd non, sed natura specifica de se est hæc, & athoma, & indiuisibilis ratio. Porphirius dicit, quòd descendentibus à generalissimis ad particularia iubet Plato quiescere, & natura de se esset diuisibilis.

Gotfredus quolib. q. 16. & quoli. 7. q. 5. Egidius de cap. de spẽ.

Item Boetius in libro diuisionum enumerans omnes diuisiones per se, & per accidens non facit mentionem de ista, quæ est speciei in indiuidua.

Item si indiuiduum addit supra entitatem speciei, non dicit totam essentiam indiuidui, quod est contra Porphi. Dicunt tamen isti, quòd per quantitatem eadem species potest esse communis pluribus indiuiduis, & potest diuidi in indiuidua, & quòd hoc sit possibile, patet per philosophum 1. physi. ubi dicit, quòd substantia de se est indiuisibilis, & tamen adueniente sibi quantitate est diuisibilis in partes eiusdem rationis.

1. phy. cõtex 55.

Positio ista potest habere duplicem intellectum, unum, quòd in omnibus indiuiduis specialibus sub specie sit eadem entitas substantialis, & substantialiter informata, tamẽ alia, & alia quantitate, per quam aliam, & aliam quantitatem dicatur aliud, & aliud indiuiduum, & ita indiuidua nõ differunt nisi per accidentia. Aut, quòd substantia specifica de se sit hæc, & athoma, & indiuisibilis, recipiat tamen à quantitate, quòd posset diuidi etiam

Positio ista põt habere duplicem intellectum.

Subtilissimè Author cõfutat fabulares disciplinas.

di etiam substantialiter. Primus intellectus est impossibilis, quia ad ipsum sequūtur impossibilia, sicut patet in Theologia, Metaphisica, & phisica. In theologia quidem duo.

Primum, quòd non erit proprium diuinę essentiæ eadem indistincta manere, & subsistere in tribus suppositis, imò substantia materialis eadem indistincta subsistit in multis suppositis etiam absolutis.

Secundum, quòd substantia panis, & uini non poterit transubstantiari in corpus Christi, & sanguinem, nisi substantia uini transubstantiaretur; quia uinum non transubstantiatur nisi secundum substantiam suam. Nam ibi remanet quantitas eadem.

In Metaphisica, quia tunc multa accidētia eiusdem rationis erunt simul in eodem, quod etiam ipsi reputant impossibile in Metaphisica, quia tunc idem corpus substantiale simul informabitur diuersis dimensionibus.

In phisica tria:

Primum, quòd idem corpus substantiale erit naturaliter in diuersis locis simul.

Secundum, quòd nihil poterit substantialiter corrumpi, nisi tota species simul generetur, uel corrumpatur.

3. de Anima comment. 5. Tertiū, redibit error illius maledicti Auerrois de unitate intellectus. Nam ille cum sit substantia spiritualis non poterit per quantitatem multiplicari. Secundus autem intellectus positionis destruit seipsum. Nam si aliud de se sit hoc cui repugnat diuisio in plura eiusdem rationis impossibile est, quòd per aliquid sibi extrinsecus adueniēs diuidatur uel extrudatur, imo impossibile est, quod possit in se suscipere quantitatem molis, per quā possit diuidi, & extendi. Concedo ergo, quòd substantia materialis ex se non habeat diuisibilitatē, & non extensionem id est, quòd ex se habeat, quod repugnent sibi ista, imo est ibi deceptio per fallatiam contrahentis.

Ad quæstionem igitur dico, quòd sic. Rō est: Vnitas specifica est minor unitate numerali, de qua dictum est supra: & consequitur entitatem naturæ specificæ, cuius est propria unitas, & realis. ergo unitas numeralis, quæ est unitas simplex, eō sequitur propriam entitatem numeralem.

Item omnis differentia differētium reducitur ad aliqua, quæ sunt prima diuersa, aliàs esset processus in infinitum in differentijs, cum differētia sint ad unum entia, sed indiuidua sunt unum entia, quia aliquid entia cum includant aliquam naturam eandem specificam, ergo est dare in eis aliquas entitates, quæ sint primo diuersæ, sed nō nisi istas indiuiduales, ut patet ergo.

Ad intelligentiam dictorum sciendum, quòd quandoque differentia specifica sumitur ab alia forma super addita generi, quandoque autem nō sumitur ab alia forma, sed ab alia realitate eiusdē Exemplum. formæ, à qua sumitur conceptus generis. Exemplum primi: Rationale, & Animal secūdum illos, qui ponunt animam sensitiuam esse à generante. Exemplum. Exemplum secundi: Rationale, & Animal secundum illos, qui ponunt sensitiuam esse gradum in trinsecum intellectiuę. Tunc ultra hoc sciendum est, quòd ista entitas indiuidualis potest comparari ad suum superius, ad suum inferius, & ad suum æquale. Secundum primam comparationem conuenit cū differentia specifica in hoc, quòd utrunque contrahit, & determinat suum inferius, cui additur. Differt autem in duobus; Primo, quia ista nunquam sumitur ab alia forma super addita, sed ab ultimata realitate eiusdem formæ. Secundo, quia illa constituit compositum, cuius est pars in essē quidditatiuo. Ista autem non, quia est extra formalem rationem quidditatis rei, ut dictum est supra. Secundum uerò comparationem ad inferius conueniunt in hoc, quòd sicut differentia specifica est indiuisibilis in plures differentias specificas, tamen ista entitas est diuisibilis in plures entitates. In hoc autem differūt, quia illa habet aliud sub se, ista uero nihil. Secundum autem comparationem ad illud, quod est iuxta se, conueniunt in hoc, quòd ultima differentia specifica, quæ habet conceptum simpliciter simplicem, sed resolubilē in duos. Ita etiam ista entitas est primo diuersa ab alia sibi opposita, alias non esset ultima, & indiuisibilis. Entitas indiuidualis pōt comparari ad tria.

Ad principale dico, quòd nec forma, nec materia, nec compositum, sed est ultima realitas, qua forma, uel materia, uel compositum est hoc, nam forma, ut natura, non est ex se formaliter hęc, nec materia, nec compositum, ut patet ex dictis.

Ad secundum dico, quòd diffinitio est sermo explicans quidditatem diffiniti, ut patet 1. Thopic. Ista autem entitas indiuidualis non pertinet formaliter ad quidditatem, ut dictum est supra, & ideo indiuiduum non diffinitur alia diffinitione speciei, cum non habeat aliam quidditatem, nec aliquid plus pertinens ad quidditatem. & ita etiā patet, quòd non potest demonstrari demonstratione potissima, cuius medium est diffinitio immediata, & per consequens non potest haberi de eo scientia propriè. 1. Thopic. ca. 4. Indiuiduum non definitur alia diffinitio ne speciei.

Ad primum opinionis dico, quòd species ultima est athoma, & indiuisibilis, quia non potest diuidi in plures species, ista tamen indiuisibilitas eō patitur secum diuisibilitatem in plura indiuidua, & in partes eiusdem rationis. Iubet enim Plato ibi quiescere propter rationem, qua ipse ibi subiūgit: Infinita, dimittenda sunt. Nam indiuidua sunt infinita in potentia, & ideo eorum connumeratio non pertinet ad artificem diuidentem. Non enim iubet quiescere, quia non sit diuisio in eo.

Ad secundum de Boetio patet responsio per idem.

Ad tertium dico, quòd accipitur ibi esse quidditatiuum indiuiduorum, quia indiuiduum non habet esse aliud quidditatiuum ab esse speciei. Nā illa entitas indiuidualis non pertinet formaliter ad quidditatem, ut dictum est. &c.

VTRVM SIT POSSIBILE PLVres Angelos esse in eadem specie.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 3. q. 1. Art. 1.
Scotus 2. sent. dist. 3. q. 7.
D. Thomas prima parte summæ q. 50. Art. 4.
Ricardus 2. sent. dist. 3. q. 1.
Franciscus de Mayronis 2. sent. dist. 3. q. 2.
Durandus 2. sent. dist. 3. q. 3.

Quæstio septima.

SEptima quæstio, propter quam omnes aliæ sex sunt introductæ (innotescunt enim spiritualia per ista materialia) est, Vtrum possint esse plures Angeli eiusdem speciei.

7. Met. cõtex. 41. QVOD NON per Arist. 7. Met. cap. de partibus diffinitionis in fine: In separatis à materia idem est, quòd quid est, ergo non potest in eis differre, cuius est cum non differat quod quid est: Sed differentia inter quod quid est, est specifica. ergo.

Item differentia formalis est specifica, sed Angeli sunt purè formæ subsistentes. ergo non possunt differre, nisi differentia specifica. non enim possunt differre nisi eo, quod sunt, uel quo sunt.

Cap. 12. Contra id est Damascenus in elementario.

Egidius Rom. quolib. 2. q. 7. & Gotfredus. D. Tho. secundo scripti dist. 3. q. 4. RESPONDEO, quòd qui tenẽt, quòd indiuiduatio fiat per materiam uel per quantitatem, dicunt conuenienter, quòd Angeli non possunt plurificari sub eadem specie. Istius quæstionis fundamẽta superius sunt improbata. Dico igitur, quòd sic: Ratio omnis quidditatis, quantum est de se, est communicabilis pluribus, quòd patet, quia etiam quidditas diuina communicatur pluribus suppositis, de qua minus uidetur, sed quidditas angeli cũ non sit formaliter infinita, non potest communicari pluribus in unitate numerali. ergo in distinctione numerali. ergo.

Vide pro hoc clarius Scotũ in 3. dist. 20. Item animæ sunt puræ formæ, & tamen sunt plures eiusdem speciei. ergo & Angeli possunt sic esse. Nec ualet, si dicatur, quòd omnia indiuiduatur per hoc, quòd ex sua natura habẽt inclinationem ad corpus, cum talis inclinatio sit quidam respectus, oportet, quòd fundetur in aliquo absoluto. ergo hæc inclinatio præsupponit hanc animã.

Cap. 28. Item hoc uidetur esse mens Augustini in Enchiridion. Vbi assignans congruitatem, quare homo fuit redemptus, & non Angelus, dicit, quòd totus homo erat perditus, idest tota natura humana, non sic de Angelis. Ista autem congruitas parum ualeret, nisi de qualibet specie Angeli aliqui remansissent. Nã si perisset tota humana species, nihil ad eius salutem, si remansissent aliæ species. ergo. Dico igitur, quòd cum Angelus non sit purus actus, & non sit ex se formaliter necesse esse oportet, quòd eius natura specifica non sit ex se formaliter hæc, sed sit in potentia ad suam hæcceitatem, & qua ratione ad unam, ita ad plures, & ita possunt esse eiusdem speciei.

Quare homo fuit redẽptus, & non Angelus.

Declaratio notabilis Arist. (nisi quantum ueritatis contineat. Ad primum principale dico, quòd apud philosophum, quęlibet intelligentia erat formaliter necesse esse, & ita in eis non differebat esse à posse esse, & ita fuisset in potentia ad unam entitatẽ singularitatis, pari ratione ad infinitas, quia indiuidua possunt esse infinita sub specie successiuè, sed in eis fuissent simul, quia non differunt esse, & posse, & quia ipse habebat pro impossibili infinitatem in actu, præterquam in primo principio, iõ cogebatur dicere, quòd in eis erat omnino idẽ, quod quid est, & cuius est, & ita non poterat esse in eis multiplicatio indiuiduorum sub specie, & ita dicebat de omnibus nõ habentibus materiam partem suæ. Nos autem, qui negamus illud principium, tanquam falsum; habemus conuenienter negare conclusionem, quæ sequitur ex eo.

Ad secundum dico, quòd differentia formalis accipiendo formam pro quidditate, & principio, quo differre dicitur specificè, non autem est specifica differentia formarum, ita quòd formæ dicantur differentes, non ratio formalis differendi, & ita est in proposito, & duo Angeli possunt esse differentes, non formis quidditatiuis, sed entitatibus indiuidualibus. &c.

VTRVM ANGELVS POSSIT SE cognoscere per essentiam suam.

Scotus 2. sent. dist. 3. q. 8.
D. Thomas prima parte summæ. q. 54. Art. 2.
Durandus 2. sent. dist. 3. q. 6.
Ioannes Bacconitanus 2. sent. dist. 4. q. 1.

Quæstio octaua.

CIRCA secũdam principalem partem distinctionis quæritur primo, Vtrũ Angelus possit cognoscere se per essentiam suam tanquam per rationem cognoscendi sine alio repræsentante, præcedẽte naturaliter actus intellectus. Quære Varronem copiosũ suis quõnibus, & ubiq. quæ sapit.

QVOD NON. Quia si sic, hoc esset, quia essentia sua est actus intelligibilis, cum sit actu præsens intellectui, & intellectus suus est actus intellectiuus, sed hoc nõ uidetur sufficere, quia etiam anima est intelligibilis sibi actu, quia actu sibi præsens, & intellectus noster est actus intellectiuus, & tamen secundum philosophum 3. de anima intelligit se, sicut & alia, sed alia intelligit per species, quia lapis non est in anima, sed species lapidis. ergo. 3. de Anima contex. 8. & 13.

Item tunc intellectio esset idem, quod essentia, quod est inconueniens, quia illud est propriũ Dei. Probatur conuenientia, quia plus conuenit medium cum extremis, quàm extrema inter se. Intellectio autem mediat inter obiectum, & potentiam. ergo.

Item potentia cognitiua debet esse denudata à natura cogniti, quod patet secundo de anima, ubi dicitur, quod oculus debet esse absque omni colore, ut possit cognoscere omnem colorem. et. go non sunt eiusdem naturæ potentia, & immediatum obiectum, sed intellectus est idem, quod essentia Angeli. 2. de Anima contex. 71. & 121.

Item singulare non potest esse ratio per se intelligendi, sed essentia Angeli est singularis. ergo.

Contra.

Contra. Aliqua forma materialis est immediatum principium propriæ operationis, ut calor respectu calefactionis. ergo forma immaterialis potest multò fortius esse. ergo. Maior probatur, quia alias esset processus in infinitú in principijs.

Respondeo, & dico, quòd sic eo modo, quo accipit titulus quæstionis.

& 14. q. quolib. & 15.

Qvod probo sic: Duæ causæ partiales concurrentes ad eundem effectum in eodem genere causæ integrando unam totalem respectu illius effectus, si sint in se sufficientes, & sint in se approximatæ, & non sint impeditæ, possunt causare illú effectum, sed intellectus Angeli, & eius essentia sunt huiusmodi, respectu intellectionis essentiæ, ergo. Maior ex se patet, & declarata est in 3. dist. primi libri, quia obiectum actu intelligibile præsens potentiæ actu intellectiuè integrat eum ea unam causam totalem, quæ dicitur memoria respectu intellectionis, sed essentia Angeli in se est actu intelligibilis, quia immaterialis est etiá eius intellectus actu intelligibilis, quia sibi per se præsens. Omne enim, quod est præsens intellectui, est actu sibi præsens, & omne quod est extra intellectum, est non actu intelligibile. Et ideo ponebat ibi in 3. dist primi species intelligibiles in intellectu ut obiectum, quod per se non est sibi præsens, & per consequens nec actu intelligibile, nisi fieret sibi præsens per speciem, & per consequés esset actu intelligibile. Patet etiam de essentia Angeli, quod est actu per se præsens intellectui eius, quia est actu intellectiuus, nec apparet ibi impedimentum, non enim intellectus Angeli est colligatus, & in potentijs sensitiuis. Confirmatur ratio, uel potest esse alia ratio, quia si obiectú, quod habet esse diminutum in specie intelligibili, potest simul cum intellectu causare intellectionem, multò fortius poterit, quando pro se est præsens, quia tunc habet esse ibi simpliciter.

Essentia Angelica est præsens intellectui Angelico non formaliter, Sed obiectiue licet de hac re, ut uides, sit qó maxima inter theologos.

Contra istam positioné arguitur primo sic, & est contra eius confirmationem, quia pari ratione oculus poterit uidere se, qa si oculus meus causat uisionem in oculo tuo per speciem eius, quam habet in oculo tuo, in qua habet esse diminutum, multò fortius poterit eam causare in oculo meo, ubi habet esse simpliciter.

Duæ causæ concurrentes ad eundé effectum, oportet quòd altera sit pricipalis, altera minus principalis, & inferior.

Item duæ causæ diuersarum rationum concurrentes ad eúdem effectum in eodem genere causæ, non possunt concurrere de pari, sed oportet, quòd altera sit principalis, & mouens non mota, & altera sit minus principalis, & inferior, & sit mouens mota. Sed obiectum intellectus respectu intellectionis est huiusmodi, ergo. Præterea non potest obiectum mouens esse motum à potentia, quia nihil potest recipere à potentia, ut patet. Actiones enim talis potentiæ sunt immanentes, ergo oportet, quòd sit èconuerso, sed non aliter, nisi, quia obiectum mouet potentiam, uel totaliter intellectionem causando, & tunc est cótra positionem, quam assumit sua ratio, uel causando primo in eo speciem intelligibilem, & tunc est contra principalem quæstionem. Minor rationis patet. Maior probať. Dicitur enim primo, quod si concurreret de pari, ergo ex parte effectus corresponderet eis aliqua distinctio. & ita effectus causatus esset in se diuersarum rationum. Secundo, quia tunc uirtus unius posset tantum intendi, quòd æquaret uirtutem utriusque, & ita una sola posset causare totam intellectionem.

Ad primam istarum dico, quòd obiectum uisibile non causat totam uisionem, sed partialiter simul cum potentia uisiua; núc autem sic est, quòd quandoque duæ causæ partiales inter se diuersarum rationum integrant unam causam totalem, una autem ipsarum non causante, reliqua nó causat. Exemplum de materia & forma respectu cópositi sic est: Potentia uisiua, cum sit organica, nó est reflexiua super se, ergo oculus non potest causare partialiter uisionem de se, in quantum est potentia uisiua, licet posset inquantum est obiectú, nisi impediretur ex non causatione suæ causæ, ut patet, non ergo remaneret ex parte oculi, ut obiectum, & ideo non uideret hic, si uisus esset purè passiuus, posset reflecti super se.

Exemplú materia & forma.

Ad secundam dico, quòd licet potentia sit aliquo modo principalior causa, ut patet ibi distin. 3. primi, non tamen obiectum est mouens motú à potentia, nec èconuerso, ita quod motio potentiæ ab obiecto natura præcedit suum mouere, siue agere ad intellectionem, sed quádo obiectum est præsens per se simul natura cum potentia partialiter causat, & per consequens mouet potentiam, in qua recipitur subiectiuè eius causatio. Potentia etiam mouet, & agit partialiter ad eundem effectum. Quando uerò obiectum est absens, túc potentia mouetur ab eo per receptionem speciei intelligibilis prius, quamuis ipsa, & species moueantur, & agant ad intellectioné. sed tamen non propter hoc potentia est agens minus principale, quia est mouens motum, quia illa motio prima non requiritur propter passionem, ita, q̀ per illam habeat potentia, quòd possit agere, sed potius sequitur propter obiectum, ut scilicet fiat per eam actu intelligibile, & prius erat in potentia.

Dist. 3. q. 8.

Tunc ad primam probationem maioris patet, quòd assumitur falsum, nam non potest effectus in se distingui, quando est à duobus causis partialibus integrantibus unam causam totalem, nisi sic esset simpliciter ab una causa. Exemplum de materia, & forma respectu compositi, Vnde prius natura integrant in se unam causam totalem, quàm agant.

Ad secundam probationem dico, quòd eo ipso, quòd sunt causæ diuersarum rationú una non potest habere uirtutem utriusque, nisi fortè contineret illam eminenter. si uerò essent eiusdem rationis, posset una sic intendi, quòd haberet uirtutem amborum, sicut patet in trahentibus nauem.

Ad primum principale dico, quòd aliqui concedunt de anima, quòd intelligit se per essentiam suam, & ideo semper se nouit, ut uidetur dicere Augustinus in multis locis. Potest tamen dici, quòd non est simile de Angelo, & Anima, quia & si anima sit actu intelligibilis, quia actu præsens intellectui, & intellectus eius sit actus intelle

8. de tri. ca. 7. et 10. de trin. cap. 10. et 14. de trin. cap. 4. et inde.

ctiuus,

ctiuns, quantum est de se, tamen plus adhuc requiritur scilicet quòd potentia non sit impedita ad agendum. Exemplum: Posset enim esse ignis præsens stuppæ, & tñ non combureret, si Deus impediret actionem ignis. Ita autem fortè est in proposito, quòd anima est impedita in intelligendo nisi præsentibus actibus potentiarum sensitiuarum, quibus dependet in agendo. Causa autem huius potest esse, uel quia forte Author naturæ sic instituit, quòd anima intellectiua haberet istā colligantiam cum potentijs sensitiuis, secundum, quòd uidetur dicere August. 15. de trin. Hoc, inquit, sibi facit infirmitas. & quæ causa infirmitatis, nisi iniquitas, hoc idem dicit Commentator.

Ad secundum dico, quòd deficit dupliciter. Primo quia non omne medium plus conuenit cum extremis, quàm extrema inter se, nisi quando medium conficitur ex extremis. Quia intellectio nō propriè mediat inter obiectum, & potentiam, cū sit effectus, & terminus utriusque, tanquam unius causæ totalis. Aliqui tamen concedunt, quòd intellectio tunc est idem, quod eius essentia; tamen hoc est falsum, quia tūc oporteret, quòd esset formaliter infinita, sicut potest patere intuenti.

Ad tertium dico, quòd omnis potentia cognitiua debet recipere obiectum cognitum sine materia, ergo uisus recipit uisibile sine materiā. Modo autem sic est, quod uisibile requirit aliam, & aliam dispositionem in receptiuo, in quo recipi debet, & cum materia, & in recepto, in quo recipi debet sine materia. Nam albedo cum materia, sicut materialiter recipitur in superficie corporis terminati, sine materia uerò intentionaliter recipitur in corpore perspicuo, ergo organum uisus debet esse perspicuum, ut possit recipere uisibile intentionaliter, & sine materia. Et ideo est absque colore, & denudatum à natura materiali ipsius recepti. In proposito autem non est sic, quia essentia Angeli est immaterialis.

D. Tho. 1. par te summæ. q. 56. Artic. 1. in solutione secundi Argumenti.

Ad quartum dicit unus Doctor, quod singulare non potest per se esse intelligibile, nō quia singulare, sed quia materiale. Nam diuina essentia est ex se singularissima, & tamen maximè intelligibilis. & tunc patet solutio, quia essentia Angeli est immaterialis.

AN ANGELVS HABEAT NOTITIAM NATURALEM DISTINCTAM ESSENTIÆ DIUINÆ.

Seraphycus Bona. 2. sent. dist. 3. q. 2. Art. 2.
Scotus 2. sent. dist. 3. q. 8.
D. Thomas prima parte summa q. 56. Art. 3.

Quæstio nona.

Vide Hēricū quol. 3. q. 1. et quol. 4. q. 7. et 9. et quolib. 5. q. 14.

SECVNDO quæritur, Vtrum Angelus habeat notitiam naturalem distinctam de diuina essentia.

QVOD NON: Quia hoc esset per diuinam essentiam, uel per eius speciē. Non primo modo, quia tunc naturaliter esset beatus. Nō secundo modo, quia philosophus 3. de anima non uidentur pone re speciem, nisi propter absentiam obiecti; diuina autem essentia est interior intellectui Angeli, quàm quæcunque species. ergo. Vnde philosophus 3. de anima non uidetur assignare necessitatem speciei, nisi quia obiectum non potest per se esse in anima, essentia autem diuina est ubique. ergo. 3. de anim. contex. 38.

CONTRA: Vel nullam naturalem notitiam haberet de Deo, uel confusam tantum, quod est inconueniens, quia tunc esset eius intellectus potētialis, & imperfectus, sicut intellectus noster procedens de imperfecto ad perfectum.

RESPONDEO, quòd licet aliqui dicant, ꝙ non; dico tamen, quòd sic. Præmitto autem dist. talē: Cognitio est duplex una est quidditatis, quæ abstrahit in ratione cogniti ab actuali existentia, & præsentia obiecti. Alia, quæ concernit in ratione cogniti actualem existētiam, & præsentiam obiecti. Primam uoco abstractiuam, secundam intuitiuam non quidem ut intuitiua distinguitur contra discursiuam, quia illo modo est intuitiua etiā aliqua abstractiua, puta Angeli, sed uoco intuitiuā; quæ intuetur res actualiter præsentes. Membra istius diuisionis probatur ratione, & exemplo, Ratione probatur secundum membrum sic: Quod est perfectionis in potentia inferioris non est negādum à potentia superiori eiusdem generis, sed in sensu particulari est perfectionis intueri rē actualiter præsentem. ergo. Vide D. Thomam in 1. par te summæ. q. 56. Art. 3. Cognatio duplex.

Item illam expectamus in patria, quę uisio beata de diuina essentia dicitur facialis, non enim expectamus illam abstractiuā quidditatis, quę potest haberi de Deo ipso per impossibile non existente. Visio beata de diuina essentia uocatur facialis 1. Corin. ca. 13.

Primum membrum probatur, quia sciētia aliqua est quidditas abstrahens in ratione cogniti ab actuali existentia, & præsentia, alias corrumperetur scientia corrupta re, & ita non perpetua. Exemplo probantur sic: Cognitio sensus particularis est intuitiua, quia rei actualiter præsentis. Cognitio autem phantastica respectu illius est abstractiua, quia potest esse de re absolutè, & corrupta, cuius tamen remanet species in phātasia, sed quæ sunt dispersa in inferioribus sunt quā doque unita in superiori potētia eiusdem generis. ergo. Subtilissima differentia inter sensum interiorē, et exteriorē, in cognoscendo.

Tunc ad propositum dico, quòd licet secundū omnes communiter Angelus non habeat cognitionem intuitiuam de Deo ex puris naturalibus, de quo in 4. lib. pōt tñ habere abstractiuā notitiā, & distinctā de diuina essentia per aliquam speciē distinctiuam ipsam repræsentantem. Non enim omnis cognitio abstractiua est confusa, sed distinguitur in confusam, & distinctā. Ista species erit sibi indita à Deo in principio suæ creationis, & ita erit sibi naturalis, prout naturale distinguitur contra naturale gratuitum, & gloriosum, quia neç erit habitus gratiæ, nec gloriæ istæ species, sed erit quædam naturalis eius perfectio, sicut aliæ perfectiones concreatæ sibi à Deo. non autem erit sibi naturalis, quòd naturaliter posset eam sibi acquirere, neq; ab aliquo naturali agente posset in eo cau- Dist. 49. q. 11 Nō o͞is cognitio abstractiua est cōfusa.

to causari, sed à solo Deo, nec ab ipso Deo naturaliter, idest naturali necessitate, sed contingenter tantum, quia quidquid causat ad extra, causat contingenter.

7.q. quoli. & in 1.dist. 2.q. 1. & in 2.dist. 3.

Quòd autem talem speciem, per quam hoc modo naturaliter distinctè cognoscat diuinam essentiam, habeat Angelus probo sic: Intellectus Angeli in puris naturalibus est perfectior inter omnes intellectus creatos, sed homo ex puris naturalibus habet aliquam cognitionem de ultimo fine scilicet confusam, & in statu innocentiæ habuisset eam aliquo modo distinctam, quia perfectiori. ergo.

Item, quòd species ista sit possibilis, quia si quis in raptu uideat Deum transitoriè intuitiuè, post raptum recordatur uisionis distinctè, non quidem tunc uidet intuitiuè, quia iam cessauit præsentia obiecti, ut præsens, ergo abstractiuè, sed non nisi per speciem derelictam. ergo. Probatur assumptum de raptu Pauli, qui post raptum recordabatur uisionis distinctè, quia dicebat ad Corinth. Scio hominem. &c. audiuit arcana Dei. &cæt.

Ep.2. Ca.12.

4. super Genesim ca. 22.

Item hæc uidetur intentio Augustini quarto super Genesim, ubi dicit, quòd illi sex dies non habuerunt ordinem durationis, sed in cognitione angelica hoc modo: In principio primi diei dixit Deus, Fiat lux, & tunc facta est lux spiritualis id est angelus, & tunc Angelus uidit se in uerbo, deinde, cum factum est uespere, uidit se in genere proprio. Deinde cum factum est uespere & manè dies unus redijt ad uisionem sui in uerbo, ut eum laudaret ex opere facto. Et in isto mane secundæ diei uidit in uerbo secundam creaturam. Et cum factum est uespere, uidit illam in genere proprio. Et cum factum est uespere, & mane dies secundus, redijt ad uisionem, & tunc ad laudandum Deum de opere in facto, & tunc uidit in eo aliam creaturam, & ita communiter isti sex dies sequuntur secundum, quòd ordine naturæ prius uidit se, quàm alia, & prius se, & alia in uerbo, quàm in genere proprio eo modo, quo dictum est. Sed illa uisio uerbi non uidetur, quòd fuerit intuitiua, & beatifica, quia Angeli non fuerunt statim beati. ergo.

Augustinus sup Genesim ad quod diliges lector ad uertat.

Hæc mirabilia speculare, & quiesce ab ulteriori inquisitione in hoc seculo.

Ad rationem principalem dico, quòd per speciem. Ad probationem illam dico, quòd quia diuina essentia est intimior ratio, unde posset causare illum actum, quem causat species, sed quia contingenter omnia causat ad extra; ideo ille actus non esset in potestate Angeli, & ita ipso actu cessante non posset intelligere, nisi Deus iterum causaret, & ita naturaliter posset ex sua uirtute intelligere. Ponitur ergo speciei, ut actus ille non oporteat esse perpetuus, & tamen possit eum causare, quando uult. Nam species illa causat de necessitate naturæ, & intellectus integrat cum ipsa unam causam totalem.

3.sent. dist.2. q.1.& in 2.dist. 1.q.1.& 7.q. quolib.

Si dicatur, quòd species, cum sit finita, non potest repræsentare obiectum infinitum; non uidetur, quia etiam beatificus actus est formaliter finitus, & tamen attingit obiectum sub ratione infiniti, alias non esset beatificus, ut probatum est in primo libro primæ distinctio. & ita repræsentat obiectum infinitum potentiæ infinitæ in esse cognito: non tamen quantum repræsentabile est absolutè, & simpliciter cuicunque intellectui, sed quantum repræsentabile est huic intellectui per hunc actum, uel pe. hanc speciem. Sciendum est autem, quòd potest esse cognitio abstractiua duplex, Vna, quæ dicta est supra, Alia, quæ abstrahit non solum quidditatem, sed etiam actualem existentiam sola præsentialitate. &c.

Beatificus actus est formaliter finitus.

Duplex est cognitio abstractiua.

VTRVM AD HOC QVOD ANGElus cognoscat quidditates creatas alias à se, requiratur necessario, quòd habeat proprias & distinctas rationes cognoscendi eas.

Seraphicus Bona. 2. sentent. distinct. 3. quæstio. 1. Artic. 2.
Scotus 2. sent. dist. 3. q. 10.
D. Thomas prima parte summa q. 55. Art. 3.
Ricardus 2. sent. dist. 3. q. 2.
Durandus 2. sent. dist. 3. q. 6.
Ioannes Bacconitanus 2. sent. dist. 6. q. 1.

Quæstio decima.

TERTIO quæritur, Vtrum Angelus intelligat distinctas quidditates causatas per rationes distinctas cognoscendi.

QVOD NON: Species rei materialis est imperfectior re materiali, cuius est species, quod patet, quia mensuratur ab ea; mensuratum autem naturaliter est posterius, & imperfectius sua mensura. sed aliquod, quod sit imperfectius re materiali, non potest esse perfectio rei immaterialis; species autem, quæ est ratio cognoscendi est perfectio potentiæ cognoscentia, ergo.

CONTRA: Intellectus diuinus secundum multos cognoscit quidditates distinctas causatas per distinctas Ideas aliquomodo. ergo multò magis Angelus.

RESPONDEO, & dico, quòd Angelus intelligit omnia distinctè per unum habitum scientialem sibi communicatum continentem in uirtute omnia intelligibilia, etiam si essent infinita, omnia possent intelligi successiuè per istum habitum, modò unum, modò aliud, non quidem discurrendo, quòd unam intelligat ex alio, sed unum post aliud. Modus est iste: Licet enim habitus intellectua sit de prima specie qualitatis, fundat tamen unum essentialem respectum ad scibile, à quo absolui non potest, ita quòd sine scibili non potest intelligi. est habitus propter colligantiam naturalem correlationis,

Hēricus quo lib.5. q.14. ui de Varronē. qóue præsenti.

tionis, & ita habitus scientialis, ut qualitas sit in intellectu subiectiue, relucet tamen in eo ipsum scibile propter illum respectum, & ex hoc ipsum scibile habet in intellectu esse obiectiuè. Per istum igitur habitum intelligit Angelus primo seipsum, consequenter creaturas magis abstractas, & deinde alia secundum quòd essentialius inclinatur ad hoc intelligibile, quàm ad aliud, uel scilicet quia sibi propinquius, uel quia in se est intelligibilius hoc, quàm illud.

D.Thom. 1. part.summæ. q.55.Art.3.

Alij dicunt, quòd & si Angeli inferiores non possunt omnia per unicam rationem cognoscendi intelligere, Angeli tamen superiores habent uniuersaliorem scientiam, quàm inferiores.

Exemplum.

Contra istas opiniones arguo sic: Quando pluralitas numeralis arguit perfectionem maiorem, infinitas arguit perfectionem infinitam. Exemplum: Si posse simul multa portare pondera includit maiorem uirtutem, posse portare simul infinita, uel non tot, quin plura concludit, uirtutem infinitam, sed si secundum unam rationem repræsentatiuam posse simul repræsentare infinita distinctè, siue non tot, quin plura, arguit perfectionem infinitam. Nullus autem habitus creatus est formaliter infinitus. ergo.

Dist. 2. q.16. & principali.

Probo minorem dupliciter, primo: Ex hoc cõclusum est supra dist.2.1.lib. solam essentiam diuinam esse infinitam intensiuè, quia est infinitorum receptiua distinctè. Secundo quia non est dubium, ꝙ posse repræsentare unam aliquam perfectionem, dicit in repræsentato, & posse repræsentare aliud simul cum illo dicit aliquam aliam perfectionem alterius rationis, & sic una ratio repræsentatiua duorum est perfectior qualibet illarum duarum per se.

Item pro tanto una ratio est simul receptiua plurium, quia habet unum obiectum primum, & adæquatum continens uirtualiter omnia illa pluraliter, sed nullum unum obiectum creatum potest continere uirtualiter oĩa cognoscibilia creata, quia tunc esset formaliter infinitum. ergo. Maior probatur exemplo, & ratione. Exemplo: Quia pro tanto diuina essentia est repræsentatiua omnium, quia ipsa ut obiectum primum, & adæquatum continet eminenter omnia. Ratione: Quia unitas posterioris depẽdet ab unitate prioris, sed ratio, quæ est non participata, sicut diuina essentia, est natura posterior obiecto repræsentato, quia mensuratur ab ipso. ergo eius unitas dependet ab unitate obiecti primi adæquati.

Quare diuina essentia sit repræsentatiua omnium.

Instatur autem contra istam probationẽ, quia unitas causæ productiuæ, potest stare cum pluralitate effectuum productorum, etiam diuersarum rationũ. Exemplum de Sole ad diuersa producta ab ipso, ita quòd non oportet habere unum primum productum adæquatum.

Respondeo, quòd non est simile, quia agens æquiuocum est perfectius quocunque suo producto, & per consequẽs naturaliter prius unitas potest stare in unitate in priori cum pluralitate, in posteriori, sed non èconuerso, sicut erat in proposito.

Agens æquiuocũ est perfectius quocũque suo producto.

Angelus intelligit distinctas quidditates alias à se.

Dico igitur ad quæstionem, quod Angelus intelligit distinctas quidditates alias à se, & etiam sua intellectione abstractiua per distinctas rationes cognoscendi.

Cognitione autem intuitiua se, & quæcunque alia cognoscit per essentiam, & non per aliam distinctam rationem cognoscit. Ita secunda pars de cognitione intuitiua probata est in prima quæstione. Prima autem pars scilicet de cognitione abstractiua respectu aliarum quidditatũ à se probata est supra per illas duas rationes contra illas opiniones.

Aliam partem, ꝙ scilicet possit cognoscere abstractiuè per rationem distinctam repræsentãdi, probo, quia omnis cognitio possibilis in uno Angelo est possibilis eiusdem generis in alio Angelo de eodem obiecto, sed, ut patet ex dictis, unus Angelus habet cognitionẽ abstractiuã de quidditate alterius Angeli per rationem distinctam repræsentandi. ergo.

Si quæratur, quid sint istæ rationes cognoscendi, dico, quòd licet impropriè possint dici habitus, inquantum sunt quidditates de difficili mobiles; propriè tamen non sunt habitus scientiales, sed species intelligibiles. Et quòd distinguantur habitus, & species intelligibiles, probo dupliciter. Quia, ut ex alijs quæstionibus patet, species intelligibilis necessariò præcedit omnem actum intellectus, habitus autem necessariò sequitur aliquos actus ex quibus causatur.

Habitus & species intelligibiles distinguuntur.

Secundo, quia potest esse species remissior in aliquo, & habitu intensior, quàm in alio. Exemplum in illo qui habet perspicaciorem intellectũ species erit intensior. quod patet quia causatur à causis uirtuosioribus scilicet à phantasmate, & intellectu agente, qui sunt causæ naturales agentes ex toto impetu, quæ quidem in isto sunt perfectiores, quàm in illo, ut patet. Habitus tamen in illo poterit esse intensior, quia forte ille frequentius considerat.

Exemplum.

Ad rationem principalem in oppositum dico, quòd non est inconueniens, quòd perfectio accidentalis alicuius perfectibilis immaterialis sit in sua entitate imperfectior re materiali substantiali. Omne enim accidens habet minus de entitate, quàm substantia. Nõ enim est eius perfectio substantialis, & esto, quòd causaretur à re materiali, causaretur ab eo non totaliter, sed partialiter. &c.

Oẽ accidens hẽt minus de entitate, quã substantia.

VTRVM ANGELI POSSINT proficere accipiendo cognitionem à rebus.

Scotus 2.sent.dist.3.q.11.
D.Thomas prima parte summæ q.55. Art.2.

Quæstio undecima.

QVarto quæritur, Vtrum angelus possit accipere species à rebus.

QVOD

QVOD NON: Quia, quod est plenum non potest plus recipere, sed intelligentiæ sunt plenę formis 9. propositione de causis. ergo.

CONTRA: Res cognoscitur per suam similitudinem, sed Angelus cognoscere potest singularia corporalia, non autem ipsorum, habet species concreatas, quia qua ratione unius, & alterius, & ita oporteret, quòd haberet species infinitas. ergo potest sibi acquirere.

D.Thom. prima parte. summæ. q. 55. & 56. et in hoc secundo.

RESPONDEO, & dico, quòd non: Ratio. In Angelo non distinguitur intellectus agens, & possibilis. ergo Angelus non potest accipere species à singularibus. Antecedens probatur dupliciter. Primo quia intellectus agens, & intellectus possibilis non distinguuntur nisi per comparationē ad phantasmata, in Angelo autē non sunt phantasmata.

Secundo, quia intellectus agens non requiritur ad faciendum intelligibilia in potentia, & intellectus possibilis dicitur, quia reducitur de potentia ad actum, apud autem intellectum angeli omnia sunt sibi actu intelligibilia, & ipse semper est in actu intelligendi. ergo. Probatur consequentia, quia species, quę accipitur à rebus, quando fit species intelligibilis in intellectu causatur saltem partialiter ab intellectu agente, & recipitur subiectiuē in possibili.

Item non transitur de extremo ad extremum, nisi per medium, sed inter sensibile, & intelligibile, imaginabile est medium. ergo species rei sensibilis non transit ad intellectum, nisi transeat per phātasiam. Patet autem, quòd Angelus non habet phantasiam. ergo.

Dicit autem ista opinio, quòd Angelus cognoscit singularia, quod patet, quia habet prouidentiam de eis. Habet enim Angelus qualitates & perfectiones sibi possibiles concreatas, sicut corpora super cęlestia. ergo.

CONTRA: Angelus habet intellectum agentem, & possibilem. ergo potest accipere species à sensibilibus. Cōsequētia patet per locum ab oppositis iuxta argumenta positionis suæ in prima ratione. Antecedens probo, primo de agente sic:

Quod est perfectionis in potentia inferiori non est neganda à superiori eiusdem generis. sed intellectus agens, cum sit uirtus actiua est perfectionis in intellectu nostro. ergo.

Secundo de possibili sic: Intellectus receptiuus formarum intelligibilium est possibilis, siue passiuus, sed intellectus Angeli est huiusmodi. ergo. Nam secundum te est receptiuus specierum sibi concreatarum.

TVNC ad rationes opinionis, ad primam dico, quod nego antecedens, & ad probationem, nego primam probationem. Dico enim quòd distinguuntur per comparationem ad obiecta, & ad actus, nam intellectus agens, ut hic, est præcisè actiuus in comparatione ad obiectum, & actum suum. Possibilis autē dicitur respectu illius obiecti, & actus, respectu cuius, ut sic, est passiuus, ut patet inuenti.

Ad secundam probationem dico, quòd intellectus Angeli non est actu intelligens respectu omnium intelligibilium. nō omnia intelligibilia sunt sibi actu intelligibilia, siue actu intellecta, non enim est intellectus simpliciter simplex, & primus.

Ad secundam rationem dico, id est ad minorē, quòd & si imaginabile sit medium inter sensibile, & intelligibile per comparationem ad intellectum nostrum propter naturalem connexionem potentiarum, dum est coniunctus, non tamen est medium necessarium ex natura rei, & ideo non oportet dare tale medium respectu intellectus separati.

Ad quæstionem igitur dico, quòd Angelus accipit aliquam notitiam à rebus. Quod probo. Nā potest cognoscere singulare, ut singulare, cum ipsius notitia non sit sibi improportionata, sed non per speciem uniuersalis præcisè, quia per illam non magis cognosceret hoc, quàm illud, cum ex se sit indeterminata ad omnia singularia illius speciei. ergo oportet, quòd per speciem singularis, ut singularis, sed non habet obiectum singulariū species concreatas, quia tunc haberet species infinitas. Nec magis istius, quàm illius, quia æqualiter ex suis singularibus naturalibus potest intelligere utrunque. ergo oportet dicere, quòd accipit eas à rebus.

CONFIRMATVR etiam, nam haberet sic species concreatas terminorum complexionis contingentis. Probo id, quia uel illa species determinaret actum Angeli intellectiuum ad intelligendam alteram partem pro tali nunc, puta, me sedere cras, uel non sedere, aut species istius complexionis determinaret eum pro die crastina ad alteram partem uel ad nulla. Si sic, ergo illa cōplexio nō esset apud eum contingens, nec cognosceret eam, ut contingentem. Si non, ergo per eā nihil cras cognosceret plusquam hodie, uel ergo oportet, quod quandocunque deberet cognoscere complexionem contingentem, Deus infunderet sibi speciem. Quod non est dicendum. Vel quod nunquam eum cognoscit. Quod etiam non est dicendum. Vel quod tunc accipit speciem à se, quando actu est.

Item cognitio intuitiua requirit præsentiam obiecti. ergo quod intuetur unum singulare illā notitiam non habet per speciem infusam. ergo aliquo modo accipit eam à re, & patet, quod intuitiuē potest cognoscere hoc singulare, non solum in uerbo, sed etiam in proprio genere. Quō Angelus cognoscat singulare in proprio genere.

Item dico, quod si non haberet species quidditatis rerum, posset eas abstrahere, & si nō esset alia ratio, sufficeret ista, quia non est eius intellectus minoris pfectionis, & uirtutis, quàm noster. Sed ad perfectionē nostri intellectus pertinet, ut possit sibi acquirere suas perfectiones. ergo.

Ad primum principale dico, quòd & si sint pleni formis uniuersalium, non tamen singularium. &c.

DISTINCTIO IIII.

CIRCA DISTINCTIONEM IIII.

Quæritur de ſtatu, in quo fuerunt creati Angeli.

VTRVM INTER CREATIONEM & Beatitudinem Angeli boni fuerit aliqua Morula.

Seraphicus Bona. 2. ſent. diſt. 4. q. 3. Art. 1.
Scotus 2. ſent. diſt. 4. q. 1.
D. Thomas prima parte ſumme. q. 63. Art. 5.
Ricardus 2. ſent. diſt. 4. q. 1.
Durandus 2. ſent. diſt. 4. q. 1.

Quæſtio prima.

Circa iſtã diſtin. quartam Magiſter oſtẽdit quales ſint creati Angeli, quãtum ad eorum conditiones nõ naturales, quæ ſunt felicitas, & miſeria.

CIrca diſtinctionem quartam quæritur, Vtrũ boni Angeli fuerint creati beati, & mali miſeri.

QVOD SIC de bonis: Fuerunt enim ipſi creati in beatitudine naturali. ergo & in ſuper naturali. Antecedens patet, quia in primo inſtanti, ſicut modo habuerunt intellectum perfectum, & uoluntatem perfectam, & obiectum utriuſque præſens. Conſequentia probatur, quia efficatior eſt, cauſa ſuper naturalis, quàm naturalis. ergo citius uel æquè cito poteſt producere ſuum effectum.

Item fuerunt creati in gratia. ergo in gloria. Conſequentia patet, quia non eſt medium inter ultimam diſpoſitionem, quæ uocatur neceſsitas, & formam introducendam. Antecedens patet per Auguſtinum ſic: Deus fuit ſimul creans Angelorum naturam, & tribuens gratiam.

12. de ciuita. Dei cap. 9.

DE MALIS patet per Auguſtinum ſuper Geneſim. Putauerunt, inquit, quidam probabiliter, quòd ſtatim Angelus malus factus eſt miſer: Nam Ioãnes dicit, quòd ab initio homicida erat.

Libr. 15. ca. 8.
Ioannis ca. 8.

CONTRA: De bonis Auguſtinus ſuper Gene. dicit, angelicam naturam primo fuiſſe creatam Informem, & cœlum appellatam, poſtea formatam, & appellatam lucem, quãdo ſcilicet ad Creatorem eſt conuerſa perfecta deliberatione. igitur inhærens.

Libr. 1. cap. 2.

De malis patet per Ezechielem: In ſignaculum ſimilitudinis plenus ſcientia, & perfectus, & plenus decore in delitijs Dei tui fuiſti. ergo.

Ezechielis ca. 28.

RESPONDEO primo, & dico, quòd Deus potuit bonos Angelos creare beatos. Ratio, q̃a ex parte Dei non repugnabat, cum ipſe pro omni inſtanti ſit æquè potens, nec ex parte Angeli repugnabat; cum ipſe in primo inſtanti habuerit naturam ita perfectam, ſicut modo. ergo.

Secundo dico conſimili ratione, quòd etiam in primo inſtanti potuit creare malos Angelos, cum illo malo incommodo, quod habent modo, ſed tunc propriè non diceretur pœna, quia non eſſet punitiua alicuius culpæ præcedentis.

Tertio dico, quòd de facto nec boni fuerunt creati, nec mali miſeri.

De bonis patet in litera diſtinctio. 3. & diſtinctio. 4. cap. 1. De malis etiam patet in litera diſtincti. 3. & 4. Et Iſaias: Quomodo cecidiſti Lucifer, qui mane oriebaris. ergo primo fuit lux, & oriebatur.

Iſa. cap. 14.

Item Ezechiel ubi ſupra.

Ezech. ca. 28.

Quarto eſt uidendum, Vtrum potuerunt peccare, uel mereri in primo inſtanti. Dicitur, quòd non potuerunt peccare in primo inſtanti. Ratio eſt, quia aut fuiſſet peccatum illud à Deo cauſatum, & hoc non, aut ab Angelo, & hoc etiam non, quia omnis operatio, quæ incipit, cum eſſe rei eſt effectiuè à cauſa, à qua res eſt.

D. Tho. 1. parte ſumme. q. 63. Arti. 5. & eſt opinio Hẽrici uide Varronem hæc copioſe, & Auguſtinũ. 834 5.

Item in primo inſtanti non potuit deliberare. ergo non peccare. Antecedens patet, quia deliberatio requirit diſtinctam intellectionem plurium, ſed Angelus non potuit plura ſimul diſtinctè cognoſcere. Conſequentia patet, quia peccatum non eſt niſi liberè elicitum, nec eſt liberè elicitum, niſi ſit deliberatum.

Item quia, tunc neceſſariò fuiſſet elicitum, & non contingenter, & per conſequens non fuiſſet peccatum. Probatur antecedens, quia res dum fit, neceſſariò fit, & Dum facta eſt, non potuit non eſſe facta. Sed ante non potuit non fieri, quia non fuit ante.

Item actio creaturæ non poteſt eſſe in inſtanti. ergo in primo inſtanti non potuit peccare. Antecedens patet per philoſophum ſexto phyſicorum ubi dicit, quòd ſi aliqua uirtus mouet in inſtanti, maior uirtus mouebit in minori, ſed patet, quòd non eſt dare minus, quàm inſtans, & eſt dare maiorem uirtutem omni uirtute creata.

6. phyſ. cõtex. 29. & 90.

Teneo opinionem, & dico, quòd in primo inſtanti potuit peccare. Ratio eſt: Potentia potens habere operationem perfectam, quia habebat potentiam non impeditam, & obiectum præſens, & per conſequens uolitionem, quia in omni inſtanti, quo intellectus intelligit, uoluntas poteſt uelle, & non determinabitur ad uolitionem rectam. ut patet. ergo. Conſimili ratione ſuppoſito, quòd boni fuerunt creati in gratia, quæ eſt ratio meriti in primo inſtanti, potuerunt mereri.

Vera Opinio Authoris.

Tunc ad rationes opinionis. Ad primam dico, quòd peccare cum ſit deficere, non eſt effectiuè à Deo, ſed tamen & ſi peccare concernat actum, dico quòd actus elicitus poteſt eſſe ab Angelo in primo inſtanti, quia in primo pro inſtanti habet potentiam perfectam, & obiectum præſens. Vnde propoſitio illa eſt falſa, quòd operatio, quæ eſt ſimul duratione cum eſſe rei, ſit effectiuè à quo eſt res. Nam ſi Deus produceret ignem calidum, & calefactibile ſibi præſens, & diſpoſitum in eo inſtanti durationis, calefaceret, ſicut patet etiam de Sole, qui illuminat in eodem inſtanti, in quo eſt ſuper Emiſperium, & ita etiam in eodem inſtanti, in quo eſſet ſimpliciter primo, ſufficit enim quòd eſſe rei præcedat natura eius operari.

Quid ſit peccare.

peccatũ non eſt operatio, ſed defectus operationis.

Ad secundum dico, quòd unica uolitio potest esse non recta. Unica autem uolitio non requirit necessariò nisi unitam uolitionem distinctam, & illam non prius duratione, & si prius natura, non oportet necessariò, quòd præcedat deliberatio in tempore, ad hoc, ut uolitio sit recta, uel non recta, sed sufficit ex quo ipsa est illibera elicita. Hoc autem clarius probatur in libro tertio. Utrum Christus omnia potuerit mereri in primo instanti suæ conceptionis.

Lib. 3. dist. 12. & 18. q. 1.

Ad tertium alias dictum est. Dico enim, quòd effectus contingens, quando elicitur, contingenter elicitur, & tunc potuit elici, alias non esset contingēs, & patet hoc expressè, quia alias Deus prædestinasset, & præuidisset non contingenter, sed necessario, & etiam quidquid producit ad extra, necessariò produceret, nihil mutaretur, ut patet intuenti, & in quæstione de æterni tate mundi.

Dist. 1. huius secundi. q. 3.

Ad quartum dico, quòd ratio Aristotelis non ualet de mensura diuisibili, quia si tanta uirtus mouet in tanto tempore, dupla uirtus mouet in medio tempore. & ualet de motu, quia cum motus sit diuisibilis, necessariò requirit mensuram diuisibilem, & ita si aliquod mouens moueret in instanti, necessario illud, quod esset diuisibile, & ita dupla uirtus moueret in medio. In proposito autem non est sic; quia actio Angeli est indiuisibilis.

Ad primum principale nego consequentiam.

Ad probationem dico, quòd non oportet, quod causa efficacior causet effectum suum citius, uel æquè cito, quando est uoluntaria.

Ad secundum dubium, Utrum fuerint creati in gratia gratum faciente, respondetur ad dictum August. quòd loquitur de gratia gratis data. Sed esto, quòd sic, non tamen sequitur in tātum, quia non est ultimata dispositio ad gloriam, quin possit stare per morulam sine gloria, sicut patet in nobis.

Gratis gratū faciens nō est ultimata dispositio ad gloriam.

Ad ultimum illud ab initio, & huiusmodi accipitur pro modica morula.

DISTINCTIO V.

CIRCA DISTINCTIONEM V. quæritur

VTRVM ANGELVS PRIVS MEruerit Beatitudinem, quàm eam acceperit.

Scotus 2. sent. dist. 5. q. 1.
D. Thomas prima parte summæ q. 62. Art. 4.
Ricardus 2. sent. dist. 6. q. 2.
Franciscus de Mayronis 2. sent. dist. 4. & 5. q. 1.

Quæstio prima.

Circa distinctionem quintam quæritur, Utrum Angelus prius meruerit Beatitudinē, quàm eam acceperit.

Quod non. Maxima beatitudo requirit magnum meritum, sed Angeli habent maximam beatitudinem, non autem potuerunt maximè mereri ante, cum morula usque ad eorum beatificationem fuerit modica. ergo merentur post. Confirmatur, quia post eorum beatitudinem acceptam exercent uobis obsequia, ex quibus tamen merentur. ergo.

Contra: Augustinus de correctione, & gratia: Angeli sancti, qui perstiterunt, meruerit illius uitæ mercedem accipere. ergo meruerunt antequam acciperent.

Respondeo hic quòd non tenetur Magister, qui in fine huius distin. uidetur asserere, quod Angeli modo merentur beatitud. nem per obsequia, quæ nobis impendunt.

Opinio magistri, cōiter nō probata.

Rationes in contrarium sunt duæ. prima, quia sequeretur, quòd si homo non fuisset creatus, Angelus non fuisset beatus, non enim tunc exhibuisset ista obsequia, sed illud est falsum, quia angelus non dependet ab homine in beatificari. Secunda, quia si præuisio, quòd quis. bene utatur gratia sua data habeat rationem meriti, tunc gratia gratis data in aliquo non esset gratia, quia in aliquo præuideretur, quòd ea esset bene usurus. Exemplum pro opposito Magistri est quia miles quandoque recipit primo stipendia à Rege, & postea meretur recepta.

Exemplum.

Dico ergo, quòd Angeli meruerunt beatitudinem antequam eam reciperent. Primum patet, quia omnis natura cōsequitur perfectionem suā aliquo mō per suam propriā operationē, sed beatitudo est perfectio Angeli, etiam animæ. ergo.

Hæc est ratio D. Tho. in 1. parte summæ. q. 62. Artic. 4. quæ acceptatur à doctore.

Secundum probatur, primo sic: Pro tāto actus est meritorius, quia cum possit esse nō rectus, est rectus, sed beati cum sint in bono confirmati nō possunt habere actum non rectum. ergo meruerunt antequam essent beati.

Item dispositio præcedit formam, ad quam est & uia ad terminum, sed meritum est dispositio, & uia ad terminum scilicet ad beatitudinem. ergo. Sed nunc uidendum est de morula ante beatorum beatitudinem, & malorum damnationem.

Dicit unus modus, quòd fuerunt tres morulę, in quarum prima omnes fuerunt creati in puris naturalibus. In secunda boni receperunt gratiā, & meruerunt. Mali uerò non receperunt gratiā, quia potuerunt ducere. & tunc demeruerunt in istā secunda morula. In tertia utrique fuerunt in termino. Boni in beatitudine, mali uerò in pęna.

Narratio copiosa omniū modorū possibiliū assignāti in morulis.

Alius modus ponit tres morulas, sed in prima fuerunt omnes creati in gratia & meruerunt. In secunda boni perstiterunt in gratia, & merito; & mali ceciderunt à gratia, & demeruerunt. In tertia utique fuerunt in termino, sicut dicit primus modus.

Tertius modus ponit quatuor morulas, in quarum prima omnes fuerūt creati in puris naturalibus. In secūda oēs acceperunt gratiam, & meruerunt. In tertia boni perstiterunt in gratia, & in merito, & mali ceciderunt à gratia, & demeru-

erunt. In quarta omnes fuerunt in termino, sicut dicunt alij modi.

Isti duo modi sunt probabiles, sed secundus, & tertius, qui ponunt omnes recepisse gratiam, uidentur magis approbabiles, quia magis attestantur Dei liberalitatem. Nam licet præuideret illos male usuros gratia accepta, tamen uoluit dare ex sui liberalitate, sicut etiam facit multis hominibus, ut patet. Et hoc forte secundus modus est probabilior, quia non bene apparet necessitas ponendi quatuor morulas. Quid sint istæ morulæ, dicunt aliqui, quod sunt nunc temporis discreti, sed non ponendo tempus discretū, potest dici, quod sunt nunc æui.

D. Thomas, et Henricus. Quid sint morulæ.

Ad principalem ergo rationem in oppositum dico, quod magnitudo meriti non consistit in multitudine actuum meritorum, sed in magnitudine intensiua; In illa autem morula, in qua mali Angeli superbierunt, boni maxime meruerunt, quia adhæserunt per dilectionem intensiuē & ex maximo conatu. Ita quod forte plus tūc meruerunt, quàm posset mereri homo de communi lege in toto tempore suo.

Ad confirmationem dico, quod per obsequia nobis impensa non merentur præmium essentiale, sed forte merentur aliquid accidentale præmium, uel forte magis sunt actus in nullo meritorij, sed perfecti quidam actus redundantes ex plenitudine gloriæ. Exemplum: Si quis haberet habitum perfectum in ultimo gradu sibi possibili, iste eliceret actus perfectos ex redundantia habitus, qui tamen non aggenerarent habitum, nec augumentarent. Exemplum Magistri non cogit, quod miles præmiatus primo à rege non est ita confirmatus, qui non possit elicere actus rectos, & non rectos, siue fideles, & non fideles circa regem & ita potest mereri.

Exemplum.

Exēplum Magistri non cogit.

Sed tunc restat dubium de Christo, qui fuit uiator, & meruit, cum tamen esset confirmatus, & comprehensor. Dico, quod Christus fuit uerus uiator, & perfectus comprehensor quantum ad essentialia comprehensoris, sed quātum ad accidentalia forte non sic potuit mereri; uel sic, & uerius ut mihi uidetur, quod non meruit sibi, sed nobis. &c.

Christus per suam passionē meruit nobis remissionem peccati originalis, & primā gratiā baptismalē, atq. gloriam, ei correspondentem.

DISTINCTIO VI.

CIRCA DISTINCTIONEM VI. Quæritur,

UTRUM ANGELUS MALUS potuerit appetere æqualitatem Dei.

Seraphicus Bona. 2. sentent. distinct. 5. quæstio. 2. Artic. 1.

Scotus 2. sent. dist. 6. q. 1.

D. Thomas prima parte summæ. q. 63. Art. 3.

Franciscus de Mayronis 2. sent. dist. 4. & 5. q. 3.

Quæstio prima.

Circa distinctionem sextam quæritur primo, Verū Angelus potuerit appetere Dei æqualitatem.

Magister agit de Angelorū malorū auersione.

Dicitur quod non: Ratio prima, quia non ex passione, patet. nec ex ignorantia, quia pœna in eis non præcessit culpam. ergo ex electione. sed electio est impossibilium tertio Ethicorum. Angelus autem sciebat hoc esse impossibile. ergo.

3. Ethic. ca. 3

Item Angelum esse Deo æqualem, est Angelū non esse Angelū, sed Angelus non potest appetere suum non esse. ergo.

Item Angelum esse æqualem Deo includit contradictionem, sed tale non habet rationem entis, quia tunc Deus posset contradictoria simul uerificare. non ens autem non est appetibile. ergo.

Item uoluntas non potest uelle nisi per intellectum, sed intellectus Angeli non intelligebat se esse, uel posse esse Deo æqualem, quia non habebat intellectum errantem, alias pœna præcessisset culpam. ergo.

Contra hoc est Magister in litera, quia rationes illæ non cogunt. Ideo dico cum Magistro, quod potuit. Ratio est, quia uoluntas habet pro obiecto totum ens, & habet etiam ipsa duplicem amorem scilicet amorem amicitiæ, & amorem concupiscentiæ. igitur quidquid potest amare amore amicitiæ, eidem amato scilicet sibi potest amare amore concupiscentiæ uel concupiscere, sed patet, quod sibi potest amare amore amicitiæ omne ens, ergo sibi potest amare amore concupiscentiæ omne ens; sed Dei æqualitas inde est quoddam ens. ergo. &c.

Item si esset possibile, planum est, quod posset illud appetere. ergo & modo potest, quia licet electio non sit impossibilium, uoluntas tamen est impossibilium, secundum philosophum tertio Ethicorum, & secundum Damascenum.

3. Ethic. ca. 3 Cap. 58.

Ad primam ergo rationem dico, quod electio est duplex, una, quæ est efficax uolitio alicuius obiecti uolibilis, & ista potest esse impossibilium, sicut dictum est. Nam obiectum aliquod in se uolibile potest concupisci ab aliquo, cui tamen impossibile est habere. Alia est electio, ad quam consequitur intellectus practicus, qui sillogizat statim de his, quæ sunt ad illum finem sequendum, & talis non est impossibilium, quia nullus procurat habere illud, quod omnino credit esse sibi impossibile, & hoc certe docet experientia.

Electio duplex.

Ad secundam dico, quod sicut non oportet, quod qui intelligit antecedens intelligat consequens, nisi intelligat consequentiam, ita multo minus oportet, quod qui uult antecedens, uelit consequens, nisi uelit consequentiam. Exemplum: Voluntas uult Episcopatum, & non uult

uult Sacerdotium, & tamen ad nõ sacerdotium sequitur non episcopatus.

Ad tertium dico, quòd licet complexio in se, & precisè terminorum incõpossibilium sit nihil: termini tamen in se sunt aliquid, & ideo licet illa cõplexio præcisè in se non sit appetibilis, nec intelligibilis; cum sit non ens, termini autem sunt appetibiles, & intelligibiles, quia sunt aliud, & sicut intellectus etiã non errans potest comparare terminum termino, quorum tamen complexionem uidit esse incompossibilem. Ita uoluntas potest appetere.

Ad quartum dico, quòd intelligebat terminos, & hoc sufficiebat. non enim uolitio eius terminabatur ad complexionem præcisè, quæ non erat ens. sed terminabatur ad terminos complexionis comparando unum alteri modo prædicto. &c.

VTRVM PRIMVM PECCATVM Angeli formaliter fuerit superbia.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 5. q. 1. Art. 1.
Scotus 2. sent. dist. 6. q. 2.
D. Thomas prima parte summa q. 63. Art. 2.
Ricardus 2. sent. dist. 5. q. 1.
Franciscus de Mayronis 2. sent. dist. 5. q. 4.

Quæstio secunda.

SECVNDO quæritur, Vtrum peccatũ primi Angeli fuerit superbia formaliter.

14. de ciuit. Dei. ca. 13. QVOD sic per Augustinũ 14. de ciui. Dei.
Eccle. ca. 10. Et probatur per illud scripturæ: Initium omnis peccati superbia.
Ioannis. ca. 2. Item Ioannes in canonica sua: Omne, quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut oculorum, aut superbia uitæ, sed non peccauit primus duobus modis, ut patet. ergo.

Psal. 73. Item Dauid. Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.

CONTRA: Eius peccatum fuit maximum, quia fuit irremediabile, sed superbia nõ est maximum peccatum, quod patet per eius oppositum, quia humilitas formaliter non est magna uirtus, sicut caritas, Theologicè loquendo, cum possit esse in formis. Nec moralis est ita magna, sicut amicitia,
8. Ethic. c. 10. & infra. quæ est nobilissima species iustitiæ. 8. phys. ergo. Odiũ, quod opponitur caritati, & amicitiæ Dei, est maius peccatum.

Item superbia est passio irascibilis: passiones, autem irascibiles non possunt esse primæ, quæ sequuntur ex passionibus concupiscibilibus. ergo.

Respondeo, quòd communiter dicitur, quòd sic. Ad cuius intelligentiam est sciendum, quòd
Voluntas habet duplicem actum positiuum. Vniuersale ẽ duplex. uoluntas habet duplicem actum positiuum; Vnũ, qui est uniuersalis, quo. s. acceptat aliud obiectũ; quod est nolle, quo. s. refugit obiectum inconueniens; Vniuersale autem est duplex, unum. s. amicitiæ, quo. s. amat obiectum. Aliud concupiscentiæ, quo. s. amat aliud bonum obiectum, quod etiam amore amicitiæ, amat. Ordo autem istorum actuum patet, quòd nolle non potest esse primus actus, sed necessariò presupponit uelle, nunquam enim refugit uolũtas aliquod obiectum, nisi quia est disconueniens illi obiecto, quod amat. Nolle etiam concupiscentiæ necessariò presupponit uelle sicut expresse patet intuenti. Nam nõ possum nolle aliquid, nisi uolo oppositum, Isti autem actus omnes possunt esse recti, & non recti, & idem ordo est in eis. sequitur ergo, quòd prima inordinatio uoluntatis in malo Angelo non potuit esse in actu, quod est nolle circa obiectum in concupiscendo. ergo fuit in uelle amicitiæ, & hoc patet, quia si uoluntas amat obiectum ordinate, quantũ debet, & sicut debet amore amicitię, nunquam cõcupiscit sibi aliquid in ordinatè, neç uult ab eo aliquid inordinate. igitur prima inordinatio fuit in uelle amicitiæ, sed non potuit habere inordinatum amorem amicitiæ erga Deum, quia Deus est tale amabile. ergo ex sola ratione sui, ut obiectum dat perfectionem tali actui quantumcunque intenso, nec est uerisimile, quòd primo amauerit tali amore aliud à se, quia plus inclinabatur naturaliter ad se, quàm ad aliud creatum quantumcunque, tum quia plus intelligebat se. igitur talem inordinatum amorem primum habuit ad se amando plusquam deberet, & aliter, quàm deberet, & sic fuit prima inordinatio in actu, qui est uelle amicitiæ.

Secunda autem eius inordinatio in actu concupiscentiæ, qui est secundus actus uoluntatis, ut patet supra. Dico autem, quòd primo ipse desiderauit beatitudinem, quod patet, quia sicut appetitus coniunctus primo appetit id, ad quod magis inclinat complexio appetitus sensitiui, ita quòd aliqui inclinat magis ad superbiã, ut colerici, alii magis ad luxuriam, uel ad gulam, & huiusmodi secundũ complexiones uarias appetitus sensitiui, cui intellectio appetitus est cõiunctus, ita appetitus Angeli, qui est separatus, primo inclinabitur ad id, quod est maxime delectabile absolutè, cuiusmodi est beatitudo.

Sed dices, quòd in tali concupiscentia fuit deordinatio, quia talis concupiscentia est naturalis secundum Augustinum 13. de Trin. ubi dicit, quòd beatitudo ab omnibus appetitur. ergo & boni Angeli istam concupiscentiam habent. Dico, quòd fuit inordinatio ex parte concupiti absolute, sed ex parte modi, & hoc tripliciter nam appetierunt eam, antequam deberent, & intensius, quàm deberent, & aliter, quàm deberent. Deus. n. uolebat, quod haberent eam post illam morulam, in qua fuerũt uiatores, & ipsi uoluerunt eam statim. Item uolebat Deus, quòd eam haberent secundum correspondentiam de congruo ad eorum merita, & ipsi uoluerunt eam maximam, & forte Lucifer uoluit eam æqualem Deo, & sic cõcupiuit Dei æqualitatem. Item uoluit Deus, ut aliqualiter sibi mererentur, & ipsi uoluerunt eam sine meritis, quia statim Boni appetierunt eam istis tribus modis, sicut Deus uolebat.

Argument subtiliter apparentia. 13. de tri. c. 5

Tertia autem deordinatio fuit in nolle. Nam amando se plus, & aliter, quàm deberet, amore amicitiæ, & concupiscendo sibi beatitudinẽ inde-

bitis modis uidens, quòd hoc non poterat obtinere, manente Deo, statim habuit inordinatissimum nolle circa Deum, ita quòd potius nolebat Deum esse, quàm se impediri à Deo in hoc, quod uolebat, & hoc fuit eius maximum peccatum; & hæc est expressè intentio Augustini 14. de Ciu. Dei, ubi ait: Duo amores fecerunt duas Ciuitates, Ciuitatem Dei, amor Dei, usque ad contemptum sui. Ciuitatem Diaboli amor sui usque ad contemptum Dei. Igitur prima radix Ciuitatis Diaboli fuit inordinatus amor sui, quæ radix germinat usque ad contemptum Dei.

14. de ciu. dei cap. ultimo.

Nunc uidendum est de genere istorum. Dico, quòd prima inordinatio in actu amoris amicitiæ respectu sui amando plus se, & aliter quàm debebat, fuit quædam præsumptio secundum Augustinum 14. de ciui. Dei. Præsumptio autem est quædam species superbiæ, & ita primum peccatum Angeli fuit quædam superbia, non tamen superbia propriè dicta, quæ est appetitus inordinatus laudis cum contemptu aliorum.

D. Bona. lib. 2. dist. 5. Art. 1 q. 1.

14. de ci. dei. cap. 13.

Secunda uero inordinatio, quæ fuit in amore concupiscentiæ, non propriè reducitur ad superbiam, sed potius ad luxuriam pro ut luxuria dicit inordinatam concupiscentiam cuiuscunque concupiscibilis, & non tantum carnis.

Tertia inordinatio, quæ. s. fuit in nolle respectu Dei, patet, quòd fuit odium, quod potest reduci ad iram, nel ad inuidiam, & hoc maximum fuit peccatū, quia directe opponebatur caritati, qui est amor amicitiæ ad Deum.

Peccatum Luciferi fuit omniū peccatorū maximū.

Ad primam rationem principalem responsio patet per Augustinum, quia accipit ibi superbiam pro illa præsumptione dicta.

Ad secundam dico, quòd Ioannes loquitur de peccatis hominū, quod patet per illud, quod præmittit: Omne, inquit, quod est in mundo. &c.

Ad primum in oppositum dico, quòd peccatū eius primum non fuit maximum, sed incepit à minori, & terminauit in maximo modo prædicto.

Ad probationem dico, quòd illud primum peccatum fuit remediabile, & ēt secundum, si penituisset donec durauit ista morula in qua fuit uiator.

Ad secundum dico, quòd illa talis præsumptio dicta, quæ fuit primum eius peccatum, non fuit passio irascibilis, sed actus concupiscibilis, benè tamē alia species superbiæ, quæ est superbia propriè dicta est passio irascibilis.

DISTINCTIO VII.

CIRCA DISTINCTIONEM VII. Quæritur,

VTRVM MALVS ANGELVS uelit necessario malè.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 7. q. 2. Art. 1.
Scotus 2. sent. dist. 7. q. 1.
D. Thomas prima parte summa q. 64. Art. 2.
Ricardus 2. sent. dist. 7. q. 2.
Durandus 2. sent. dist. 7. q. 2.

Quæstio prima.

CIrca distinct. septimam quæritur, Vtrum malus Angelus semper male uelit.

Magister agit de confirmatione bonorū & obstinatione malorum.

Qvod non: Iacobus: Dęmones credunt, & contremiscunt, sed isti non sunt mali actus, ut uidetur.

Iacobi. ca. 2.

Item cum pœna correspondeat culpæ, tunc se quæretur, quòd pœna Dæmonis augeretur in infinitum, & pari ratione præmium boni Angeli augeretur in infinitum, & ita nunquam essent intermino, sed ista sunt inconuenientia. ergò.

Item nullum uiolentum perpetuum, primo de Cœlo, & Mvndo, sed malitia est contra naturam secundum Damascenum: ergo non est semper in Angelo.

Primo de celo & mundo conte. 1. 5. & expressius x z cæli cōt. 1.

Contra id per Dauid: Superbia eorum, qui te oderunt, ascendat semper ad te.

Psal. 73.

Respondeo primo uidendum est de ordine, & differentia bonitatum, & malitiarum sibi oppositarum secundo de principali proposito. De primo dico, quòd bonitas creata prima sui diuisione diuiditur in bonitatē naturalem, & moralem. Est autem bonitas naturalis, quam contrahit actus ex eo, quòd est quoddam ens positiuum, talis. n. bonitas sequitur omne ens positiuum, & cōuertitur cum omni ente, & recipitur in omni ente secundum magis, & minus, secundum maiorem, & minorem gradum entitatis. Bonitas autem moralis est triplex. s. bonitas ex genere, bonitas uirtuosa, siue ex circūstantia, & bonitas meritoria, siue gratuita. Illa, quæ est ex genere, quam cōtrahit actus ex eo, quòd transit super debitum obiectum. Virtuosa est, quam contrahit actus ex debitis circunstantiis. Meritoria est, quam contrahit actus ex aliquo habitu supernaturaliter, infuso, in ordine ad Dei acceptionem, secunda præsupponit primam, & addit super eam. sed non ēconuerso. Tertia præsupponit utranque & addit; sed non econuerso. Pro tanto prima dicitur ex genere, quia est quasi naturalis respectu aliarum, & præsupponit ab aliis, & contrahitur per additionem, ut patebit in exemplis, quæ quidem sunt conditiones generis respectu specierum.

Bonitas est ex duobus modis diuitur. Quid sit bonitas naturalis.

Bonitas moralis triplex.

Quare bonitas moralis dicatur ex genere.

Secunda dicitur pro tanto uirtuosa, quia reddit hominem moralem, siue ethicæ uirtuosum, quod non facit prima per se.

Quare dicatur bonitas moralis uirtuosa.

Tertia dicitur pro tāto meritoria, quia ad eam sequitur præmium ex Dei ordinatione. Exemplū primæ est dare elehemosinam alicui. Exemplum secundæ est dare elehemosinā de proprio, & egēti, & loco, & tempore, & propter Deum. Exemplum tertiæ est dare elehemosinam dictis modis cū hoc addito, quòd ad hoc inclinat caritas, uel gratia, nam posset esse ex quadam inclinatione pietatis naturalis, ut patet. Prima potest stare sine secūda, quia posset dari elehemosina non habendo respectum ad aliquam circunstantiam, & patet etiā, quòd secunda sine tertia, patet etiā, quòd ista non est diuisio materialis, sed formalis, sicut diuiditur

Quare bonitas dicatur meretura.

Exemplum.

anima

anima per negetatiuam,ſenſitiuam, & intellectinam. Patet etiam,quòd prima bonitas non eſt genus,ſed habet conditiones generis, genus. n. non poteſt eſſe ſine aliqua ſpecie.

Genus nõ pt eſſe ſine aliqua ſpecie.

Prima bonitas hẽt malitiã ſibi oppoſitã,contrariè, & immediatè, nam omnis actus tranſit ſuper aliquod obiectum.omne autem obiectum,uel eſt debitum,uel indebitum, & ita omnis actus eſt bonus,uel malus ex genere.

Secunda bonitas babet malitiam ſibi oppoſitã contrariè,& priuatiuè. Nam dare elehemoſinam non de proprio, uel propter uanam gloriam, eſt actus malus poſitiuè,ſed dare elebemoſinam præciſe ſine aliqua circunſtantia,eſt malum, non contrariè,ſed priuatiue.i.non bona bonitate ſecunda, & ita bonitas,prima præciſè opponitur priuatiuè ſecundæ bonitati. Similiter tertia bonitas habet malitiam ſibi oppoſitam contrariè, & priuatiuè, quia,ut patet intuenti, actus poteſt eſſe demeritorius,& neuter.Imo bonitas prima & ſecundæ præciſe opponitur contrariè bonitati ſecundæ etiam opponitur contrariè bonitati tertiæ, uel ſemper uel ut in pluribus.licet ultra illam habeat aliquam malitiam ſpecialem ſibi contrarie oppoſitam.

Actus poteſt eſſe demeritorius & neuter infra diſt. 41.huius.

Nam non eſt dubium,quòd aliquis actus eſſet bonus apud Ariſtotelem bonitate ſecunda,qui apud nos eſſet demeritorius.

Qũo aliquis actus apud Ariſt.ſit bonus.

Notandum autem,quòd ad ſecundam, & tertiam bonitatem requiritur concurſus omnium circunſtantiarum debitarum.Bonum.n. eſt ex cauſa integra ſecundum Dyoniſium di diuinis nominibus.Ad malitiam autem etiam contrarie eis oppoſitam ſufficit deffectus unius circunſtantiæ,& maximè finis, qui eſt perfectisſima circunſtantiarũ.

Cap.4.

De ſecundo uidendum eſt, Vtrum malus Angelus posſit habere aliquem actum bonum bonitate aliqua de prædictis.

Vbi ſciendum eſt,quòd potẽtia eſt duplex. ſ. actiua,& pasſiua;loquendo de potentia pasſiua, ſiue receptiua non eſt dubium,quòd poteſt habere actum bonitate quantuncunque bonum; Nam ſecundum Dyoniſ. ubi ſupra; Naturalia remanſerunt in eo integra.ergo ſicut ante lapſum eius uoluntas fuit receptiua actus boni, etiam meritorii; ita modo, ex quo manſit eadem. Loquendo autẽ de potentia actiua, ſciendum eſt, quòd uoluntas non eſt cauſa totalis, ſed partialis reſpectu actus, ſicut patet lib. primo. Integratur autem cauſa totalis reſpectu alicuius actus imperfecti ſolum ex duabus partialibus.ſ.ex uoluntate,& obiecto, reſpectu autem actus perfecti, uel meritorii neceſſariò concurrit tertium. ſ.habitus. Non eſt ergo dubium, quòd Angelus malus posſit habere omnem actum bonum quacunqne bonitate, pro ut poſſe accipitur partialiter, quia habet uolũtatem, quæ eſt cauſa partialis, ſed pro ut poſſe accipitur totaliter, non eſt dubium, quòd non posſit babere actum bonum bonitate tertia morali, quia ad illam neceſſariò requiritur caritas, uel gratia, quæ non eſt in ſua poteſtate habendi eam,ſed ſolus Deus caritatem infundit, & Deus nunquam caritatem dabit eis, ut patet Iſai. 2. Ignis eorum nõ eſtinguetur,& uermis non morietur, & Matt. Ibunt hi in ſuplicium æternum. Nec poteſt habere actum bonum bonitate ſecunda, & perfecta, quia actus talis. ſ. perfectus requirit habitum uirtuoſum, quem ipſe non habet, nec infuſum, nec acquiſitum. Nec etiam poteſt habere actum bonum tali bonitate ſecunda.ſ.quantuncunque actũ talem imperfectum,ſiue imperfectè bonum,quia cũ ex talibus actibus posſint aggenerari habitus, & aggeneretur, iam poſſet ſibi aggenerare habitus uirtuoſos morales, quod non eſt dicendum. Cauſa autem huius non poſſe aſſignatur, quia habet habitum uirtuoſum intenſisſimum, qui ſemper inclinat uoluntatem eius ad malum. ſed iſta ratio eſt dubia apud Scotum, quia habitus quantuncunque intellectus ita inclinat, quòd nõ cogit igitur cum habeat ſufficientia principia illius.ſ.uoluntatem,& obiectum,quare.&c.

Potentia eſt duplex.

Diſt.17.primi & tangetur in diſt.25

Solus Deus infra det charitatem.
Iſaias. ca.66.
Matt.cap.25.

Ratio dubia apud Scotũ.

De actu autem bono bonitate naturali non eſt dubium,quòd omnis actus eius poſitiuus eſt bonus tali bonitate. Nec eſt dubium de actu bono moraliter bonitate prima.ſ.ex genere, quia habet actus tranſeuntes ſuper debita obiecta,ut quando diligit ſe ipſum,& huiuſmodi.

Sed dubium eſt, Vtrum ibi ſiſtere in tali actu præciſè non deprauando eũ per malam aliquam circunſtantiam,& dicunt aliqui,ꝙ ſemper deprauat eum propter habitum malitiæ, qui ſemper inclinat.Scotus dicit oppoſitum, ꝙ talis habitus nõ ita cogit, quum uoluntas angeli posſit ſe diligere non habendo reſpectum aliquem,circunſtantiam bonam,uel malam,& ita erit neuter ex quibus nõ poterit aggenerari habitus uirtuoſus moraliter.

D.Bon. in 2. Diſt.7.q.2.& 3.

Patet igitur ad oppoſitum principale, ꝙ omnis actus angeli mali eſt malus malitiæ priuatiuè oppoſitæ tertiæ bonitati,& etiam ſecundę, ſed nõ omnis actus eius eſt malus malitia oppoſita contrariè illis bonitatibus,quia,ut dictum eſt, poteſt habere actum neutrum ſecundum Scotum. Habet tamen ſemper aliquem actum malum malitia contrariè eis oppoſita non tantum priuatiuè, & hoc propter babitum malitiæ inclinantem,& propter eius obſtinationem in malum.

Omnis actus angeli mali eſt malus.

Sed eſt dubium, Vtrũ obſtinatio iſta ſit à Deo, uel à uolũtate Angeli mali. Non à Deo,quia non eſt auctor malorum Deus, ſed à uoluntate, ergo cum ſit libera,poteſt reſilire ab iſta obſtinatione, & ita poterit bene uelle. Dico, ꝙ eſt à uoluntate eius effectiuè, quæ. ſ. ex ſua libertate peccauit, quando potuit.Eſt à Deo negatiuè,quia.ſ.nõ dat gratiam,quæ eſſet neceſſaria Angelo malo, ſi uellet reſilire à male agere, & per hoc patet ſolutio ad dubium.Dico.n.ꝙ ad poſſe reſilire non ſufficit ſibi uoluntas ſine gratia. licet tamen ſufficiat uiatori. Poteſt.n.uiator peccator ex ſuis naturalibus ſuſpendere omnem actum malum, & tunc Deus infunderet gratiam.Iſti autem.ſ. Deum nõ dare gratiam,ipſe angelus fuit cauſa,quando finaliter in ſua uia peccauit.

D.Bon. diſt. præſenti. q.1. optime ad hoc.

Obſtinatio ab Angelis effectiue à Deo negatiue qa non dat gratiam.

Ad primum ergo principale dico, ꝙ illud eorum credere poteſt eſſe actus non malus malitia contraria, ſed priuatiua illis duabus bonitatibus

ulti-

ultimis, sicut prædictum est. Non autem est bonum bonitate secunda, uel tertia, quia ille actus non est finaliter bonus nec cum debito modo circunstantiarum, sed potius malus, quia odiũt quod credunt.

Ad secundum dico, quòd omnis actus tam bonus, quàm malus habet terminum, ultra quem nõ potest intendi, & iste terminus uel est secundum capacitatem subiecti, uel saltem est prefixus à Diuina sapientia, & ita omnes actus subsequentes non augent habitum, sed sunt effectus habitus cõpleti præcedentes ex istius plenitudine.

Ad tertium dico, quòd minor nõ est uera simpliciter. &c.

DISTINCTIO VIII.

CIRCA DISTINCTIONEM VIII. Quæritur,

VTRVM ANGELVS POSSIT ASsumere corpus, in quo exerceat opera uitæ.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 8. q. 1. Art. 3.
Scotus 2. sent. dist. 8. q. 1.
D. Thomas prima parte summæ q. 51. Art. 3.
Ricardus 2. sent. dist. 8. q. 5. & 6.
Durandus 2. sent. dist. 8. q. 2.

Quæstio prima.

Angelum assumere corpus, nil aliud est nisi Angelũ eo corpore in quo ẽ, uel secundum operationem, uel substãtiã, uel diffinitionem, ut motorẽ extrinsecũ persistere. Gen. cap. 18.

CIRCA distinct. octauam quæritur, Vtrum Angelus possit assumere corpus, in quo possit exercere opera uitæ.

QVOD NON. Quia aut uniretur sibi, ut forma, & hoc non; Aut assumeret ad unitatem suppositi, & hoc etiam non; Aut solum uniretur sibi, ut motor. sed ex hoc non sumeret corpus, quia hoc modo unitur cœlo, quod mouet, & tamen non dicitur assumere.

CONTRA id est scriptura, quæ sic iacet de tribus Angelis apparentibus Abraæ, & Thobiæ de Raphaele, & in libro Iudic. de Angelo apparenti Phanueli, & uxori eius, & in multis aliis locis.

Angelus nõ põt assumere corpus de natura cælesti qa oporteret quo rarefieret cœlum.

Respondeo primo & dico, quòd Angelum corpus assumere non est corpus informare, nec hipostatice sibi unire, sed est ad se sumere; ad proprias operationes sumere per ipsum exercendo operationes proprias, & sicut eius motor intrinsecus.

Angelus põt auxilio naturę formare omne corpus.

Secundo, quòd corpus sic assumptum, nec est cœleste, nec purè elementare, sed mixtum, tamen differenter, quia quandoque mixtum completa mixtione, ut quandoque assumeret unum cadauer, uel unum lapidem, & huiusmodi. quandoque autem mixtum imperfecta mixtione, ut quandoque subito formaret unum corpus ex elementis, non quidem principaliter, quia non potest per se introducere formas naturales, sed ministerialiter applicãdo debita actiua debitis passiuis in debita approximatione, & in debita cęlorum influentia. Signũ autem, quòd sit mixtum. quia habet sensibiles qualitates. Signum autẽ, quòd imperfecta mixtione, quia subito resoluitur in elementa, sed si perfectè esset mixtum, esset natum resolui in cadauer.

Tertio dico, quòd corpori sic assumpto uere potest competere omnis motus localis ad omnẽ differentiam situs, & motus respirationis, & expirationis, & motio palpebrarum, & huiusmodi. Nõ tamẽ uerè competunt sibi operationes sensitiuę, quia uerè sensatio requirit organum uerè animatum, & informata anima sensitiua, nec uere cõpetunt sibi operationes uegetatiuæ, uel nutritiuæ, quamuis posset localiter moueri, & cibus sumere, & dentibus scindere, & ad uentrem transmittere, & huiusmodi, sed tales cibi non uerè digeruntur, nec in carnem conuertuntur, nec augumentant per consequens. Et ideo est, quia ista competunt animæ uegetatiuæ, quæ non est ibi, possunt tamẽ corpus assumptum augumentare eo modo, quo poterunt ipsum formare, nec etiam competũt uerè sibi operationes generatiuę, quia ista omnia requirunt animam uegetatiuam.

Potest autem malus Angelus in corpore muliebri assumpto recipere semen uiri, & conseruare in debitis qualitatibus naturalibus, & tunc assumere corpus uirile, transfundere illud semen in matricem mulieris, cui incumberet, & generaretur in defectus ac si fuisset immediatè transfusum à uiro.

Ad rationem in contrarium dico, quòd per Cęlum non exercẽt tot operationes uarias, sicut per alia, & ideo non sic dicitur assumere Cęlum, & præcipuè, quia in diuisibiliter sibi unitur à principio temporis, & exercet per eũ operationes semper uniformes, non sic autem de aliis, ut patet. & est. sed quando respondet uniuerbo sibi dicto, & huiusmodi, ita quòd uere uidetur sentire. Dico quòd non sunt nisi particulares intellectiones, ad quas exprimendas formant uerba mouendo labia, & huiusmodi.

DISTINCTIO IX.

CIRCA DISTINCTIONEM IX. Quæritur,

VTRVM ANGELVS SVPERIOR possit illuminare inferiorem.

Scotus 2. sent. dist. 9. q. 1.
D. Thomas prima parte summæ q. 106. Art. 4.
Ricardus 2. sent. dist. 9. q. 2.
Franciscus de Mayronis 2. sen. dist. 12. q. 2.
Durandus 2. sent. dist. 11. q. 3

Quæstio prima.

Magister agit de distinctione ordinũ donorum, & officiorum Angelorum, & inferiorũ, à superioribus illuminatione & hoc in multitudine bonorũ Angelorũ.

CIRCA distinct. nonam quæritur, Vtrum Angelus possit alium illuminare.

QVOD non: Quia aut in eo lumen crearet, & hoc non, quia hoc est proprium Dei; aut in eo lumen causatum intenderet, & hoc etiam non est, quia ab eodem habitus intenditur, & generatur secundo ethicorum.

CONTRA id est Damascenus.

Respondeo

Angelus quõ loquatur; Angelo.

RESPONDEO ꝙ primo uidendũ eſt de locutione. Secundo de illuminatione. De primo, omiſsis multis opinionibus, dico, ꝙ Angelus loquitur Angelo immediatè cauſando in intellectu Angeli andiens conceptũ eius, de quo uult ſibi loqui. Quod probo ſic: Omnis loquens intellectualiter cauſaret immediate in eo, cui loquitur, conceptum de eo, de quo loquitur, ſi poſſet unus Angelus, poteſt hoc facere reſpectu alterius Angeli. ergo. Probatur maior, quia loquens principaliter intendit exprimere ei, cui loquitur, conceptum eius, de quo loquitur. Probatur minor, quia ſufficienter eſt in actu primo; reſpectu alicuius effectus poteſt cauſare illum effectum in receptiuo acto, & ſufficienter diſpoſito, & approximato. Iſta patet ex terminis, ſed unus Angelus reſpectu alterius eſt huiuſmodi. ergo. Probatio iſtius: Angelus loquens habet intellectum perfectum, & habet ſpeciem obiecti, de quo uult loqui, ergo eſt in actu primo reſpectu intellectionis, quia, ut patet ex dictis alibi, potentia, & ſpecies obiecti integrant unam cauſam totalem reſpectu intellectionis, habitus autẽ Angeli audientis eſt ſufficiens ſuſceptiuum cuiuſcũque intellectionis. ergo ſicut Angelus loquẽs poterat in ſuo intellectu cauſare conceptum, ita poteſt in intellectu alterius Angeli, cum ſit eiuſdem rationis, & eiuſdem generis.

Lingua Angelorum eſt aliqua uirtus naturalis expreſſiua propriorũ cõceptuũ.

Inſtatur contra id tripliciter. Primo, quia ſaltẽ Angelus non poterit loqui Angelo diſtanti, quia actio agentis non recipitur in paſſum, niſi aut ſit approximatum, aut actio tranſeat per medium, ſicut de illuminatione Solis, & de ſpecie rei uiſibilis. ſed patet, ꝙ nullum medium eſt receptiuum intellectionis, niſi ſolus intellectus. Confirmatur per philoſophum ſecundo de anima, ubi dicit, ꝙ in uacuo non eſſet uiſio, quia uacuum non eſt receptiuum rei uiſibilis; ſecundo, quia actus intellectus ſunt immanentes tertio de anima, ſed tunc eſſent tranſeuntes de uno intellectu in alium. ergo.

2. de Anima contex. 74.

3. de Aia cõt. 18. & 9. met. contex. 16.

Confirmatur, quia ex hoc arguit Scotus contra Henricum de ſpecie expreſſa. tertio, quia tunc malus Angelus poſſet bonum deprauare cauſando in eis uoluntatem unam prauam intellectionẽ in eius intellectu.

Ad primum dico, quòd actio agentis recipitur in paſſum diſtans per medium dupliciter, uno modo quando medium eſt ſuſceptiuum actionis eiuſdem rationis, tunc illa actio prius natura recipitur in medio, quàm in extremo. Alio modo quando actiones diuerſarum rationum ſunt ab eodẽ agente, & ſe habent, ſicut effectus ſubordinati eiuſdẽ cauſæ, ita ꝙ minus naturaliter præcedit alium tũc ille effectus, ſiue illa actio, quæ natura præcedit, recipitur in medio prius natura, quàm alia recipiatur in extremo. Exemplum primi: Sol illuminat totum medium, ſed eiuſdem rationis illuminatio prius natura recipit in parte propinquiori, quàm in parte remotiori. Exemplum ſecundi: Sol illuminat, & calefacit, ſed natura priuſquam calefaciat terram, uel aliquod elementum, illuminat totum medium; ita etiam, ꝙ illuminat tres ſphæras cęleſtes, quas non calefacit. Non ergo oportet, ꝙ omnis actio agentis, quæ recipitur in paſſo diſtãte, recipiatur in medio eiuſdem rationis, nec alterius rationis. Nam ita recipitur calefactio Solis in elemento, quòd non in ſphæris cęleſtibus. Quando autem ita eſſet, quòd nec medium eſſet receptiuum actionis eiuſdem rationis, nec actione alterius rationis neceſſariò præcederet, tunc poſſet actio agentis immediatè recipi in paſſo diſtante, ſed ita eſt in propoſito. Nam patet, quòd intellectio non eſt receptibilis, niſi in intellectu, nec etiã alia actio eſt receptibilis in medio, quæ illam natura, uel neceſſariò præcedat. Nam & ſi diceres, uel ꝙ cauſatio ſpeciei intelligibilis pręcedit naturaliter, cauſatio intellectionis non habetur contra hoc, quia patet, quòd ſpecies intelligibilis non eſt receptibilis niſi in intellectu.

Actio agentis recipitur in paſſum.

Exemplum.

Exemplum.

Intellectio non eſt receptibilis niſi in intellectu.

Species intelligibilis non recipitur niſi in intellectu.

Reſpondeo pro opinione iſta facta ſuperius, & ſolutio iſta confirmatur per exempla primo ſic: Sol generat uermẽ in terra, ſed patet, quòd generatio ita recipitur in uerme genito, quòd non in toto medio.

Item ignis generans ignem de ligno, ita generatio recipitur in ſubſtantia geniti, quòd non in quantitate, quæ mediat. & ſi lignum ante aliquam actionem ignis eſſet ſummè diſpoſitum ad ſubſtãtiam, & formam ignis, ignis generans generaret, & non prius natura medium alteraret, & ita actio agentis reciperetur in termino, & nec alterius rationis, nec eiuſdem reciperetur in medio.

Item res uiſibilis, quæ actu uidetur, cauſat immediatè uiſionem in oculo. Probo, quia ſi cauſaretur à ſpecie exiſtente in organo, & non à re uiſibili, tunc non eſſet uiſio intuitiua, ſed abſtractiua. ergo licet cauſatio ſpeciei in organo natura præcedat cauſationem uiſionis, utraque tamen cauſatio eſt ab eodem, & ſunt duo effectus ſubordinati eiuſdem cauſæ. Confirmatur, quia alias poſſet uiſus uidere rem abſentem, ſicut intellectus intelligit rem abſentem. Patet autem, quòd uiſio non recipitur in medio, ſed ſolum in termino. ſ. in uiſu, & ſi Deus conſeruaret in organo uiſus ſpeciem lapidis, quam heri uidi adueniente præſentia lapidis eiuſdẽ hodie, ita ille lapis cauſaret in oculo meo uiſionem, quòd nec actionem aliquam pręcauſaret in medio.

Item Angelus inferior uidet ſe intuitiuè per eſſentiam ſuam, ut patuit. ergo Angelus ſuperior põt eum uidere intuitiuè per eſſentiam. Probo id: Cum. n. omnem cògnitionem, quam poteſt Angelus inferior habere, poſsit habere ſuperior de eodem obiecto perfectiorem, uel ęquè perfectã, ſed cognitio intuitiua eſt perfectior abſtractiua, quæ habetur per ſpeciem. ergo. Patet ergo, quòd eſſentia Angeli inferioris cauſet cognitionem intuitiuam partialiter in intellectu Angeli ſuperioris, & patet, quòd non tranſit per medium. ergo.

Diſt. 3. huius libri. q. 5.

Ad ſecundam inſtantiam dico, quòd memoria intellectiua eſt uerè productiua uerbi, & licet uerbum in creaturis ſit immanens, & inhærens, hoc accidit propter imperfectionem. Vnde nõ eſt de ratione uerbi, quòd non ſit diſtinctum à dicente, etiam ſuppoſitaliter, ſicut patet, quòd uerbum diuinum

Memoria intellectiua eſt uerè productiua uerbi.

uinum est uerissimum uerbum, & uerissimè à memoria productum, & tamen philosophus non uidit hoc.

Ad confirmationem dico, quòd potest assignari alia causa, quare debet poni in intellectu species intelligibilis impressa, ut. s. remaneat in anima separata, & etiam potest dici, quòd species, quæ est in phantasia non est actu intelligibilis.

Intellectus è potentia merè naturalis.

Ad tertiam dico, quòd non est simile de intellectu, & uoluntate; quia uoluntas cum sit potentia libera, repugnat sibi, quòd in ea aliquid imprimatur, nisi quod uult. Intellectus autem est potentia merè naturalia, nec etiam intellectionis prauã potest sibi imprimere, quia boni Angeli sunt in bono confirmati, & ideo Deus non permittit, sed si permitteret posset, non tamen hæc depranaret; quia posset non assentire, & tunc meretur, & forte sit factum est in illa morula, quando boni, & mali meruerunt.

VTRVM VNVS ANGELVS POSsit intellectualiter loqui alteri.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 10. q. 1. Art. 3.
Scotus 2. sent. dist. 9. q. 2.
D. Thomas prima parte summa. q. 107. Art. 1.
Ricardus 2. sent. dist. 9. q. 1.
Franciscus de Mayronis 2. sent. dist. 9. 10. & 11. q. 1.

Quæstio secunda.

SED sunt hic quatuor uidenda. Primo, quid causet Angelus loquens in intellectu Angeli audientis. Secundo, qualis intellectio sit locutio, & qualis auditio. Tertio, Vtrum possit loqui ita uni, quòd non alteri. Quarto, Vtrum ista loquela possit celari ab aliis angelis. uidetur. n. non, cum sit quoddam ens intelligibile.

Illuminatio non est de his quæ sunt in uerbo, nec de uerbo, quia notitia uerbi & eorũ quę sunt in uerbo, est notitia mere supnaturalis.

Illuminatio Angelica ex genere pôt ẽe de misteriis diuinæ prouidẽciæ, quia Angelus superior ex iussu dei põt reuelare inferiorib. aliquod misterium ex gratia tamen, ut est incarnatio.

Illuminatio ergo Angelica est de ꝓpriis conceptibus.

De primo dicitur, quòd potest causare conceptum tantum, & speciẽ tantum, & utrunque simul. Primũ, quia potest sibi loqui de eo, cui ille, cui loquit̃, sit habitualiter inẽtus. tũc. n. in eo causat conceptum, & non speciem, quia alias essent duæ species in eodem subiecto. Secundum etiam potest patere, nam si Angelus inferior loquitur superiori, & superior sit feruenter intentus circa alia, tunc non poterit eum reuocare ab eo, cui feruenter intendit, & ita non causabit in eo conceptum, sed speciem tantum, sicut quando nobis accidit, cum sumus multum abstracti, non intelligimus, quæ nobis tunc dicuntur, sed desistentes ab illa abstractione intelligimus, quandoque id, qđ prius fuerat nobis dictum, & hoc non nisi per speciem nobis derelictam. Tertium etiam patet, quia quandoque Angelus superior potest loqui inferiori de aliquo singulari negotio sibi reuelato, cuius Angelus ille inferior nõ habebat speciẽ, Omnia ista tria possunt exemplificari in nobis.

De secundo dico, quòd locutio non differt ab aliis intellectionibus, nisi in hoc, quòd ordinatur ad aliam intellectionem causandam. Vnde sciendum, quòd prius natura Angelus loquens causat conceptum in se, quàm in Angelo audiente, non enim est imaginandum, quòd loquatur sibi de eo, quod ipse non actualiter nouit. Auditio uerò differt ab aliis intellectionibus, quia respectu eius intellectus audientis Angeli, est purè passiuus, & nõ est causa partialis, nec species in eo existens, sed tota causatur ab extra, ut dictum est.

Audire Angelorum est uel addiscere, uel recipere.

Inferiores addiscunt à superioribus, & superiores recipiunt ab inferioribus, tamen non addiscunt.

De tertio dico, quòd quia uoluntas Angeli loquentis, sicut copulat species illas secundum Augustinum 9. de Trin. Ita determinat materiam, ut ita causet conceptum in isto, quòd non in alio.

De quarto dico, quòd & si alius Angelus possit percipere, uel intelligere, puta superior Angelus; non tamen erit in eo auditio, quia non in eo causabitur à loquente, sed à se ipso, & specie in eo existente. si tamen uolumus celare, possumus dicere, quòd cum pertineat ad beatitudinem accidentalem Angeli beati, quòd omnis eius uoluntas impleatur, Deus non permittat, quòd aliquis intelligat id, de quo Angelus loquens loquitur, si uult, quòd omnibus sit secretum.

Quid sit illuminare.

De secundo principali. s. de Angelorum illuminatione dico, quòd illuminare est quoddã speciale loqui, & illuminari est quoddam speciale audire. Illuminare. n. est conceptum causare in intellectu Angeli illuminando de aliquo reuelato sibi illuminato à Deo, & tunc patet, quòd est illuminari. Et idem illuminare dicitur perficere, & illuminari dicitur perfici, quia per talem illuminationem, ut patet, ille perficit, & perficitur in actu secundo. Idem etiam illuminare dicitur purgare, & illuminari dicitur purgari, quia per hoc purgatur à ne scientia Angelus illuminatus. Isti autem sunt tres actus Hierarchici secundum Dyon. Illuminare, purgare, & perficere.

Quid sit illuminari.

Deus illuminat per reuelationem, & lu minis infusionem, Angeli uero ostẽsione. nam est lumen confortans.

Sed utrum inferior possit superiorem illuminare dico, quòd sic, si Deus sibi primo aliquid reuelaret, non tantum posset auertere à suo cogitatu, in quo esset, & ideo non simpliciter eum illuminat. Credibile autem est, quòd semper superioribus fiunt primæ reuelationes.

AD argumẽtum principale patet solutio, quia illuminare non est lumen causare, uel intendere, sed conceptum causare modo prædicto.

DISTINCTIO X.

CIRCA DISTINCTIONEM X. Quæritur,

VTRVM OMNES ANGELI MVtentur.

Seraphycus Bona. 2. sent. dist. 10. q. 2. Art. 1.
Scotus 2. sent. dist. 10. q. 1.
D. Thomas prima parte summa q. 112. Art. 2.
Ricardus 2. sent. dist. 10. q. 2.
Durandus 2. sent. dist. 10. q. 1.

Quæstio prima.

CIRCA distinct. decimã quæritur, Vtrum omnes An-

nes Angeli mittantur.

Quod non: Daniel 7. cap. Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei.

Hebreorum ca. 1. Contra: Ad Hebreos Paulus: Omnes sunt administratorij spiritus.

Omnes Angeli sunt missibiles uel ad intra, uel ad extra. Respondeo, & dico, quòd est duplex missio Vna ad intra, qua dicuntur mitti superiores, quibus de communi lege prius reuelantur mysteria, quando ea inferioribus reuelant loquendo eis, & illuminando eos de illis reuelatis. Alia missio ad extra, qua mittuntur inferiores ad manifestanda illa reuelata hominibus, & ita omnes mittuntur, uel ad intra, uel ad extra; sed illi, qui

Danielis c. 7. mittuntur ad intra in Daniele dicuntur assistere Deo. Sed uidetur, quòd etiam aliquis de superioribus sic aliquando missus ad extra ad magna mysteria reuelanda, quod patet de Angelo, qui nunciauit Mariæ mysterium incarnationis, & quòd ille fuerit de superioribus patet per hoc, quia sibi fuit notum illud mysterium, quod aliis, maxime inferioribus fuit celatum usque ad Christi ascensionem. Vnde impii dicebant inferiores superioribus, quis est iste rex gloriæ? Et Isa. quis est iste, qui uenit de Edon. &

Psal. 23. Isa. cap. 63. Ephe. ca. 3. Apostolus ad Ephe. ut innotescat principibus, & potestatibus.

Ad authoritatem principalem patet responsio ex dictis.

DISTINCTIO XI.

CIRCA DISTINCTIONEM XI. Quæritur,

Vtrum Angelus custodiens possit effectiuè aliquid causare in intellectu hominis custoditi.

Scotus 2. sent. dist. 11. q. 1.

Quæstio prima.

Circa istã dist. Magister agit de ministerio Angelorũ, & comparatione eorum ad homines custodiendos eis. Matthæi c. 18

Circa distinctionem undecimam quæritur, Vtrum Angelus custos possit aliquid effectiuè causare in intellectu hominis custoditi.

Quod sic: Potest aliquid causare in intellectu alterius Angeli ex distinct. 9. ergo & in intellectu hominis.

Contra id est quædam Glossa Augustini super illud Matthęi: Angeli eorum semper uidẽt faciem patris.

Respondeo & dico primo, quòd non potest, secundo quid potest. De primo dico, quòd Angelus non potest causare in intellectu nostro coniuncto nec actualem intellectionem, nec speciem intelligibilẽ, nõ tñ hoc accidit ex impotẽtia Angeli, imnò ipse est sufficiẽter ĩ actu primo, respectu cuiuscunq; intellectionis, uel speciem causare in quocunque intellectu nostro acto, sed accidit ex imperfectione intellectus nostri; cuius conditio est non posse primo immutari ab aliquo intellectu, nisi mediãte phantasmate. Vtrum autem hic accidat propter ordinem potentiarum, uel propter peccatum, de hoc alias dictum est. Dist. 3. primi q. 3. & circiter.

De secundo dico, quòd potest hominem docere perfectius, quàm homo, & hoc uel per uerba formata in corpore assumpto, uel per aliqua signa sensibilia. Potest autem circa phantasiam facere tantum, quòd si phantasia sit turbata, ex aliqua inordinata motione spirituum, uel humorũ, potest illam turbationem, & motionem sedare. forte autem potest phantasmata ordinare ordinã do. s. subiectum eorum, puta illum humorem tali modo, quòd unũ phantasma præponatur alteri, & huiusmodi. Istud tamen est difficile, quia non est imaginandum, quòd quælibet phantasiã habeat distinctam partem illius humoris pro subiecto, quia tunc posset ita repleri phantasmatibus phantasia, quòd non posset plura capere. Possunt ergo multa esse in eadem parte. Potest etiam in hoc multum iuuare. s. cognoscendo per suum intellectum agentem nostrum intellectum agentẽ, & tunc ambo simul, qui sunt eiusdem rationis, & & in phantasmate perfectius mouent intellectũ possibilem, causando in ipso perfectiorem speciẽ intelligibilem, & per consequens perfectiorem intellectionem, & tunc Angelus partialiter causa bit aliquid in nostro intellectu, sed non, ut causa totalis, & hoc modo intelligatur supra esse negatum.

Dubium. Sed Dubium est, Vtrum possit transferre unũ phantasma, & in suo. s. subiecto de homine in aliũ; & dicunt aliqui, quòd sic, non tamen illud phantasma, sic translatum immutaret intellectum illius hominis, quia non haberet illum ordinem ad intellectum agentem, nec ad intellectum possibilem, quem habebat in illo homine, unde fuit trãslatum. Quod probatur, quia in isto homine fuit causatum ab obiecto sensibili, in illo non. Egidius quo lib. 4. q. 16.

Sed ista probatio non ualet, quia si Deus causaret in phantasia cęci nati speciem coloris, non est dubium, quòd posset imaginari, & intelligere colorem.

Correlariũ. Ex dictis sequitur unum corollarium, ꝙ quando malus Angelus trahit aliquem ad raptum, nunquam ille raptus est intellectualis uisio, sed uehemens imaginatio. Nam huius uehemens imaginatio facit animum distractum ab hac alia cogitatione cuiuscunque intellectualis cognitionis, siue intellectionis. Ex dictis patet, ꝙ non ualet illa consequentia rationis principalis. Speculare.

DISTINCTIO XII.

CIRCA DISTINCTIONEM XII. Quæritur,

Vtrum in substantia generabili & corruptibili sit aliqua entitas positiua realiter distincta a forma.

Scotus 2. sent. dist. 12. q. 1.

Ricardus quolib. 4. q. 5. Arti. 1.

Quæstio prima.

Quære Varronem copiosè in his quæstionibus.

CIRCA distinct. duodecimam quæritur primo, Vtrum in re generabili, & corruptibili sit aliqua substantialis entitas positiua distincta realiter à forma.

7. met. cōt. 8. QVOD NON 17. Met. Materia non est quid, nec quale, & sic de aliis prædicamentis. ergo est nihil.

Dices, quòd est ens in potentia.

Sed contra: Non est materia in potentia, quia materia non fit ex materia, nec est forma, nec compositum. ergo relinquitur, quòd sit nihil.

5 phis. cōt. 8. Item 5. physicorum: Quod mouetur est, quod generatur non est. per hoc uult distinguere inter subiectum generationis, & aliorum motuum. ergo eodem modo remouet esse à subiecto generationis, quod est materia, quomodo attribuit illud subiecto motus, sed quod mouetur est ens in potentia secundum, quòd in potentia tertio physicorum. ergo esse in potentia tollitur à materia, & per consequens relinquitur purum nihil.

3. phis. cōt. 6.

1. phis. cōt. 69 Item si esset per se ens, esset per se scibile secundum Philosophum, sed materia non est scibilis, nisi in analogia ad formam primo physicorum. &c.

Item si esset per se ens, esset aliquis actus, & tunc compositum non esset per se unum.

2. phi. cōt. 28. CONTRA id est Arist. secundo physicorum: Materia est, ex qua fit res, cum insit. per hoc, quod dicit, ex qua patet, quòd non est ex forma, & per hoc, quod addit: cum insit, patet, quòd non est priuatio.

Ricardus de media villa quolib. 4. q. 5 Art. 1. tangit. idem quolib. 2. q. 1. uide Albertũ magnũ 22. dist. 3.

Respondeo & dico, quòd in re generabili, & corruptibili non est nisi una realitas positiua, quam quidam eorum dicunt materiam, quidam formam differentes sola uoce. Ratio est, sicut quantitas interminata terminatur per terminum intrinsecum, & non extrinsecum, ab ea realiter differentem. Ita materia sine forma est interminata, & terminatur per formam, tanquam per terminum sibi intrinsecum ab ea non realiter differentem. & ita eadem entitas considerata, ut interminata, dicitur materia. Considerata, ut terminus dicitur forma. Considerata, ut totum. i. ut terminata dicitur compositum, tamen realiter unum & idem est totum. Confirmatur hoc per phil. primo de generatione, ubi distinguens generationem ab alteratione, dicit, quòd generatio est factio totius, & corruptio, destructio totius. & quando unum generatur ex alio, totum conuertitur in totum, non sic in alteratione. ergo non est aliquid commune manens idem in generato, & corrupto, quia iam non essent ue ra hæc prædicta, ut patet.

1. de gene. cōtex. 10. & 13.

2. phi. cōt. 28. & 29. Contra: Ista positio repugnat doctrinæ philosophi, ubi uult, quòd causæ per se sunt quatuor, tunc enim non essent nisi duæ scilicet efficiens, & finis. patet, quòd non quarta, quia tu non ponis differre materiam à forma. Patet etiam, quòd non tertia, quia idem præcisè non est causa sui. Vnde quælibet causarum intrinsecarum est quodammodo alia compositione, respectu cuius est causa, quia saltem compositum dicit plusquam forma per se, uel materia per se, & hoc dico secundum positionem Commentatoris, qui ex hoc uoluit habere istam propositionem, quod idem non est præcisè causa sui.

Item substantia diuiditur in simplicem, & compositam. ergo non omnis substantia est æquè simplex realiter, sicut positio ista dicit.

Item tunc sequitur, quòd agens naturale potest creare. Nam principia contrarii non augent, sed diminuunt uirtutem agentis naturalis. ergo si ignis potest generare ignem ex aere, multò citius poterit ipsum producere nullo præsupposito. ex quo dicis, quòd generatio est ita productio totius, quòd nihil manet commune in generato, & corrupto. nam præsentia aeris non fortificat, sed potius debilitat uirtutem ignis, cum habeat ad eum aliquam repugnantiam.

Dico ergo, quòd materia est quædam entitas positiua in composito.

QVOD probo sic: Per se principium naturæ, per se causa, per se fundamentum formarum, per se subiectum generationis, per se pars compositi est per se ens aliquod positiuum; sed materia est huiusmodi. ergo. Maior patet, quia principium dependet à principio, & effectus à quali bet per se causa, & fundamentum à fundamento, & generatum à subiecto generationis, & totum à parte; sed impossibile est, quòd aliquod uerum ens dependeat realiter à non ente. Minor probatur: Nam materia est per se principium naturæ, per hoc est & per se causa secundo physicorum, est per se fundamentum formarum 5. Metaphisicæ. & est per se subiectum generationis, & est per se pars compositi 7. Metaph. Dico, ergo, quòd materia est aliquod ens positiunm actu, & non est tantum in potentia subiectiua, sicut uult alia opinio, immo est potentia obiectiua, & licet dicatur potentia respectu formæ, uel compositi, est tamen in se aliquis actus licet imperfectius, quod patet, quia quicquid est extra suam causam efficientem, est aliquis actus.

Vide pro hoc Aureã digressionem The mistii.

1. phy. cōt. 5 & inde. 2. phy. cont. 7 & inde. 5. met. cōt. 2. 7. met. cōt. 28

Scotistæ ponunt actũ entitatiuũ oppositum potentiæ obiectiuæ, et a ctum forma le opponi potentiæ subiectiuæ.

Ad rationem ergo opinionis dico, quòd forma non est gradus intrinsecus materiæ, quia si sic, cum materia sit eiusdem rationis in omnibus generabilibus, & corruptibilibus, sequeretur, quòd omnia generabilia, & corruptibilia essent eiusdem speciei, quod est absurdum; Nec etiam, oportet, quòd quantitas terminetur semper per gradũ intrinsecũ, immo bene est terminus extrinsecus, sicut punctus respectu lineæ, & linea respectu superficiei, & sic de aliis.

Ad authoritatem philophi, quæ est pro eis tantum uocalis, dico, quòd generatio non solum simpliciter, sed et secundum quid per se terminatur ad cõpositũ. Vñ dicit philosophus, quod nõ producitur albedo, sed solũ albũ, sed qa ex materia, & forma, fit per se unũ, Ex accidẽte aũt, & subiecto fit

unum

unum per accidens, & per consequens illud est uerum totum, & illud secundum quid. Ideo dicitur, quod generatio est factio totius.

Ad principale primum dico, quod quia actus & forma est, quæ distinguit, & materia non habet formam ex se tanquam intrinsecum terminum; Ideo dicit philosophus, quod materia, nec est quid, nec quale. &c. Quod uerum est distincte, & per se.

Ad secundum dicitur, quod pro tanto dicitur, quod id, quod mouetur est, quia licet id, quod est proximum motui, sit entitas potentialis, ut dicit philosophus, tamen necessario est annexa entitati simpliciter, ita quod id, quod mouetur necessario, est ens completum, & simpliciter, sed id, quod generatur non immediate, sed ex annexo; habet esse completum, & simpliciter.

Ad tertium dico, quod in se est scibilis per se, sicut per se habet esse proprium, & habet propriam ideam in Deo, sed a nobis non, quia accidit ex nostri intellectus imperfectione, qui non potest capere ea, quæ habent modicam entitatem, & imperfectam, cuiusmodi est materia, quæ secundum Augustinum libro confessionum est propriè nihil. 12. cõfessio. cap. 12.

Quõo materia in actu entitatiuo. Ad quartum dico, quod non est actus, prout actus dicitur ab informando, & perficiendo; sed sicut est potentia, quæ informatur, & perficitur, sed est actus pro ut actus est differentia entis, quia cadit sub membro, quod est actus. Non enim est solum potentia obiectiua, hoc est enim modo actus, quicquid est extra suam causam, & est positum in effectu, & tunc ex tali actu, & actu simpliciter, qui est forma; bene fit unum per se, & hoc est necessarium. Alias, uel omnis substantia est simpliciter, uel composita ex ente, & nihilo. &c.

VTRVM PER ALIQVAM POTENTIAM materia possit esse sine forma.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 12. q. 1. Art. 1.
Scotus 2. sent. dist. 12. q. 2.
D. Thomas prima parte summa. q. 66. Art. 1.
Ricardus 2. sent. dist. 12. q. 4.
Franciscus de Mayronis dist. 12. q. 2.
Durandus 2. sent. dist. 12. q. 2.
Ioannes Bacconitanus 2. sent. dist. 12. q. unica.

Quæstio secunda.

Author in ista q̃one loqtur de possibili nõ de facto. SECVNDO quæritur, utrum materia per aliquam potentiam possit per se esse sine forma.

QVOD non ex ente & nihilo. Quæ sunt magis idem sunt minus separabilia, sed materia, & forma sunt magis idem, quàm passio, & subiectum. Probatio est, quia faciunt unum per se, illa autem faciunt unum in secundo modo, & tamen passio non potest esse sine subiecto, puta habere tres sine triangulo.

Præterea esset implicatio. Quod probo sic Omne esse dicit actum. Omnis autem actus est forma. Præterea omne esse, uel est actus, uel participans actum, non actus, quia de sua propria ratione est esse in potentia. ergo est participans actum. Actus autem à materia participatus non est nisi forma.

Item secundo sic: Omni eo, quod potest per se esse, potest esse aliud inferius idem. s. quod non põt per se esse. ergo si materia põt esse per se pro pria passio, quæ non potest per se esse, erit infra ipsam, & non erit nihil, sed aliud, quod est contra Augustinum libro confessionum. 12. confessionum cap. 12

CONTRA: Non minus depēdet quantitas à substantia, cum sit accidens, & naturaliter posterior, quàm materia à forma, cum sit substantia, & natura prior, sed uirtute diuina est quantitas sine subiecto in sacramento. ergo.

RESPONDEO, & dico, q qui dicunt formam esse intrinsecum gradum materiæ, non est mirum, si dicunt materiam non posse esse sine forma. Idē enim sine se esse non potest, sed hæc positio improbata est in præcedenti quæstione. Albertus. & Egidius.

Alij dicunt materiam esse realiter distinctam à forma, & per hoc saluant compositionem realem in re generabili, & corruptibili, & tñ dicūt eã nõ posse esse sine forma. Ratio est, quia oẽ, quod per se est, uel est actus, uel habens actum. ergo. Minor probatur per Commentatorem de substantia orbis: Materia, inquit, substentatur per posse. D. Thomas prima parte summæ q. 66. Art. 1. 1. cap. de substantia orbis.

Item per Boetium omne esse est à forma. 1. de tri. ca. 2.

CONTRA: Supra ostensum est, quod materia, cum sit entitas aliqua realis positiua, est in effectu extra suam causam, & est aliquis actus, licet imperfectus.

Ad Commentorem dico, quod substentatur per posse subiectiuum, sed non per posse obiectiuum, hoc est, quod per suam essentiam immediatè est susceptiua formarum.

AD Boetium Dico, q uerum est de esse specifico, & completo, & uerum est de omni esse de facto, & secundum naturam.

DICO igitur ad quæstionem, supposito, q materia dicit entitatem aliquam positiuam extra suã potentiam, ut patet ex quæstione præcedenti, q uirtute diuina potest fieri per se, & conseruari in esse suo proprio ab omni forma absoluta substantiali, uel accidentali.

QVOD probo tripliciter: Primo sic: Oē absolutum naturaliter prius potest esse sine omni absoluto realiter ab eo distincto, sed materia est hæc respectu omnis formæ absolutæ. ergo. Maior patet, nam nulla contradictio est, quod esse affirmatur de naturaliter priori, & negetur de naturaliter posteriori realiter alio. Minor patet etiam, nam materia est entitas absoluta, alias non faceret compositum absolutum, & patet etiam, quia est substantia 2. de anima, est & natura prior forma substantiali, quia eius est fundamētum, & multo fortius est prior forma accidētali, est etiam ab ea realiter distincta ex quæstione præcedenti. 2. de Anima contex. 25.

Item quicquid potest Deus mediante causa secunda extrinseca, potest immediatè, sed forma licet sit intrinseca, respectu compositi, est tamen extrinseca respectu materiæ, ex quo realiter est ab ea distincta ergo.

Item quod contingenter respicit aliquid, potest esse sine illo, sed materia contingenter respicit omnem formam, nullam enim sibi determinat. ergo.

Si dicas, quòd saltem non potest esse sine respectu ad Deum. Dico, quòd ille respectus non est forma superaddita, sed idem, secus remotum, ut patet, ex distinctione prima huius.

Ex dist. 1. q. ultima.

Vltra si dicas; Vbi esset; Dico, quòd alicubi, non circunscriptiuè, ex quo non haberet quantitatem, sed diffinitiuè, sicut Angelus.

Vbi sit materia prima.

Si dicas, Vtrum habeat partes, dico, quòd haberet partes substantiales, quia istas non habet per quantitatem.

Ad primum principale dico, quòd loquendo de identitate inter se, Maior est uera, sed minor est falsa. Non enim sunt magis idem, quæ non sunt idem, sed realiter distincta. Loquendo autem de identitate in tertio resultante Minor est uera, sed Maior est falsa. Quod patet, quia etiam per naturam corrumpitur forma manente eadem materia, licet sub alia forma, non autem manet idem subiectum corrupta propria passione.

Ad secundum concedo, quòd omne accidens in entitate est infra entitatem materiæ, cum sit uera substantia.

Ad Augustinū dico, quòd loquitur de his, quæ sunt in genere substantiæ. ergo.

DISTINCTIO XII.

CIRCA DISTNCTIONEM XIII.

Quæritur,

VTRVM LVX GIGNAT LVMEN tanquam propriam speciem sensibilem sui.

Seraphycus Bona. 2. sent. dist. 13. q. 1. Art. 2.
Scotus 2. sent. dist. 13. q. 1.
D. Thomas prima parte summæ q. 67. Art. 4.
Ricardus 2. sent dist. 13. q. 5.
Franciscus de Mayronis 2. sent. dist. 13. q. 1.
Joannes Bacconitanus 2. sent. dist. 13. q. 1.

Quæstio prima.

Circa istā 13. dist. magister agit de creatorum di

CIRCA distinctionem decimam tertiam quæritur, Vtrum lumen sit corpus.

QVOD SIC: Quia reflectuur, & frangitur quandoque radius, sed istæ sunt passiones corporis. ergo.

stinctione, & primo de luce quę fuit in prima die creata.

CONTA per Arist. secundo de anima: Lux est per se sensibilis, & primò, ergo est de genere qualitatis.

2. de Anima contex. 68.

RESPONDEO & dicam primo, quid sit lux in corpore luminoso. Secundo, quid lumen à luce diffusum. Tertio qualiter diffunditur.

Quid sit lux.

De primo dico, quòd non est forma substantialis, sed accidentalis. Ratio est: In igne est accidens, ergo in nullo est substantia, patet consequentia primo Physicorum, ubi dicit, quod uerè est, nulli accidit. Antecedens patet ex fide. nam in inferno erit uerùs ignis sine luce secundum Christum dicentem: Mittite eos in tenebras exteriores.

1. phy. cōt. 27

Matth. cap. 8

Item quia est per se sensibilis. ergo.

De secundo dico, quòd etiam lumen diffusum in medio est accidens, quod patet, quia tum per se uisibile, tamen quia simul est cum aere. non enim cedit aer adueniente luce; alias in aere luminoso non fieret aeris respiratio, cuius contrarium patet, ad sensum. Sed patet, quòd naturaliter duo corpora non possunt esse simul in eodem loco.

De tertio dico, quòd secundum Alacen in sua prospectiua, lumen diffunditur in medium diaphanum per triplicem radium, rectum, reflexum, & fractum. Radius rectus est, qui diffunditur à corpore luminoso per medium eius dyaphanum; tantum durat, quantum uirtus luminosi corporis. Radius reflexus est, qui occurrente corpore opaco antequam terminetur uirtus actiua corporis luminosi, diffunditur in partem appositam, nam naturale agens agit ex toto impetu, quantum potest; Et ideo quando tota eius uirtus non est exhausta in rectum reflectitur. Radius fractus est, quando occurrente dyaphano alterius rationis frangitur in principio alterius dyaphani, & statim fit ibi angulus, qui radius receptus in secundo medio dyaphani cadit à perpendiculari, siue à rectitudine primi radii recepti in primo dyaphano, & ratio istius casus, uel istius anguli est, quia, uel secundum dyaphanum occurrens est densius, & firmius primo, uel est rarius, & debilius, & quia corpus luminosum agit naturaliter ex toto impetu in primo dyaphano agit in rectum, in secundo si sit densius inuenit ibi maiorem resistentiam, & ideo obliquatur, & fit ibi angulus. Si uerò sit rarius, inuenit ibi minorem resistentiam, & tunc plus obliquatur, & plus cadit à perpendiculari primo, & maior angulus ibi causatur. Exemplum: Radius primo diffusus per aerem, postea receptus in aqua, statim ibi frangitur, & obliquatur, sicut patet ad sensum, & si primo reciperetur in aqua, & postea in aere magis obliquatur propter causas dictas. Per istos igitur tres radios diffunditur lumen à corpore luminoso. sciendum autem est, quòd duplex est lumen; Vnum primarium, quod diffunditur per medium recto radio. Aliud est secundarium, & quasi accidentale, quod diffunditur per radium reflexum.

Quid sit radius rectus.

Quid sit radius reflexus.

Quid sit radius fractus.

Exemplum.

Duplex est lumen.

Et istud

Vmbra non est tenebra.

& istud est lumen umbræ. Nam umbra non est tenebra, quia tenebra est priuatio lucis. Vmbra uerò aliquid habet de lumine, sicut patet.

Vnde causetur Vmbra.

Causatur autem ista umbra per reflexionem ad corpus opacum non politum, sicut est arbor, uel paries, & huiusmodi. Nam reflexio radiorum ad corpus politum causaret lumen primarium, non umbram, sicut patet de reflexione ad speculum, uel huiusmodi. Sciendum autem, quòd totus radius, uel rectus, uel reflexus, uel fractus, causatiuè est à corpore luminoso, & in instanti durationis, licet prius natura ab eodem corpore illuminetur pars propinquior, quàm remotior.

Ad argumētum ergo in oppositum dico, quòd ista metaphoricè sunt dicta de lumine secundum

6. naturalium parte. 3. ca. 1.

Auicen. 6. naturalium. Non enim lumen est quoddam durum, quod sic frangitur, & flectitur, sicut unus Baculus, sed dicitur flecti, & frangi modis prædictis. &c.

DISTINCTIO XIIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XIIII.

Vtrum in cœlo sit materia.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 12. q. 1. Art. 2.
Scotus 2. sent. dist. 14. q. 1.
D. Thomas prima parte summa q. 66. Art. 2.
Ricardus 2. sent. dist. 12. q. 8.
Franciscus de Mayronis 2. sent. dist. 12. q. 3.
Durandus 2. sent. dist. 12. q. 1.
Ioannes bacconitanus 2. sent. dist. 14. q. 1.

Quæstio prima.

Magister agit de opatione secunda dici, scilicet de natura cælesti.

CIRCA distinctionem quartam decimam quæritur primo, Vtrum in Cœlo sit materia.

9. Met. cōt. 17

Respondeo, quòd intentio Philosophi uidetur esse, quòd non. Nam secundum eum 9. Metaphisicæ; Potentia materiæ est potentia contradictionis, hoc est, quòd semper materia est in potentia ad priuationem eius formæ, quam habet. In nullo autem sempiterno est talis potentia secundum eum ibidem. cœlum autem secundum eum est sempiternum. ergo. Vnde si in cœlo esset materia, licet fortè non posset esse aliquid naturale contrarium extrinsecum, quod posset eum corrumpere; de se tamen corruptibile esset; quia haberet in se principium intrinsecum, unde posset non esse, & esse. Vnde Commentator, in de substantia orbis, ponit cœlum esse quendam purum actum corporeum subsistentem, compositum cum quantitate, & qualitatibus, sed sine materia.

Hic patet quātū Scotus fuerit magn⁹ peripatheticus.

1. de substantia orbis ca. 2

Gotfredus quoli. 5. q. 3. Hēricus quol. 4. q. 16. D. Thomas. 1. parte summæ q. 66.

Sed si dicas, quòd habet materiam alterius rationis ab istis inferioribus.

CONTRA: Et primo, quia hoc uidetur falsum, tùm quia non sunt primi efficientes, nec duo ultimi fines. ergo nec duæ primæ materiæ. tamen quia difficile uidetur assignare istam alteritatem rationis. Secundo, quia cuiuscunque rationis sit materia, si sit uerè materia oportet, quòd habeat materiam contradictionis. s. ad oppositam priuationem eius, quam habet, formam. & tunc idem, quod prius.

Si dices, quòd non esset corruptibile, quia illa materia non est in potentia ad formam contrariam; quia forma cœli non habet contrarium:

Nota quòd forma perfectissima satiat omnem appetitū materiæ intensiuè, sed non extēsiue, nisi uirtualiter cōtinēret perfectiones omnium formarum.

Contra: Compositum est ex se, & ex intrinseco principio corruptibile. quia habet materiam, quæ est in potentia ad priuationem eius formæ, sub qua est. Esto, quòd non esset in potentia ad formam contrariam. Sed si dicas, quòd forma cœli complet totum appetitum materiæ.

CONTRA: Nulla forma complet totum appetitum materiæ, nisi det sibi illum actum, cuius habet oppositam priuationem. ergo oporteret, quòd forma cœli saltem uirtualiter contineret omnes formas, quod est falsum. quia non continet animam intellectiuam. ergo. secundum autem Theologos dicendum est in cœlo esse materiam, saltem in omnibus aliis à cœlo Empyreo, quia secundum, quòd innuit scriptura, omnia fuerunt formata de illo primo Chaos, quod primo creatum est simul cum cœlo Empyreo, & Angelis. Non est autem corruptibile. non quòd de se non sit corruptibile, imo habet principium intrinsecum, per quod potest esse, & non esse; sed quia non habet contrarium naturale corrumpens extrinsecum. Deus autem non corrumpit ipsum; imò conseruat, & præseruat. ergo. &c.

Secūdū Theologos in cœlo est materia.

VTRVM CORPORA COELESTIA sint Animata.

Scotus 2. sent. dist. 14. q. 1.
D. Thomas prima parte summa q. 70. Art. 3.
Ricardus 2. sent. dist. 14. q. 4.
Franciscus de May. 2. sent. dist. 14. q. 1.
Ioannes Bacconitanus 2. sent. dist. 16. q. 1.

Quæstio secunda.

SECVNDO quæritur, Vtrum cœli sint animati.

Ca. 42. uel 43

Respondeo, quòd Augustinus in Enchiridion loquitur de hoc dubitatiuè sic dicens: Nō illud certum habeo, utrum ad Ciuitatem supernam pertineant Sol, & Luna, & animata sidera, quamuis non nulla alta corpora, lucentia quidem, si non intelligentia uideantur, nec tamen hoc retractat in aliquo libro.

Hieronymus super illud Isaiæ: Audite cœli, q loquor; asserit partem negatiuam sic dicens: Quòd loquitur ad inanimata, Item deinde dicit excommunicatos esse, qui dicunt esse animatos.

Vide D. Thomã contra gẽtiles ca. 70. & prima parte summæ. q. 70. Art. 3.

Dico, quòd, cęlos non esse animatos, non est ratione conclusum, sed est purè creditum. nulla enim apparet contradictio in corpore tam perfecto, propter quam repugnet sibi animatio. & cætera.

DISTINCTIO XV.

CIRCA DISTINCTIONEM XV. Quæritur,

VTRVM IN CORPORE ANIMAlis, uel in quocunque mixto remaneant elementa secundum substantiam in actu.

Scotus 2. sent. dist. 15. q. 1.
D. Thomas prima parte summa. q. 76. Art. 4.
Franciscus de Mayronis 2. sen. dist. 15. q. 1.
Ioannes Bacconitanus 3. sent. dist. 16. q. 1.

Quæstio prima.

Magister agit de opere quinto diei, scilicet de productione Animarum.

CIRCA distinct. quintam decimam quęritur, Vtrum elementa maneant in mixto secundum substantiam.

QVOD NON. Quia aliquod mixtum generatur ex elementis, sed generatio unius est corruptio alterius. ergo cum generatur mixtum ex elementis elementa corrumpuntur, alias eius generatio esset alteratio.

Item quia elementa habent oppositorum inclinationem situum. ergo miatum uiolenter mouetur, quocunque moueretur, & uiolenter quiesceret propter aliud, scilicet propter aliud elementum.

Item omne compositum ex contrariis ex se, & intrinsece corrumpitur, sed non omne mixtum corrumpitur ab intrinseco, ut lapis, & metalla, & id genus alia, quæ non nutriuntur. ergo non omne mixtum est compositum ex elementis in eo secundum substantiam remanentibus.

Primo de generatione ca. 90.

CONTRA per Arist. primo de generatione cap. de mixtione, qui ait: Mixtio est alteratorum unio. Ex hoc habetur duplex argumentum, quia dicit alteratorum, non corruptorum. Secundo, quia dicitur unio; Vnio autem non est nisi entium.

Item propria passio nō inest nisi proprio subiecto, sed passiones elementorum sunt in mixtos ut patet, ergo.

3. cœli cōt. 67

RESPONDEO, quòd opinio Auicennæ fuit, ut recitat Comentator primo de generatione cap. de mixtione. & tertio de cęlo & mundo, quòd elementa manent in mixto secundum formas substantiales non remissas, sed secundum qualitates remissas.

CONTRA hoc arguit ipse sic: Eiusdem rationis sunt partes qualitatis, & tota qualitas, si ergo potest remitti pars qualitatis, non remissa forma substantiali elementi, pari ratione potest remitti tota qualitas, & ita manebit elementum sine naturali qualitate, ut ignis sine calore, quod est impossibile. Ponit ergo Comentator, quòd elementa manent in miato tam substātialiter, quàm accidentaliter.

Opinio Auerrois.

Sed contra se arguit tripliciter, Primo, quia tunc forma mixti erit accidentalis, quia adueniet enti in actu composito ex materia & forma substantiali. secundo, quia tunc forma elementi susciperet magis, & minus, quod est contra philosophū in prædicamentis. tertio dicit, quòd receptiuum debet denudari à forma recepti. ergo materia oportet quòd denudetur ab omni forma substantiali, quando recipit mixti formam. Ad istud tertium dico, quòd sufficit denudari à natura speciei.

CONTRA: Aqua manens aqua poterit recipere naturam ignis, cum sit alterius speciei. Ideo in fine Commenti innuit aliam rationem dicens, quòd formæ elementares sunt alterius rationis & ordinis à formis mixtis; tunc dicit, quòd oportet receptiuum denudari à tota natura recepti eiusdem ordinis.

Ad secundum dico, quòd formæ elementares sunt mediæ inter accidentales, & substantiales, & ideo possunt suscipere magis, & minus. Per idē patet responsio ad primum. Nam ex quo sunt mediæ non plenè constituunt ens in actu. Dico etiā, quòd ratio consequens contra Auicenn. non concludit, nam concedo, quòd pars qualitatis, & tota qualitas sunt eiusdem rationis inter se. sed non in comparatione ad tertiū. scilicet ad subiectum, quia illa pars ita potest respicere subiectum contingenter, quòd non tota. Exemplum: Hoc corpus contingenter respicit hunc locum, & hunc, quia potest esse siue hoc, & sine isto, non tamen potest esse sine omni loco.

Exemplum.

Opinio Antonii Andreæ.

Ad quæstionem igitur respondeo contradicendo utrique. Dico enim, quòd elementa non manent in mixto, nec secundum formas, & qualitates remissas, nec non remissas. Ratio est, formæ substantialem quancunque corpoream consequi tur propria quantitas, igitur si formæ elementares sunt in mixto, cum ipsæ sint substantiales, & corporeæ, uel non quælibet pars mixti erit mixta, uel duo corpora erunt simul, ut patet.

Item mixtum generatur uera generatione ex elementis. ergo forma elementaris, quæ est terminus, à quo, est incomposibilis formæ mixti, quæ est terminus ad quem. Nam formales termini generationis sunt incompossibiles.

Item forma substantialis quæcunque est nata facere proprium suppositum cum propria materia, nisi sit forma subordinata alteri formæ perfectiori, sicut uegetatiua, & sensitiua; sed formæ elementares inter se non sunt subordinatæ, licet omnes subordinentur formæ mixti. ergo in uno mixto essent quatuor supposita, sicut quatuor elementa, quia quælibet forma elementaris cum forma mixti, cui subordinatur, constitueret unum suppositum.

Dico, quòd sicut rubedo dicitur mixta ex albedine,

albedine, & nigredine, non quidem, quòd illa maneat in ea secundum proprias formas, quantumcunque ramissaa, quia secúdum omnes color medius est simplex, sicut extremus, sed propter conuenientiam aliquam, quam habet cum extremis, quam quidem conuenientiam non habent inter se extrema. Ita mixtum dicitur ex elementis propter conuenientiam, quam habet eum eis, quam ipsa non habent inter se.

Et dico etiam, quòd forma mixti continet illas uirtualiter, sicut suo modo intellectum continet uegetatiuum, & sensitiuum. & ex ista cõtinentia eonsurgit dicta conuenientia.

Intẽtio Arist.

Hæc est intentio Arist. qui eum prius dixisset, quòd elementa manẽt in mixto, statim subdit explicando quomodo saluatur uirtus eorum.

Gene.cap.1.

Dico etiam conuenienter, quòd mixtum non semper generatur ex elementis omnibus. Vnde Gen. primo dicitur: producant aquæ. Vnde pisces quandoque fuerunt generati ex sola aqua, & similiter modo unum mixtum generatur ex alio, ut patet. Consimiliter dico de qualitatibus elementorum, sicut de formia substantialibus ipsorum dictum est.

Ad argumenta principalia prima non oportet respondere, licet ultimum habeat difficultatem, & secundum multum non concludat.

Ad primum in oppositum dico, quòd in ultimo instanti, in quo fit generatio, mixtibilia corrũpuntur, sed usque tunc alterantur, alias autẽ non generarẽtur. Vnio autem accipitur ibi pro unione in uno effectu resultante, quia in forma mixti, quæ introducitur, corruptis alijs; uniuntur mixtibilia, quæ in uirtute continentur ibi.

Ad secundum dico, quòd non sunt ibi passiones elementorum, sed similes eis.

DISTINCTIO XVI.

CIRCA DISTINCTIONEM XVI.

Quæritur,

VTRVM IMAGO TRINITATIS consistat in tribus potentijs Animæ rationalis realiter distinctis.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 16. q. 1.
Scotus 2. sent. dist. 16. q. 1.
D. Thomas prima parte summæ q. 77. Art. 1.
Ricardus 2. sent. dist. 16. q. 1.

Quæstio prima.

Magistes agit de creatura cõposita ex corporali, & spiritu. Ii, scilicet de hõie primo quo hõ dicitur factus ad imaginem Dei.

CIrca distinct. sextam decimam quæritur, Vtrum imago Trinitatis in anima consistat in tribus potentijs realiter distinctis.

QVOD SIC: Personæ diuinæ sunt inter se realiter distinctæ, sed imago Trinitatis est in anima hominis, ergo sunt ibi tria distincta realiter, non actu, ergo potentia.

Præterea potentiæ distinguuntur per actus secundo de anima, sed actus animæ distinguuntur realiter. ergo.

2. de Anima contex. 33.

Item ubi est realis identitas, ibi esse potest idẽtica prædicatio, ergo potest dici: Voluntas est intellectus, & èconuerso, quod est falsum.

CONTRA: Anima per suam essentiam est immaterialia, ergo per suam essentiam immediatè est intelligens, & uolens. Probatur cõsequentia, quia secundum Proculum, Omne immateriale est supra se conuersiuum. ergo intelligens, & intellectum sunt idem realiter in anima. ergo.

D. Tho. 1. parte summæ. q. 77. Art. 1.

RESPONDEO, quòd una opinio dicit, quòd potentiæ animæ sunt accidentia absoluta super addita essentiæ animæ realiter distincta inter se, & ab anima. Ratio est: Potentia, & actus pertinent ad idem genus, sed uelle, & intelligere in nobis sunt accidentia, & sunt actus. ergo eorum potentiæ erunt etiam accidentia. ergo.

Egidius quolib. 3 q. 10.

Item accidens uariabile, cuiusmodi sunt uelle, & intelligere, inest substantiæ nõ immediatè, sed mediante accidente inuariabili: Quia maior distinctio non procedit ab unitate, nisi mediante aliquo alio minori.

Item si anima intelligeret, & uellet immediatè per essentiam suam, sicut quia est principium uitæ, sed per actum uiuit, ita semper actu intelligeret, & uellet. quod patet esse falsum.

Simplicius cap. de qualitate.

Item in prædicamentis philosophus, & Simplicius ibidem, & Damascenus reponunt potentias naturales in secunda specie qualitatis.

1. de Anima commen. 35.

Item Commen. dicit, quòd anima diuiditur in suas potentias naturales, in secunda specie qualitatis, sicut pomum in colorem, & saporem. Istæ rationes non cogunt.

9. met. cõtex. 13.

Ad primas dico, quòd æquiuocatur de potentia, nam potentia, quæ diuiditur contra actũ, non solum pertinet ad idem genus cum illo, imo addit in numero, quia ex 9. Metaphisicæ illud idem, quod fuit in potentia, fuit, & fit actus, sed potentia, quę est primum principium operandi, de qua hic agitur, non necessario pertinet ad idem genus, cum actu eius, quia est principium transmutationis primo. Substantia enim ignis est immediatè principium generationis, nam per suam caliditatem immediatè calefacit, ita per suam substantiam immediatè generat. Caliditas enim non potest esse immediatum principiũ formale duarum actionum diuersarum. Per hoc etiam patet, quòd assumptum secundæ rationis est falsum.

Ad tertium responsio patet, quòd non est simile, quia uiuere non est actus elicitus secundus, sed est primus, & ideo anima, quæ per essentiam est uita informando corpus dat sibi esse uiuum sicut forma ignis dat materiæ esse ignem, sed intelligere & uelle sunt actus secundi eliciti, ad quos etiã requiruntur obiecta. & ideo etiam nõ est simile.

Quære Ricardũ in quolib. q. 1. an potentię Animarũ. & Angelorũ sint accidentia.

Ad illas authoritates dico, quòd posse naturale puta posse leuare pondus non est qualitas distincta, sed faciliter innata naturaliter ad hoc posse, & est in secunda specie qualitatis, & hoc patet ibi per exemplum de pugillare, & huiusmodi.

Ad Cõmen. Dico, quòd sicut color pomi non

continet formaliter perfectionem sapporis, nec ecōuerso, ita uoluntas formaliter non est intellectus, nec ecōuerso, ut dicetur. non tamen sunt accidentia, sicut illa.

D. Bona. in 2. dist. 24. Art. 2. q. 1. — Alia opinio dicit, quòd potentiæ animæ super essentiam addunt solum respectum realem, quia anima de se est indeterminata ad agere, determinatur autem ad hunc actum, & ad illum per aliū, & alium respectum, & ita potentia dicit formaliter respectum realem additum animæ, & sic distinguuntur potentiæ animæ realiter inter se, nō re absoluta, sed respectiua.

Circa hoc quærimus de potentia, quæ est principium formale, & immediatum secundi actus, cuiusmodi sunt intelligere, & uelle. Patet etiam, quòd relatio non est principium formale realis actus, & absoluti, imo prioris natura potentia in principiū actus aduertit, quàm aduenit respectus ad actum.

Héricus quo lib. 3. q. 14. — Alia est opinio, quòd potentiæ animæ sunt partes essentiales ipsius animæ, & ita distinguuntur inter se realiter, sed non ab anima. Hoc confirmatur per philosophum 3. de anima, ubi uolēdo tractare de potentia animæ, dicit: De parte uerò animæ. (3. de Anima contex. 1.)

Item Boetius in libro diuisionum dicit, quòd anima diuiditur in suas potentias, sicut totum in suas uirtuales partes.

Contra: Pars præcedit suum totum ordine, & origine, sed uoluntas, & intellectus non præcedunt substantiam animæ, imo potius ecōuerso, ergo.

9. de tri. ca. 5. — Præterea Augustinus de Trin. Quælibet istarum complectitur suum totum, pars autem non est huiusmodi.

Ad philosophum, & Boetium dico, quòd pro tanto dicuntur partes uirtuales, non, quòd sint tales partes constituentes essentiam, sicut opinio imaginatur, sed quia sunt quædam partiales perfectiores animæ, ut patebit.

Ad quæstionem igitur dico, quòd posset sustineri, quòd potentiæ animæ non distinguuntur nec ab ipsa anima nec inter se, nec realiter, nec formaliter ex natura re, sed anima est sicut una essentia simplex, & illimitata ad diuersos actus potentiales immediatè elicitos per eam, tanquā per immediatum principium formale omnino indistinctum, nec ex hoc erit infinita, quia non est illimitata ad actus infinitos. Et uelis, quòd saltem distinguatur ratione, nihil ad factū, quia propter medium concipere animam, ut principium uolitionis dicatur uoluntas, & ut concepta, ut principium intellectionis dicatur, intellectus propter tale concipere nihil plus, uel minus est potens elicere tales actus, & ita nunquam talis ratio pertinebit ad rationem formalem potentiæ, nec per consequens distingueret potentias nisi ad placitum. Sed quia multæ authoritates Sanctorum, & Prophetarum uidentur uelle, quòd potentiæ aliquo modo oriantur, & fluant ab essentia animæ, & sicut quædam perfectiones ipsius animæ, Ideo dico, quòd non sunt accidentia absoluta, uel respectiua addita ipsi animæ, sed sunt quædam eius perfectiones intrinsecæ, non realiter ab ea, nec inter se distinctæ, sed formaliter non idem ipsi animæ, nec inter se, eo quasi modo, quo dixi in primo de attributis respectu diuinæ essentiæ.

(Margin: Quō Anima sit simplex, & illimitata. — Hæc rō facit pro Thomistis.)

Cap. 5. — Ad cuius intelligentiam dico secundum Dyonisium de diuinis nominibus, quòd continentia uirtualis nec est illorum, quæ omnino sunt distincta, sed est illorum, quæ idem sunt realiter, & formaliter, & quidditatiuè. Continentia autem ista est duplex, quædam superiorum eo modo, quo hæc albedo dicitur uirtualiter continere per identitatem formalem rationem albedinis corporis qualitatis, & omnium superiorum. Alia est quasi inferiorum, & quasi passionum eo mō, quo ens dicitur continere suas passiones, ut bonum uerum, & huiusmodi, non tamen passiones istæ sunt realiter distinctæ, ut probat Philosophus in principio 4 Metaphisicæ, distinctæ tamen formaliter, & quidditatiuè, formalitate dico reali, & quidditatiua. Alias Metaphisica, quæ probat de ente has passiones, non esset scientia realis.

(Margin: Vide Scotum 4. met. q. 2. 7. met. q. 1. & 46. dist. & alibi & in doctrina huius. — 4. met. cō 3. et 5.)

Hoc ergo modo dico, quòd anima continet uirtualiter suas passiones, & continet eas in intellectu coniunctiuè, non tamen continetur ab aliqua ipsarum. Et ideo una ipsarum non continet aliam. Ex hoc sequitur, quòd inter se distinguuntur formaliter, sunt tamen idem realiter per accidens scilicet ratione essentiæ animæ, quæ est alterum extremum istius compositionis.

(Margin: Quō Anima cōtineat suas potentias.)

Per hæc patet responsio de principali propositio, quomodo magis propriè saluatur in ea ratio imaginis, licet non sit totalis similitudo cum Trinitate personarum. Et per hoc etiam patet responsio ad primum principale.

Ad secundum dico, quòd ad prædicationem in abstracto non sufficit realis identitas sine identitate formali, & præcipuè in creaturis. Vnde ista non est uera: Humanitas est animalitas. Sufficit autem ad prædicationem in concreto, unde diximus: Homo est animal, & sic potest dici: Intellectiuum est uolitiuum, & econuerso, &c.

DISTINCTIO XVII.

CIRCA DISTINCTIONEM XVII. Quæritur,

VTRVM ANIMA ADAE FVERIT creata in corpore.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 17. q. 3. Art. 1.
Scotus 2. sent. dist. 17. q. 1.
D. Thomas prima parte summæ q. 91. Art. 4.
Ricardus 2. sent. dist. 17. q. 2.

Quæstio prima.

Circa distinctionem decimam septimā quæritur primo, Vtrum anima Adæ fuerit creata.

(Margin: Magister ... de origine ... & de locā ... productus ...)

Quod non: Eadem productione producitur forma

7. mec. cõtex. 22. & 27. idẽ 8. met. cõtex. 3.

Gen. 1. & 2.

Error manichœorũ quæ Augustinũ in libro de duabus aiabus.

forma, qua producitur compositum. Nam forma non producitur nisi quia compositum producitur 7. Metaphisicæ, sed homo non fuit creatus, sed formatus de limo terræ ergo.

CONTRA id est Magister in litera.

Respondeo, quòd nus error fuit hic, quòd anima esset de substantia Dei, habens ortum ab illo Verbo Augustini malè intellecto, quod dicit 7. super Genesim, super illo Verbo: Inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, flatus, inquit, uidetur esse de substantia flantis. Iste error est nullus, quia patet, quod est de substantia Dei est indiuisibile, & inuariabile, anima autem uariatur de uitio ad uirtutem, de ignorantia ad scientiam. ergo.

Dico autem, quòd anima creatur, & creatur in corpore, est tamen creabilis per se. Est enim ibi considerare duo instantia naturæ, & in primo instanti naturæ anima creatur; Ita quòd creatio terminatur ad animam præcisè in illo primo instanti, & ita tunc est creatio hominis particularis, hoc est, secundum partem. In secundo autem instanti naturæ anima creata in primo instãti infunditur corpori, & ista secunda actio non est propriè creatio, & in isto secundo instanti totus homo dicitur productus.

Dico igitur, quòd animam esse creatã, & non de materia eductam & esse immortalem, & non subiacere alicui agenti naturali, nec quantum ad productionem, nec quantum ad corruptionẽ, non est demonstratione conclusum, sed purè creditum.

Cap. 13.

Dico etiam, quòd animæ non fuerunt productæ ante corpora, sicut aliqui dixerunt secũdum, quòd expressè patet per Augustinum de ecclesiasticis dogmatibus; & habetur in litera in distinct. sequenti.

Ad principale dico, quòd uerum est de composito naturali, quòd totum naturaliter producitur. &c.

VTRVM PARADISVS SIT LOcus conueniens habitationi humanæ.

Scotus 2. sent. dist. 17. q. 2.
D. Thomas prima parte summæ q. 102. Art. 2.
Ricardus 2. sent. dist. 17. q. 5.

Quæstio decima.

SECVNDO quæritur, Vtrum paradisus terrestris sit locus aptus habitationi humanæ.

QVOD NON. Quia Magister in fine huius distinctionis dicit, quòd est locus ita altus, quod attingit spheram ignis, in igne autem non est apta habitatio hominum. ergo.

Gen. 2. ca. 14.

alexander Alensis in sum ma. Albertus magnus in sũ ma. & Magister in litera.

CONTRA: Gen. secundo: Creauit Deus hominem, & posuit illum in paradiso uoluptatis.

RESPONDEO & dico, quòd paradisus iste quantum ad altitudinem attingit globum lunę, & ideo aquæ diluuij non ascenderunt illuc. Quantum ad situm dicitur, quòd est in oriente, & est re ctè sub æquinoctiali, & dicunt, quòd locus æquinoctialis maximè est habitabilis, quia licet habeat solem bis in anno super Zenith capitis nostri; calorẽ tamen ibi causat, quia habet ibi motũ uelocissimum, & per consequens pauciores ibi causat reflexiones.

Dico, quòd est locus habitabilis, & pro statu innocentiæ, sicut patuit de Adam, & Eua Gen. 5. & pro statu naturæ lapsæ, sicut patet de Enoch ecclesiastici 44. & de Helia Regum 4. nec oportet ibi ponere miraculum, cum non sit necessarium. Dico tamen, quòd non est situs iuxta globum Lunæ, quia iuxta illud est sphæra ignis, & ita non esset locus habitabilis nec est in medio interstitio aeris, quia tunc non esset locus habitabilis, & hoc propter nimiam frigiditatem. Nam locus ille est frigidissimus duplici causa scilicet positiua, & priuatiua, positiua quidem, quia ibi semper sunt nubes frigidissimæ, priuatiua duplex scilicet carẽtia caloris causati ex reflexione radiorum à terra, & carentia caliditatis causatæ à sphæra ignis. Est. n. in nimia distantia ad utrunque istorum. Est ergo situs uel supra medium interstitium aeris in tali dispositione, quam habet tempore caloris causati à sphæra ignis, & sit tamẽ locus inaccessibilis propter frigus medij interstitij aeris, uel infra illud medium interstitium aeris. Et tunc ad illud de aqua diluuij dico, quòd ibi fuit substractio miraculi. Nam aqua illa tanta ascendit non naturaliter, sed miraculosè. Dico etiam contra opinionẽ, quòd sub æquinoctiali non est apta propter nimium calorem, cuius ratio est, quia quando nobis est maxima hyems, eis est propinquior Sol, quàm sit nobis in maximo æstu. Nam distat ab eis tunc per 24. gradus; A nobis autem in maximo æstu per 25. Ratio autem eorum de uelocitate motus potius est ad oppositum, quia motus ex se causat calorem.

Gen. 5.

Eccl. 44. 4. Regum.

Vide primo metheoror.

Opinio Scoti. quod paradisus terrestris sit in regione tẽperata. sed sit ad Orientem est æquè temperata.

Ad principale dico, quòd uerba illa sunt metaphorica, uel falsa, ut patet ex dictis. &c.

DISTINCTIO XVIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XVIII. Quæritur,

VTRVM IN MATERIA SIT ratio seminalis.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 18. q. 2. Art. 1.
Scotus 2. sent. dist. 18. q. 1.
D. Thomas prima parte summæ q. 115. Art. 2.
Ricardus 2. sent. dist. 18. q. 3.
Durandus 2. sent. dist. 18. q. 2.
Ioannes Bacconitanus 2. sent. dist. 18. q. 1.

Quæstio prima.

CIRCA distinct. decimam octauam quæritur, Vtrum in materia sit ratio seminalis ad formam, de ipsa educendam.

QVOD

QVOD SIC. Quia alias forma crearetur, quia eius formalis terminus, à quo esset nihil, & simpliciter anihilaretur in corruptione, quia in idem redit, à quo incępit. ergo agens naturale poterit anihilare, & creare.

2. physi. con tex. 3. Item generatio est naturalis. Natura est principium motus in eo, in quo est 2. phys. & forma est magis natura, quàm materia. ergo in materia est inchoatiuum, quod fuit forma.

CONTRA. Nihil est inchoatiuum idem respectu diuersarum, formarum oppositarum, & hoc non, quia tunc formæ oppositæ in aliquo conuenirent, quia in isto inchoatiuo, & in aliquo differunt, ex quo sunt oppositæ, & ita neutra forma erit simplex in sua essentia composita. Vel est aliud, & aliud, & hoc etiam non, quia formæ substantiales specificæ plures nec in esse remisso, nec intenso possunt simul informare eandem materiam.

Albertus magnus. Quære Henricũ quolib. 4. q. 14. RESPONDEO quòd aliqui uolentes uitare creationem formæ naturalis, ponunt in materia rationes seminales, quas dicunt esse non essentiam materiæ, nec potentiam susceptiuam materiæ, quæ est idem realiter cum materia, quia neutra istarũ est forma; sed dicunt rationem seminalem esse quoddam potentiale concreatum materiæ, quod fit actus, & coagit naturali agẽti ex intrinseco ad eductionem ipsius formæ.

3. physic. cõn tex. 3. Hoc confirmatur per philosophum 2. physic. Vbi distinguens inter naturalia, & artificialia, dicit, quòd naturalia uerè habent principium motus ad intra. Artificialia uero non. Sed hoc nõ potest intelligi de principio passiuo, quia illud habent artificialia.

3. Ethi. cap. 1. Item 3. Ethi. Violentum est, cuius principium est ad extra, non conferente uim passo, & sic est formaliter ab extra. ergo per oppositum motus naturalis non est formaliter ab extra, sed habet principium coactiuum, & conferens uim etiã ab intra, & in passo. Item Commen. 8. Metaphisicæ: Generans non largitur multitudinem, sed perfectionem; nec largiretur multitudinem, nisi aliquid pręesset in materia, quod fieret forma. ergo. (8. met. commento 15.)

CONTRA: Ista opinio habet duplex motiuum; Vnum, ut uitet creatorem formæ; aliud, ut saluet differentiam inter naturalia, & artificialia.

CONTRA primum motiuum arguo sic; Vel tota forma præexistit in materia eo modo, quò habet esse, postquam est educta, uel pars formę, uel tota. Alio modo puta in potentia. Primum nõ potest dari, quia tunc per generationem nihil acquireret. Nec secundum potest dari, quia tunc nõ uitaret creationem eius partis formæ, quia nõ præexistit. Nec tertium potest dari, quia tunc non uitaret creationem illius modi, quem habet forma, postquam est educta, quia ille modus non præexistebat, nam si præexistebat in materia; quęro quo modo. Et arguam, sicut prius. Et patet, ꝙ tunc generatio erit solum quædam mortificatio.

Item secundum motiuum tollit primum, quia ex secundo motiuo patet, quòd nihil formæ artificialis præexistit in materia. ergo creatur.

Item tunc oporteret, quòd in qualibet materia essent infinitæ tales formæ potentiales, est enim materia in potentia ad infinitas formas.

Item est confirmatio primi: Si nihil omnino nouum educitur per generationem, quod non præfuerit in materia. ergo ad nihilum ualet generatio, & actuatio secundorum agentium naturalium.

Ad secundum forte diceretur, quod forma substantialis etiam præest in subiecto in potẽtia, sed nõn coagit artifici, & in hoc saluatur differentia, sed hæc non ualet, quia nulla apparet ratio, quare non coageret, sicut illa, si præexisteret sicut illa.

Ad secundum diceretur, quòd tot, & non plures præexistũt, quot sunt species rerum, ad quas est in potentia. non enim est in potentia ad aliquam nouam speciem, quæ non sit in uniuerso. Vna enim sufficit pro tota specie. Sed hoc nõ uidetur naturale. Nam quæro uel sunt nihil illę formæ, quæ præexistunt, & tunc &c. Vel sunt accidens, & hoc non, quia accidens non fit substãtia. Vel sunt substantia, & hoc non, quia formæ substantiales diuersarum rationum quantumcunque in remisso non sunt simul compossibiles in eodem, nisi sint subordinatæ. ergo. Dico ergo, quòd propter primum motiuum non oportet ponere, quòd aliquid formæ præexistat, quod fiat forma totalis, quia creatio, & anihilatio est quòd illud creetur, quod nihil sui præexistit. Modo autem sic est, quòd forma non generat, nec per se, nec in materia, sed compositum generatur, & ad ipsum per se terminatur generatio 7. Metaphisicæ, Compositi autem aliquid præexistit, quia materia, & similiter compositum corrumpitur, cui aliqua pars remanet. s. materia. Nec est enim instantia de anima, uel substantia, quia ut dictum est in alia distinc. ipsa creatur per se in primo instãti naturæ, & in secundo istanti naturæ infunditur, licet totum fiat in eodem instanti durationis. (7. met. cõtex. 26.)

CONTRA secundum motiuum arguo sic: Forma præexistens est eiusdem rationis cum forma educta; alias forma educta esset composita ex entitatibus diuersarum rationum, & esset imperfectior, quàm forma educta; alias propter nihil cõn ecretur. Sed impossibile est, quòd ens imperfectum coagat ad perfectionem entis perfecti eiusdem rationis, uel ad productionem suiipsius ad esse perfectum.

Item si agens continet in uirtute formam secũdum esse perfectum, unde continet eam secundum esse imperfectum, cum sit eiusdem rationis.

Item illud inchoatiuum formæ, quod ponis agere, non agit nisi excitatum ab agente naturali extrinseco, alias semper ageret generatio in primo instanti, in quo extrinsecum agens incipit agere, non agit intrinsecum agens scilicet illud inchoatiuum, & tunc est actio naturalis.

Ad illud igitur, quod adducitur de secũdo physicorum, dico, quòd differentia inter artificialia, & naturalia accipitur tam ex parte principij actiui, quàm passiui, quia agens naturale necessariò, & uniformiter agit, sicut dicitur de igne. (2. physic. con tex. 3.)

Agens autem à proposito non, sed potest nõ agere, & potest aliter agere. Ex parte etiam principij passiui, quia passiuum naturale inclinatur natura liter ad hoc, ut sic agatur, & non aliter, passiuum autem artificiale est in potentia neutra, & quandoque inclinatur ad oppositum, ut patet de ligno archæ, uel nauis fiendæ de ipso.

3. Ethic. cap. 1. Ad illud de 3. Ethic. dico, quòd illud: non conferente uim passo debet exponi de inclinatione naturali, & non de eo agere actiue; ita quòd principium uiolenti motus ita se habet ad passum, quod non dat sibi inclinationem ad illum motum uiolenter, quia tunc non esset motus uiolentus.

Expositio peripathetica sub tilissima.

Ad illud de Commen. dico, quòd Generans non largitur multitudinem, sed perfectionem. Quia non producit formam in materia, sed producit totum compositum perfectum.

Quid sit ratio seminalis. In natura est triplex productio.

Nunc ergo uidendum est, quid sit ratio seminalis. Dico, quòd in natura est triplex productio: Vna æquinoca, sicut quando Sol producit raná, & in ista nõ exigitur ratio seminalis respectu productí. Alia est uniuoca immediata, sicut quando ignis producit ignem, & non in ista requiritur. Alia est uniuoca mediata scilicet mediante propagatione, & in ista requiritur ratio seminalis. Et tunc dico, quòd ratio seminalis uel est forma substãtialis ipsius seminis maris, uel mulieris, uel neutri, sicut in plantis. Vel est aliqua naturalis qualitas continens naturaliter formam substantialem seminis, & dicitur ratio seminalis, quia nõ est per se intẽta ab agẽte, sed est seminaria, & præuia ad ulteriorem formam, sicut patet, quòd forma seminis in matrice ordinatur ad formam sanguinis, & illa ad formam embrionis, & sic continetur.

Ratio seminalis nõ est principium actiuum, sed passiuum.

Quòd autem ista ratio seminalis non sit principium actiuum, sed solum passiuum respectu formæ, principaliter sic ostendo: Quod non est, non potest agere, sed in instanti, in quo generatur forma, ulterior forma seminis corrumpitur, & per consequens non est, quia res non est quando corrumpitur. ergo illã generationem non agit forma seminis.

Hoc in tota philosophia est difficillimum, & omnes uario modo laborant, & nihil certi percepe runt.

Item formale principium actiuum non est imperfectum in formali termino producto, sed forma ulterior semper est imperfectior, quàm prima. ergo. Dices ad hoc, quòd agit in uirtute principalis agentis.

Contra: Nihil potest agere in uirtute eius, quod non est, sed principale agens põt esse mortuum deciso semine. ergo.

Dices, quod agit in uirtute Cœli. Vel, quòd agit cœlum.

Contra: Aliqua forma circa producta est perfectior forma Cœli. ergo.

Confugiendum est ergo uel ad Angelũ, uel ad Deum; sed ad Deum magis. Vnde dico, quòd facta seminis decisione, & mortuo principali agẽte, actiuè se habent; ex tunc omnis forma, quæ introducitur, est à Deo effectiuè, nec tamen oportet, quòd sit creatio, quia non omnis actio Dei oportet, quòd sit creatio. Potest enim producere compositum naturale producẽdo formam de potentia materiæ, sicut faceret agens naturale. Potest enim per se immediatè, quod potest median te causa efficiente secundaria, sola ergo anima intellectiua, quæ est perfectissima creatur, & quòd ad Deum sit confugiendum in talibus, patet per Comment. 2. Cœli, & mundi.

Nõ ols actio Dei est creatio.

Sola Anima intellectiua creatur. 2. cœli 69. & inde.

In solutione istarum difficilium quæstionum Galenus etiam uirtutes seminum uocat diuinas. Ex dictis patet, quòd in costa Adæ non fuit ratio seminalis ad adducendam de ea Euam.

Opinio Galeni de semine.

Ad rationes principales responsio patet ex dictis. Sciendum autem secundum Auicennam, quod ipsum semen agit. Dicit enim, quod semen est uirtus principalis agentis, & ita ipsum agendo agit principale agens. Et per hoc soluit rationes supradictas. Nam si principale agens moritur deciso semine, non impedit; quia manet uirtus eius. & per hoc etiam patet, quod terminus productiua non est perfectior producente. &c.

DISTINCTIO XIX.

CIRCA DISTINCTIONEM XIX. Quæritur,

VTRVM IN STATV INNOCENTIæ habuissemus corpora immortalia.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 19. q. 1. Art. 2. & 3.
Scotus 2. sent. dist. 19. q. 1.
D. Thomas prima parte summæ. q. 97. Art. 1.
Ricardus 2. sent. dist. 19. q. 1.

Quæstio prima.

Circa distinct. decimam nonam quæritur primo, Vtrum in statu innocentiæ habuisse mus corpora immortalia.

Magister agit de statu hominis, secũdum se, & absolute, quẽ habuis set in uita sua. contex. 102. & 126.

Quod non ex primo Cœli, & mundi: Omne generabile de necessitate corrũpitur. Sed tũc, sicut modo, fuissent generabilia. ergo.

Præterea nullum uiolentum est durabile aut perpetuum, sed corpus generabile est mixtum ex elementis, quæ non sunt in suis locis, & sic sunt uiolenter. ergo.

Primo cœli contex. 18.

Contra: Paulus ad Romanos: Per unum hominem mors in omnes. & etiã dicit, quòd corpus mortuum est propter peccatum. ergo.

Rom. ca. 5.

Respondeo, & dico, quòd corpus corrumpitur uel ab intrinseco propter defectum humidi radicalis, & hoc modo non, quia fuisset restaurata per esum ligni uitæ. Vnde Gen. Vide, ne forte comedas de ligno uitæ, & uiuas i ęternũ. Vel ab extrinseco & nõ potuisset corrumpi, quia iustitia originalis, ut dicunt, erat quædam qualitas eis innata præseruans, & conseruans eoa ab omni lassino, ex qua postea habuisset anima plenum dominium supra corpus, ita ut potentiæ inferiores essent obedientes superioribus.

D. Bona. in præsenti dist. Artic. 2. & 3. q. 1. Gen. 2.

Item pœna non infligitur sine culpa, sed mors est pœna peccati. in statu autem illo nõ fuisset peccatum. ergo.

Quid de corporibus nostris in statu innocentiæ.

Dico, quod in statu innocentiæ corpora nostra de se fuissent corruptibilia, nunquam tamen ista potentia fuisset reducta ad actum, ita ꝙ nunquam fuissent corrupta.

Quō corpus mixtū dicatur corruptibile.

Ad quod intelligendum, sciendum est, ꝙ corpus mixtum nō est corruptibile ab intrinseco propter rationes contrariorum elementorum, & cōtrariarum qualitatum, quia ostensum est supra, ꝙ talia non manent in mixto. Est corruptibile autē ab intrinseco corpus animalis propter actionem unius partis organicæ in aliam ad perditionē humidi radicalis. Unde sciendum, quòd calor naturalis continuè agit in humidum radicale, quod est ad uitam necessarium, & cōsumit ipsam, ita quòd nisi restauraretur per conuersionem ordinatam per nutrimentum, corpus animalis resolueretur.

Quō moriatur homo.

Primo de gene. cōtex. 42. Exemplum.

Modo autem sic, quòd uirtus illa conuersiua cū sit uirtus physica semper agendo repatitur, & ita semper debilitatur, & sanguis uel caro generata semper fit impurior. Exemplū Arist. ad boc uino cui admiscetur aqua paulatim. &c.

Patet ergo, quòd paulatim debilitatur uirtus il la cōuersiua, quòd non possit plus conuertere, & tunc sequitur necessariò resolutio corporis animalis. Nec ad hoc euitandum sufficiebat plenariè lignum uitæ, quia ipsum non restaurabat, nisi quia conuertebatur in nutrimentum. Sumebatur enim in cibum, & ita finaliter secutum fuisset illud, quod dictum est, licet tardius, reassumeretur cibus maioris nutrimenti.

Dico, ergo quod corpora nostra in statu innocentiæ erāt de se corruptibilia ab intrinseco, licet tardius, quam nostra propter melius nutrimētum quod habuissent, nec status innocentiæ de se tollebat dictam causam corruptionis sine aliquo nouo miraculo. Non autem ista potentia fuisset reducta ad actum, quia fuissemus translati ad gloriā ante tempus istius resolutionis. Et ratio hic congruens est illa, quæ dicta est supra, quia scilicet mors est pœna peccati. &c.

De corruptione autem extrinseca sciendum, quòd ab extrinseco corruptio tripliciter dicitur. Vno modo effectiue quādo aliquid corrumpitur ab igne uel gladio & huiusmodi. Alio modo priuatiue, quia scilicet priuat id, quod est necessariū ad uitam, sicut aqua corrumpit corpus hominis, quia prohibet respirationem, quæ est necessaria ad uitam hominis & huiusmodi. Corrumpitur et corpus non ministrando ei cibum, &c. Primo modo etiam corrumpitur, & corrumpit, licet nō sic cito, sicut ignis. secundo modo sic corrumpet terra.

Tunc dico quod instante iustitia originali in omnibus à nullo agente extrinseco fuissent corrupta corpora nostra, non quidem ab igne, uel aqua, uel terra, & huiusmodi, quia quilibet præcauisset sibi, alias non fuissent innocentes. Dico autem instante iustitia originali. &c.

DISTINCTIO XX.

CIRCA DISTINCTIONEM XX.

Quæritur,

VTRVM FILII PROCREATI IN statu innocentiæ fuissent statim confirmati in Iustitia.

Scotus 2. sent. dist. 20. q. 1.
D. Thomas prima parte summæ q. 100.
Ricardus 2. sent. dist. 20. q. 3.
Durandus 2. sent. dist. 20. q. 5.

Quæstio prima.

Circa distinct. Vigesimam quæritur primo, Vtrum in statu innocentiæ omnes fuissent confirmati in bono.

Magister sēt. dū quod est principium aliorum.

Quod sic per Anselmum: Cur Deus, & homo. Si primi parentes ita uixissent, ꝙ primo non peccassent, ita confirmati fuissent cum omni pro genie sua, ut ultra peccare non possent.

Lib. 1. ca. 11.

Contra: Fuissent uiatores, ergo non confirmati. Antecedens patet, quia etiam Angeli boni, & Primi Parentes, omnes fuerunt uiatores. Nam sola uia est status merendi, & meritum præcedit præmium. Consequentia patet, quia solus ille actus est meritorius, qui est rectus, & tamen posset esse non rectus. De Christo tamen est specialis difficultas, de qua in 3. lib. dicetur.

Confirmatio duplex est.

Respondeo, & dico, quòd confirmatio est duplex. Vna perfecta, in qua nemo potest peccare, & istam habent soli beati. Alia est minus perfecta, quam habuerunt, qui fuerunt sanctificati in utero, & Apostoli post missionem spiritus sancti. Cum autem ita de facto nunquam peccetur mortaliter, licet remaneat potentia ad peccandū; posset dubitari, an fuisset originalis iustitia transfusa ab Adam in filios; Dico, quòd non, sed data fuisset cuilibet ex Dei liberalitate, cūm sit donum super naturale. Sed habuisset ne filius istam iustitiam propter merita parentum; Dico, quòd non de condigno, licet de facto Deus sic ordinasset, quòd si primi parentes uicissent primam tentationem omnibus descendentibus ab eis dedisset istā iustitiam ex sua liberalitate totam.

Vide in 4. dist. 46. q. 6.

Ad Anselmum dico, ꝙ uel loquitur ibi opinando, & non asserendo; uel loquitur de secunda confirmatione supradicta. &c.

VTRVM IN STATV INNOCENTIÆ fuissent illi soli geniti, qui nunc sunt electi.

Scotus 2. sent dist. 20. q. 2.

Quæstio secunda.

Secundo quæritur, Vtrum tunc illi soli fuissent geniti, qui uerè sunt electi.

Quod non: Quia multi nunc electi nati sunt

4. moraliū in fine.

sunt de parentibus non electis.ergo.

Contra id est Gregorius in Moralibus.

RESPONDEO,& dico, quòd nullus nunc reprobus fuisset tunc productus.& dico, ꝙ nunc nullus electus fuisset non productus.

Primum probo sic: Deus ab æterno præuidit omnem hominem possibile produci, & omnia merita,& demerita finalia cuiuslibet.ergo sunt incompossibilia ista,uidelicet,quòd præuiderit Iudam finaliter debere malè agere, & quòd staret in innocentia Ioannes, & quòd Iudam accidentaliter produxerit.

Secundum probo sic: Deus præuidit Virginem finaliter debere benè agere, si eam producebat, & de facto sic est, quòd eam accidentaliter produxit.ergo,& tunc eam accidentaliter produxisset, alias status innocētiæ nocuisset sibi sine culpa sua.&c.

Vide magistrum in littera hic.

Sed nūquid creuissent paruuli sicut modo? Dico,ꝙ primo fuissent nescij, & creuissent in scientijs,& etiam in uirtutibus. & sic primo fuissent debiles,& indispositi ad motum localem, & creuissent in robore corporis.

Ad primum dico, ꝙ ad unitatem numeralem effectus non requiritur necessariò unitas numeralis efficientis,quod patet, quia idem corpus numero,quod producit natura, potest Deus reparare,quod non esset.Et non dico,quòd illi, qui sunt geniti electi,& de parētibus reprobis, fuissent generati de parentibus suis electis.&c.

DISTINCTIO XXI.

CIRCA DISTINCTIONEM XXI.

Quæritur,

VTRVM PECCATVM ADAE fuerit grauissimum.

Seraphicus Bona.dist.21.q.3.Art.3.
Scotus 2.sent.dist.21.q.1.
Ricardus 2.sent.dist.21.q.2.
Durandus 2.sent.dist.21.q.3.
Franciscus de Mayronis 2.sent.dist.31.q.unica.

Quæstio prima.

Peccatum primorum parētum fuit maximū, nō tamē omnium grauissimū, fuit maximū quia totā massam inficit,& ideo maximum rōne extēsionis.

CIrca distinc. Vigesimam primam quæritur, Vtrum peccatum Adæ fuerit maximum.

QVOD SIC: Peccatum est maximū, pro quo infligitur maxima pœna, sed peccatum Adæ fuit tale.ergo. Probo id, quia sibi, & suis posteris fuit inflicta mors corporis, & priuatio beatitudinis.

Psal.68.

Item Augustinus super illud Psal. Quem nō rapui,tunc ea soluebam. Dicit, quòd appetijt Dei æqualitatem,& ideo perdidit felicitatem. Sed appetitus diuinitatis est maximum peccatum in Angelo,& multò magis in homine, cui est magis improportionata.

12.sup Gen. cap. ultimo.

CONTRA id per Augustinū super Gen.ca.ultimo,& ponitur in litera. c.1.ubi uult expressè, ꝙ Adam peccauit non carnali cōcupiscentia uictus, sed amicabili quadam complexus beneuolentia ad uxorem. Dicit, ꝙ peccatum Euæ fuit maius.

RESPONDEO, & Dico primo, quòd peccatū Adæ per se, & per accidens fuit minus peccato Angeli.

Secundo dico, quòd per se fuit minus peccatum Euæ.

Tertio dico, ꝙ per accidens fuit maius.

De primo sciendum, quòd sicut dictum fuit supra; primum peccatum primi parentis nō potest considerari in actu, qui est uelle concupiscentiæ, sed in uelle amicitiæ. Velle autem amicitię est duplex scilicet ad se, & ad proximum; Ad proximū aūt non potest esse maximum, sed ad se; sic quia contra primum præceptum, scilicet, Diliges &c. Et in tali uelle cōsiderabatur primum peccatum Angeli, s. in uelle amicitiæ, ad se. & ideo fuit maximum. Peccatum autem Adæ non considerabatur in amore amicitiæ ad se, ut patet p Augustinum ubi supra, sed in amore amicitiæ ad proximum, scilicet, Euam, quam nimis dilexit, ut patet ibi per Augustinum. ergo peccatum eius non fuit directè contra primum, & maximum præceptum: Diliges Dominum Deum tuum, quia non fuit odium Dei, nec fuit contra secundum præceptum directè, quod est de dilectione proximi, quia non fuit odium proximi, sed amor excessiuus. ergo non fuit contra maximum præceptum, absolutè loquēdo, nec fuit inordinatus amor sui, ut dictum est, ergo per se non fuit maximum, sicut peccatum Angeli, nec per accidens, sicut ex circunstantia personæ, quia non fuit tantæ excellentiæ in naturalibus, nec in gratuitis pro tunc, sicut erat Angelus. ergo.

In hoc 2.dist. 6.q.2.

Quod nā peccatum fuerit grauius, Adæ, an Euæ. Respondetur qđ peccatū Euæ formaliter, peccatū Adæ accidētaliter. Nam Eua appetijt æqualitatē Dei formaliter,& directè, Adā uerò nō formaliter, sed tātum interpretatiuè,& argumentiue, quia ex amore inordinato Vxoris.

Notādū est ētiā ꝙ esus illius ligni de se erat indifferēs, sed solū erat illicitus, qa prohibitus. ergo p se grauius est facere contra pcepta decalogi, quorum opposita sunt contra legem naturæ. De secundo patet ueritas Augustini ubi supra, quia Eua peccauit in amore amicitiæ ad se, & appetijt æqualitatem scientiæ Dei, & diuinum uiolauit præceptum, commendando pomum. & tertio suggessit uiro, quòd comederet, & ideo grauius, & multiplicius peccauit. Adam uerò secundum intentionem Augustini solum peccauit, quia tantum dilexit uxorem suam, quòd comedit de pomo prohibito. Vnde directè non mouit eum contemptus Dei, nec appetitus scientiæ, nec gula ex pomo, sed inordinatus amor Euæ, quam noluit contristare, ei nō assentiendo. Per se ergo peccatum Adæ fuit minus peccato Euæ, per accidens uerò fuit maius, in quantum ipse habebat notiora naturalia, & perfectiora gratuita, & ideo ipse, & non Eua receperat iustitiam originalem pro omnibus, quam perdidit pro se, & pro omnibus, & sic ex consequenti, & per accidens fuit maius.ergo.

Ad primum ergo dico, quòd per se directè maior pœna debetur multis peccatis mortalibus, quàm debetur illi. Vnde si Adam debuisset dānari pro illo peccato, minus intensam pęnā habuisset

in inferno, quàm daretur modo uni peccatori damnato pro uno peccato mortali. Tale posset esse, immò multa sunt talia. Per accidens autem fuit illud peccatum grauius punitum scilicet per substractionem beneficiorum, quia ex quo receperat iustitiam pro omnibus, ab omnibus fuit substracta, unde inflictio mortis non fuit nisi substractio beneficij, quia, ut patuit supra, ante erat immortalis; priuatio autem beatitudinis debetur et omni peccato mortali.

Ad secundum patet responsio ex dictis, quia directè non appetijt Dei æqualitatem.

DISTINCTIO XXII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXII. Quæritur,

VTRVM PECCATVM PRIMI HOminis fuerit ex ignorantia.

Seraphicus Bona. 2. *sent. dist.* 22. *q.* 1. *Art.* 1.
Scotus 2. *sent. dist.* 22. *q.* 1.
Ricardus 2. *sent dist.* 22. *q.* 1.
Ioannes Bacconitanus 2. *sent. dist.* 22. *q.* 1.

Quæstio prima.

Magister agit de tentatione primorum parentum. ut se tenet ex parte tentati.

CIRCA distinctionem uigesimam secundam quæritur, Vtrum Adam peccauit ex ignorantia.

11. de Ciuita. Dei, & super Gen. ca. p. 4.

QVOD SIC. Augustinus 11. de Ciui. Dei, & super Gen. elicit, quòd Adam credidit tunc peccare uenialiter.

Item non peccauit ex passione, quia ante peccatũ nulla erat inordinata passio, nec ex electione, quia electio sequitur consilium, electio praua consilium falsum. sed ipse erat prudentissimus in consulendo. ergo.

Item quia saltem non poterat habere consiliũ erroneum, ergo peccauit ex ignorantia saltem, quæ est nescientia.

1. Thim. ca. 2.

CONTRA id per D. Paulum ad Thimo. Adã nõ est seductus, sed Eua.

RESPONDEO, quòd quædam ignorantia est, quæ est pura nescientia, & quædam erronea.

Vtrum peccatum primorũ parentum fuerit ex ignorãtia.

Item quædam est facti, & quædam circunstantiarum. Item quædã est causa peccati, & quædam concomitatur peccatum, & quædam sequitur ad peccatum. Tunc dico, quòd nec ignorantia erronea, nec facti nec circunstantiarum fuit causa primi peccati Adæ, nec etiam cõcomitans peccatum, quia tunc pœna præcessisset culpam. est enim talis ignorantia quædam pœna, licet cum hoc sit culpa. Potuit autem sequi talis ignorantia ad peccatum, quia peccatum habet excæcatam rationem. Dico etiam, quòd ignorantia nescientiæ nec facti, nec circunstantiarum fuit causa eius primi peccati, quia non sic fuit nescius, quin cognosceret, quòd magis erat obediendum Deo, qui prohibuerat sibi esum ligni, quàm esset assentiendum Vxori. Potuit autem talis ignorantia nõ facti, sed circunstantiæ esse concomitans, non enim uidebat omnia mala, quæ sibi, & suis posteris euenire debebant propter illud peccatum, & si uidisset peccatum, fuisset grauius.

Ad primum dico, quòd fuit possibile peccatũ concomitari ignorantiam nescietiæ alicuius circunstantiæ, immo omnis circunstantiæ. Vnde talis actus posset esse peccatum mortale. Videbat enim quòd de se erat actus indifferẽs ille esus, & forte nesciebat, ꝙ Deus omnino efficaciter prohibuisset, & tunc habuit ignorantiam nescientiæ illius circunstantiæ. Vnde talis actus habebat, ꝙ esset peccatum mortale, non aũt erat ignorantia facti, sed circunstantię, quia, ut dictum est, ipse bene sciebat, ꝙ magis erat Deo obediendum, quàm assentiendum Vxori.

Patet ergo secundum, ꝙ potuit credere, quod esset peccatũ ueniale. Vel potest dici, ꝙ fuit credulitas erronea consequens ad peccatum.

Ad secundum dico, ꝙ peccauit ex electione non quidem ex electione, quæ esset conclusio syllogismi practici, sed ex electione simplici eligẽdo, & cõplacẽdo Vxori, circa cuius dilectionem fuerat excitatus, cuius effectua quandoque suggessit sibi. &c.

DISTINCTIO XXIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXIII. Quæritur,

VTRVM DEVS POSSIT FACERE uoluntatem creaturæ rationalis impeccabilem per naturam.

Seraphicus Bona. 2. *sent. dist.* 23. *q.* 1. *Art.* 1.
Scotus 2. *sent. dist.* 23. *q.* 1.
Ricardus 2. *sent. dist.* 23. *q.* 1.
Durandus 2. *sent. dist.* 23. *q.* 1.
Ioannes Bacconitanus 2. *sent. dist.* 23. *q.* 1.

Quæstio prima.

CIRCA distinct. uigesimam tertiam quæritur, Vtrum Deus posset facere uoluntatẽ creatam impeccabilem.

Magister agit de casu primorum parentũ, ex parte Dei permittentis.

QVOD SIC: Anselmus enim dicit, ꝙ posse peccare non est libertatis, nec pars libertatis, sed Deus potest facere rem sine omni eo, quod est, non de sua essentia. ergo. 2. lib. de libero arbi. ca. 10.

Item uoluntas necessariò uult finem. ergo pot fieri uoluntas, quæ necessariò uolet ea, quæ sunt necessaria ad finẽ. ergo. Antecedẽs patet p Aug. 13. de trin. ubi dicit, ꝙ oẽs uolunt beatitudinem. Consequentia probatur, quia eadẽ est tendentia ad finem, & in his, quę sunt necessaria ad finem. 13. de tri. cap. 5. & 8.

Item pot Deus facere creaturam impeccabilem per gratiam, ergo per naturam. Antecedens patet de beatis. Consequentia probatur, quia non est contradictio, quòd fiat una natura continens ueram perfectionem uoluntatis, & gratiæ

tiæ simul. Non enim propter hoc esset infinita.

CONTRA id est Anselmus. 2. Cur Deus homo. Et Augustinus contra Maximinum libr. 3. & Hier. in tractatu de filio prodigo, omnes enim isti concordant in ista cõclusione, quòd Deus est impeccabilis per naturam.

Lib. 2. ca. 10. Lib. 3. ca. 13. Vide Alexandrum Alēsem secunda secundæ.

Respondeo, & propter Authoritatem Magistri concedo partem negatiuam. Ratio probabilis ad hoc: Omnis uoluntas, quæ non est recta suæ intellectionis, sed habet rectam superiorem aliam à se, potest discrepare à prima recta, si sibi dimittatur. sed omnis uoluntas creata est huiusmodi. Ideo obiectum adæquatum uoluntatis est bonum commune, quod conuertitur cum ente. Tale autem bonum est indifferens ad bonum existens, & ad bonum apparens, sed est potentia sibi derelicta, potest etiam quodcunque per se conceptum sub primo per se obiecto. ergo omnis uoluntas creata sibi derelicta potest in bonum rectitudinis, & apparens, & per consequens potest nõ rectè uelle.

AD PRIMVM ergo principale dico, quòd posse in illud, quod formaliter est peccatum, quod scilicet est priuatio rectitudinis, uel debitæ circũstantiæ in actu, non est pars libertatis, sed posse in actu substractum, cui est annexio talis, priuatio, & deformitas est libertatis.

Ad secundum potest negari antecedens, quòd uoluntas non necessariò uult finem, saltem, quin possit non uelle, sicut dictum est in 1. libr. consequentia tamen non ualet de fine, & his, quæ sunt ad finem. Nec probatio antecedentis, & consequentiæ cogit.

In 1. libr. dist. 1. q. 4.

Ad tertium dico, quòd & si uoluntas creata beata sit impeccabilis per gratiam; de quo dictum in 4. lib. Consequentia tamen est falsa, quia quando aliqua duo sic se habent, quòd sunt primo diuersa, unum nunquam potest tantum intendi in sua essentia infra infinitatem, quòd contineat unitatem alterius.

In 4. libr. dist. 5. q. 6.

Exemplum.

Exemplum de materia, & forma, accidente, & subiecto, nũquam subiectum formaliter finitum in sua essentia continere potest uicem accidentis, sed uoluntas, & gratia sic se habent; nam uoluntas ex sua formali ratione habet, quòd sit perfectibile per gratiam, gratia autem quòd sit perficiens. &c.

DISTINCTIO XXIIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXIIII. Quæritur,

VTRVM PORTIO SVPERIOR SIT potentia distincta à potentia inferiori.

Scotus 2. sent. dist. 24. q. 1.
D. Thomas prima parte summa q. 79. art. 9.
Ricardus 2. sent. dist. 24. q. 4.
Durandus 2. sent. dist. 24. q. 4.

Quæstio prima.

CIrca distinct. uigesimam quartam quæritur, Vtrum portio superior, & inferior sint duæ potentiæ distinctæ.

Magister agit de adiutorio ad resistendũ, ponens quandã distinctionem Animæ potentiarum.

QVOD SIC: Potentiæ distinguuntur per obiecta 2. de anima, sed obiecta istarum portionum sunt distinctissimæ scilicet temporale, & æternum. ergo.

CONTRA: id est Augu. 12. de Trin. animam in hæc duo scilicet portionem superiorem, & inferiorem non nisi per officia geminamus.

12. de tri. cap. 4.

RESPONDEO, quòd unus intellectus potest esse, & est, quòd portio superior sit unica potentia, & portio inferior sit unica potentia, & ipsæ sint distinctæ; & iste intellectus est impossibilis, quia secundum Augustinum, ubi supra, in sola portione superiori consistit tota imago Trinitatis. Ratio autem imaginis secundum eum consistit in memoria intellectiua, & uoluntate, quæ sunt plures potentiæ, ut patet.

Vide Magistrum in litera hic, quæ singularis doctrina est.

Confirmatur, quia superior portio secundum Augustinum est respectu superiorum. patet autem, quòd memoria intellectiua, & uoluntas respiciunt æterna. ergo similiter potentia inferior aggregat plures potentias, immò easdem, quæ potentia respicit temporalia in ordine ad æterna.

Quid sit portio superior secundũ Aug.

Alius est intellectus, qui dicit, quòd potest esse, & est, quòd memoria, quæ est in portione inferiori, sit alia ab illa, quæ est in superiori & similiter intellectiua, & similiter uoluntas. Iste etiam intellectus est falsus, quia eiusdem potentiæ est respicere finem, & ea, quæ sunt ad finem. Sed, ut dictum est, portio respicit temporalia in ordine ad æterna. ergo.

Quid sit portio inferior.

Ad argumentum ergo principale dico, quòd distinctio formalis obiectorum arguit distinctionem potentiarum, disiunctio autem materialis non. Modò autem sic est, quòd æternum, & temporale sunt contradictiones materiales, respectu formalis obiecti potentiæ intellectiuæ, uel uolitiuæ, quia potentia talis abstrahit ab his contradictionibus, ut patet. Quia est communis potentia ad utrunque ipsorum, & ideo solum materialiter uariant obiectum tales contradictiones. Exemplum: Color est obiectum adæquatum uisus, & est formale obiectum uisus. sed albedo, quando non est obiectum adæquatum uisus, est obiectum materiale; & ideo quicquid percipit non colorem, est non uisus, sed non quicquid percipit non albedinem, est non uisus. quia uisus etiam percipit nigredinem.

Exemplum.

CONTRA: Solutio ista petit principium, ut patet consideranti, & assumit etiam falsum. Dico enim quòd albedo, & hæc albedo est formale obiectum uisus, nam si nullus esset intellectus abstrahens colorem ab hac albedine, & hac nigredine, & huiusmodi, adhuc oculus bo-

uis uideret hanc albedinem, tanquam ſuum formale obiectum; immo nunquam oculus uidet hunc, uel illum colorem. Decipitur igitur in adæquatione, & formalitate, nec enim iſtæ rationes conuertuntur, niſi in ſolo obiecto intellectus, & uoluntatis diuinæ. ibi enim formalis ratio eſſentiæ eſt obiectum formale, & obiectum adæquatum, & ratio eſt, quia ipſa continet omnia intelligibilia, & uolibilia. nullus autem eorum eſt, qui contineat omnem colorem, & ſic de alijs, ergo & contractio & particulatio non tollit formalem rationem obiecti, ſed tollit rationem adæquationis.

Eſſentia diuina non pōt eſſe obiectū primum, & adæquatū intellectus creati, ſed ſolum intellectus Dei, cui eſt proportionata, ut ꝓbatum eſt in 1. diſt. 3. q. 3. & 2. & alibi ſæpe.

Ad rationem ergo ſufficit dicere, quòd & ſi temporale, & æternum ſunt rationes formales diſtinctæ, non tamen ſequitur, quòd diſtinguant potentias, ſicut patet de albedine, & nigredine reſpectu eiuſdem uiſus. Inuenire autem præciſam rationem diſtinctionis in potentijs difficillimum eſt; ſed de hoc magis dictum eſt in primo libro.

DISTINCTIO XXV.

CIRCA DISTINCTIONEM XXV.

Quæritur,

VTRVM ALIQVID ALIVD A Voluntate cauſet effectiue actum uolendi in uoluntate.

Scotus 2. ſent. diſt. 25. q. 1.

D. Thomas prima parte ſummæ q. 77. & prima ſecūdæ q. 9. & 3. parte. q 32.

Quæſtio prima.

Magiſter in iſta diſt. 25. reuertitur ad determinatū de ſe libero Arbitrio ꝙ cōſiſtit in uoluntate.

CIRCA diſtinctionem uigeſimam quintam quæritur, Vtrum uoluntas ſit paſſiua reſpectu uolitionis; Vel utrum aliquid aliud à uoluntate cauſet effectiuè actum uolendi in uoluntate.

QVOD SIC: Philoſophus tertio de anima ponit ordinem motiuum æternorum, quòd appetibile eſt mouens non motum, appetitus eſt mouens motum, actus autem eſt motus non mouens. ergo appetitus ſiue uoluntas mouetur ab appetibili:

DICES, quòd uerum eſt Metaphiſicè ſolum in ratione finis.

Sed contra id, quia tunc Philoſophus æquiuocaret, quia certum eſt, ꝙ ſecundum mouet, tertium uerè in ratione efficientis.

5. Met. cōtex. 17.

Item quinto Metaphiſicæ: Potentia actiua eſt principium tranſmutandi aliud, inquantum aliud. ergo omnis potentia actiua habet actum tranſeuntem extra; ſed uoluntas non. ergo non eſt actiua, ſed paſſiua reſpectu uolitionis.

Item potentia indifferens, & indeterminata non determinatur ad agendum niſi per aliquod agens, ſed uoluntas eſt indeterminata ad uolendum, & non uolendum. ergo determinatur per obiectum, tanquam per agens uolitionem. ergo.

Contra id eſt Auguſtinus primo retractationum, ubi dicit, quòd nihil eſt tam in poteſtate noſtra, ſicut uoluntas. Sed patet, quòd non loquitur de uoluntate, quæ eſt in potentia, ſed de uolitione, quæ eſt actus. Tunc ſic: Si tota uolitio eſſet ab obiecto, & uoluntas eſſet paſſiua, uolitio non eſſet in poteſtate noſtra, quia paſſiuum neceſſariò patitur, obiectum autem agit naturaliter, nec agere obiecti poteſt eſſe in poteſtate uoluntatis, quia prius inquantum prius non eſt in poteſtate poſterioris, ſed actiuum inquantum actiuum eſt naturaliter prius paſſiuo. ergo.

1. lib. retractationū cap. 22.

Item uoluntas eſt nobiliſſima potentia. ergo non poteſt eſſe purè paſſiua.

Reſpondeo, quòd dicit una opinio, quòd uoluntas non cauſat uolitionem, ſed obiectum cognitum cauſat uolitionem in uoluntate. Confirmatur hoc per Commentatorem 12. Met. ubi dicit, quòd balneum in re extra mouet uires ſenſitiuas. Balneum autem in anima id eſt in intellectu mouet appetitum intellectiuum.

Hēricus quolib. 12. q. 5.

12. met. comment. 36.

Si dicatur contra hoc, quod non eſt ens nō poteſt mouere uoluntatem, ſed obiectum intellectiuum pōt eſſe non ens. ergo. Reſpōdēt, & dicunt, quòd intellectio obiecti non exiſtentis non eſt non ens: bene dicunt, ꝙ intellectus cum intellectione obiecti cauſat in uoluntate intellectionē.

Quære D. Thomā 1. parte ſummæ. q. 77. & 1. 2. q. 9. & 3. part. q. 32.

Alia opinio dicit, ꝙ nec intellectus agens mouet intellectum potentialem, nec mouet uoluntatem, nec obiectum intellectiuum mouet uoluntatem. Sed phantaſma actu phantaſiatum, & immediatum mouet primo intellectum, & deinde uoluntatem. Ratio eſt: Oportet mouens, & motum in omnibus, & ſemper eſſe diſtincta ſubiecto, ſed in parte animæ intellectiuæ nihil poteſt eſſe diſtinctum ſubiecto à uoluntate. ergo oportet, quòd ſit extra partem intellectiuam ſcilicet phantaſma, quod eſt in phantaſia. Minor probatur multipliciter primo ſic:

Gotfredus quolib. 6. q. 7. & quoli. 8. q. 12. & quolib. 9. q. 19. et quolib. 5. q. 1.

Idem eſt dicere mouens, & motum eſſe indiſtincta ſubiecto, & idem mouere ſe, ſed, quòd idem moueat ſe, eſt impoſſibile, quia tunc idem reſpectu eiuſdem eſſet ſimul in potentia & in actu.

Secundo ſic: Secundo phyſic. materia, & efficiens non coincidunt in idem numero. ergo idē non mouet ſe, quia coincideret. Tertio ſic: Quinto Met. Mouens realiter refertur ad mobile, ſed eiuſdem ad ſe non poteſt eſſe relatio realis; Primo, quia extrema relationis realis ſunt oppoſita, ſed idem non realiter opponitur ſibi. ergo. Minor rationis eſt manifeſta.

2. phyſi. contex. 70.

5. met. cōtex. 20.

Contra concluſionem utriuſque opinionis, in qua communiter arguo ſic: Agens naturale non poteſt eſſe per ſe cauſa contrariorum circa idem paſſum, ut ex hoc excludatur inſtantia de diſſolutione glaciei, & conſtrictione luti; quæ fiunt ab eodem ſcilicet agente naturali, puta à ſole, ſed non circa idem paſſum; ſed uelle, & nolle ſunt actus oppoſiti, & poteſt eos habe-

re uo-

te uoluntas circa idem obiectum. ergo non sunt effectiue à phantasmate, uel ab obiecto intellectiuo, cum ista sint agentia naturalia. Confirmatur, quia si nolle sit ab obiecto. ergo ab obiecto malo, quia uoluntas habet semper actum nolendi circa solum obiectum sub ratione mali, sed malum cum sit priuatio, non potest esse actus positiuus.

Pôt sustineri opinio Henrici.

Ad illud consequens primæ opinionis, Dico, q sustinendo uolitionẽ esse non naturaliter, sed partialiter à uoluntate; Argumentũ tunc totũ pôt concedi, quia tunc uerũ est, q balneũ actu intellectiuũ mouet uoluntatẽ partialiter causando nolitionem. Substinendo aũt, q uolitio sit totaliter à uoluntate, tunc potest dici, q balneum actu intellectiuum mouet uoluntatem metaphoricè in ratione finis, sicut etiam balneum extra mouet appetitum sensitiuum.

Ratio efficax contra opinãtem.

Ad rationem pro secunda opinione, nego maiorem, & dico, q saltem in spiritualibus est omnino falsa. Angelus enim si esset in puris naturalib. sine omni specie, & habitu, adhuc intelligeret se, sed saltem habitis speciebus concreatis, uel habitis, intelligit se, & ita tunc mouens, & motum sunt indistincta subiecto, & similiter dico, q Angelus, & anima separata possunt mouere se localiter ad diuersa ubi.

Quõ actus & potẽtia, sunt differẽtiæ entis.

Ad primum ergo probationem dico, q actus, & potentia uno modo sunt differentiæ entis; Alio modo diuidũt principium actiuum, & passiuum in uniuocis; Alio modo in equiuocis, & tũc dico, q primo modo actus, & potentia sunt incõpossibiles in eodem. Incompossibile enim est, q lignũ sit actu album, quàm diu est potentia album. Similiter secundo modo sunt incompossibiles. Impossibile enim est, q ignis, qui est formaliter calidus faciat se formaliter calidum, causando in se caliditatem. Tertio modo sunt compossibiles. Nam illud, quod est uirtualiter, & eminenter tale, potest se facere formaliter tale. Vnde uoluntas, quæ est uolens uirtualiter, & non formaliter, potest se facere nolentem formaliter causando in se uolitionem, sicut patet, q aqua in summo calefacta non est formaliter frigida, sed uirtualiter. Et ideo cessante calefactione calefacientis extrinsecæ, facit se frigidam formaliter, redit enim ad frigiditatẽ, ut patet, & certum est, q ab aliquo agente, quia effectus nouus non est sine causa, ut patet. Quòd non à Cœlo, & huiusmodi, quia stante Cœlo in qualicũque dispositione, Hoc ergo esset à se ipsa.

Resolutio mirabilis infinitarũ difficultatum in doctrina Arist. & Auerrois.

Achilles aduersariorum.

CONTRA: Quod est uirtualiter tale, & est eminenter tale, modo potest esse realiter tale, seu formaliter. Exemplum: Sol non potest esse formaliter calidus, nec Deus formaliter lapis, qui sunt uirtualiter, & eminenter tales.

Exemplum.

Cõfutatio & reflexio efficacissima.

Respondeo, in talibus exemplis: committitur non causa, ut causa, nã non ideo Sol non pôt se facere formaliter calidum, quia est uirtualiter, & eminenter talis. Probatio, quia si propositum est causa propositi, & oppositum causa oppositi, ergo Saturnus, qui non est uirtualiter calidus, poterit se facere formaliter calidum, quod tamen falsum est. Ratio ergo est, quia caliditas cum sit qualitas sensibilis, non est receptibilis nisi in corpore elementari, uel mixto, cuiusmodi non est Sol. Deus etiam non potest esse formaliter lapis, non quidem, quia est uirtualiter talis, sed quia est actus purus infinitus simplex, & huiusmodi.

Causa doctrinalis, & subtilissima, quæ euanescit Achilles.

Ad tertiam probationem dico, q philosophus sequitur ibi de materia prima, quæ est subiectum transmutationis realis, quæ quidem cum excludat omnem rationem actus perfecti, non potest sibi competere aliquod agere.

Realis relatio est in triplici differentia.

Ad tertiam dico, quòd realis relatio est in triplici differentia, quædam est inter illa, quæ essentialiter dependent, sicut causati ad causam, quædam inter illa, quæ non essentialiter, nec accidentaliter dependent, sicut sunt relationes originis in diuinis. Quædam inter illa, quæ tantum accidentaliter dependent, sicut moti ad mouens. Nam totum illud, quod subijcitur motui præsupponitur isti accidenti motus, tanquam prius, & ita motum non dependet à mouente, nisi ratione istius accidentis, quod est motus.

Tunc dico, quòd primæ duæ relationes oppositæ non compatiuntur se, nec in eadem natura, nec in eodem supposito. quia nullum uniuocum unum & idem numero causat se in eadem natura illimitata, sicut patet ibi, nec in eodem supposito, quia idem non producit se. Relationes uero tertio modo dictæ compatiuntur se in eadem natura, & in eodem subiecto, quia non est inconueniens, quòd idem dependeat à se accidentaliter ratione alicuius accidentis realiter superadditi, & ita in proposito. Vnde relationes oppositæ non sunt incompossibiles in eodem, in quantum oppositæ, sed inquantum faciunt essentialiter dependere. Et tunc etiam dico, quòd si fuit ibi inter extrema oppositio realis, non tamen simpliciter, sed quia non supra idem omnino, sed inter noluntatem absolutè sumptam, & uoluntatem formaliter uolentem, dum est sub nolitione. Vel fortè, & melius potest dici, quòd solum est oppositio realis inter extrema relationis, & non inter substracta. non enim sequitur, actiuum est, igitur nõ passiuum, sed bene sequitur actio est, igitur nec est passio, uel si est motio actiua, igitur non passiua isto tertio modo.

Optima resolutio Authoris.

AD PRIMVM principale substinẽdo, quòd noluntas causat uolitionem non totaliter, sed partialiter, non erit ibi difficultas in argumento, ut patet. Substinendo autem, quòd totaliter, dico, q appetibile est mouens metaphoricè in ratione finis, & non propriè in ratione efficientis. Et cum dicis, quòd tunc per hoc equiuocat philosophus; dico, q non est uerum, quia quando aggregatio diuersarum causarum, sicut sunt esse alterius generis, ita causant aliter, & aliter. Vnde & commune dictum est, quòd finis mouet efficientem, & efficiens introducit formam, & tamen iste propriè, & ille metaphoricè.

Quõ appetibile sit mouens in rõne finis.

Finis mouet efficientem.

Ad secundum dico, q inquantũ reduplicat formalem rationem, & non oportet semper, quòd reduplicet suppositum, quod patet ibi in exẽplo suo.

suo. Medicus sanat se inquantum medicus, sed sanatur inquantum infirmus, & ita non duplicatur ibi suppositum, sed ratio formalis, quia ratio formalis medici, quæ est in quantum sanans, est alia à formali ratione eius, in quantum sanatur; & ita est in proposito suo modo, ut patet ex dictis. Non ergo oportet, quòd omnis potentia actiua habeat actum transeuntem, licet oporteat de potentia factiua, quia nihil facit se. Vnde & aliqui dicunt, quòd ibi diffinitur potentia factiua.

Ad tertium dico, quòd potentia actiua perfecta, & libera, hoc est uoluntas, ita est in potentia contradictionis, quòd potest se determinare ex se ad agendum, & propter hoc dicitur libera, alias enim non esset libera, ut patet consideranti. ergo. &c.

DISTINCTIO XXVI.

CIRCA DISTINCTIONEM XXVI. Quæritur,

VTRVM GRATIA SIT IN ESSENTIA Animæ.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 26. q. 5. Art. 1.
Scotus 2. sent. dist. 26. q. 1.
D. Thomas prima parte summæ q. 110. Art. 4.
Ricardus 2. sent. dist. 26. q. 4.
Durandus 2. sent. dist. 26.

Quæstio prima.

Magister agit de adiutoriis gratuitis, quæ habuerūt primi parētes ad resistendū malo Angelo.

CIrca distinct. uigesimam sextam quæritur, Vtrū gratia per prius sit in essentia animæ, uel in potentia.

QVOD in essentia: Id, quod primo à Deo exit in esse, per prius reducitur in Deum; sed essentia cum sit prior naturaliter, quàm potētia, per prius exit in esse. ergo illud, per quod creatura rationalis reducitur in Deum. ergo. Maior probatur per Dionysium, quia res eo modo reducuntur in Deum, quo exeunt à Deo.

Libro Ecclesiasticæ Hierarchiæ.

Præterea gratia semper est in actu, potentia autem non. ergo.

CONTRA: Gratia est quidam habitus infusus, sed habitus est in potentia, quia opus eius bonum reddit. ergo.

Distinc. 17. primi libri.

Respondeo, & dico, quòd per prius est in essentia.

D. Tho. I præsenti dist. Art. 3. quære D. Bona. dist. 2. q. præcedēti, & & D. Thomam 1. 2. q. 110. Art. 4.

Probatur per August. de laude caritatis, ubi dicit, quod Gratia est animæ uita. Sed uita pertinet magis ad essentiam, ergo.

Item sicut agere naturale præsupponit esse naturale potentiæ, & esse naturale potentiæ esse naturale essentiæ, ita agere supernaturale. &c. Sed gratia est illud, per quod omnia ista dicuntur supernaturalia, ergo per prius est in essentia, cui dat esse supernaturale. ergo.

CONTRA: Vel gratia est idem cum gloria realiter, uel est per se dispositio eius, sed gloria est in potentia. ergo.

De hoc uide in 4. dist. 49.

RESPONDEO, quod beatitudo semper prius est in essentia, & tamen redundat in potentiam.

CONTRA: Ergo essentia animæ potest beatificari exclusis potentijs, sed hoc est impossibile, primo quia beatitudo consistit in actu; secundo ut attingitur obiectū, sed impossibile est attingi obiectum per actum secundum, nisi mediante potentia. Consequentia patet, quia prius, ut prius, in nullo dependet à posteriori.

Item secūdo principaliter sic: Determinatum alicuius indeterminati non est in illo indeterminato nisi mediante eo, per quod determinatur ad illum actum, respectu cuius ponitur tale determinatuum. Sed anima de se est indeterminata ad diuersos actus, & gratia ponitur in anima, ut determinet eam ad actum meritorium, ergo non est in anima nisi mediante illa potentia, per quam anima meretur. huius autem est uoluntas secūdum Anselmum.

Confirmatur ratio, quia præmium & meritum sunt in eodem. Confirmatur secundo, quia sapientia determinat animam ad intelligendum, quæ est in intellectu. ergo.

De conceptu uirginali cap. 4.

Item opposita sunt nata fieri circa idem, sed peccatum est in uoluntate secūdum Anselmum. ergo.

Item secundum Anselmum, omnis iustitia, & iniustitia est in uoluntate, sed gratia est quædam rectitudo, & iustitia. ergo.

De conceptu uirginali cap. 3.

CONCEDO conclusionem istarum rationum.

Ad primum pro opinione de Augustino patet, quod gratia dicitur uita spiritualis, spiritualiter autem uiuit uoluntas, ad quam pertinet mereri, & demereri.

Ad secundum dico, quòd gratia dans esse supernaturale uoluntati, dicitur dare esse supernaturale animæ.

Ad principale dico, & primo ad Dyonisiū, quod uerum est de his, quæ sunt distincta subiecto, sed non de his, quæ sunt idem subiecto. &c.

DISTINCTIO XXVII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXVII. Quæritur,

VTRVM GRATIA SIT Virtus.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 27. q. 2. Art. 1.
Scotus 2. sent. dist. 27. q. 1.
Ricardus 2. sent. dist. 27. q. 5.
Durandus 2. sent. dist. 27. q. 1.

Quæstio prima.

CIrca distin. uigesimam septimam quæritur, Vtrum gratia sit uirtus.

Magister agit de uirtute in quātū ēdo dei sa.

QVOD NON. Lumen naturale non est uirtus naturalis. ergo gratia, quæ est lumen infusum spirituale, non est uirtus spiritualis infusa.

Contra:

CONTRA: Gratia est habitus infusus, sed omnis habitus, uel est uirtus, uel uitium, sed non est uitium. ergo.

Opinio Scoti quod charitas & gratia sūt idē realiter, distinguuntur formaliter, nō autem differunt in forma uel secundum formā.

Respondeo, quòd una opinio dicit, quòd gratia est uirtus, quæ est caritas. ita quòd gratia & caritas sunt omnino idem. Ratio est: Quicquid competit gratie, competit caritati, & èconuerso. Nam utraque æquè diuidit inter filios regni, & tenebrarū 15. de Ciuitate Dei cap. 18. Vtrūq; ē forma uirtutis, & neutra potest esse informis. Vtrunque cōiungit fini ultimo perfecta coniunctione, qualis potest esse uia, & ideo si essent distinctæ, una sufficeret, & alia super flueret.

POTEST dici, quòd quantum ad tale absolutū, idem sunt; sed differunt secundum rationem, quia caritas dicitur in quantum Deum carum facit animæ. & ideo Deus dicitur caritas per essentiam, & in abstracto. Gratia autem dicitur in quantum animam facit gratam, & acceptam Deo. Aureolus uult, quòd gratia non sit habitus, uel uirtus particulariter distincta ab aliis, sed quòd sit quædam conformitas resultans ex aggregatione omnium uirtutum in anima, & ita formaliter est quædam pulchritudo animæ spiritualis, sicut patet; quia pulchritudo, & gratiositas corporalis non est prçcipuè color, uel figura, uel proportio membrorum, quia, ut patet, neutrum per se sufficeret sine alio, sed est quædam conformitas resultās ex omnibus istis simul.

Opinio domini Aureoli.

Ad rationem principalem dico, quòd gratia non est lumen spirituale, sicut intellectus agens, sed dicitur lumen methaphoricè. Nam multi sunt habentes gratiam, qui tamen sunt ignorantes, & èconuerso. &c.

DISTINCTIO XXVIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXVIII. Quæritur,

VTRVM LIBERVM ARBITRIVM hominis sine gratia possit uitare omne peccatum mortale.

Seraphycus Bona. 2. sent. dist. 28. q. 1. Art. 1.
Scotus 2. sent. dist. 28. q. 1.
D. Thomas prima secundæ q. 103. Art. 8.
Ricardus 2. sent. dist. 28. q. 2.
Durandus 2. sent. dist. 28. q. 3.

Quæstio prima.

CIrca distinct. uigesimā octauam quæritur, Vtrum homo per liberum arbitrium sine gratia possit uitare oē peccatum mortale.

Magister agit de insufficientia liberi arbitrii sine gratia & de errore Pelagii. Cap. 2.

QVOD SIC: Paulus ad Romanos: Gentes sine lege.

Reprehendit Apostolus Iudęos cōmendando Gentiles, quòd sine lege scripta seruabant ea, quæ debebant, & tamen, ut uidetur, gentiles erant sine gratia.

2. de libero Arbitrio.

Item Augustinus: Non peccat, qui facit, quod uitare non potest. ergo.

Hæresis pelagiana quod liberū Arbitriū sufficiat sine gratia.

CONTRA: Hic est error Pelagii.

RESPONDEO, & dico, quòd peccatum originale nullus potest uitare sine gratia, sed hoc nō est, quòd peccatum originale, & gratia sint contraria immediata circa idem subiectum ex natura rei, immo Deus posset facere homines in puris naturalibus, qui essent sine utroque, sed de potentia ordinata nūquam faciet. Sed omnes sumus nati filii iræ, ut ait, Paulus Ad Ephesios. Et ex ordinatione Dei, sic est. quòd peccatum illud, & etiam quodcunque aliud mortale non tollitur, nisi per gratiam. ideo &c. De peccato uero mortali actuali commissionis, quod consistit in actu elicito, dicitur, quòd potest uitare aliqua talia, sed non omnia. Quod patet per Gregorium in homil. Peccatum, inquit, quod per misericordiam non deletur mox suo pondere ad aliud trahit. ergo existēs in peccato mortali, uel originali, uel actuali, non potest uitare omnia, licet possit aliqua.

Ad ephe. c. 2.

Hēricus quol. lib. 6. q. 2.

Ponitur exemplum de naui perforata in diuersis ptibus, qa licet possit obturari in uno loco, sub intrat aqua per alia foramina, tunc quando obturatur in una parte.

Exemplum.

CONTRA: Qua ratione potest uitare unum, potest uitare aliud, immò facilius, quia deuicta una tentatione, efficitur fortior. Exemplum eorum non est ad propositum, ut patet, saltem nō cogit.

Quære D. Thomā in prima secūdę q. 103. Art. 8. & Henricum quol. 5. q. 20. a quibus non multū de uiat doctor hic.

Ad Gregorium potest dici, quòd unum peccatum trahit ad aliud, nō quòd necessario cogat, sed quia inclinat. Aliter dicitur, quòd existens in peccato originali, etiam existens in aliquo peccato mortali actuali, non potest sine gratia uitare reatum, in quo est in peccatis potest uitare omne aliud peccatum ex tunc; Ratio est, quia potest facere omnia, ad quæ tenetur ex iudicio rationis naturalis, non enim præcipit Deus impossibilia. Potest etiam cauere ab omnibus illicitis eodē iudicio naturalis rationis, & pari ratione.

Confirmatur per Hieronymum in Epistola ad Damascenum episcopum: Confitemur nos semper posse peccare, & posse non peccare, nec ex hoc oritur error Pelagii, quia ipse non posuit in paruulis peccatum originale, & ita posuit, quòd ex puris naturalibus poteramus euitare omne peccatum, & acquirere nobis beatitudinem.

Aliter dicitur, quòd non. Ratio est, quia non potest seruanda adimplere secundum intentionē mandantis, sed hoc non faciendo peccat mortaliter. ergo. Probatio maioris: Quilibet tenetur diligere Deum, & proximum ex caritate, si autem nō pro semper, tamen pro aliquando; sed ille, qui nō habet gratiam, non potest diligere ex caritate. ergo peccat mortaliter.

D. Bona. dist. præsenti. Ar. 1. b. 3.

CONTRA: Stante Hipothesi, quòd Deus non infundat gratiam, & iste diligat Deum super omnia ex puris naturalibus, & proximum, sicut se, sufficit sibi, nec est obligatus ad aliud, quia obligatio esset iniusta, ut patet, nec est dicendum, quòd taliter diligendo peccaret mortaliter, quod est absurdum. Potest dici, quòd existens in peccato originali, uel actuali, posset per aliquod tempus

Speculare.

suo. Medicus sanat se inquantum medicus, sed sanatur inquantum infirmus, & ita non duplicatur ibi suppositum, sed ratio formalis, quia ratio formalis medici, quæ est in quantum sanans, est alia à formali ratione eius, in quantum sanatur; & ita est in proposito suo modo, ut patet ex dictis. Non ergo oportet, quòd omnis potentia actiua habeat actum transeuntem, licet oporteat de potentia factiua, quia nihil facit se. Vnde & aliqui dicunt, quòd ibi diffinitur potentia factiua.

Ad tertium dico, quòd potentia actiua perfecta, & libera, hoc est uoluntas, ita est in potentia contradictionis, quòd potest se determinare ex se ad agendum, & propter hoc dicitur libera, alias enim non esset libera, ut patet consideranti. ergo. &c.

DISTINCTIO XXVI.

CIRCA DISTINCTIONEM XXVI. Quæritur,

VTRVM GRATIA SIT IN ESSENtia Animæ.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 26. q. 5. Art. 1.
Scotus 2. sent. dist. 26. q. 1.
D. Thomas prima parte summæ q. 110. Art. 4.
Ricardus 2. sent. dist. 26. q. 4.
Durandus 2. sent. dist. 26.

Quæstio prima.

Magister agit de adiutorio gratuito, quæ habuerũt primi parẽtes ad resistendũ malo Angelo.

CIrca distinct. uigesimam sextam quæritur, Vtrũ gratia per prius sit in essentia animæ, uel in potentia.

Quod in essentia: Id, quod primo à Deo exit in esse, per prius reducitur in Deum; sed essentia cum sit prior naturaliter, quàm potẽtia, per prius exit in esse. ergo illud, per quod creatura rationalis reducitur in Deum. ergo. Maior probatur per Dionysium, quia res eo modo reducitur in Deum, quo exeunt à Deo.

Libro Ecclesiasticæ Hierarchiæ.

Preterea gratia semper est in actu, potentia autem non. ergo.

Contra: Gratia est quidam habitus infusus, sed habitus est in potentia, quia opus eius bonum reddit. ergo.

Distinc. 17. primi libri.

Respondeo, & dico, quòd per prius est in essentia.

D. Tho. i præsenti dist. Art. 3. quære D. Bona. dist. 2. q. præcedẽti, & èt D. Thomam 1. 2. q. 110. Art. 4.

Probatur per August. de laude caritatis, ubi dicit, ꝙ Gratia est animæ uita. Sed uita pertinet magis ad essentiam, ergo.

Item sicut agere naturale præsupponit esse naturale potentiæ, & esse naturale potentiæ esse naturale essentiæ, ita agere supernaturale. &c. Sed gratia est illud, per quod omnia ista dicuntur supernaturalia, ergo per prius est in essentia, cui dat esse supernaturale, ergo.

Contra: Vel gratia est idem cum gloria realiter, uel est per se dispositio eius, sed gloria est in potentia. ergo.

De hoc uide in 4. dist. 49.

Respondeo, ꝙ beatitudo semper prius est in essentia, & tamen redundat in potentiam.

Contra: Ergo essentia animæ potest beatificari exclusis potentijs, sed hoc est impossibile, primo quia beatitudo consistit in actu; secundo ut attingitur obiectũ, sed impossibile est attingi obiectum per actum secundum, nisi mediante potentia. Consequentia patet, quia prius, ut prius, in nullo dependet à posteriori.

Item secũdo principaliter sic: Determinatum alicuius indeterminati non est in illo indeterminato nisi mediante eo, per quod determinatur ad illum actum, respectu cuius ponitur tale determinatum. Sed anima de se est indeterminata ad diuersos actus, & gratia ponitur in anima, ut determinet eam ad actum meritorium, ergo non est in anima nisi mediante illa potentia, per quam anima meretur. huius autem est uoluntas secũdum Anselmum.

Confirmatur ratio, quia præmium & meritum sunt in eodem. Confirmatur secundo, quia sapientia determinat animam ad intelligendum, quę est in intellectu. ergo.

De conceptu uirginali cap. 4.

Item opposita sunt nata fieri circa idem, sed peccatum est in uoluntate secũdum Anselmum. ergo.

Item secundum Anselmum, omnis iustitia, & iniustitia est in uoluntate, sed gratia est quædam rectitudo, & iustitia. ergo.

De conceptu uirginali cap. 3.

Concedo conclusionem istarum rationum.

Ad primum pro opinione de Augustino patet, quòd gratia dicitur uita spiritualis, spiritualiter autem uiuit uoluntas, ad quam pertinet mereri, & demereri.

Ad secundum dico, quòd gratia dans esse supernaturale uoluntati, dicitur dare esse supernaturale animæ.

Ad principale dico, & primo ad Dyonisiũ, ꝙ uerum est de his, quæ sunt distincta subiecto, sed non de his, quæ sunt idem subiecto. &c.

DISTINCTIO XXVII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXVII. Quæritur,

VTRVM GRATIA SIT Virtus.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 27. q. 2. Art. 1.
Scotus 2. sent. dist. 27. q. 1.
Ricardus 2. sent. dist. 27. q. 5.
Durandus 2. sent. dist. 27. q. 1.

Quæstio prima.

CIrca distin. uigesimam septimam quæritur, Vtrum gratia sit uirtus.

Magister agit de uirtute in quãtũ de ip i.

Quod non. Lumen naturale non est uirtus naturalis. ergo gratia, quæ est lumen infusum spirituale, non est uirtus spiritualis infusa.

Contra:

Contra: Gratia est habitus infusus, sed omnis habitus, uel est uirtus, uel uitium, sed non est uitium, ergo.

Opinio Scoti q charitas & gratia sūt idē realiter, distinguūtur formaliter, nō autem differunt in forma uel secundum formā.

Respondeo, quòd una opinio dicit, quòd gratia est uirtus, quæ est caritas. ita quòd gratia & caritas sunt omnino idem. Ratio est: Quicquid competit gratiæ, competit caritati, & èconuerso. Nam utraque æquè diuidit inter filios regni, & tenebrarū, 15. de Ciuitate Dei cap. 18. Vtrūq; ē forma uirtutis, & neutra potest esse informis. Vtrunque cō iungit fini ultimo perfecta coniunctione, qualis potest esse nia, & ideo si essent distinctæ, una sufficeret, & alia super flueret.

Potest dici, quòd quantum ad tale absolutū, idem sunt; sed differunt secundum rationem, quia caritas dicitur in quantum Deum carum facit animæ, & ideo Deus dicitur caritas per essentiam, & in abstracto. Gratia autem dicitur in quantum animam facit gratam, & acceptam Deo. Aureolus uult, quòd gratia non sit habitus, uel uirtus particulariter distincta ab aliis, sed quòd sit quædam conformitas resultans ex aggregatione omnium uirtutum in anima, & ita formaliter est quædam pulchritudo animæ spiritualis, sicut patet; quia pulchritudo, & gratiositas corporalis non est præcipuè color, uel figura, uel proportio membrorum, quia, ut patet, neutrum per se sofficeret sine alio, sed est quædam conformitas resultās ex omnibus istis simul.

Opinio domini Aureoli.

Ad rationem principalem dico, quòd gratia non est lumen spirituale, sicut intellectus agens, sed dicitur lumen methaphoricè. Nam multi sunt habentes gratiam, qui tamen sunt ignorantes, & èconuerso. &c.

DISTINCTIO XXVIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXVIII. Quæritur,

VTRVM LIBERVM ARBITRIVM hominis sine gratia posit uitare omne peccatum mortale.

Seraphycus Bona. 2. *sent. dist.* 28. q. 1. *Art.* 1.
Scotus 2. *sent. dist.* 28. q. 1.
D. Thomas prima secundæ q. 103. *Art.* 8.
Ricardus 2. *sent. dist.* 28. q. 2.
Durandus 2. *sent. dist.* 28. q. 3.

Quæstio prima.

Circa distinct. uigesimā octauam quæritur, Vtrum homo per liberum arbitrium sine gratia posit uitare oē peccatum mortale.

Magister agit de insufficientia liberi arbitrii sine gratia & de errore Pelagii. Cap. 2.

Quod sic: Paulus ad Romanos: Gentes sine lege.

Reprehendit Apostolus Iudeos cōmendando Gentiles, quòd sine lege scripta seruabant ea, quæ debebant, & tamen, ut uidetur, gentiles erant sine gratia.

8. dé libero Arbitrio.

Item Augustinus: Non peccat, qui facit, quod uitare non potest, ergo.

Contra: Hic est error Pelagii.

Hæresis pelagiana q. libe rū Arbitriū sufficiat sine gratia.

Respondeo, & dico, quòd peccatum originale nullus potest uitare sine gratia, sed hoc nō est, quòd peccatum originale, & gratia sint contraria immediata circa idem subiectum ex naturarei, immo Deus posset facere homines in puris naturalibus, qui essent sine utroque, sed de potentia ordinata nūquam faciet. Sed omnes sumus nati filii iræ, ut ait Paulus Ad Ephesios. Et ex ordinatione Dei, sic est, quòd peccatum illud, & etiam quodcunque aliud mortale non tollitur, nisi per gratiam. ideo &c. De peccato uero mortali actuali commissionis, quod consistit in actu elicito, dicitur, quòd potest uitare aliqua talia, sed non omnia. Quod patet per Gregorium in homil. Peccatum, inquit, quod per misericordiam non deletur mox suo pondere ad aliud trahit. ergo existēs in peccato mortali, uel originali, uel actuali, non potest uitare omnia, licet posit aliqua.

Ad ephe. c. 2.

Héticus qup lib. 6. q. 2.

Ponitur exemplum de naui perforata indiuersis ptibus, q. a licet posit obturari in uno loco, sub intrat aqua per alia foramina, tunc quando obturator in una parte.

Exemplum.

Contra: Qua ratione potest uitare unum, potest uitare aliud, immò facilius, quia deuicta una tentatione, efficitur fortior. Exemplum eorum non est ad propositum, ut patet, saltem nō cogit.

Quære D. Thom. in prima secūdæ q. 103. Art. 8. & Henricum quol. 5. q. 10. aquibus non multū de uiat doctor hic.

Ad Gregorium potest dici, quòd unum peccatum trahit ad aliud, nō quòd necessario cogat, sed quia inclinat. Aliter dicitur, quòd existens in peccato originali, etiam existens in aliquo peccato mortali actuali, oon potest sine gratia uitare reatum, in quo est in peccatis potest uitare omne aliud peccatum ex tunc; Ratio est, quia potest facere omnia, ad quæ tenetur ex iudicio rationis naturalis, non enim præcipit Deus impossibilia. Potest etiam cauere ab omnibus illicitus eodē iudicio naturalis rationis, & pari ratione.

Confirmatur per Hieronymum in Epistola ad Damascenum episcopum: Confitemur nos semper posse peccare, & posse non peccare, nec ex hoc oritur error Pelagii, quia ipse non posuit in paruulis peccatum originale, & ita posuit, quòd ex puris naturalibus poteramus euitare omne peccatum, & acquirere nobis beatitudinem.

Aliter dicitur, quòd non. Ratio est, quia non potest seruanda adimplere secundum intentionē mandantis, sed hoc non faciendo peccat mortaliter. ergo. Probatio maioris: Quilibet tenetur diligere Deum, & proximum ex caritate, si autem nō pro semper, tamen pro aliquando; sed ille, qui nō habet gratiam, non potest diligere ex caritate. ergo peccat mortaliter.

D. Bona. dist. præsenti. Ar. 1. b. 3.

Contra: Stante Hipothesi, quòd Deus non infundat gratiam, & iste diligat Deum super omnia ex puris naturalibus, & proximum, sicut se, sufficit sibi, nec est obligatus ad aliod, quia obligatio esset iniusta, ut patet, nec est dicendum, quòd taliter diligendo peccaret mortaliter, quod est absurdum. Potest dici, quòd existens in peccato originali, uel actuali, posset per aliquod tempus

Specialare.

cauere ab omni peccato mortali, & hoc eſſet exponere ſe ad gratiā. ſed Deus duret ſibi gratiā gratis ſtatim datam, & quia illa benè uteretur, ex quo caueret ſibi ab omni peccato mortali, ſtatim daret ſibi gratiam gratum facientem. poſtea uitaret omnia mortalia, ſed ſtante hypotheſi, quòd Deus gratiam non infunderet, non uideo, quòd poſſet diu dubitare, quia peccata inclinarent, & traherēt eum ad alia. Et ſi dicas: ergo non peccaret, ſi cogeretur. Dico, quòd immo peccaret, quia hoc accidit ex infirmitate, quam incurrimus ex peccato originali. Vnde ſi imponitur nobis illud, cui nullo modo conſenſimus nos, ſed ſoli primi parentes, benè imponeretur nobis iſtud. Vnde hoc nunquā erit, quia Deus nunquam ex ſe ſubtrahit gratiam diſponentibus ſe ad eam.

Deus nunquā ſubtrahit gratiam diſponētibus ſe ad eā.

Ad primum principale dico, quòd boni Gentiles, qui non habebant legem ſcriptam, poterant uiuere ſecundum legem uerè ſcriptam in cordibus eorum, & ſufficiebat eis, & ita dabatur eis gratia, non enim omnes obligabātur ad legem Moſaicam, ſed ſolus Iſraeliticus populus. non enim eſt imaginandum, quòd uiuentes ſecundum legem adorarent idola, quia iam uiuerent contra legem naturæ, ſed adorabant uerum Deum ſecundum dictamen naturalis rationis. Et ſi aliquid erat ſupplendum, Deus ſupplebat per gratiam; ſecus autē eſt hodie de lege Chriſtiana, ad quam omnes obligantur.

Ad illud de Auguſtino, & de Hieronymo, quos adducit opinio; dico, quòd uerum dicunt, quia Deus dat gratiam omnibus ſe exponētibus, per quam &c.

DISTINCTIO XXIX.

CIRCA DISTINCTIONEM XXIX. Quæritur,

VTRVM GRATIA SE HABEAT in ratione principii Actiui reſpectu actus meritorij.

Scotus 2. ſent. diſt. 29. q. 1.

Quæſtio prima.

CIRCA diſtinct. uigeſimam nonam quæritur, Vtrum gratia ſe habeat in ratione principii actiui reſpectu actus meritorii.

Magiſter agit de gratia quā primi parētes in ſtatu innocētiæ habuerūt.

QVOD non: Vnus actus eſt unum principium formale actiuum, ſed uoluntas eſt principium formale actiuum reſpectu talis actus. ſ. merendi, quia ad ipſam pertinet mereri. ergo non gratia.

2. ethic. ca. 5.

CONTRA id Ariſt. ait: Virtus habentem perficit, & eius opus bonum reddit, ſed quod perficit formaliter, & reddit eius opus bonum non niſi effectiuè, habet rationem principii actiui. ergo.

RESPONDEO, & primo dico, quòd omnis uirtus facit effectiuè ad ſubſtantiam actus perfecti, Secundo dicam qualiter. Primū ſic probo: Quod intendit actus effectiuè, facit ad ſubſtantiam actus effectiuè, ſed habitus intendit actum effectiuè, ex qua intentione eſt perfectus. ergo. Maior patet, quia actus non intenditur per aliam rem additam ſed per gradum pertinentem realiter ad ſubſtantiam actus. Minor probatur: Nam actus perfectus intenſior eſt, quàm actus imperfectus; & patet, quia potentia habituata elicit actum perfectum, & non habituata elicit actum imperfectum. ergo. & quod non niſi effectiue talis intenſio, & perfectio actus ſit ab habitu intenſiuè, patet. Nam non in alio genere cauſæ, ut patet. ergo.

Actus perfectus intenſior eſt quā actus imperfectus.

De ſecundo dico, quòd habitus non eſt cauſa totalis reſpectu actus perfecti, ſed partialis integrans unam cauſam totalem cum potentia, & etiā obiecto, Dico etiam, quòd non eſt cauſa principalis. ſ. habitus, ſed minus principalis, & principalior eſt potentia. Prima ſatis patet. Secundam probo: Nam cum habitus agat naturaliter, uel etiam obiectum eſſet cauſa principalior, & non potentia. tunc actus agentis uoluntarii non eſſet in eius poteſtate. & ita nullum eſſet agens uoluntarium. Patet igitur, quòd gratia, ſiue caritas eſt ſe habens in ratione formalis principii actiui, reſpectu actus meritorij, qui eſt actus perfectus.

Charitas ſe habet in ratione formalis principii actiui.

Sed attendēdum diligenter, quòd meritum addit ſupra actum. De hoc require in primo libro. nam ſi non aliquid abſolutum, tunc caritas facit partialiter actiue ad ſubſtātiam abſolutam actus, ut dictum eſt, & tota ratio meriti aliquo modo eſt ab ea, & potentia uoluntas dicitur mereri, quia elicit actum, qui eſt meritorius, qui fundat. ſ. reſpectus, quos dicit meritum.

Ad principale ergo dico, quòd unus actus poteſt eſſe à pluribus principiis formalibus actiuis partialibus integrantibus unum totale.

Sed inſtatur contra primum argumētum, quia ut uidetur, eſſet circulus in cauſis, & cauſatis. Nā actus imperfectus generat actum actiuè, ut uult phyloſophus, & ſecundum te habitus cauſat actus perfectos actiuè, ſed actus perfectus, & imperfectus ſunt eiuſdem ſpeciei. ergo.

Reſpōdeo, quòd ſi actus, & habitus eſſent eiuſdem ſpeciei, ſolutio eſſet facilis, quia tunc eſſet tota generatio uniuoca, ſicut Sortes generat Platonem. Plato Martinum, & non differunt prius generatum ab ultimo generato, niſi numero. Sed actus, & habitus ſunt alterius ſpeciei, tunc eſt difficultas, quia utraque generatio eſt æquiuoca, & ita generās eſt perfectius genito. ergo ſi actus imperfecti generāt actum æquiuocè, habitus nō poterit generare nō ſolū actum perfectum, ſed nec imperfectum.

DICO, quòd nerum eſt, ſi eſſet cauſa totalis, uel etiam partialis, & principalior, ſed nec actus perfectus reſpectu habitus. Nam & dabitus reſpectu actus perfecti non eſt cauſa totalis, nec etiam partialis, nec principalior, immo nec minus principalis. &c.

VTRVM PRAETER IVSTITIAM originalem in Adam necesse sit ponere aliquod donum supernaturale.

Scotus 2.sent.dist.29.q.1.

Quæstio secunda.

SEcundo quæritur, Vtrum iustitia originalis erat donum super naturale.

Respondeo, quòd principalis effectus iustitiæ originalis erat compellere rebellionem uiriũ, quæ sunt inferiores ad uires superiores. Modo autem sic est, quòd uires sensitiuæ relictæ sibi in puris naturalibus naturali necessitate delectantur in unione ipsorum, cum suis obiectis cõuenientibus & tristantur de opposito. Et appetitus intellectua relictus sibi in puris naturalibus propter naturalẽ unionem ad appetitum, sensitiuum naturali necessitate assentit sibi. Sed patet, quòd talis assensus frequenter esset contra iudicium rectæ rationis. & ideo necessarium erat aliquod donum supernaturale in appetitu intellectiuo, per quod posset delectabile non assentire appetitui sensitiuo in his, quæ essent contra iudicium rectæ rationis, nam non assentiendum erat sibi naturaliter triste, & tristitia non erat in superioribus uiribus in statu innocentiæ. ergo oportebat ibi ponere supernaturale. sed huius donum erat iustitia originalis. ergo iustitia originalis erat donum supernaturale in uoluntate, quod cõpellebat rebellionem uirium sensitiuarum ad eam. Sed nunc quid si ista complacentia debebat esse sine tristitia in parte sensitiua. ergo oportebat dicere, quòd aliquod donum super naturale erat in uiribus sensitiuis, propter quod delectabiliter posset non delectari inuicem potẽtiarum cum obiecto conuenienti, quando talis unio est contra iudicium rectæ rationis, nam naturaliter delectatur in tali unione, ut patet, ꝙ quandoque à casu poterat concurrere talia unio, ut ꝙ uisus uideret aliquod inhonestum, & huiusmodi. Tamen dico, ut frequenter dixi, quòd non est mihi inconueniens, quòd in statu illo in uiribus sensitiuis posset esse aliqua tristitia. Nam, ut dictum est supra, natura humana tunc naturaliter nõ erat immortalis. ergo nec intristabilia in parte sensitiua; sed sufficit in parte intellectiua. non ergo oportet tale donum ponere in parte sensitiua, sed sufficit in intellectiua. sufficit enim ꝙ homo, in quantum homo, delectaretur, & esset sine tristitia, non obstante, quòd sensua tristaretur, quando cõpellebatur ab illicitis sibi, tamen naturaliter delectabilibus. Et ideo conuenienter dico, quòd in statu illo poterat homo peccare uenialiter assentiendo, & per consequens delectando in aliquo sensibili illicito, non tamen mortaliter, quia uoluntas non assentiebat, sed statim compescebat: &c.

Author confirmat suam opinionem.

Quò in statu innocētiæ homo poterat peccare uenialiter.

DISTINCTIO XXX.

CIRCA DISTINCTIONEM XXX. Quæritur,

VTRVM PECCATVM ORIGINALE sit carentia originalis iustitiæ.

Scotus 2.sent.dist.30.q.2.
Durandus 2.sent.dist.30.q.3.

Quæstio prima.

CIrca distinct. trigesimam quæritur, Vtrum peccatum originale sit carentia originalis iustitiæ.

Magister agit de trãsfusione peccati originalis in posteros.

QVOD NON: Adam habuit talem carentiã, & tamen non habuit peccatum originale, sed actuale.

Item Angelus caret ea, & tamen non habet peccatum.

Item peccans post baptismum habet talem carentiam, & tamen non habet peccatum originale, quia idem non redit, s. originale.

VTRVM QVILIBET HOMO SEcundum legem communem propagatus ab Adam contrahat peccatum originale.

Scotus 2.sent.dist.30.q.1.

Quæstio secunda.

SEcundo quæritur, Vtrum quilibet homo naturaliter propagatus contrahat aliquod peccatum secundum communem legem.

Quod non: Augustinus de uera Relig. Peccatum adeo est, quia uoluntarium. ergo.

Item Augustinus 3. de libero Arbitrio: Nemo peccat in eo, quod uitare non potest, sed quod ab origine contrahitur, non potest euitari. ergo.

Item Deus non peccat infundendo animam, nec parentes generando. sed sunt in statu matrimoniali; nec ipse peccat, quando producit. ergo à nullo est peccatum illud effectiue, & per consequens est in nullo formaliter.

Item defectus naturales non sunt imputabiles, sed miserabiles. Vnde 3. ethicorum dicitur cœco nato: Nullus improperabit, sed miserebitur. ergo. *3. ethic. ca. 8.*

Contra id est Augustinus in littera, & adducit Apostolum ad Rom. Et Augustinus de fide ad Petrum: firmissimè tene. *Rom. ca. 5.*

DISTINCTIO XXXI.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXI. Quæritur,

VTRVM ANIMA CONTRAHAT peccatum originale à carne infecta concupiscibiliter seminata.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 31. q. 2. Art. 2.
Scotus 2. sent. dist. 31. q. 1.
D. Thomas prima secunda q. 83. Art. 1.
Ricardus 2. sent. dist. 31. q. 1.

Durandus.

Durandus 2. sent. dist. 31. q. 1.

Quæstio prima.

Circa distinct. trigesimam primam quæritur, Vtrum anima contrahat peccatum originale à carne infecta concupiscentialiter seminata.

Qvod non: Quia materia non agit in formã. ergo nec caro in animam.

12. super Ge. c. 28. & inde, l. 10. Confirmatur, quia secũdum Augustinum 12. super Genesim, Agens est præstantius patiente, & secundum eũdem ibidem, nullum corpus est præstantius spiritu. ergo.

Item ista infectio in carne non est culpa, sed pœna non est causa culpæ, sed èconuerso. ergo.

Contra id est Magister in littera. &c.

DISTINCTIO XXXII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXII. Quæritur,

VTRVM IN BAPTISMO REMITtatur peccatum originale.

Seraphycus Bona. 2. sent. dist. 32. q. 1. Art. 1.
Scotus 2. sent. dist. 32. q. 1.
Ricardus 2. sent. dist. 32. q. 1.
Durandus 2. sent. dist. 32. q. 1.

Quæstio prima.

In 30. dist. de peccati originalis quiditate, in 31. de eius traductione, et 32. de ipsius remissione agit magister in litera. De conceptu virginali c. 27

Circa distinct. trigesimam secundam quæritur, Vtrum peccatum originale remittatur in baptismo.

Qvod non: Priuatio non intelligitur nisi per habitum sibi oppositum, sed iustitia originalis, cuius ipsa est priuatio, non restituitur in baptismo. ergo. Maior patet per effectum. Nam post baptismum remanet rebellio uiriũ quæ sunt inferiores.

Contra id est Magister in litera.

Respondeo ad istas quatuor quæstiones. Ad primam dico, peccatum originale esse in infantibus iustitiæ debitæ nuditatem factam per inobedientiam Adæ, per quam sumus omnes filii iræ, sicut ait Anselmus: Et probatur hoc, quia peccatũ formaliter est iniustitia. ergo & iniustitia secundum eundem est carentia iustitiæ debitæ.

Tunc ad rationes. Ad primam de Adam dico, quòd habuit carentiam talis iustitiæ, scilicet actu proprio. talis autem carentia non est propriè peccatum originale, sed quando habetur actu alieno.

Ad secundam dico, quòd Angelus non est capax huiusmodi iustitiæ, uel si est capax habet eam.

Ad tertiam dico, quòd in baptismo soluitur debitum habendi tale donum, & commutatur in debitum habendi aliud donum æquale, & istud manet, quàm diu peccat grauius, tamen est hoc donum secundum scilicet gratiam perdere peccando.

Ad quartam q. quatuor sunt uidenda. Primum qualiter ab anima contrahitur infectio à carne. Secundum qualiter sentiatur caro infecta. Tertium qualiter inficitur anima ab ipsa. Quartum qualiter ab ipsa infectione liberatur.

Quantum ad primum dicitur, quòd peccans in carne causauit quædam qualitatem morbidam cõtinentem curuitatem uoluntatis, quæ dicitur fomes, & est quoddam pondus in carne excitans motus sensuales, & inclinans animam ad consentiendum carni. Hẽricus quolib. q. 23. quære eundẽ quolib. 1. q. 22. et quol. 2. q. 11. et Antiquos. Quære D. Thomam prima secundæ q. 81.

De tertio dicitur, quod in instanti creationis, & infusionis animæ anima inficitur à carne infecta sicut pulchrum pomum à uase infecto.

De secundo dicitur, quòd uel tota caro parentum fuit hac qualitate infecta, uel si non tota ista, saltẽ quę sentiatur ex feruore libidinis, inficitur. & hoc uidetur sentire Augustinus, quia hoc attribuit libidini, & non propagationi.

De quarto dicitur, quòd uel illa curuitas manet in uoluntate, quam incurrit peccando, uel saltem manet fomes in carne quomodocunq;, reatus tamen manet præcisè, tanquam pœna præcedentis peccati, & materia exercendæ uirtutis, & per hoc patet solutio ad quæstionem. Idem ibid.

Ad rationes respondeo & primum dico, quòd peccatum uoluntarium non oportet semper esse ipsi habenti, sufficit. n. ab alio. Augustinus autem loquitur de actuali.

Ad secundam dico, quòd ad istud peccatum cõcuccunt duo. s. carentia iustitię, sicut formale & debitum habendi eam ut materiale, sicut in aliis priuationibus concurrunt priuatio, & aptitudo ad habitum. non ergo sufficit, si nullus peccet actualiter, cum sit ibi carẽtia, quæ non habet causam, nisi negatiuẽ. s. non dans.

Ad tertiam quæstionem dico, quòd nullus defectus ab origine est inculpabilis, nisi iste. Phylosophus autem non intellexit ista. Arist. non ista intellexit.

Ad tertiam quæstionem potest responsio patere ex dictis. Tunc ad primam rationem dico, quòd talis infectio non est à carne in animam, & sic potest concedi confirmatio Augustini.

Ad secundum dico, quòd pęna illa seu infectio in carne non est causa culpe principalis, sed quasi instrumentalis.

Ad quartam quæstionem dico, quòd peccatũ originale remittitur in baptismo. Ad rationem in oppositum dico, quod iustitia originalis restituitur in Deo æquiualenti, uel eminentiori. Sed hic dubitatur, quia cum iustitia originalis non sit formaliter gratia, igitur eius oppositũ. s. priuatio non erit formaliter priuatio gratiæ, & p cõsequẽs nõ poterit stare cum gratia, & sic, licet gratia detur, manebit peccatum originale.

Respondeo, & dico, quòd illa originalis iustitia potuit esse sine gratia, non èconuerso.

DISTINCTIO XXXIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXIII. Quæritur.

VTRVM

VTRUM PECCATO ORIGINALI debeatur sola carentia visionis diuinæ pro pœna.

Scotus 2. sent. dist. 33. q. 1.

Quæstio prima.

Magister agit de peccati originalis punitione.

CIrca distinct. trigesimam tertiam quæritur, Vtrum solum pœna damni debeatur peccato originali.

De fide ad Petrum. ca. 24.

QVOD non: Augustinus de fide ad Petrum: Firmissimè tene, & nullatenus dubites, omnes, q sine baptismo moriuntur, æterni ignis supplicio puniendos.

Aug. in ench. cap. 89.

CONTRA id est Magister in litera, quia dicit q eorum pœna omnium pœnarum est mitissima, qd aliter non habet ueritatem.

Quid sit peccatum originale.

RESPONDEO ad solutionem istarum quæstionum. Primo dicā, quid sit peccatum originale. Secundo, utrum actualiter sit materia. Tertio utrū possit remitti per gratiam. Quarto, qualiter cōtrahitur. Quinto, quæ punitio sibi debeatur.

De primo dico, quòd secundum Augustinum, Omne peccatum est formaliter iniustitia, & iniustitia est carentia iustitiæ igitur peccatum originale est iniustitia originaliter. Vnde Anselmus dicit, s. de peccato illo, ad quod paruuli tenentur, aliud uidere nequeo, nisi carentiam iustitię originalis, cum debito habendi eam. Notandum autē, quòd peccatum originale nō est carentia iustitię, quam quisque tenetur, & debet habere ex suis actibus, quia illa est iustitia actualis & iniustitia opposita non est iniustitia actualis, sed est carentia illius iustitiæ, quā quilibet debet habere à Parentibus, qui eam acceperunt pro se, & pro nobis.

De concéptu uirginali c. 27

De secundo dico, quòd sic. Nam nullus naturaliter generatus habet iustitiam originalem. Quod patet, quia nullus sentit in se illam tranquillitatem uirium, quæ sunt inferiores ad superiores, quam iustitia faciebat originalis. Immo quilibet sentit rebellionem, & tamen quilibet naturaliter natus de Adam & debitor illius iustitiæ, quia ipse accepit eam pro se, & pro omnibus ab eo descendentibus naturaliter, sed per actum suum perdidit eā pro se, & pro omnibus, pro quibus eam acceperat. ergo quilibet naturaliter natus de Adā habet carentiam illius iustitiæ, cuius erat debitor, & talis carentia est peccatum originale, ut patet ex primo articulo. ergo & hæc est deductio Anselmi, ubi supra.

CONTRA: Non uidetur rationale, quòd acceperit eam pro omnibus, ex quo perdidit sine nostra culpa.

Respondeo, quòd non sic diceres, si non perdidisset, sed obediendo meruisset eam pro se, & tamen sine tuis meritis. Præterea non tic displiceret tibi de natura, quam accepit pro te.

ITEM contra: Quia Adam saltem quo ad imputabilitatem recuperauit eam, alias fuisset damnatus. ergo non debemus nasci cum tali imputabilitate.

Respondeo, quòd recuperauit eam tali modo pro se, quòd nō potuit pro nobis, quia non tantū ualebat, quantum natura humana.

De tertio dico, quod priuatio tollitur uel per habitum sibi directè oppositum, uel per aliud, qd continet uirtualiter illum habitum. Exemplum est, si intellectiuum continet uirtualiter sensitiuū introducta anima intellectiua in materia, statim, tollitur ab ea priuatio ad formam sensitiuam. Modò autem sic est, quòd gratia continet uirtualiter iustitiam originalem, quia unit ultimo fini perfectius, quàm ipsa; & peccatum originale est carentia talis iustitiæ, ut patet ex primo Articulo. ergo per gratiam tollitur, non tamen gratia tollit rebellionem illam totaliter, & consequitur tranquillitatem, sed habet alium effectum perfectiorem. s. perfectiori modo unire ultimo fini, & ita gratia est perfectior, ex hoc, quia ipsa sufficit sine illa, & illa non sufficiebat sine ista. Exemplum.

De quarto dico, quòd infectio & qualitas morbida carnis concupiscenter generatæ est quasi materiale in peccato originali: Carentia autem, de qua dictum est in primo Articulo, est formale. & ista carentia est in uoluntate, quæ erat subiectum originalis iustitiæ. Vnde Anselmus, ubi supra, assignat duplicem rationem, quare Christus non cōtraxit originale; tum quia non fuit filius naturalis Adæ, tū, quia caro Beatæ Virginis fuit primo purgata & illa per primam excludit formale peccati originalis, quia ex hoc sequitur, quòd non fuit debitor illius iustitiæ, quam Adam accepit. per secundam excludit materiale peccatum. ergo originale quantum ad suum materiale contrahitur ex naturali propagatione. Quantum uero ad suum formale non contrahitur, ut aliqui dicunt ex infectione caussata in anima à carne infecta, sed quia anima filii est forma illius personæ, quæ cum sit filia Adę, est debitrix originalis iustitiæ, & quia caret eadem &c. De conceptu uirginali c. 19 Quare Christus nō cōtraxit peccatum originale.

De quinto dico, quòd propter authoritatem Augustini supradictam, scilicet, quòd paruuli sine baptismo decedentes habebunt etiam pęnam sensus, sed secundum omnes non habebunt pœnam uermis, quę est tristitia de omissione beatitudinis ex propriis demeritis, quę est maxima pœna in dānatis, non quidem, quòd doleant de commissione propter dei offensam, sed quia ex hoc uident se perdidisse tātam beatitudinem ex suis demeritis. In enche. 28

Sed nunquid tristabuntur uidentes se priuatos beatitudine, ad quam cognoscent se ordinatos;

Dico, quòd non, uel quia non habebunt cognitionem in particulari de summa fœlicitate, quia ex puris naturalibus non poterunt eam cognoscere, & Deus reuelabit eis, sicut reuelabit damnatis ad augmentum eorum pœnæ. Vel quia si habebunt, aut ex puris naturalibus, aut ex Dei reuelatione, non tamen tristabuntur, quia ex Dei ordinatione hoc erit, quòd sint cōtenti de statu suo. tristitia autem ex his est, quæ accidunt nobis in uitis secundum Augustinum 14. de Ciuit. Dei. Paruuli sine baptismo decedentes, nō tristant ut. 14. de ciuit. le cap. 15.

Sed nunquid habebunt aliquam cognitionem naturalem?

turalē? Dico, q̄ sic; Quia habebūt sui ipsius cognitionem, & multorū suorum sensibiliū sibi occurrentium perfectam, & forte perfectiorem, quàm habuerunt phylosophi, quia nō habebunt tot peccata. nec ex hoc eorum status redditur mutabilis, quia solum erunt immutabilea, quantum ad hoc, quòd non potuerunt mereri. Vnde & beati perficiunt in cognitione contingentium, sicut patet de reuelationibus, quæ quandoque eis fiunt. Ex primo igitur articulo patet solutio primæ quæstionis. Et ex secundo Articulo patet solutio secundæ quæstionis. Ex tertio articulo patet solutio quæstionis tertiæ. Ex quarto articulo solutio quartæ quæstionis. Ex quinto articulo solutio quintæ quæstionis.

Paruuli I lymbo speculantur naturalia

Ad argumenta respondendum est. Ad primū principale dico, quòd peccatum, quod in Adam fuit, non fuit originale, sed actuale, quia non ex origine ipsum accepit, sed ex proprio actu. In nobis est è conuerso, sicut patet.

Ad secundum dico, quòd peccans post baptismum non amplius est debitor originalis iustitiæ, sed gratiæ, quæ est, quid perfectius.

Ad primum primæ quæstionis dico, quòd uoluntarium dicitur, uel quia formaliter est in uoluntate, uel quia in potestate uoluntatis. Primo modo patet, quòd est uoluntarium peccatum originale, quia omne peccatum est in uoluntate secundum Anselmum, ubi supra. Secundo modo est uoluntarium, non quidem, quòd sit uel fuerit in potestate uoluntatis cuiuslibet, sed alicuius, quia ipsius, quia uoluntariè peccauit. s. Adam.

Ad secundum dico, quòd & à quolibet non potest uitari peccatum originale, ab aliquo tamen quandoque potuit euitari. s. ab Adam.

Ad tertium dico, quòd demeritoriè est ab Adā, permissiuè à Deo, effectiuè à generante, concupiscenter quantum ad suum materiale. Quantum uerò ad suum formale, non oportet habere causam efficientem, cum sit priuatio, sed deficientem & hanc habet, ut patet ex quarto articulo.

Contra: Effectua in actu requirit causam in actu, sed peccatum Adæ non est modo in actu. ergo non est causa demeritoria modo.

Respondeo, quòd hoc habet ueritatem de causa efficienti, sed de causa meritoria, uel demeritoria nō; illud patet de Christi passione, quæ est pro nobis meritoria.

Vide in 4. dist. 2. q. 1.

Ad quartum dico, quòd licet dicatur deffectus naturalis in quantum consequitur totam naturam humanam, est tamen culpa, in quantum in aliquo fuit uoluntaria. s. in Adam.

Ad argumenta tertiæ quæstionis patet solutio ex dictis in quarto articulo. Concedo enim conclusionem illam.

Ad argumentum quartæ quæstionis patet solutio ex tertio Articulo.

Ad authoritatem Augustini, & ad quintam quæstionem, dicit unus Doctor, quòd Augustinus loquitur ibi excessiuè contra hæreticos, qui dicebant paruulos non baptizatos saluari. Vel dicendum est, quòd sic intelligitur authoritas Augustini, quòd punientur supplicio æterno, idest pœna damni. &c.

D. Bona. dist. præsenti Art. 3. q. 1. soluen primum principale.

DISTINCTIO XXXIIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXIIII. Quæritur,

VTRVM PECCATVM SIT A BONO sicut à causa.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 34. q. 1. Art. 1.
Scotus 2. sent. dist. 34. q. 1.
Ricardus 2. sent. dist. 34. q. 3.
Durandus 2. sent. dist. 34. q. 3.

Quæstio prima.

Circa distinct. trigesimam quartam quæritur, Vtrum malum sit à bono tanquam à causa secunda, & in bono, tanquam in subiecto.

Magister agit de peccato actuali.

Qvod non à bono, ut à causa, quia contrarij non est causa contrarij.

Item Matth. ait: Non potest arbor bona malos fructus facere. Matth. cap. 7.

Qvod non sit in bono, sicut in subiecto: accidens denominat subiectum, sed malum non denominat bonum. Vnde Isa. Væ uobis, qui dicitis bonum malum, & malum bonum. Isaias cap. 5.

In oppositum est Magister in litera.

Respondeo, & primo dico, quid sit malum. Secundo Vtrum sit in entibus. Tertio, Vtrum habeat causam effectiuam. Quarto, qualiter habeat causam, Quinto, Vtrum habeat causam subiectiuam.

De primo dico, quòd malum, uel est priuatio, uel negatio boni. Talia aut cognoscuntur p habitus sibi oppositos. ergo incipiendum est à bono. Bonum autem, & perfectum idem 5. Met. Perfectum autem est duplex; Vnū, cui nihil perfectionis deest absolutè, & tale est perfectū intrinsecè, & essentialiter, cuiusmodi est primum principiū, quod includit omnem perfectionem absolutè. Alterum, cui nihil deest perfectionis non absolutè, sed perfectionis nata sibi inesse. Bonum igitur, si ue perfectum primo modo dictum nō habet malum sibi oppositum contrariè, nec priuatiuè; sed solum contradictoriè. Primo non contrariè, quia nullum aliud sibi malum est natum inesse. Contraria autem sunt nata fieri circa idem, nec aliquod bonū sibi deficit, & ita nullo bono priuatur. Bonū autem, uel perfectum secundo modo dictum habet malum sibi oppositum priuatiuè, quia aliquo bono priuatur tale perfectum, non enim includit omnem perfectionem absolutè. Priuatio autem perfectionis naturaliter dicitur malum naturæ, priuatio autem boni, uel perfectionis moralis in actu dicitur malum morale, & hoc de primo articulo.

Quid sit malum.

5. met. cōt. 21 Perfectū duplex est.

Quid sit malum naturæ.

Quid sit malum morale.

De Secvndo dico, quòd malum contradictoriè oppositum bono, & perfecto primo modo

mo modo dicto, non est, nec esse potest in entibus, quia illud bonum est necesse esse, & ita non potest esse, & per consequens contradictorium suum non potest esse; sed malum priuatiuè oppositum bono, & perfecto, Secundo modo dicto esse potest, & est in natura. Patet de modo naturali, siue naturæ, quia non omnia entia creata habent communem perfectionem sibi natam inesse, sicut patet de monstris, & de intellectu, siue scientia, & huiusmodi. Patet etiam de malo morali, quia non omnis actus uoluntatis habet rectitudinem sibi debitam inesse.

Opinio Manichei.

De tertio sciendum, quòd Manicheus posuit primum malum imprincipialiter, à quo sunt omnia mala, sicut primum bonum, a quo sunt omnia bona. Sed falsitas huius erroris patet. Nam, ut patet ex secundo Articulo, omne malum, quod est in entibus, est priuatio, uel negatio boni, siue perfecti secundo modo dicti, & ita summum malum est priuatio maximi boni nati inesse alicui. ergo summum malum est in aliquo magis bono, omni ente creato, quia illud, quod est natum recipere maximum bonum, est perfectum secundum naturam.

Item non potest esse imprincipiatum. Quod probatur sic: Contradictio, quæ est maxima in uno contradictoriorum, non est possibilis in reliquo contradictorio, sed necesse est ex se esse optima contradictio in summo bono scilicet esse summum bonum, & necesse esse. ergo non conuenit summo malo etiam quocunque modo sibi opponatur, ergo esse suum non est ex se necesse esse, ergo est ab alio; sed non est ab alio, malo, tum quia istud ponitur esse primum malum, tum quia est processus in infinitum. ergo est ab aliquo bono.

Malū aliquo modo est à bono.

Dico igitur, quòd malum aliquo modo est à bono, patet de malo naturæ, quia cum illud sit carentia alicuius perfectionis naturalis, ista carentia erit aliquo modo à producente illum effectum, & hoc uel quia non fuit potens producere effectum perfectum, uel quia si fuit potens, non habuit tantam materiam dispositam, uel quia fuit impeditum à fortiori agente, & tamen de se est bona natura, seu ipsum agens. Patet etiam de malo morali; quia uoluntas non produxit actum rectum, quia aliquo modo noluit. ergo.

De quarto dico, quòd effectus substractus illi carentiæ rectitudinis, quæ carentia dicitur malum moris, uel effectus substractus illi carentiæ perfectionis, quæ dicitur malum naturæ; habet causam efficientem. Nam quicunque actus est ab aliquo agente per se, ut patet; & ista quæ est causa efficiens per se posita istorum subiectorum, est causa defectiua illarum carentiarum, & ita malum habet causam defectiuam, accipiendo malum formaliter pro illa carentia, & hæc est sententia Augustini. 22. de Ciuitate Dei ubi dicit, quòd bonum est causa mali, non effectiua, sed defectiua.

Malum habet causam defectiuam.
Cap. 9. & 78.
Quō bonū sit causa mali.

De quinto dico, quod cum malum, quòd est in entibus, sit priuatio, uel negatio alicuius boni, uel rectitudinis, ut patet ex dictis, habet causam subiectiuam eo modo, quo negationes, & priuationes sunt in subiectis. Priuatio non est nisi negatio in subiecto apto secundum Anselmum. Subiectum accidentium non potest esse nisi aliquod ens positiuum, & tale ens est bonum, quia conuertitur. ergo malum aliquo modo est à subiecto, sicut à causa, & à bono est aliquo modo sicut à subiecto.

De conceptu uirginali cap. 5. & de casu diaboli c. 16.

Ad duo prima argumenta principalia responsio potest patere ex dictis.

Ad tertium, ubi adducitur Isaias, dico, quòd proximum subiectum mali naturæ est carentia alicuius perfectionis naturalis. ergo non est bonum, quod conuertitur cum ente. sed ipsum ens, quia caret tali perfectione. Et sic proximum subiectum mali moralis non est rectitudo in actu, sed ipse actus; & ideo non potest dici, quòd propriè bonum est malum, sed illud, quod est bonum bonitate, quæ conuertitur cum ente, est malum in quantum caret perfectione sibi debita, & consimiliter suo modo de actu. Dicitur ergo malum esse in bono, & in eo, quod est bonum, ut patet. Isaias enim redarguit illos, qui dicebant malum formaliter esse bonum formaliter, ut fornicationem, & idolatriam esse bonam, & id genus alia.

Quid sit proximum subiectū mali moralis.

DISTINCTIO XXXV.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXV. Quæritur,

VTRVM PECCATVM SIT PER SE corruptio boni.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 35. q. 1. Art. 1.
Scotus 2. sent. dist. 35. q. 1.
D. Thomas prima secundæ q. 85. Art. 1.
Ricardus 2. sent. dist. 35. q.
Durandus 2. sent. dist. 34. q. 4.

Quæstio prima.

Circa distinctionem trigesimam quintam quæritur, Vtrum malum formaliter sit corruptio alicuius boni.

Quod Non: Per Augustinum, qui ait: Peccatum est dictum, uel factum, uel concupitum contra legē Dei, & habetur etiam in textu. sed neutrum istorum est formaliter corruptio. ergo.

Ca. 25. cōtra faustum.

Contra id est Magister in littera.

Respondeo, quòd primo uidendum est, cuius boni malum sit corruptio. Secundo quid sit formalius in peccato, uel auersio à bono incommutabili, uel conuersio ad bonum commutabile. Tertio, Vtrum peccata distinguantur specie. Quarto, Vtrum peccatum sit maius

allo. Quinto, Vtrum aliquod peccatum sit infinitum. Sexto, Vtrum peccatum possit augeri in infinitum.

D. Bona. lib. 2. dist. 35. Ar. 1. & 2. q. 1.

D. Thomas prima secundæ. q. 85.

De primo dicit una opinio, quòd corrumpit naturam. Quod probatur per illam parabolã Lucæ: Vbi dicitur, quòd ille, qui incidit in Latrones, fuit uulneratus etiam in naturalibus. Alia opinio dicit, quòd corrumpit gratiam. Tertia opinio dicit, quòd corrumpit uirtutes morales, quia existens sine gratia, potest peccare, & tunc peccatum non corrumpit gratiam, sed aliquid de uirtute morali.

CONTRA primam opinionem sic arguo: Si peccatum corrumpit naturam, ergo tantum possunt multiplicari peccata, ꝙ corrumperetur tota natura. Quod est falsum.

RESPONDEO, quòd corrumpit secundum partes eiusdem proportionis, sed non eiusdẽ quãtitatis, & ita nunquam potest tota deficere.

Sed contra; Peccatum sequens potest esse ęquè intensum. ergo corrumperet partem naturæ eiusdem quantitatis, uel maioris, quàm corruperit peccatum primum. ergo.

CONTRA opinionem secundam sic arguo: Paganus ante gratiam potest peccare, & etiam fidelis perdita gratia, quia post primum peccatũ mortale potest adhuc peccare. ergo peccatũ non semper causabitur post corruptionem gratiæ per gratiam,

Item omne generabile est corruptibile, quia p oppositum; non generabile, non est corruptibile, sed gratia non generatur naturaliter, sed supernaturaliter creatur, ergo per nullum agens creatum potest corrumpi. sed perditur Deo subtrahente ab ea conseruationem, ita quòd peccatum nõ est causa efficiens eius corruptionis, sed causa demeritoria eius subtractionis.

Gratia p nullũ agens creatum põt corrumpi.

CONTRA opinionem tertiam sic: Vnus in summo uitio suo mortaliter potest peccare mortaliter. ergo peccatum non semper corrumpit aliquid de uirtute morali.

Item peccatum stat cum uirtute. ergo non corrumpit ipsam, nec aliquid eius. Consequentia patet, quia qua ratione stat cum uno gradu, potest stare cum quocunque. Antecedẽs patet, quia uno perfectè uirtuoso moraliter peccãte mortaliter, non statim corrumpit habitus morales in eo, ut patet, immo adhuc habet inclinationem ad benè operãdum, ut patet, quòd multi pagani habuerũt uirtutes morales. ergo.

DICO ergo ad primum articulum, quòd uolũtas est nata habere rectitudinem inclinando actũ ad iudicium rectæ rationis, non solum habitualiter, immo etiã actualiter, & respectu omnis actus, q̃a elicit ex opposito, & ex hoc est debitrix istius rectitudinis actualis, q̃n ergo deformiter elicit actum ad iudicium rectæ rationis, priuat se ista rectitudine actuali, cuius est debitrix, & hoc facit in omni peccato actuali, & ita quodlibet peccatum est priuatio, & corruptio, & carentia istius rectitudinis, quæ est quoddam bonum suum scilicet uoluntatis,

Quodlibet peccatum est priuatio rectitudinis.

Ad illam ergo parabolam de uulnerato dico, quòd hæc est differentia inter uulnerationem, & mutilationem, quia uulneratio est diuisio continui, sine amotione partis; Mutilatio uerò cum amotione, & ita dico, quòd peccans spiritualiter uulneratur in natura, non quòd ab ea aliquid amoueatur, sed diuiditur spiritualiter, q̃a redditur magis inhabilis ad bonum.

Discrepantia inter uulnerationem, & mutilationem.

De secundo Articulo dico, quòd auersio à bono incommutabili est formaliter in omni peccato mortali, ita quòd omne peccatum est formaliter peccatum per illud. Sed auersio duplex est, uel formalis, uel uirtualis. Formalis dicitur uel contrariè, uel contradictoriè. Contrariè auertit se à Deo, quia actu odit Deum. Contradictoriè, siue negatiuè auertit se à Deo, quia non diligit Deum quando debet, & ita odium Dei, & non delectatio Dei est, quando quis à Deo se formaliter auertit, aut contrariè, aut negatiuè. Virtualiter autem auertit se à Deo, qui auertit se ab aliquo, quod est peccatum, necessarium ad consequendum ipsum Deum. Exemplum: Qui negat conclusionem, quæ inducitur ex præmissis, negat conclusionem formaliter, & præmissas uirtualiter. Et dico, ꝙ quanto illud, à quo formaliter se auertit peccator, propinquius est ipsi ultimo fini, tanto uirtualiter se auertit ab ipso fine, cæteris paribus, & ita peccatum maximum est odium Dei actuale, sic tamen sit potentiale in natura, quia ipsum est formalis auersio à Deo cõtrariè. Cõsequẽter majus peccatũ est non diligere Deũ, quando debet, quia est auersio formalis negatiuè, & ideo de hoc est primum præceptum, immo omnia præcepta primæ tabulæ sunt ad hoc. Et inter peccata, quæ sunt auersio, quæ sunt à Deo uirtualiter, ista sunt grauiora, quæ auertunt ab eo, quod est magis propinquum, & necessarium fini, cæteris paribus. Patet igitur, quòd omne peccatum formaliter est auersio formalis, uel uirtualis à bono incommutabili. Et per consequens ista auersio est formaliter in peccato; immo nihil est formale sine ipsa. Vnde conuersio ad creaturam sine auersione à Deo, non est peccatum.

Auersio duplex est.

Pulchrũ exemplum.

De tertio dico, quòd cum peccatum sit formaliter auersio, & auersio sit formaliter carentia, & priuatio rectitudinis debitæ in actu, & priuationes distinguantur specie per habitus, ut cæcitas, & surditas per uisionem, & auditum; sequitur, quòd peccata distinguuntur specie secundum, quòd rectitudines, quarum sunt priuationes, distinguuntur specie, & hoc potest esse respectu diuersorum, ut patet, quia alia & alia rectitudo acquisita in actu respectu alterius, & alterius obiecti, & etiam respectu eiusdem, quia respectu eiusdem obiecti requiruntur quandoque actu diuersæ rectitudines, & ideo priuatio alterius rectitudinis, est aliud & aliud peccatum specie.

Omne peccatum est formaliter auersio.

Priuationes distinguuntur specie per habitus.

De quarto dico, quòd ille articulus patet ex secundo.

De quinto dico, quòd peccatum materialiter

sumptum

sumptum pro actu substracto, semper est finitum formaliter, quia habet causam efficientem, & subiectiuam formaliter finitam, peccatum autem cū sit formaliter deformitas, & priuatio mensuretur per habitum, quem priuat. omnis autem rectitudo in actu est formaliter finita, ut patet. ergo omne peccatum est finitum formaliter, & intensiuè; obiectiuè autem illud peccatum, quod est auersio formalis à Deo uel contrariè, uel negatiuè, formaliter est obiectum infinitum. Alia autem sunt infinita obiectiuè non formaliter, sed uirtualiter, quia uirtualiter infinita est auersio à bono infinito, ut patet.

Quo uolūtas possit peccare in infinitum. De sexto dico, quòd si uoluntas conseruaretur in uia per tempus infinitum, posset peccare in infinitum, quia per gratiam sibi collatam est debitrix omnium rectitudinum, quæ sunt natæ inesse in quolibet suo actu. Si ergo per suum peccatum diminuerit substractione gratiæ sibi primo collatæ, quilibet suus actus poterit esse priuatus rectitudine sibi debita, & ita si in infinitum conseruetur, uoluntas sine gratia in infinitum poterit multiplicare peccata, & ita reatus, qui remanet ex peccatis scilicet obligatio ad pœnam, poterit augeri ad infinitum augumentum esse actu.

Ad principale argumentum de Augustino dico, quòd dictum, factum, concupitum ponuntur in illa descriptione peccati loco materię, uel subiecti, & loco formæ ponitur contra legem Dei. Istud autem formale est priuatio rectitudinis. & cætera.

DISTINCTIO XXXVI.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXVI. Quæritur,

VTRVM PECCATVM SIT POENA peccati.

Seraphycus Bona. 2. sent. dist. 36. q. 1. Art. 1.
Scotus 2. sent. dist. 36. q. 1.
D. Thomas prima secundæ. q. 87. Art. 2.
Ricardus 2. sent. dist. 36. q. 1.
Durandus 2. sent. dist. 36. q. 2.

Quæstio prima.

CIRCA distinctionem trigesimam sextam quęritur, Vtrum peccatum sit pœna peccati.

1. retractatio nū c. 25. & 26. QVOD non per Augustinum: Omne iustum est à Deo, sed omnis pœna peccati est iusta, nullum autem peccatum est à Deo. ergo nullum peccatum est pœna peccati.

Rom. cap. 1. CONTRA id per D. Paulum, ad Rom. qui ait de phylosophis: Propter quod, idest propter peccata tradidit eos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quę non licet.

Respōdeo, & dico, quòd pœna non solum est pœna mali incommodi, sed etiam absentia boni commodi, seu priuatio, & hoc patet in materiali exemplo, non enim pœna omnis posita in Ciuitate est personalis, sed aliqua est pecunialis, quæ solum est carentia boni commodi, i. pęcunię. Materiale exēplum. Modo autem sic est, quòd bonum iustum est maius bono commodi; ergo carentia boni iusti est maior pœna, quàm carentia boni commodi. Omne autem peccatum formaliter est carentia debitæ rectitudinis in actu, quæ est quoddam bonum iustum. ergo omne peccatum est pœna.

CONTRA: Nulla pœna est uoluntaria, sed omne peccatum est uoluntarium. ergo nullum peccatum est pœna.

RESPONDEO, quòd Maior non est uniuersaliter uera. nam Martyres uoluntariè moriebantur, & tamen mors erat eis pœna, quia contra naturalem eorum inclinationem.

Sciendum autem, quòd omnis pęna est passio, & peccare cum sit uoluntarium uidetur, quòd sit agere. Omnis pœna est passio. Vnde dico, quòd uolūtas habet actum, qui est de genere actionis, propter quem producit actum, qui est uolitio, qui actus est de genere qualitatis. Non enim beatitudo, quæ consistit formaliter in intellectione, & uolitione, consistit in motibus. Tunc dico, quòd uoluntas debet habere actum rectè de genere actionis, per quem producat uolitionem rectam, & conformem suę glorię. Quādo igitur peccat, caret istis uirtutibus, & tunc per actionē non rectam producit in se nolitionē non rectam. Est ergo uoluntas libera, & dominatiua, & augumentatiua in producendo actionem, per quam producit uolitionem. Sed est passiua nū quam libera in suscipiendo in se formaliter uolitionem. Et isto secundo modo peccatum est in ea pœna, quia caret formaliter ea rectitudine, quæ est quoddam bonum iustum. Quo peccatū sit pœna in uoluntate.

Ad argumentum principale dico, quòd omne iustum est à Deo effectiuè, sed iustum priuatiuè est à Deo permissiuè; peccatū aūt est carentia, & priuatio, & Deus iustè permittit, ꝙ peccās careat illa rectitudine, quę est quoddam bonum iustum, ex quo suis demeritis perdidit gratiam, quæ erat necessaria sibi ad habendam rectitudinem omniū circunstantiarum in actu, nō est sibi imponendū, uel imputandum, si non habet illas rectitudines, ex quo non habent gratiam, sine qua actua recti non possunt haberi.

Ad hoc respondet Anselmus, & dicit, ꝙ impotentia non excusat, quando quis incidit etiā in pœnam uoluntariè, sed peccatum uoluntariè facit illud, per quod perdidit gratiam, secundo, etiā quia uoluntariè neglexit eam recuperare.

DISTINCTIO XXXVII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXVII. Quæritur,

VTRVM PECCATVM POSSIT ESse à Deo.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 37. Art. 1.

Scotus 2. sent. dist. 37. q. 1.
D. Thomas prima secunda. q. 79. Art. 1.
Ricardus 2. sent. dist. 37. q. 1.
Durandus 2. sent. dist. 37. q. 1.

Quæstio prima.

CIRCA distinc. trigesimam septimam quæritur, Vtrum actus substractus deformitatis, quæ est peccatum, sit à Deo.

QVOD non: Aliquis est malus non nisi prohibitus, ut comestio pomi ucititi, si ergo talis actus est à Deo, omnis deformitas, quæ est ibi, à Deo est, quia ut patet, non est ibi deformitas per omissionem alicuius conditionis.

Psal. 68.

CONTRA id est Augustinus super illud Psalmi: In fixus sum in limo profundi, & non est substantia. Vbi dicit, quòd omnis substantia, idest, omne ens eo modo, quo est, aliud positiuum est à Deo.

RESPONDEO, & dico primo quòd aliquo modo est à Deo. Quod probo dupliciter, primo sic: Omne positiuum, quod non est ex se necesse esse, est ab alio, & sic est à causa prima, uel immediatè, uel mediante causa secunda. ergo.

Secundo sic: Idem actus numero secundum substantiam potest esse meritorius, uel demeritorius propter aliam & aliam circunstantiam, sicut patet de danda eleemosina; sed actus meritorius aliquo modo est à Deo secundum actus. ergo. Secundo uidendum est, qualiter à Deo est. Hic est duplex opinio, & utraque probabilis: Vna dicit, quòd non oportet omnem actum, & effectum causæ secundæ esse immediate à Deo effectiuè, & elicitiuè, sed sufficit, quòd causa secunda habeat esse, & uirtutem à Deo, ut conseruetur in esse à Deo, & quòd etiam Deus assistat actui, & effectui causæ secundæ per generalem influentiam, & conseruationem ex causa secunda ex se totaliter eliciat proprium actum, & efficiat proprium effectum. Probatur hoc authoritatibus, & rationibus:

Eccle. cap. 15.

Ab initio fecit Deus hominem, & dimisit eum in manu consilii sui.

Item Augustinus de Ciuit. Dei sic ait: Res

7. de ciuit. dei cap. 30.

Deus administrat, ut proprios actus motus agere sinat.

Item per rationes sic: Nulla causa est libera, nisi habeat in potestate sua actum, qui dependeat ab alia causa in agendo eam, cuius motio non est in sua potestate. sed patet, quòd agere Dei non est in potestate uoluntatis nostræ, ergo & uoluntas nostra non est libera, sed non est totalis causa cum obiecto suæ uolitionis. Nam obiectum non impedit suam libertatem, nec habitus, quia sunt causæ minus principales agentes naturaliter, & ita quantum est ex se semper agunt.

Item effectus productus à duabus causis, quarum una est principalior alia; si causa principalior est determinata, nunquam effectus erit contingens quantuncunque causa minus principalis sit determinata. Si ergo omnis nostra uolitio est elicitiuè à uoluntate Dei, cum uoluntas Dei sit determinata ab æterno ad omnem uolitionem, alias esset mutabilis, & sic causa principalior sequitur, quòd propter nostrum liberum arbitrium nihil contingenter eueniat.

Item si omnis nostra uolitio est à Deo elicitiuè, cum Deus sit causa principalior, sequitur, quòd Deus prius natura eliciat, quàm uoluntas nostra, licet simul tempore. In illo ergo priori, uel uolitio est recta, uel non recta, si recta; ergo non poterit esse non recta à uoluntate nostra, quia causa principalior est formatior, uel non uincitur à causa principali, minus, si est non recta, non poterit esse recta à uoluntate nostra propter eandem causam. ergo ad nostram uoluntatem non pertinebit mereri, neque demereri.

Alia opinio uidetur habere rationes formationes. Prima est talis: Si omnis actus, & effectus causæ secundę non est à Deo effectiuè, Deus non est præscius omnium futurorum. Probatio est: Nam si Deus ab æterno uidit hanc uoluntatem in tali nũc debere elicere talem uolitionem, ista præuisio non est infallibilis, quia ex quo uoluntas creata esset formalis causa suæ uolitionis, posset se determinare ad oppositum: ita quòd non esset determinata ad illud, quod Deus præuidit.

Opinio aera Scoti.

Item sequeretur, quòd Deus non esset omnipotens. Et probatur, quia si Deus uoluit ab æterno me uelle in tali nunc talem uolitionem adueniente tali nunc, potest uoluntas uelle cõtrarium, ex quo est totalis causa suæ uolitionis. sed uoluntas, quę non impletur in omnibus, quæ uult, non est omnipotens. ergo.

Item quia non esset ordo, & connexio essentialis inter causas in causando, sed solum in essendo.

Item tunc non quælibet creatura haberet rationes ad Deum in ratione triplicis causæ. s. efficientis exemplaris, & finalis.

Item pro hac opinione sunt bonæ rationes, & authoritates in secunda distinct. huius de successione in æuo. Scotus non determinat se hic ad aliquam partem, sed dicit in reportatis, quòd utraque opinio substineri satis potest. Videtur mihi, quòd duę primæ rationes opinionis secundæ æquè concluderent pro illis, qui uolitionem ponunt omnem elicitiuè esse à Deo, & à uolũtate creata, nisi ponatur, quòd uoluntas creata, uel agit de necessitate naturæ, & non liberè, uel agit uiolenter coacta ad agendum à Deo; hæc autem patere possunt intuenti. Et quia utrumque istorum est falsum, relinquitur, ut uidetur, quòd illæ duæ rationes sunt sophisticæ. Scotus non soluit hic rationes opinionis, tu uero solues tibi rationes opinionis illius, quæ tibi minus placet. Vide tamen aliqua pro opinione secunda in loco præassignato.

Vide in 2. dist. huius de successione in æuo.

Scotus hic nõ se determinat

Sed nunquid peccatum, ut peccatum, possit esse à Deo; Dico, quòd non directè. Ratio est, quia peccatum formaliter est à Deo, uel formalis; uel uirtualis; sed Deus non

An peccatum sit à Deo.

potest

potest auerti à se, nec formaliter, nec uirtualiter, ergo non potest causare peccatum in alio. potest autem concedi peccatum, in quantum est pœna alterius peccati, quod aliquo modo est à Deo. Sed nunquid Deus de potentia absoluta posset causare in uoluntate creata unam uolitionem nõ rectam; Dico, quòd sic, & tamẽ non propter hoc causaret peccatum.

Primum probatur, quia actus naturaliter prior est sua rectitudine, uel curuitate. Sed Deus potest influere in prius, non influendo in posterius.

Secundum probatur, quia tunc uoluntas, in qua esset talis uolitio, non esset debitrix illius rectitudinis, quæ deberetur illi actui, ex quo actus non esset ab ea, & ita uoluntas illa non peccaret, & per consequens Deus non esset causa alicuius peccati.

Ad argumentum principale dico, quòd quando Deus causaret illum actum neutrum, tunc non esset aliquo modo deformis. Non enim est deformis, nisi in quantum causaretur ab illo, cui est prohibitus. &c.

DISTINCTIO XXXVIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXVIII. Quæritur,

VTRVM INTENTIO SIT ACTVS solius uoluntatis.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 38. q. 1. Art. 1.
Scotus 2. sent. dist. 38. q. 1.
Ricardus 2. sent. dist. 38. q. 1.
Durandus 2. sent. dist. 38. q. 2.

Quæstio prima.

Magister agit de his, quę cõcurrũt ad peccatum ut uoluntas & intẽtio finis. 2. phys. cõtex. 46. & inde.

CIRCA distinct. trigesimam octauam quæritur, Vtrum intentio sit actus solius uoluntatis respectu alterius finis.

QVOD NON solius uoluntatis, & sic: Agens per se agit propter finem. Omne agens per se intendit finem, sed non omne agens per se est uoluntarium. ergo.

QVOD non respectu ultimi finis: quia uoluntas potest intendere aliquando finem ultimũ propinquum, & non ultimum.

OPPOSITVM uult Magister in litera.

RESPONDEO, & dico primo, quòd omnis intentio propriè dicta est actus uoluntatis, quod patet. Nam intendere est in aliud tendere. ergo nulla potentia, quæ ad aliud trahitur, habet actũ, qui est intentio, sed omnis potentia naturalis non libera trahitur quasi ab obiecto, & ideo dicitur agere de necessitate naturæ. ergo non habet propriè intentionem.

Quid sit intẽdere. Vide D. Bona. dist. præsẽti. Art. 1. q. 1. in solutione.

Secundo Dico, quòd est respectu finis ultimi. Finis autem ultimus dicitur uel quia ulterius simpliciter non ordinabilis in alium finem, & sic non oportet, quòd omnis intentio uoluntatis sit respectu istius, uel quia tunc ultimus, quia actualiter est finis ultimi intentus, licet habitualiter sit intelligibilis, uel ordinabilis in alium finem ulteriorem. Et tunc dico, quòd omnis intentio uoluntatis respectu finis ultimi est acceptio istorum modorum.

Quare dicatur finis ultimus.

Ad primum principale dico, quòd omne agens per se agit propter finem, sed ii est agens non uoluntarium, non intendit ipsum finem, sed intenditur in finem ab intelligentia cognoscente ipsum.

Ad secundum patet responsio ex dictis.

DISTINCTIO XXXIX.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXIX. Quæritur,

VTRVM SYNDERESIS SIT IN intellectu.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 39. q. 1. Art. 1.
Scotus 2. sent. dist. 39. q. 1.
D. Thomas prima parte summæ q. 79. Art. 12.
Ricardus 2. sent. dist. 39. q.
Durandus 2. sent. dist. 39. q. 4.

Quæstio prima.

CIRCA distinct. trigesimam nonam quæritur, Vtrum conscientia sit in intellectu.

QVOD NON: Quia si sic, ergo habens plus de intelligentia, & de cognitione, haberet etiam plus de conscientia, quod tamen patet frequenter esse falsum.

CONTRA: Actus conscientiæ est accusare se ipsum, iudicare, testificari, & scire. Vnde Apostolus: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. sed patet, quòd isti sunt actus intellectus. ergo est in intellectu. Corinth. c. 4.

SECVNDO quæritur, Vtrum Synderesis sit in intellectu.

TERTIO, Vtrum omnis conscientia liget ad obseruantiam sui ipsius.

QVARTO, Vtrum plus peccet, qui facit contra conscientiam erroneam, quàm qui facit secundum eam.

RESPONDEO ad intelligentiã secundę quęstionis, & dico, quòd intellectus non solum habet notitiam, de per se notis speciebus, immo etiam de practicis; ita quòd principia prima practicæ agibilium sunt resolubilia in alia principia, & sunt nota ex terminis, sicut speculabilium.

Tunc ultra dico, quòd uoluntas in uia non necessariò uult illud bonum, quamtumcunque clarè sibi ostensum, sed posset habere actum negatiuum circa utrumque, ut dictum est, propter tamen naturalem ordinem intellectus, sicut etiam difficile est sibi non condelectari sensitiuo propter connaturalem ordinem appetiuum, licet

Quid sit synderesis.

licet tamen non sit impossibile, sicut patet in factis, & perfectis uiris. Tunc igitur dico, quòd synderesis, quæ dicitur aliquid resistens contra malum, & dicitur quoddam onus inclinans uoluntatem ad bonum, non est aliud nisi habitus principalior agibilium, per quem habitum uoluntati semper ostendit intellectus illa principia practica per se nota de recte agibilibus, & recte refugiendis. & ideo quando uoluntas agit deformiter consurgit ibi remurmuratio, quæ nõ est aliud, nisi clara ostensio de malo fugiendo, & bono sequendo. Patet autem, quòd omnis habitus cognitiuus est in intellectu.

Quæ sit remurmuratio.

Ad Primam quæstionem dico, quòd per actum istius prædicti habitus principalioris agibilium generatur in intellectu unus habitus de conclusionibus practicis, inclusis in illis principiis, per quæ habitus intellectus de agibilibus conclusionibus, quid esset agendum, & fugiendum conclusit per necessarias rationes practicas, & illud iudicium conclusit per præcedentem electionem uoluntatis, & sic uoluntas assuescit eligere & secũdum istud iudicium generabitur in ea habitus merè uirtuosus, contra generabitur habitus oppositus.

Quæ nam sit cõscientia, & quò differat à synderesi.

Est autem supponendum, quòd illud iudicium sit rectum, tunc dico, quòd conscientia non est aliud, nisi iste habitus conclusionum practicarum, & tunc patet, quomodo differt à synderesi, & patet, quòd est in intellectu, & etiam, quòd habitus mathematicus, & speculatiuus posset per unum actum aggenerari in intellectu, quia posset prima uice intellectus uidere sic necessariam rationem de una conclusione mathematica, scilicet, quòd triangulus habet tres angulos, & cætera, quòd statim haberet habitum de tali scientia. Nec autem sic in uoluntate de habitibus moralibus, quia isti generantur per electiones contingentes, & ideo per quam plurimas.

Conscientia erronea põt esse quatruplici gradu.

Ad quæstionem tertiam dico, quòd conscientia erronea potest esse in quatruplici gradu; Vno modo, quòd credat esse mortale, quod non est mortale, sed ueniale. Secundo modo, quòd credat esse mortale, quod est indifferens. tertio modo, quòd credat esse mortale, illud, cuius oppositum est mortale, puta, quòd credat esse mortale non furari, uel aliquid tale. Quarto modo, quòd credat mortale non esse mortale, sed potius meritorium.

Tunc dico, quòd quælibet ligat, sed differunt. Prima ligat ad non faciendum contra ipsam, quia si faceret contra ipsam crederet peccare mortaliter, & ita contemneret salutem. si tamen faciat secundum ipsam, nec peccat, immo meretur, ut se sic cauendo à ueniali. Secunda ligat ad non faciendum contra eam eodem modo, & propter eandem causam, sed faciendo secundum eam, nec peccat, nec meretur ex quo est de actu indifferente.

Tertia, & quarta ligant non quidem ad faciendum secundum, nec ad faciendum contra eam, si enim faciat secundum eam, facit contra legem Dei, & sic peccat mortaliter, nec excusat eum ingnorantia, quia est ignorantia prauæ dispositionis, & non negationis, faciendo etiam contra eam peccat mortaliter, quia facit contra saltem. ergo ligat ad deponendum eam.

Ad quartam quæstionem dico, quòd de tertia, & quarta conscientia erronea, plus peccat faciendo secundum eam, quàm contra eam, quia cum sit contra legem Dei; lex diuina plus ligat, quàm lex erronea, quam sibi fabricauit. Exemplum ad hoc est Augustini de natura boni; de illo, cui unum præcipitur à Rege, & oppositum à iudice.

Exemplũ Augustini de Pro Consule præcipiente unũ, & alio inferiore Præcipiente contrarium.

Ad argumentum principale primæ quæstionis dico, quòd cæteris paribus ille, qui plus habet de intelligentia, plus habet de conscientia, sed potest accidere contrarium, uel quia actu non tantum considerat de agibilibus, uel quia considerat quasdam rationes sophysticas ad oppositum, puta de honoribus & huiusmodi, quas ille alius non considerat. &c.

DISTINCTIO XL.

CIRCA DISTINCTIONEM XL. Quæritur,

VTRVM OMNIS ACTVS SIT BOnus ex fine.

Seraphycus Bona. 2. sent. dist. 40. q. 1. Art. 1.
Scotus 2. sent. dist. 40. q. 1.
Ricardus 2. sent. dist. 40. q. 1.

Quæstio prima.

Circa distinctionem quadragesimam quæritur, Vtrum omnis actus sit bonus ex fine tantum.

Qvod sic: Actus est sufficienter uerus ex principio. ergo est sufficienter bonus ex fine, quia sicut principium in speciebus, ita finis in practicis. 2. phy. cõ. 89

Oppositvm uoluit Augustinus in litera.

Actus habet triplicem bonitatem.

Respondeo quòd actus habet triplicem bonitatem scilicet naturalem, moralem, & meritoriam primam habet ab efficiente, à quo est substantia actus, quia illa conuertitur. Est. n. bonitas naturalis actus idem, quod substantia actus. Bonitas moralis est duplex; Vna ex genere, & istam habet actus ex obiecto. tunc enim actus est bonus ex genere, quando transit super debitum obiectum, & ista bonitas est quasi materialis respectu alterius. Alia est ex circunstantijs, & ista est, secundum quam actus dicitur laudabilis, uel uituperabilis moraliter, & ista non consistit in uno tantum, sed consurgit ex omnibus debitis circunstantijs, & quòd una deficiente non consurgeret, omnibus tamen alijs suppositis, sicut & hæc

Quæ sit bonitas naturalis. Bonitas moralis est duplex.

pulchra-

pulchritudo non est una qualitas absoluta, sed est una conformitas, consurgens ex multis qualitatibus, & similiter sanitas est una conformitas consurgens ex debita proportione humorum, & ideo uno humore solo improportionato facto cessat sanitas, & una qualitate existente improportionata cessat pulchritudo. Istam bonitatem habet actus principaliter ex fine, quia finis circunstantia est principalis, & aliæ sunt ad ipsam. Bonitatem uerè meritoriam habet actus à causalitate inclinãte in ordine ad Deum acceptantem.

Ad rationem principalem nego consequentiam, quantum ad propositum. Nam bonitas plurificatur, plusquam ueritas. & etiam plura requiruntur ad bonitatem, quàm ad ueritatem. &c.

DISTINCTIO XLI.

CIRCA DISTINCTIONEM XLI.

Quæritur,

VTRVM ALIQVIS ACTVS POSsit esse indifferens.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 41. q. 3. Art. 1.
Scotus 2. sent. dist. 41. q. 1.
D. Thomas prima secundæ q. 18. Art. 9.
Ricardus 2. sent. dist. 40. q. 3.
Durandus 2. sent. dist. 41. q. 3.

Quæstio prima.

Circa distinctionem quadragesimam primã quæritur, Vtrum aliquis actus humanus sit indifferens.

10. met. contex. 15. QVOD NON: Quia inter priuationem, & habitum non est medium, bonum, & malum sunt huiusmodi, & omnis actus est bonus, uel malus. ergo non est aliquis actus medius.

4. met. cõtex. 27. Præterea si esset dare actum medium. ergo & habitum. hoc autem est falsum. & probatur consequentia, quia ex actibus generatur habitus.

OPPOSITVM uoluit Ambr. in littera.

RESPONDEO, quòd loquendo de bonitate naturali, dico quòd non, quia si actus habet perfectionem, quam natus est habere naturaliter, dicitur bonus naturaliter; si non habet, dicitur malus naturaliter.

Item inter habere, & non habere non est medium. loquendo uerò de bonitate morali, dico q̃ sic. Nam colligere festucam, nec est bonus, nec malus actus ex genere, quia obiectum nec est debitum, nec indebitum moraliter. Dare elehemosinam pauperi non propter aliquem finem bonũ, nec malum, sed quoniam causaliter non est actus bonus ex circunstantijs, ut patet, & ideo non est laudabilis, nec tamen est uituperabilis, quia non est cõtra mores. Loquẽdo uerò de bonitate meritoria, dico, quòd nullus actus est meritorius, nisi sit illius, qui actualiter habet gratiam, & nisi sit aliquo modo ordinatus in Deum. & tunc dico, q̃ actus hominis existẽs in gratia est triplex, scilicet,

Quid sit uerus actus meritorius.

uel quando actualiter ordinatur in Deum, ut quã do quis cogitat actu hunc actum facere propter Deum, uel uirtualiter; ut quando quis assumit sibi unum laborem propter Deum, non tamen in toto labore semper actualiter cogitat de Deo; uel habitualiter, uel aptitudinaliter, ut quãdo quis facit aliquid, quod aliquo modo esset reducibile in Deum, non tamen refertur illud in Deum, nec actualiter, nec uirtualiter. Primo modo dico, q̃ est actus meritorius ille, qui actu dirigit in Deũ, & dico etiam, quòd secundo modo est actus meritorius non actualiter relatus in Deum. sufficit enim uirtualiter. Tertio autem modo non est actus meritorius. Non enim existens in gratia semper meretur in omni opere suo, nec existens sine gratia semper actualiter demeretur. Actus primi scilicet primo & secundo modo sumpti habent actus oppositos, & hoc dicitur scilicet contrariè, uel priuatiuè, uel negatiuè. Actus oppositi cõtrariè, patet, quòd sunt demeritorij, puta facere aliquid contra Deum, uel semper actualiter hoc cõgitando, uel uirtualiter, ut in principio operationis dirigit ad hoc suam intentionem. Oppositi autem actus negatiuè non oportet, quòd sint demeritorij, nisi essent actus de se uirtuales moraliter, & tunc rediret ad hoc, quòd essent actua oppositi contrariè uirtualiter, puta si quis furaretur, nõ faciendo contra Deum, sed pro lucro, tunc enim uirtualiter esset actus contra Deum, quia contra eius præceptum. Tunc ad propositum dico, quòd existens in gratia, & sine gratia, potest habere actum indifferentem meritoriè. patet hoc de existente in gratia, quia potest habere actum actualiter, & uirtualiter relatum in Deũ, nec tamen con trariè sibi oppositum, formaliter, nec uirtualiter, talis actus, nec esset meritorius, nec demeritorius. Quod patet etiam de non existente in gratia, quia posset habere actum bonum moraliter, & laudabilem, tamen non esset meritorius accipiendo meritum ad uitam. Non enim posset de congruo mereri gratiam. Multos autem alios actus posset habere indifferentes, ut patet intuenti.

Triplex est actus hominis existentis in gratia.

Vide etiã D. Thomã 1. 2. q. 18. Artic. 9. uide D. Bonau. dist. præsenti Art. 1. q. 3.

Ad primum principale dico, quòd non cõcludis nisi respectu bonitatis naturalis, nõ autem de morali, quia non omnis actus humanus est subiectum actuum respectu meriti, & demeriti.

Ad secundum concedo conclusionem eo modo, quo dictum est ad primum.

DISTINCTIO XLII.

CIRCA DISTINCTIONEM XLII.

Quæritur,

VTRVM PECCATVM POSSIT esse in cogitatione.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 41. q. 1. Art. 2.
Scotus 2. sent. dist. 42. q. 1.
D. Thomas prima secunda. q. 75. Art. 2.
Ricardus 2. sent. dist. 41. q. 1.
Durandus 2. sent. dist. 41. q. 2.

Quæstio prima.

Magister recitat dictum Hieronymi, in quo innuitur, qđ peccatū consistit in cogitatione, sermone, & opere.

Circa distinc. quadragesimam secūdam quę ritur primo, Vtrum in cogitatione possit esse ratio peccati.

Qvod non: Peccatum est in uoluntate, sed cogitatio non est in uoluntate. ergo.

Item omne peccatum est uoluntarium, sed cogitatio non est uoluntaria, cum sit in potentia nō libera, sed naturali, quia ab intellectiua.

Item contrariorum est eadem cogitatio, sed cogitatio de bono est bona. ergo cogitatio de malo est bona.

Super Ezechielem: 12. de tri cap. 12. Magister 1 lit tera capite illo: Modi autē &c.

Contra id est Hieron. in littera & Augustinus 12. de Trin.

Secvndo quæritur, Vtrum ratio peccati possit esse in uerbo sine sermone.

Tertio Vtrum in operatione.

Quarto Vtrum diuisio Hieronimi, quam ponit in littera de peccato, sit bona.

3. de libe. Arbit. cap. 15.

Respondeo ad primam quęstionem & dico primo, quòd peccatum formaliter non est nisi in uoluntate. Vnde Augu. 3. de libero arbitrio dicit, quòd peccatum nulli imputatur, nisi uoluntati.

Item per rationem, quia omnis alia potentia à uoluntate agit de necessitate suæ naturæ. Nulli autem imputatur, si agit eo modo, quo accepit naturam agendi.

De conceptu uirginali cap. 4.

Dico autem, quòd in actu alterius potentiæ à uoluntate, si cadit sub imperio uoluntatis, potest esse peccatum secundario, & per accidens, & si non cadit sub eius imperio, non potest esse peccatum, & ideo omnis actus, qui aliquo modo habet rationem peccati, est à uoluntate elicitus, uel imperatus. Hoc patet per Anselmum, Vbi dicit, ꝙ uoluntas mouet nos ad alias potētias, sicut instrumenta sua; sicut ergo tenetur rectè mouere se ad actus elicitos, ita tenetur rectè mouere potentias alias, quas mouet. Quod si non facit, in ea est peccatum formaliter, & in alijs potentijs, quæ secuntur imperium uoluntatis non rectum, est peccatū secundarium & quasi materialiter.

Primæ cogitationes nō cadunt sub imperio uoluntatis.

8. de tri. ca. 4.

Secundæ cogitationes cadunt sub imperio uoluntatis.

Sciendvm autem, quòd primæ cogitationes non cadunt sub imperio uoluntatis, quia cogitatio præcedit primum actum uoluntatis, dicente Augustino: Inuisa diligere possumus, & ideo in talibus primis cogitationibus nullo mō est peccatum, nec formaliter, nec materialiter. Secundę uerò cogitationes cadunt sub imperio uoluntatis.

Sciendvm insuper, quòd primus actus & secundus non accipiuntur quocunque modo. Nam non est intelligendum, quòd uoluntas possit prohibere intellectum, quòd non intelligat idē obiectum prima uice, & semel. Nam occurrente intellectui specie patris mei actu phantasiata malis cogitationibus uoluntatis, intelligam eum, quamuis alias multotiens intellexerim. Agunt enim intellectus, & species de necessitate naturæ tāquam duę causæ partiales illius actus intelligendi. Accipiuntur ergo primus, & secūdus pro principio, & pro continuatione eiusdem cogitationis. Itaque principium non subiacet imperio uoluntatis, quia occurrente specie in actu, statim intellectus intelligit, sed subiacet eius imperio cōtinuatio, quia uoluntas potest sibi imperare scilicet intellectui, ꝙ dimittat illam cogitationem, & accipiat aliam, ita quòd cogitet de alio obiecto, & patet, quòd ita debet accipi primum & secundum, quia uolūtas non potest prohibere nisi illud, quod actualiter sibi præsentatur ab intellectu. ergo oportet, ꝙ præintelligatur.

Duo dubia notanda.

Primū dubiū.

Sed de modo istius prohibitionis sunt maxima duo dubia. Vnum, quòd continuatio actus est ab eisdem causis, à quibus est principium actus. ergo si non potest prohibere principium pro eo, quòd causæ agūt naturaliter, sicut, quòd possunt; Nec uidetur posse prohibere cōtinuationem potentiæ.

Secūdum dubium.

Alterum dubium est, quia uoluntas nō potest imperare intellectui, quòd cogitet de aliquo obiecto, nisi actualiter ꝑsentet sibi illud obiectū. Confirmatur primum dubium, quia præsente obiecto ipsi uisui, nunquam uoluntas potest prohibere uisionem, nec quò ad principiū, nec quò ad continuationem, nisi imperando alij potentiæ actu impediente illum, puta palpebris, quòd claudant se, uel manu, quòd ponant obstaculum; uel potentiæ motiuæ capitis, quòd uertat se ad aliam partem, &c.

Ad primū dubium.

In contrarium est experientia. Ista duo dubia à diuersis diuersimodè soluentur. Nam illud, cuius ueritas ignoratur, multipliciter exponitur.

Dico ad primum, quòd uoluntas aliquo modo concurrit, ut causa, ad secundam cogitationē, siue cogitationis continuationē. Hoc probo, quia uirtus finita fortius agit unita, quàm dispersa, sed uirtus animæ est finita. ergo fortius agit, quando omnes potentiæ conuertunt se ad idem obiectū, quàm quando dispergūtur ad diuersa. Et hoc per experientiam, quia cogitatio fit intensior, quādo uoluntas sibi cōplacet in ipsa, quàm quando non sibi complacet. Quòd possit concurrere uoluntas, patet, quia est causa superior ad intellectum.

Ad secūdum dubium.

Ad secundum dubium dico, quòd sicut uisus uidet unum punctum perceptibiliter, & complete, multa autem incompletè, & quasi imperceptibiliter, & tamen actualiter ita intellectus de intelligit unum perceptibiliter, & completè, intelligit multa alia simul scilicet incompletè, & quasi imperceptibiliter, & tamen actualiter nisi forte intellectio illius unius esset intantum intensa, ꝙ non compateretur secum aliquam aliam quantumcunque incompletam. Ex his duabus solutionibus dico, quòd secunda cogitatio, siue cōtinuatio cogitationis subiacet imperio uoluntatis uno modo, quia uoluntas, cum sit potentia libera, potest subtrahere suam causalitatem, quæ erat necessaria ad illam continuationem ex prima solutione. Alio modo imperando intellectui, ꝙ fingat se ad intelligendum perceptibiliter & completè illud, quod intelligebat imperceptibiliter, & incomplete, quasi tamen actualiter ex secunda solutione. Et tunc oportet, quòd desistat à prima

cogi-

cognitione, & sic clarius patet solutio secundi dubij.

Ad confirmationem primi dubij dico, quòd non est simile de uisu, & intellectu, quia est maior colligantia uoluntatis, & intellectus naturaliter, quàm sit intellectus ad sensus exteriores. Et ideo ibi concurrit, ut causa, & hic non.

11. de tri. cap. 9. 15. & 27.

3. de tri. ca. 4. & 9. de tri. ca. 3. & 10. de tri. cap. 1. & alibi.

Ista sententia uidetur esse de mente August. qui dicit frequenter. 11. de Tri. quòd ad imperfectam intellectionem, idest ad continuationem, & intensionem intellectionis est necessaria intellectio uoluntatis copulans, sed non ad primam intellectionem, cum ipse dicat alibi: Inuisa diligimus. Et quòd solutio secundi dubij sit uera scilicet quòd requiratur actualis intellectio, licet incompletè illius, quod uoluntas imperat, quod intellectus intelligat, & non sufficiat habitualis, ut quidam dicunt, patet. Nam non potest imperare de quocunque habitualiter noto. Exemplum: Mane audiui in scholis aliquod notabile, & intellexi, & proposui scribere post prandium. Veniente autem hora, uolui scribere illud, quia sum memor propositi, saltem inconfuso, sed non possum, quia tradidi illud obliuioni distinctè, satis uoluntas potest imperare, quòd intellectus intelligat, donec actualiter occurrant sibi illæ species, & tamen habitualiter nouit, quod patet, quia in sequenti mane non audiendo iterum, recordabitur illius: ergo. Ex dictis patet ad propositum, quod cogitatio secunda etiam sine consensu uoluntatis exequendo in opere peccatum esse peccatum mortale tantũ posset esse prolixa, & indebita, ex quo est sub imperio uoluntatis.

Speculare diligenter hoc exemplũ Authoris.

Sed cõtra solutionem primi dubij sunt tria dubia, Primum est sic: Posterius non est naturaliter causa prioris, sed uolitio est natura posterior cogitatione. ergo.

2. post. cõtex. 6.

Secundum: In causis eiusdem generis non est circulus, sed intellectus mouet uoluntatem effectiuè, ergo non èconuerso.

Tertium: Memoria est sufficiens principium actiuum respectu perfectissimæ intellectionis, Quod patet, quia uoluntas in diuinis non concurrit, ut principium, respectu uerbi, ut patet.

Ad primum dico, quòd prima cogitatio est natura posterior, ut patet ex dictis.

Contra: Secunda cogitatio est realiter idem, quod prima, cum sit Intentio eius, & continuatio.

Respondeo, quòd non est inconueniens, quòd effectus ipsius etiam actus concurrat, ut causa respectu intensionis eiusdem actus. Exemplum: Vltimus actus qui generat habitum, posset durare idem numero, & intenderetur ratione habitus generati, ita ꝙ habitus concurreret, ut causa respectu intensionis illius actus, cuius ipse est effectus.

Exemplum.

Ad secundum dico, quòd iste circulus est impossibilis, quod effectus causæ recauset causam eandem eodem genere causationis, sed in proposito non sic. non enim intellectus causat uoluntatem sed obiectum, uel species in intellectu concurret, ut causa partialis respectu uolitionis, & postea uoluntas cum uolitione concurret, ut causa superior ad intellectionem, & continuationem intellectionis, quia non præexistebat etiam intensio actus, ad quem concurrit habitus, ut causa, ut dixi non præexistebat habitui.

Ad tertium dico, ꝙ uoluntas non concurrit, ut principium respectu intellectionis absolutæ, & simpliciter, sed in nobis sic, respectu continuationis ipsius intellectionis, & hoc patet ex dictis ex intentione Augustini.

Ad duo argumenta principalia patet responsio ex dictis.

Ad tertium dico, ꝙ eadem cogitatio numero potest esse bona, & mala moraliter propter scilicet aliam, & aliam circunstantiam. Dico igitur, ꝙ cogitatio illa est mala, ad quam sequitur inordinata delectatio, uel tristitia.

Ad secundam quæstionem, & ad tertiam dico, ꝙ potentia motiua obedit uoluntati, non quidẽ obedientia politica, sed seruili. ut habetur primo politicorum, nisi forte membrum esset paraliticum, alterum indispositum, subiacet ergo motiua imperio uoluntatis. ergo in sermone, & in operatione, cum sit actus potentiæ motiuæ potest esse peccatum materialiter, & secundario, quando scilicet sequitur non rectum imperium uoluntatis, sed in ipsa uoluntate est tunc peccatũ formaliter.

1. politicorũ cap. 3.

Ad quartam quæstionem dico, ꝙ non diuidit peccatum formaliter, est tamen quædam diuisio totalis peccati, hoc modo, ꝙ peccatum in cogitatione accipitur pro omni peccato interiori, & peccatũ in sermone, & operatione accipitur pro omni peccato exteriori. &c.

DISTINCTIO XLIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XLIII.

Quæritur,

VTRVM VOLVNTAS POSSIT peccare in spiritum sanctum.

Seraphicus Bona. dist. 43. q. 2. Art. 1.
Scotus 2. sent. dist. 43. q. 1.
Ricardus 2. sent. dist. 43. q. 2.
Durandus 2. sent. dist. 43. q. 2.

Quæstio prima.

Circa distinc. quadragesimam tertiam quæritur, Vtrum peccatum in spiritum sanctum sit impossibile.

Magister agit de peccato in spiritum sanctum.

Qvod non: Qui odit me, odit & patrem meũ. ergo peccatum in unam partem est in tota parte. ergo.

Ioan. cap. 15.

Item peccatum in spiritum sanctum dicitur irremissibile in hoc seculo secũdum Augustinum primo retractationum.

Primo retractationum cap. 19.

Oppositvm est in littera.

Respondeo, ꝙ sicut sunt tres distincti Articuli, de tribus distinctis personis, ita possunt esse distincta peccata contra distinctas personas, ita ꝙ peccatum directè, & formaliter esset tantũ cõtra

unam

nnam personam uirtualiter totam cōtra unam totam Trinitatem, quia, ut dictum est, omne peccatum formaliter est auersio à Deo, uel formalis, uel uirtualis. Vnde qui negaret Spiritum sanctū esse personā in diuinis directè, & formaliter peccaret contra personam Spiritus sancti, sed uirtualiter contra totam Trinitatem, quia uirtualiter totam negaret, & licet correlatiua sint simul natura li intelligentia, unum tamen quando directè intelligitur, alterum in eo intelligitur. Dico tamen, ꝙ non sic accipitur in scriptura peccatum in Spiritū sanctum, sed accipitur pro peccato, quod est contra appropriata Spiritui sancto. Appropriatur autem sibi bonitas. Peccatum ergo, quod non procedit ex ignorantia, nec ex passione, sed ex propria malitia, est peccatum in Spiritum sanctū, sed adhuc non omne peccatum tale est proprie peccatum in Spiritum sanctū, sed illa, quę de his sunt maxima. Vnde dico, ꝙ si Deus cū sit summè bonus, in quo nulla ratio est odibilitatis, potest directè odiri, quod non credo; tale odium esset proprium, & primum peccatum in Spiritum sanctū. Sed secūdum peccatum in Spiritum sanctum est de desperatione, quæ est directè contra Dei clementiam, & misericordiam, quæ sunt appropriata Spiritui sancto.

Ad primum patet ex dictis responsio.

Quō peccatū sit irremissibile. Ad secundum dico, ꝙ nullum peccatum est irremissibile in hoc seculo, nisi duret usque in finē, ita ꝙ fiat impœnitentia finalis; & omne peccatum, quod sic durat, est irremissibile. sed speciali modo desperatio est irremissibilis, quia negat Dei misericordiam, quæ est principium remittēdi peccata. &c.

DISTINCTIO XLIIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XLIIII. & ultimam huius secundi Quæritur,

VTRVM POTENTIA PECcandi sit à Deo.

Seraphicus Bona. 2. sent. dist. 44. q. 1. Art. 1.
Scotus 2. sent. dist. 44. q. 1.
Ricardus 2. sent. dist. 44. q. 1.
Durandus 2. sent. dist. 44. q. 1.

Quæstio prima.

CIrca distinctionem quadragesimam quartam quæritur, Vtrum potentia peccandi, prout accipitur pro respectu, sit à Deo.

QVOD NON: Quia si sic; ergo est in Deo eminenter. ergo Deus potest peccare.

CONTRA est Magister in littera.

RESPONDEO & dico, ꝙ potentia peccandi potest accipi pro respectu ad actum substractū deformitati, quæ est peccatum formaliter, & potest dicere fundamētum proximum respectus, & potest accipi pro ordine ad ipsam deformitatem.

PRIMO modo est à Deo, quia ille respectus est positiuus, cum sit ad actum positiuum.

Secundo modo etiam est à Deo, quia illud fundamētum est liberi arbitrij hominis, qui dicit perfectionem. Vnde & liberum arbitrium illimitatū est in Deo.

Tertio modo non est à Deo, quia illa deformitas cum sit priuatio rectitud. nis, non est aliquid positiuum, & per consequens nec ordo ad ipsam est aliquid positiuum.

Ad argumentum principale dico, ꝙ non sequitur. Nam cursus eminenter est in Deo, & tamen Deus non potest currere, quia currere arguit imperfectionem, quia dicit posse deficere.

CONTRA: Pōt Deus facere, ꝙ Petrus currat. ergo pōt facere, ꝙ Petrus peccet, quod est falsum.

Respondeo, quòd non est simile, quia cursus dicit aliquid positiuum, sed peccatum non. Ideo Dico, quòd potentia peccandi secundo modo dicta non est eminenter in Deo, qui est Benedictus in secula seculorum. Amen.

Secundi Libri Sententiarum

F I N I S.

Sequuntur quædam Conclusiones de Creatione, deq; Angelis Ad secundum Librum attinentes.

ANNOTATIONES OMNES SPECTANTES AD OPVS CREATIONIS,

IN QVIBVS D. THOMAS, SCOTVS, ET AVERR. IN IDEM ueniunt, & dissentiunt. & quæ Sancti, & Doctores asserenda esse de Creatione, deq; Angelis declarant.

Prima conclusio.

Gen. cap. 1.

Comm. 18. contex. 53.

DIuus Thomas in Prologo secundi sent. & Scotus in 2. dist. 1. q. 2. tenent nouam rerum creationem de nihilo, iuxta dicta Moysis. Auerr. perfidus negat nouam creationem rerum 12. met. iuxta illud primi Physicorū; Omnes, qui de natura locuti sunt, in boc conuenerūt, quòd ex nihilo nihil fit. Verum est factione noua, quæ est cum tempore, motu, & mutatione; Factione uerò antiqua sempiterna producta sunt à prima intelligentia per simplicem emanationem, ut uerbis utar Algazelis, ex nihilo.

II. Conclusio.

D. Thomas in 2. sent. dist. 1. q. 1. & Scotus in 2. dist. 1. q. 3. tenent, quòd Deus potuit producere Mundum ab æterno, in qua conclusione conuenit Auerr. cum teneat sempiterna, & necessaria habere causam effectiuam sui esse, ut patet in libro de Substātia orbis. D. Bonauentura in 2. sen. distin. 1. q. 2. negat. Videndum est, an in uia Arist. Intelligentiæ sint creatæ nec ne. Hic sunt duę opiniones diuersæ. Prima tenet partem negátiuam, ꝙ scilicet, intelligentiæ inferiores non sint creatę, & sic negat creationem æternam. Secūda opinio, quòd sic. Et probatur ex doctrina Commentatoris, in libro de Substantia orbis, Vbi dicit, ꝙ finis significat Agena significatione æterna, ita quod ubi est causa finalis, ibi est causa efficiens. Intelligentiæ habent causam finalem. ergo etiam habent causam efficientem, ergo productę. Amplius ex Arist. in 2. Physi. Vbi diffiniens causam finalem dicebat; Finis est, gratia cuius aliquid fit. Tunc sic; Intelligentię habent finem, ergo gratia eius sunt factæ ab efficiente, ergo habent causam efficientem.

Cap. 2.

Cap. 2.

Contex. 81.

Vltimò confirmatur; Finis in tantum causat, in quantum monet efficiens ad agendum, motu saltem metaphorico, licet non reali. Intelligentiæ habent finem, ergo & efficientem causam. Propter hæc uerba, & cōsimilia, Arist. semper tenuit, quòd datur creatio æterna intelligentiarum.

Doctissimus Alexander Achilinus de Intelligentijs quolib. 2. sic arguit: Omne creabile, est extrahibile de potentia ad actum, sed intelligentiæ inferiores non sunt extrahibiles de potentia ad actum, ergo, &c.

Maior probatur; Quia transit de non esse ad esse. Minor sic: Intelligentiæ non sunt extrahibiles, quia ex Arist. sunt semper purissimi actus, & nullam habēt admixtā potentiā, ergo inextrahibiles.

Respondetur ad minorem, cum maior sit uerissima, quòd Intelligentias esse extrahibiles, potest intelligi dupliciter, Vno modo de potentia subiectiua ad actum formalem, & specificum, ut sunt omnes formæ materiales, quæ extrahuntur uirtute agentis naturalis ad actum specificum, & sic est uera minor, quia Intelligentiæ sunt purissimi actus, & propterea non extrahuntur. Alio modo potest intelligi, quòd sint extrahibiles de potētia obiectiua ad actum existentiæ, & hoc modo ab æterno sunt extrahibiles, quia primo fuerunt cognitæ, postea uerò creatæ.

Ecce quō datur potentia obiectiua et secūdū Arist. 9. met. cōtex. 13.

Sed dubitatur, & ingeniosè, sic:

Si Intelligentiæ inferiores ab æterno fuerunt extractæ, ergo non esse earum præcessit esse, ergo non æternæ.

Respondetur & negatur consequentia, quia illa processio fuit non secundum tempus, sed secūdum ordinem naturę, ut de filio Dei exempli causa tenemus, quòd est æternus, tamen ponimus ordinem suæ generationis, secundum ordinem originis, non secundum tempus, quia primo consideramus ipsum ingenitum, postea uerò genitum.

In æternis nō est processio temporis, sed naturæ tantū 1. Cœl. contex. 105.

Hæc de prima ratione istius Philosophi. Secundò Intelligentiæ inferiores si sunt creatæ ab æterno aut ex ente, aut ex non ente, si primo, ergo non fuerunt creatæ, quia creatio est ex nihilo. Si secundo, ergo non ens, & priuatio recipit esse, quod est falsum.

Respondetur per hanc bimembrem propositionem sic; Intelligentiæ inferiores æternæ sunt ab æterno creatæ, ex ente effectiuè, ex non ente priuatiuè, quia non esse præcessit esse, ut Terminus à quo.

Tertiò; Productio substantiæ non fit nisi in tēpore, sed productio intelligentiarum non potuit esse in tempore, quia æternæ, ergo nullo modo productæ.

Respondetur sic primò ad formam; Productio substantiæ (in uia peripatetica) est duplex, alia cum motu, & mutatione, quæ est in sublunaribus omnibus entibus, alia est productio substantiæ, quæ uidelicet est sine motu, & transmutatione, & est quædam simplex emanatio, pullulatio, & hæc est Creatio æterna, qua fuerunt creatæ Intelligentię, ex quo facilè potest respōderi, ad hoc argumentum propositum.

Productio duplex.

Quartò, & ultimo: Aeternum, & ingenitū conuertuntur; Intelligentiæ sunt æternæ, ergo ingenitæ, improductæ, ac increatæ.

Respondetur, quòd Ingenitum duplex, aliud per motum, & mutationem; alterum uerò nō per

motum,

motum,& mutationem,ut Intelligentiæ,aliud uerò per simplicem emanationem, ut Deus. Authoritas Arist. intelligitur de primo ingenito, nõ de illo Intelligentiarum, & sic patet solutio argumentorum.

III. Conclusio.

(Cap.2.) Auerroes in 1.lib. de Substantia orbis, tenet necessaria habere causam effectiuam sui esse, & in Destruct. Destruction. Disput.3.dubio 18. Vt declarãt Zimara, Theor. 46.& Suess.5.met.q.4.licet Gandauensis 8.Physi.q.22. dicat oppositum; Auerroi consentit Scotus in 1.dist.8.q.ulti.in 2. distinc.1.q.1.& 3.& 7.q.quolib. Ab ijs duobus discrepat D.Thomas, prima parte summæ. q.62.artic.2.& ut rei ueritatem quàm plenissimè metiri ualeamus, adduco loca Arist. & Auerr.in quibua asserere uidentur sempiterna habere causam effectiuam. (Contex.4.) Aristoteles enim 2.met. principia sempiternorum sunt uerissima, quia sunt causa ueritatis in alijs.

Item 5.met. (Contex.6.) Nihil prohibet quorundam necessariorum esse alteras causas, uidelicet, efficientem,& finalem, similiter, (Contex.35.) 12.met. Ab hoc principio pendet cœlum,& natura.

Item primo Cœli: (Contex. 100.) A primo ente omnibus cõmunicatum est esse, ijs quidem clarius, illis uerò obscurius. (Cap.2.) Auerr.in lib.de Substantia orbis: Cœlum non solum indiget uirtute mouente tantum, sed etiam largiente in se,& in eius substantia, permanentia æterna.

IIII. Conclusio.

D.Thomas in prologo 2. sent. & Scotus in 2. dist.1.q.2.tenent, Mundum esse creatum à Deo de nouo. Perfidus Auerr. insectatus uestigia sui Præceptoris Arist. (Comm. 50.) tenet primo cœli, Mundum esse æternum, secundum speciem.

V. Conclusio.

D.Thomas in 2.sentẽ. dist.1.q.1.& Scotus in 1.dist.2.q.1.& in 2.distinc.1.q.1. nec non in 7.q. quolib. tenent Deum agere ad extra contingenter,& liberè, & per uoluntatem, iuxta illud Psal. (Psal.113.) Deus autem noster in cœlo omnia, quæcunque uoluit fecit, & ideo potest producere omnia producibilia contingentia, immediatè, & mediante causa secũda, etiam ad suum beneplacitum, quod posset modo, si uellet, ipse Deus causare pluuiam absque hoc, quod Sol, & Astra calida eleuent uapores ad medium aeris regionem, tenent tamen de facto Deum operari effectus contingentes ad extra mediantibus causis secundis, non ad sui impotentiam, sed ad sui magnificam gloriam ostendendam, teste Aug.7.de Ciuitate Dei, (Cap.30.) dicẽte: Sic Deus res, quas condidit, administrat, ut proprioa motus agere sinat. (Comm.15.) Perfidus Auerr.8.Physi. ponit ordinem necessarium inter causam primam,& secundam ita, quòd causa prima non posit causare aliquod nouum absque causæ secundæ concursu. Ita quòd tota nouitas effectiua reducatur ad causas secundas, hoc est, quòd prima causa, non posit causare hominem, neque plantam, nisi mediante causa secunda, iuxta illud 2.physici: (Contex.26.) Sol,& homo generant hominem,& 8.Physi. (Contex.15.) A uoluntate antiqua non prouenit noua factio, sine mutatione sui, in quo tamẽ mentitur Auerr. Vide Gandauensem. 12.met.q.5. Achilinum libro de intelligentijs quolib.1.dubio.8.& Zimaram Theor.60.

VI. Conclusio.

D.Thomas in 2.dist.2.q.1.tenet, Aeuum esse mensuram æuiternorum, idest eorum, quæ habuerunt principium,& non habebunt finem, indiuisibilem tamen, sicut tempus est mensura diuisibilis,& sic triplex est mensura durationis rei, uidelicet, Aeternitas, æuum,& tempus. Scotus dist.2. q.3.dicit, quòd æuum est idem, quod existentia primi Angeli, qua omnia æuiterna mensurantur.

VII. Conclusio.

D.Thomas in 2.dist.2.q.1.tenet, quòd omniũ æuiternorum est unum æuum, hoc modo: Nam sicut idem tempus mensurat motum primi mobilis immediatè, & mediante illo motu, mensurat omnia generabilia,& corruptibilia, sic æuum primò mensurat existentiam primi Angeli, & per illam mensurat, postea in duratione, omnia æuiterna, Scotus in 2.distin.2.q.3.tenet, quòd omnium æuiternorum, est unum æuum, uidelicet existentia supremi Angeli.

VIII. Conclusio.

D.Thomas in 2.dist.2.q.1.tenet, quòd operatio Angeli est duplex; una, qua considerat Deum, & superiora, & hæc mensurantur æuo; Alia, qua considerat inferiora,& mutabilia,& hæc mensurantur tempore discreto, quod quidem tempus non cognouit Arist. Scotus autem in 2.dist. 2.q. 4.negat dari tempus discretum, asserens Angeli operationes mensurari æuo, quia quælibet operatio Angeli est permanens.

IX. Conclusio.

D.Thomas in 2.dist.2.q.8.tenet, quòd tempus est mensura intrinseca motus primi mobilis, sic, quòd est terminus ipsius motus, mẽsurantis eius durationem. Dicit enim Philosophus 4.Physic. (Contex. 113.) Tempus est mensura motus secundum prius, & posterius,& sic secundum D.Thomam, tempus, & motus primi mobilis distinguuntur, realiter sicut accidens,& substantia. Scotus autem uidetur contradicere sibi ipsi prima facie, nàm in 2.dist. 2.q.2.tenet, quòd tempus,& motus, non sunt idẽ realiter, ut in 4.dist. 48.q.2.uidetur dicere, quòd sunt idem realiter tempus,& motus, & consequẽter in prædicamento quantitatis. Gandauensis in

4.lib.

4.lib.phyſi.q.18.& 19.dicit ad mentem Auerr.ꝙ motus,& tempus,uno modo, ſunt idem realiter, & eſſentialiter; Alio modo diſtinguũtur,ſi capiatur tempus pro quodam fluxu continuo de Prędicamento quãtitatis, ſic eſt idẽ cũ motu primi mobilis.Si uerò conſideretur, ut eſt numerus numeratus ipſius motus, ideſt, quoddam numerabile, diuiſibile,& partibile, in prius, & poſterius, ſic diſtinguitur à motu,& hoc eſt, quod dicit Scotus in 4.diſt.48.q.2. Quòd tempus uniuerſaliter nil addit ſupra motum niſi ratione menſuræ, concordes ergo ſunt Scotus,& Auerr.

X. *Concluſio.*

D.Thomas in 2.diſt.2.q.1.& Scotus,tenent,ꝙ Angeli non ſunt creati ante corporalem creaturã ex toto, de mẽte D. Auguſtini, & D.Greg.Nàm Venerabilis Beda dicit: Quatuor Deus primò ſimul creauit,uidelicet, Cęlum Empyreum, naturã Angelicam,materiã primã,& tempus. Alij Theologi,ut Gregorius Nanziãzenus, & Damaſcenus aſſeruerunt eſſe creatos Angelos, ante creationẽ aliarum creaturarum omnium, & productionẽ, cui ſententiæ, aliqua in parte uiſus eſt adhærere D.Hiero. in expoſitione Epiſtolæ D. Pauli ad Titum,ubi dicit: Ante rerum creationẽ, erat neſcio quod tempus,& erat immutabile,in quo tẽpe creati fuere Angeli,qui ſeruiebãt Deo, & ideo in hac parte, uidetur conuenire cum Greg. & Damaſceno,licet non in alis,ſcilicet ꝙ in tempore immutabili,quæ opinio non tenetur in ſacra ſchola. Verum nonnulli defendere conantur D.Hierony.ꝙ hoc dixerit,non ex propria mente,ſed referendo opinionem aliorum. Aug.in libello de rerũ Creatione aſſerit,ꝙ Angeli inceperunt cum Cęlo Empyreo cum tempore, cum materia elementorum confuſa.Ita ꝙ quatuor ſimul, & ſemel inceperũt eſſe,Cœlum Empyreũ, Angeli,Tẽpus,& Materia elementorũ confuſa. Quod congruenter probatur, ne uiderentur Angeli creatores rerũ. Poſſet quærere curioſus,Quare Deus non creauerit Angelos,uel ante,uel poſt rerum creationẽ.Reſpondet D.Thomas, quòd hoc prouenit, quia Angeli dependent à diuina uoluntate, quia nobis ignota.

XI. *Concluſio.*

D.Thomas in 2.diſt.2.q.2.tenet, ꝙ Angeli,& omnes beati, ſunt in Cęlo Empyreo,quod eſt corporeum,ſed immateriale,& incorruptibile,niſibi letamen,quod dicitur Empyreũ, hoc eſt igneum à pir,quod eſt ignis,non ab ardore, ſed à ſplendore,hoc idem tenent D. Bonauẽ.in 2.diſt.2.q.1.& Nicolaus de Orbellis diſt.2.q.1.

XII. *Concluſio.*

D.Thomas in 2.diſtin.2.q.2.tenet, ꝙ Cœlum Empyreum, non influit in alia corpora inferiora, quia non per lumẽ emiſſum pôt influere, quia nõ irradiat extra, nec per motum, nã eſt immobile. Hoc idẽ tenet Seraphicus Bonau.in 2. diſt.2.q.2.

XIII. *Concluſio.*

D.Thom.in 2.diſt.1.q.1.& D.Bona. in 2.diſt. 1.dicunt, ꝙ quatrifariam exponitur illud Geneſeos:In principio creauit Deus. In principio,hoc eſt in filio. In principio,hoc eſt ante omne tẽpus, ut in æuo. In principio tẽporis. In principio creationis omnium rerum. Cęlũ,hoc eſt Empyreum tantum,corpus cęleſte;uel ſecundũ Aug. Naturã Angelicam, & terram,hoc eſt materiã primã, ex qua cũcta materialia formata ſunt poſtea, uel terram,hoc eſt totam rerum materialem maſſam.

XIIII. *Concluſio.*

D.Thomas in 1.diſt.37.q.3. tenet Angelos eſſe in loco non circunſcriptiuè,ſed diffinitiuè,cui conuenit Scotus in 2.diſt.2.q.5.D.Bonau. etiam in 2.diſt.2.q.1.

XV. *Concluſio.*

D.Thomas in 1.diſt.37.q.3.tenet, ꝙ Angelus eſt in loco per applicationẽ ſuæ operationis. Scotus in 2.diſtin.2.q.6.tenet, ꝙ eſt in loco Angelus per ſuam quantitatem uirtualem.

XVI. *Concluſio.*

D.Thomas in 2.diſt.37.q.2.tenet, ꝙ ſoli Deo conuenit eſſe ubique,ideo Angelus nõ poteſt ſua uirtute naturali eſſe in loco, quantumcunque magno,quia poſſet eſſe ubique. Hoc idem tenet Scotus in 2.diſt.2.q.6.& dominus Ricardus.

XVII. *Concluſio.*

D.Thomas in 1.diſtin.37.q.3.arbitratur,ꝙ Angelus non pôt naturali uirtute eſſe ſimul in pluribus locis,quia ſic non eſſet in loco diffinitiuè.Idẽ tenet Scotus in 2.diſt.2.q.7.

XVIII. *Concluſio.*

D.Thomas in 1.diſt.37.q.3.tenet, ꝙ Angelus uirtute ſua naturali poteſt eſſe in loco magno, & paruo,diuiſibili,& indiuiſibili, uelut operatio exigit.Hæc Scotus non negat.

XIX. *Concluſio.*

D.Tho.in 1.diſt.37.q.3.tenet, ꝙ plures Angeli nõ poſſunt eſſe in eodem loco diffinitiuè, quia cõfunderetur operatio eorum. Idem tenet Ricardus.Scotus uerò uidetur tenere, ꝙ poſſunt,ut declarat Nicolaus de Orbellis in 2.diſt. 2.q.2.quia ſcriptum eſt Marci cap.5.& Lucæ cap. 8.qualiter in uno corpore obſeſſo erat Demonum legio.

XX. *Concluſio.*

D.Tho.in 1.diſt.37.q.4.tenet, ꝙ Angelus mouetur motu locali diffinitiuo, ſic tenet Scotus in 2.diſt.2.q.9.

P Conclu-

XXI. Conclusio.

D.Thomas in primo dist.37.q.4.tenet, quòd motus Angeli non est continuus, nàm est in loco per applicationem suę operationis, ut dictum est. Vna autem Angeli operatio non est alteri continua, sed contigua, habita, uel consequens. Scotus autem in secundo d.2.q.9.tenet, quòd est continuus motus Angeli, quia mouetur in loco per quantitatem suam uirtualem.

XXII. Conclusio.

D.Thomas in primo dist.73.q.4.tenet, quòd motus Angeli localis, est successiuus, quia una operatio eius succedit alteri. Mobile tamē nō est, partim in termino à quo, & partim in termino ad quem, ut dicit Phylosophus.6.phys. quia Angelus est indiuisibilis. Scotus autem in secūdo d.2.q.9. conuenit cum D.Thoma, quòd motus Angeli est successiuus, sed successio mensuræ in tali motu non est resistentia mobilis ad motorem, nec resistentia medij ad mobile, ut est in motu corporis, sed ex incomposibilitate, extremorum, & distantia partium loci, quia, quando Angelus est in puncto.A. non est in puncto.B.

6.phys. cōtex. 7.& 32.

XXIII. Conclusio.

D.Thomas in primo dist.37.q.4.tenet, quòd Angelus transit de extremo, in extremum, nec trāsit necessario per medium, quia motus eius non est continuus, potest tamen transire per medium, sed non est necessarium. Scotus autem in 2.d.2.q.9.tenet, quòd Angelus in motu suo continuo uirtute sua naturali, necessariò transit per medium, potest tamen uirtute diuina transire de extremo, ad extremum, & non per medium.

XXIIII. Conclusio.

D.Thomas in primo dist.37.q.4.tenet, quòd motus Angeli non potest esse in instanti, quia nō esset motus, & successiuus. Hoc idem tenet Scotus in 2.d.2.q.9.

XXV. Conclusio.

D.Thomas in primo dist.37.q.4. tenet, quòd motus Angeli mensuratur tempore discreto, q̄d quidem tempus discretum componitur ex instantibus sibi succedentibus absque medio, tale tempus non agnouit phylosophus, ut dictum est. Scotus autem negat dari huiusmodi tempus discretum; ideo ponit motum Angeli mensurari tempore continuo, non quod in tanto tempore fiat tantus motus, sed quia in breui tēpore facit ipse Angelus magnum motum, ut patet Gen.cap.18.

XXVI. Conclusio.

D.Thomas in 2.d.3.q.1.tenet, q̄ Angelus est in prædicamento substantię, quia per se subsistēs, & licet non componatur ex materia, & forma, qa est simplex, componitur ex essentia, & esse, sic q̄d essentia se habet, ut materia, & esse, ut forma. Scotus autem in 9.q.quolib.tenet, quod Angelus est subsistens in prædicamēto substantiæ compositus ex genere, & differentia, & in 2.dist.8.q.2.tenet, q̄ Angelus est cōpositus ex perfectione, quā habet, & ex priuatione perfectionis, qua caret, ex ente positiuo, & priuatiuo. Auerr. autem tenet in cap. de specie, & in 2.lib.de cœlo. quod genus generalissimum in prædicamento substātiæ est corpus compositum ex materia, & forma, & sic Angelus non est in prædicamento.

Vide Henrici in quolib.quo lib.4.q.16.

Com.49.

XXVII. Conclusio.

D.Thomas in 2.d.3.q.1.tenet, quòd Angelus est de se hic, & non indiuiduatur per aliquid super additum, nàm quodlibet immateriale est de se hoc. Scotus autem in 2.dist.3.tenet, q̄ Angelus est de se hic, per hæccheitatem, quæ idem realiter, & distincta formaliter. Auerr. tenet cum D. Thoma.

XXVIII. Conclusio.

D.Thomas in 2. dist.3. q.1.tenet, q̄ in Angelis est numerus transcendens, non autem numerus prædicamentalis, quia Angelus est substantia spiritualis, quantitas autem est in materia semper. Hæc Scotus non negat, ipse enim in primo Sent. dist.24.q.unica, tenet, quòd in diuinis personis non est numerus ternarius de prædicamento quātitatis. Ioannes enim cap. 5. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres unum sunt, sed est numerus rerum numeratarum, qui est numerus increatus, & transcendens, & non est propriè numerus, sed impropriè, secundum quid, puta, numerus personarum & sic debent intelligi authoritates sonantes numerum esse in diuinis.

XXIX. Conclusio.

D.Thomas in 2.dist.3.q.1. tenet, quòd multitudo Angelorum est nobis innumerabilis, sed Deo cuncta nota, & hoc de mente D. Gregorii super Danielem, cap.7.& D. Dyonisij in libro de cœlesti Hyerarchia cap.14. sic tenet Nicolaus de lyra super Apoc.5. Arist.& Auerr.12.met. numerarunt intelligentias ad numerum orbium, & errauerunt in cogitationibus suis.

Contex.49.

XXX Conclusio.

D.Thomas in 2.dist.3.q.1. tenet, quòd quilibet Angelus facit unam speciem, Scotus in 2.dist. 3.q.7.tenet plures Angelos esse sub eadē specie.

XXXI. Conclusio.

D.Thomas in 2.d.3.q.1.tenet, q̄ omnes Angeli sunt unius generis scilicet substantiæ de mente Auicennæ.

Auicennæ. Hoc idem tenet Scotus.

XXXII. Conclusio.

Rationes D. Thomæ sunt à posteriori.

D. Thomas in 2. dist. 3. q. 5. tenet, quòd Angelus, & anima distinguuntur specie, quia Angelus non est materiæ unibilis, anima uerò est materiæ unibilis. Scotus uerò in secundo distinct. 3. q. 6. tenet quod distinguuntur specie se ipsis, hoc est, per differentias suas specificas; quæ quales sint, nullus scit.

XXXIII. Conclusio.

D. Thomas in 2. dist. 3. q. 1. tenet, quòd Angelus, & Anima distinguuntur specie, sicut species, & species. Nam secundum D. Tho. Anima componitur ex esse, & essentia, uelut Angelus, & omne tale, si est ens absolutum; hoc est non dependens, à materia in fieri, & conseruari, est in prædicamento, tanquam ens complétũ, & specificum. Scotus uerò in 2. dist. 1. q. 6. tenet quòd Angelus, & Anima distinguuntur specie tanquam species, & pars speciei.

XXXIIII. Conclusio.

D. Thomas in 2. dist. 3. q. 1. tenet, quod Angelus in principio suæ creationis, non potuit esse malus, iuxta illud Gen. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant ualde bona. Hoc Scotus non negaret.

Cap. 1.

XXXV. Conclusio.

D. Tho. in 2. dist. 3. q. 2. tenet, quod Deus intelligit se, & omnia per essentiam suam, quæ est sibi ratio cognoscendi. Angelus intelligit non per essentiã suã, sed per species concreatas; Anima uerò per species innatas per intellectũ agẽtẽ in intellectu possibili; Nam Arist. 3. de Anima: Oportet intelligentem phantasmata speculari. Scotus in 2. dist. 3. conuenit cum D. Thoma in hoc, quòd in Angelo sint concreatæ species uniuersales omnium rerũ, mediantibus quidditatibus. Angelus intelligit omnia extra se, nam dicit author de causis: Omnis intelligentia est plena formis. Tenet tamẽ Scotus, quòd essentia Angeli est sibi ratio perfecta cognoscendi se, sic quod Angelus non potest intelligere se per essentiam suam. Quod non potest anima pp ordinem conuersionis ad phãtasmata.

contex. 30. & 39.

Lib. 1. ca. 1.

XXXVI. Conclusio.

D. Tho. in 2. dist. 3. q. 2. tenet, de mente D. Dionysij libro de cælesti Hyerarchia cap. 12. quod Angeli superiores intelligũt per species cõcreatas uniuersaliores. i. plura repræsentantes, ideo illuminant inferiores. Hoc Scotus nõ negaret, immo dicit in 2. dist. 9. quod Angelus superior illuminat inferiorem, hoc est, alloquitur eũ intellectualiter; imprimendo in intellectu eius notitiam rei, uel speciem quandam repræsentantem rem illam, quam ei declarare intendit.

XXXVII. Conclusio.

D. Thomas in secundo dist. 3. q. 2. tenet, quòd Deus per eandem ideam cognoscit uniuersale, & singulare materiale in propria existentia, quia ipse producit formas, & materias, & in potestate sua est forma uniuersalis, & singulare, sed Angelus per eandem speciem concreatam cognoscit uniuersale, & singulare, uidelicet Alexandrum, & omnes homines. Scotus uerò in secundo dist. 3. tenet, quòd Angelus solum uniuersalia cognoscit per species uniuersales concreatas, singularia autem cognoscit per intellectum Agentem, conuersum ad phantasmata. Nam Scotus ponit in Angelo intellectum agentem, & possibilem.

XXXVIII. Conclusio.

D. Thomas in 2. dist. 3. q. 2. tenet, quòd intellectus noster pro statu isto non intelligit singularia nisi reflexè per conuersionem intellectus agentis ad Phantasmata, nam sub ratione singularis non potest intelligi à nobis singulare, sub specie uniuersalis. Sic etiam tenet Scotus in 2. distin. tertia cum singulare aliquid addat ad uniuersale, quòd uerò intellectus noster non cognoscat singulare, sub propria ratione singularitatis, est imperfectionis in ipso pro statu isto.

XXXIX. Conclusio.

D. Thomas in secundo distinct. 3. quæst. 2. tenet, quòd Angelus non cognoscit plura simul in genere proprio, per species proprias, sicut intellectus noster; sed in uerbo cognoscit plura simul. Hoc non negaret Scotus.

XL. Conclusio.

D. Thomas in 2. dist. 3. q. 2. tenet, quòd in Angelis est intellectus agens, & intellectus possibilis. Idem tenet Scotus, nam asserit, quòd in Angelis non est intellectus agens, respectu cognitionis naturalis Dei, quia ibi est intellectus agens, ubi obiectum intelligibile potentia fit actu intelligibile, ut est in nobis, ut phantasma est potentia intelligibile, quod fit actu intelligibile, per intellectum agentem depurantem; sed Deus non potest fieri de potentia intelligibili actu intelligibilis, quia non est aliquo modo actus intellectus, Respectu rerum creatarum in Angelis est intellectus agens, & intellectus possibilis. Est intellectus agens, quatenus abstrahit res ab esse sensibili, ad esse intellectuale; Est intellectus possibilis, quatenus est specierum receptiuus.

XLI. Conclusio.

D. Thomas in 2. dist. 3. q. 2. tenet, quòd intellectus possibilis angeli, & hominis differũt in hoc, quia hominis est in potentia ad recipiendum species ab intellectu agente, & lumen ẽt intellectus

agentis, nam ficut lux facit potentia colores actu colores, hoc est potentia uisibiles, actu uisibiles; Ita intellectus agens lumine suo, facit potentia intelligibilia actu intelligibilia, uel potentia intellecta, actu intellecta, 3. de anima; pariformiter intellectus agens Angeli, & hominis differunt, nàm lumen intellectus agentis, solum nõ sufficit, ad hoc ut intellectus agens producat distantem unam cognitionem, quia requiruntur species, quas ipse intellectus agens transfert illuminando phantasmata, & transferẽdo de ordine in ordinem, nàm mediante illo lumine concreantur species in ipso intellectu agente angelico; Hoc Scotus negat de in tellectu agente angelico.

Comm. 10.

XLII. Conclusio.

D.Thomas in 2. distin. 3. q. 3. ad calcem, tenet, quòd Angeli creati in puris naturalibus, in illo statu Innocentiæ diligebant se, & Deum plusquam se, & super omnia, quia cognoscebant Deum esse summum bonum, illa tamen dilectio nõ erat meritoria, sed naturalis, idem dicit Magister sent. ibidem, ponendo quòd Angeli non fuerunt creati in gratia.

XLIII. Conclusio.

D.Thomas in 2. dist. 4. q. 1. & D.Bonauentura in 2. dist. 4. q. 1. tenent, quòd Angeli in principio suæ creationis, non fuerunt beati beatitudine supernaturali, quæ consistit in uisione, & fruitione Dei, qualem beatitudinem anima habet, sed fuerunt beati beatitudine naturali, quæ consistit in uidendo, & diligendo Deum naturaliter, & sic expressit Ezechiel: Tu signaculum similitudinis plenus scientia, & perfectus decore in delitijs Paradisi Dei fuisti. Sic tenent Magister sent. & Scotus.

Ezech. ca. 28.

XLIIII. Conclusio.

D.Thomas in 2. distin. 4. q. 1. tenet, quòd boni Angeli non præsciuerunt suam beatitudinem certa cognitione, sed bene per coniecturam, mali uerò, nec per coniecturam, nec certitudinaliter suũ casum præscire potuerunt, sic tenent Magister sent. & D.Bona. in 2. dist. 4. q. 2.

XLV. Conclusio.

D.Thomas in 2. distinct. 4. q. 1. tenet, quòd si Deus reuelasset Angelis malis, quod ipsi essent casuri, non intellexissent illud esse dictum ad reuelationem, sed ad comminationem, uelut Petrus intellexit, quãdo Christus prædixit ei: Antequam gallus cantet ter me negabis.

Mat. cap. 26.

XLVI. Conclusio.

D.Thomas in 2. distin. 4. q. 1. tenet, quòd utraque opinio est substentabilis uidelicet, Angeli sunt creati in gratia gratum faciente, & Angeli sunt creati in puris naturalibus, Nam Augustinus 12. de Ciuitate Dei dicit: Deus simul condens naturam, & largiens gratiam; tamen quòd fuerint creati in puris naturalibus cum gratia gratis data, est communior opinio, dicit D.Thom. & hanc uiam uidetur tenere D. Bonauentura & Scotus, ut declarat Nicolaus de Orbellis, in secundo distin. 4. q. 1.

XLVII. Conclusio.

D.Thomas in secundo dist. 5. q. 1. tenet, quòd Angeli mali sup libero arbitrio peccauerunt, pro quanto intelligendo unum, retraxerunt se ab alio, Iob: Ecce qui seruiunt Deo non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit prauitatem, sic tenent D.Bonauentura & Scotus.

Iob. cap. 4.

XLVIII. Conclusio.

D.Thomas in secundo distin. 5. quest. 1. tenet, quòd in illo textu Esayę, ubi dicitur: Ascendam in cœlum, & ponam sedem meam in Aquilone, per cœlum non debemus intelligere Empyreum, cũ ibi esset, sed solum loquitur de Cœlo Trinitatis, eius æqualitatem appetendo, idem dicit. D.Bonauentura & Nicolaus de Orbellis in 2. sent. dist. 6. q. 1. in persona Nabucdonosor.

Cap. 14.

XLIX. Conclusio.

D.Thomas in 2. distin. 5. q. 1. tenet, quòd Lucifer appetijt æqualitatem Dei, nõ simpliciter, sed secundum quid, dupliciter primò; quia uolebat bonitatem suam transfundi ad omnes alios inferiores. secundo uolebat adipisci beatitudinem sine meritis, ante tempus, Sic tenet D.Bonau. & Nicolaus de Orbellis in 2. dist. 6. q. 1. & quando philosophus dicit 3. Ethicorum; Electio non est impossibilium; glossant Doctores: Verũ non est simpliciter, sed benè secundum quid.

3. Ethic. ca. 2.

L. Conclusio.

D.Thomas in 2. dist. 5. q. 1. tenet, quòd peccatum Luciferi fuerit superbia, quæ est appetitus propriæ excellentiæ. Eccl. Initium omnis peccati superbia est, nec obstat dictum Pauli, uidelicet Radix omnium malorum est cupiditas, quia non capitur ibi cupiditas specialiter pro auaritia, sed generaliter pro inordinato desiderio, cuiuscunque desiderij. Scotus uero tenet, quòd fuerit superbia, inuidia, odium, & luxuria, ut declarat Nicolaus de Orbellis in 2. dist. 6. q. 1. capiendo luxuriam non pro lapsu carnis, sed pro inordinato amore sui ipsius.

Eccl. cap. 10.

Thi. cap. 6.

LI. Conclusio.

Magister sent. in 2. dist. 5. tenet, quòd Angeli, qui conuersi sunt ad Deũ, habuerunt gratiã cooperantẽ. i. preuenientẽ, seu gratis datã, quia cõuersi sunt,

ad consequendam gratiam gratum facientem, D. Thomas uerò dicit, quod indiguerunt tali gratia, & ideo non fuit apposita Angelis aliqua gratia nisi sola libertas arbitrij sui, faciendo enim quod in se est, disposuere se ad gratiam gratum facientem.

LII. Conclusio.

D. Thomas in 2. dist. 5. q. 2. tenet, quod Angeli per gratiam gratum facientem, quam receperunt disponentes se ad illam consequendam per actum conuersionis ad Deum meruerũt beatitudinem, sic quod inter meritum, & præmium non requiritur prioritas temporis, sed naturæ, sic tenet D. Bona. sic Scotus, addens, quòd inter receptionem gratiæ, & beatitudinem fuit aliqua breuis morula tẽporis imaginarij. Magister sent. tenet, quòd meruerunt beatitudinem, postquam habuerunt eã, non prius per obliquia, scilicet impensa fidelibus ad quos mittuntur, sicut miles nouus meretur stipendium, & mercedem, quam habet in principio, tanquam bene militaturus, non quia bene militauit, & reddo rationem, quia si homo non fuisset creandus, Angelus non habuisset beatitudinẽ, quod uidetur inconueniens.

LIII. Conclusio.

D. Thomas in 2. dist. 6. q. 1. tenet, quòd Lucifer fuit de ordine Seraphin, & supremus omnium Angelorum sic tenet Magister sentẽ. sic D. Bona. Sic etiam Scotus, ait enim Ezechiel: Omne lignũ Paradisi non est assimilatum ei. Sic tenet D. Gregorius, licet D. August. 11. lib. super Gen. dimiserit quæstionem insolutam. Cap. 2.

LIIII. Conclusio.

D. Thomas dist. 6. q. 2. asserit, quòd in Angelis malis detur ordo, nam potestas Demonum ad exercendos homines, & puniendos damnatos à Deo est, & ideo ordinata per gradus prælationis debet esse. Hoc non negaret Doctor subtilis.

LV. Conclusio.

D. Thomas in secundo distinct. 6. q. 2. tenet, quòd aliqui Angeli mali sunt in hoc aere caliginoso, & aliqui sunt in inferno, idem tenet Scotus, ut declarat Nicolaus de Orbell. in secundo dist. 6. quæstio. 2. qui quidem dicit, quòd nostra habitatio competit eis propter nostrum exercitium. Vnde Grego. in libro Moralium: Immundi spiritus, qui de cœlo Aethereo lapsi sunt, in hoc cœli terræque medio uagantur.

LVI. Conclusio.

D. Thomas in secundo dist. 7. q. 1. tenet, quòd Angeli mali non possunt facere bonum, nam in Angelo malo est natura bona, à Deo creata, sed uoluntas mala, cuius malitiæ ipsi sunt causæ, & ideo, omnis actus naturæ eorum bonus est, sed actus uoluntatis eorum est malus, idem dicit Scotus, ut declarat Nicolaus de orbellis in secundo distinct. 7. quæst. prima. Nam in Demonibus est continuatio malitiæ, quia non possunt à culpa resurgere, nec meritoriè operari, cuius ratio est secundum Scotum, quia ad meritoriè uolendum, non sufficit uoluntas, sed requiritur gratia, tanquam principium cooperans, quæ non potest poni in esse, nisi à solo Deo creata, ex quibus concludit Augustinus 12. de Ciuitate Dei, quòd certum est Deum, nunquam eis daturum gratiam, & sic impossibile est, eos meritoriè operari, uel à culpa resilire.

LVII. Conclusio.

D. Thomas in secundo dist. 8. q. 1. tenet, quòd absque dubio Angelos quandoque corpora assumere, in quibus ab hominibus uidentur. Idem tenet Scotus in secundo distinct. 8. quæst. 1. nam potest Angelus huiusmodi corpus localiter mouere, sed non potest mediante tali corpore, in operationes sensitiuæ, quia illæ, non sunt natæ recipi nisi in composito ex anima, & parte corporis perfectè mixta, cuius neutrum est ibi, ita apprehendit colores oculis clausis, sicut apertis, & sonos auribus obturatis, sicut non obturatis, unde eius uidere, uel audire, nil aliud est, quàm intelligere, quantum autem ad operationes uegetatiuas, ut nutrire, & generare non sunt ibi completæ, non est ibi uera nutritio. Licet enim sit commestio, quæ præcedit nutritionem, inquantum est sibi diuisio, & in Ventrem, traiectio, non tamen est ibi cõuersio cibi in corpus, sed resoluitur in subtiles uapores, sicut cibus consumptus à corpore glorioso. Potest poni exemplum de Aqua, quæ sorbetur à radio Solis.

LVIII. Conclusio.

D. Thomas in secundo distin. 9. quæstio. 1. nouem esse ordines Angelorum promulgat Angelos, Archangelos, Principatus, Potestates, Virtutes, Dominationes, Thronos, Cherubin, & Seraphin. Nam Hierarchia dicitur, quasi sacer principatus à hyeros, quod est sacrum, & archos, quod est princeps. Hoc Scotus non negat in 2. distin. 9. q. 1.

LIX. Conclusio.

D. Thomas in secundo distinct. 10. quæst. prima tenet, quòd superiores Angeli non mittuntur in ministeriũ, sed inferiores, unde patet, quòd hæc positio rationabilior est, tum quia Dionysius de cœlesti Hyerarchia hoc tradit, qui Discipulus Pauli fuit, & dicitur eius uisiones scripsisse. Scotus tenet in secundo distinct. 10. q. unica, quòd superiores mittuntur ad intra ad diuina mysteria inferioribus reuelãda. Inferiores uerò mit- Cap. 11. 12. & 13.

tuntur exterius ad illa reuclata explenda, & homi nibus nunciandа. Videtur tamen, quòd supremi, uel aliqui de supremis, mittuntur quandoque ad extra. Nam Incarnationem, nescierunt multi Angeli, ante tempus Incarnationis, uel Passionis Christi, quod tamen non latuit maiores, nàm Angelum missum ad Beatam Virginem ad hoc nunciandum non latuit. ergo ille, cui hoc patuit, erat de superioribus, & non de infimis.

LX. Conclusio.

D. Thomas in 2. distin. 11. q. 1. tenet Angelum deputari ad custodiam hominis, hoc idem tenet Scotus in 2. dist. 11. hoc enim decet Altitudinem diuinæ potentiæ, cum enim Deus habeat Demones aduersarios, condecens est, ut ipse eos uincat per suos Ministros, ut per hoc ostendatur potentia manus domini, quæ non solum potens est in se, sed in suis seruis. Rogamus igitur hunc seruum. D. Antonium, ut intercedere dignetur pro hac Serenissima Republica Veneta, ac pro suis Patauis, ut Deus à peste, & ab isto morbo contagioso, qui nunc est Venetijs, & Patauij, liberare dignetur.

Patauij, in Aedibus D. Antonij. 1576.



EXIMII SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORIS FRATRIS ANTONII ANDREAE MINORITAE CONV.

IN TERTIVM SENTENTIARVM.

DISTINCTIO. I.

Circa Distinctionem primam Quæritur,

VTRVM POSSIBILE FVERIT NATVRAM humanam uniri uerbo in unitate suppositi.

Seraphicus Bona. 3 sent. dist. 1. q. 1.
Scotus 3 sent. dist. 1. q. 1.
D. Thomas 3. parte summa q. 2. Art. 3.
Ricardus 3 sent. dist. 1. q. 1.
Durandus 3. sent. dist. 1. q. 1.
Ioannes Bacconitanus 3 sent. dist. 1. q. 1.

Quæstio prima.



CIRCA distinctionem primam Tertij libri Sententiarum Queritur primo, Vtrum assumptio humanæ naturæ à uerbo sit possibilis.

QVOD non: Purus actus, & infinitus nulli est componibilis; ut probatum est in questione illa: Vtrum Deus sit summè simplex. Sed uerbum est huiusmodi. Ergo. & cætera.

Dist. 8. q. 1. primi.

Item inter finibilia est aliqua proportio, sed finiti ad infinitũ nulla est proportio. ergo. &c.

Item contraria non possunt simul esse, pp repugnantiã, sed plus repugnant creatũ, & increatũ, quàm contraria. Contraria autem sunt in eodem genere: ergo non possunt uniri. at Authoritas probatur per Phylosophum quarto Metaphysices, ubi dicit, quòd si contraria essent simul; essent simul & contradictoria.

4. Met. cont. 9. 7. & 27.

Item incarnare est agere; ergo incarnari est pati: Sed uerbum non potest pati: ergo. &c. Probatio consequentiæ; Cuilibet actioni correspondet passio. Et si negetur hoc propter instantiam de amare, & amari; ergo eodẽ modo de Vnire, & Vniri; quia illa est actio immanẽs, cui nõ correspõdet passio in obiecto; Incarnare aũt est actio trãsiens in obiectum extra, & sic sibi aliqua passio correspondebit extra.

Item per rationes proprias; & primo ex parte naturæ assumptæ arguitur sic: Eadem natura humana est hęc, & psonata propria personalitate; ergo non potest assumi, ut hæc, nisi assumatur, ut persona: Sed ut persona stante personalitate est inassumptibilis. ergo. & cætera. Probatio primæ propositionis; quia ratio personæ nihil personale addit supra naturam singularem. Probatio secundæ propositionis: Quia quando aliqua sunt idem realiter, uno assumpto, realiter reliquum assumitur.

Item ex parte assumentis sic: Quæ sola ratione differunt, unum non potest esse ratio unionis realis, & non alterum; sed persona, & essentia in Deo sunt huiusmodi; alias esset ibi compositio. ergo persona non potest uniri, & non essentia; cum illa unio sit realis: sed essentia non incarnatur. ergo. & cætera.

Et confirmatur, quia cum unio realis sit ad aliquam rem secundum, quòd habet esse reale, in quantum reale; & non in quantum rationis, nihil terminabit illam unionem, quod habet tantum esse rationis.

Item omnis dependentia est ad independens.

ergo dependentia naturæ assumptæ, non potest terminari ad personam; ut persona: tamen persona, ut persona est independens.

Item Omnis dependentia alicuius ad alterum uel est causati ad causam, uel est effectus posterioris, ad effectum priorem; uel causę particularis ad causam uniuersalem; uel termini relatiui ad terminum. sed nullum istorum potest dari in proposito, nisi primum; sed primum. s. creare est commune tribus. igitur terminus illius dependentiæ erit communis tribus. ergo.

Ioannis ca. 1.

Contra: Ioannes ait: Verbum caro factum est: & sumitur ibi caro pro homine, secundum Augustinum.

Vide in Ench. ca. 33 & 4. de Trin. cap. 21. & 14. de Ciu. Dei cap. 2. & super Ioan.

Respondeo supponendo partem affirmatiuam, tanquam Articulum Fidei inter eos, qui respiciunt temporalia. ad uidendam istam possibilitatē sunt tria uidenda.

Primo uidendum est quid sit Vnio.

Secundo Vtrum sit possibilis sine repugnantia ex parte naturæ assumentis.

Tertio Vtrum sit possibilis sine repugnātia ex parte naturæ assumptæ.

De primo dico, quòd illa Vnio non dicit aliquid formaliter absolutum; quia cum Vnio dicatur ad se. Nam quocunque absoluto [illegible] non habetur unio, dicit ergo respectum; Sed non respectum communem, & eiusdem rationis in utroque extremo; sicut similitudo; quia persona assumens non potest realiter dependere à natura assumpta, ex trigesima distinctione, sed natura assumpta realiter dependet ab assumente. Dicit ergo relationem disquiparantiæ, quæ solum in altero extremo est realis; nec est relatio, quæ sit ordo causati ad causam, quia dependentia naturæ creatæ ad Deum, ut ad causam terminatur ad totam Trinitatem, Tota ergo Trinitas diceretur incarnata: Nec est ordo causati posterioris ad causatum primum, quia persona assumens non est causata; ergo relatio, siue dependentia disquiparantię alterius rationis additis: & licet sit difficile reperire similem in creaturis; posset tamen dici, quòd accidens habet duplicem dependentiam ad subiectum, Vnam, ut informans ad informatum: & ista arguit imperfectionem in subiecto, quia potentialitatem ad actum secundum quid. Aliam ut posterioris ad illud, quod est essentialiter prius in quo substentatur, & ista nullam imperfectionem arguit in eo quod est natura prius substentans: Nec ista dependentia est causati ad causam: quia subiectum respectu accidentis non habet rationem causæ, nisi materialis, quia informatur. & ita est prima dependentia prædicta. Si igitur istæ duæ dependentiæ sunt inter se distinctæ, secunda erit similis huic, de qua agitur. &c.

Ex dist. 30. primi libri.

Accidens hēt duplicem dependentiā ad substantiam.

Accidētia sūt [illegible]entia. quia en tis. 7. Me. cōt. 2. nera est in genere causæ materialis nō formalis nec efficientis.

De secundo dico, quòd ista unio siue assumptio est possibilis absque repugantia ex parte assumentis, quia si personæ assumenti repugnaret; hæc assumptio, aut esset hoc in quantum persona diuina, aut in quantum hæc persona. non primo modo, quia cum natura assumpta non se habeat per informationem in persona assumēte; ut dictum est in primo Articulo, non arguit in persona diuina imperfectionem, nec compositionē, nec limitationem, nec depēdentiā; quia non oportet eam referri realiter, nec etiam secundo modo. Puta, quia assumit hæc persona, & non illa. Nā licet ille respectus consequens naturam sit communis tribus; respectus tamen consequens personam non est communis tribus. Immo autem sic est, quòd determinare dependentiam naturæ assumptibilis non est naturæ, sed personæ. & natura assumptibilis non est natura dependens à natura, sed à persona. ergo una persona, ut ab alia distinguitur potest terminare dependentiam naturæ assumptibilis; quæ non dependet absolutè loquendo ad naturam, sed ad personam.

Alia ratio assignatur hic, quia persona diuina ideo hoc potest, quia continet uirtualiter perfectionem cuiuscunque personæ creatæ. Et ideo potest personare omnem naturam creatam, quæ est nata personari in proprio supposito.

Varro. lib. 3. q. 1. Vide D. Thomā in 3. dist. 1. q. 3.

Sed ista ratio deficit dupliciter. primo, quia si persona diuina, ut distinguitur contra aliam personam, & contra rationem diuinitatis, contineret uirtualiter perfectiones creatas; qua ratione unā, & infinitas. & ita diceret ipsa formaliter perfectionem in diuinis simpliciter; & esse personæ ratio formaliter infinita. quod non conceditur ab eis.

Istud argumētum dupliciter deficit.

Secundo, quia secundum omnes diuina natura magis cōtinet perfectiones creatas, quàm diuina persona, ut distincta contra rationem essentię. ergo si ratio sit bona, diuina [illegible] humanam naturam; [illegible] quod est impossibile; [illegible] falsum est. Vnde sicut diuina essentia nulli naturæ creatæ potest esse essentia, quamuis contineat uirtualiter omnem realitatem essentiæ creatæ; Ita diuina persona nulli naturæ creatæ potest esse persona. Non ergo arguo ex hac uia; sed ex hac; cum persona diuina sit independens, etiam ut distincta contra aliam personam, non repugnat sibi determinare dependentiam naturæ creatæ; quæ absolutè dependet ad personam diuinam; maximè cum talis terminatio non arguat cōpositionem, ut dictum est.

Tertius Articulus est difficilior, quia oportet ibi ostendere distinctionem naturæ creatæ ad propriam personalitatem. Probatur tamen propositum tripliciter.

Varro. ubi supra, & Henricus in sua summa quolib. 3. q. 3.

Primo sic: Nam singularitas naturaliter præcedit rationem personę in eodem genere. ergo potest Deus influere in primam scilicet rationem singularitatis, non influendo in secundam. Potest ideo uerbum assumere naturam singularem, præcauēdo eam in illo priori, antequam personaliter propria personetur in se ipsa.

Secundo sic: Modus unius generis potest communicari alteri generi, sicut patet, quòd modus substantiæ communicatur accidenti separato in sacramento; è contrario modus accidentis potest communicari substantiæ. Sed hoc posito ex parte naturæ humanæ, quæ est substātia, saluatur

Vnio,

Vnio,& dependentia illa;quæ dicta est.

Tertio sic:Quæ sunt magis diuersa,sunt magis unibilia; sicut patet de actu, & potentia,substantia,& accidente; quæ uniuntur. Et non uniuntur duo actus,uel duo indiuidua eiusdem speciei. sed Deus,& creatura sunt maximè diuersa.ergo possunt uniri in uerbo.

Istæ rationes non ostendunt propositum.

Contra primam: Si esset bona, sequeretur, quod Deus faceret naturam sine singularitate; cum ratio naturæ præcedat natura rationem indiuidui, & illud negatur multo magis,& illud scilicet singularitatem sine personalitate. Nam personalitas est ultima eius actualitas.

Contra secundam: Eo ipso, quòd modus est proprius elicitiuus est incompossibilis omni non tali,non ualet illud, quod adducitur,quia modus substantiæ est per se subsistere actu sine aptitudinali inclinatione ad inhærere;& iste modus nō cōmunicatur accidenti separato,ut patet.

Contra tertiam:Diuersa non uniuntur, nisi qa unum est actus,& forma respectu alterius.sed patet,quòd Deus non est formaliter respectu creaturæ;quia secundum Damascenum libr.3. assumpsit naturam nostram in atomo non tamen personatam. Ideo ad probandum propositum, ostendam quid sit illud proprium,quo natura est personata:& duæ uidentur uiæ possibiles.

Lib.3.cap.11.

Quære in maximis Alani.

Aliter ergo proceditur ad probandum propositum duplici uia. Vna uia ponit, quòd personalitas est quædam realitas positiua; & hoc siue illud positiuum sit absolutum,siue respectiuum, ultra realitatem singularitatis, quæ formaliter non est illa,sicut realitas singularitatis, est realitas positiua ultra realitatem specificam,quæ formaliter non est ipsa,sed sibi addita, sicut dictum est in libro secundo.

Quid sit personalitas.

Lib. secundo, Dist.3.de indiuiduatione.

Secunda uia ponit, quòd est quædam negatio, & non formaliter.ita quòd ultimata realitas positiua est singularitas;& ultra eam non est,nisi quædam negatio in materia à natura intellectuali,propter quam dicitur persona.

Personalitas est quædam negatio.

Contra primam uiam arguo duplici modo. Primo,quia illi realitati repugnaret communicari,& assumi;quia persona est incommunicabilis existētia:sed hoc esset inconueniens; tum quia secundū Damascenum,quod est inassumptibile est incommunicabile.tum quia non uidetur ratio,quare inassumptibilis erit illa realitas; cum omnis realitas positiua creata sit æque tota in potentiæ obedientiali respectu Dei.

Ca.6.tertii.li.

Secundo quia tunc sequitur,quòd modo à uerbo non sit assumpta omnis realitas positiua, quæ est in homine,quod est inconueniens,cum illa esset actualissima,quia ultimata.

Tertio,Quia in illo priori naturæ,in quo assumitur hęc humanitas posset non assumi,& tamen sic manu teneri nullo positiuo addito, & sic esset hic homo; & non persona; & etiam si dimitteretur à Verbo,uel oporteret,quòd aliquid reale positiuum sibi adderetur, uel remaneret non persōna;quæ omnia sunt inconuenientia.

Contra secundam Viam arguitur primo, quia talis negatio non esset nisi independentia ad personam extrinsecam,& tunc sequeretur, quòd anima separata,quæ non dependet ad personam extrinsecam,esset persona,quod falsum est.

Secundo, Quia nulla negatio potest de se esse incommunicabilis,nisi per affirmationem: Sed personalitas est de se incommunicabilis. ergo nō est tantum negatio.

Tertio, Quia diuidi,dicit imperfectionem, sequitur,quòd indiuisio dicit perfectionem: & pari ratione incommunicabilitas dicit aliquam perfectionem scilicet, persona est incommunicabilis: Sed nulla negatio dicit perfectionem, nisi per affirmationem.ergo.&c. Non ergo per puram negationem est persona.

Non asserendo potest mediari inter istas duas uias negando omnem realitatem positiuam, quæ sit ratione personæ, cui repugnat contradictoriè communicari, cum omnis entitas creata positiua possit dependere à Verbo, & per consequens assumi:nec tamen est concedendum cum secunda uia, quòd sola independentia actualis ad personā extrinsecam sit formalis ratio personæ,quia,ut assertum fuit iam,anima separata esset persona.

Sed distingēdū est de independētia actuali,naturali,& aptitudinali,naturali, & potētiali absolutè.

Multiplex dependentia.

Est autem actualis naturalis dependentia accidentis ad subiectum, uel animæ separatæ ad corpus,uel grauis ad centrum, quando uiolenter tendit sursum. Potentialis absolutè non repugnare sibi contradictoriè dependere ad illud, ad qđ tamen naturaliter non dependet nec actu, nec aptitudine, & hoc potest esse in aliquo propter potentiam obedientialem respectu potentiæ supernaturalis actionem. Possemus ergo dicere, quòd negatio primarum duarum dependentiarum cōplet formaliter in natura creata ratione suppositi, & personæ in natura intellectuali, non tamen ista duplex negatio tollit dependentiam tertiam, quę non est naturalis,ut dictum est: sed dependet omnis natura creata à Verbo aptitudine obedientiali:& sic datur sibi talis actualis dependentia, per agens super naturale personatur illa personalitate super naturali.Si uerò non datur,remanet in se propter illam solam duplicem negationem prædictam nullo alio positiuo addito,& ita patet, quod nihil positiuum deest in humanitate Christi.

Tunc respondendum est ad rationes superius factas,contra secundam uiam,quia sunt etiam cōtra istam uiam excepta prima ratione ibi facta,ut patet.

Ad secundam ergo dico,quòd incommunicabile,ut pertinet ad rationem personæ excludit duplicem cōmunicabilitatē. s.in ratione quo,& qđ, esse enim singulare nisi sit illimitatum sicut essentia diuina est communicabile in ratione, quod & est communicabile in ratione quo. Persona uero, uel suppositum est incommunicabile utroq; modo. Ex quo ergo negatio personalitatis negat cōmunicabilitatem, sequitur, quòd ipsa est communicabilis.

Ad quin-

Ad tertiam dico, quòd communicatio diuinę essentiæ in tres personas, quia fit sine diuisione, non dicit imperfectionem, sed communicatio cũ diuisione sic.

Tunc ultra dico, quòd nulla entitas positiua creata est incõmunicabilis absolutè. Immo quælibet dependet à Verbo increato non solum, ut à causa, immo etiam ex hac dependentia speciali. Sed tamen unum concedo, quòd illa duplex negatio, in qua consistit ratio personæ, negat duplicem dependentiam supra dictam, s. actualem, aptitudinem, & naturalem, ratio alicuius positiui substracti, tamen illi positiuo non repugnat contradictorie communicari: immò potest à Verbo assumi, ut dictum est. Et nota diligenter, quòd licet rationi personæ increaturis non repugnet contradictorie communicari, ut dictum est; Tamen est uerum, quòd non solum cõsistit in negatione duplici communicabilitatis actualis, & aptitudinalis, naturalis, immo etiam negat omnem communicabilitatem actualem, tam naturalem, quàm super naturalem, quia iam contradictoriè sibi repugnaret, & ideo humanitas in Christo non est persona; quia habet actualem communicabilitatem supernaturalem, & ita est personata supernaturaliter. & ita sibi dimissa statim esset persona nullo positiuo addito. Et ex hoc potest patere, quòd ratio personæ in creaturis consistit quodammodo in triplici negatione, licet alio modo possit dici, quòd solum in duplici pro quanto omnis actualis communicabilitas potest dici: & alia communicabilitatis aptitudinalis negatio.

Nota diligenter.

In psonis negatur omnis communicabilitas actualis.

Quõ humanitas in Christo non sit persona, sed personata.

Dubitatio.

Ex his dictis consurgit dubitatio, quòd cum Vnio sit relatio, & humanitas in Christo si dimitteretur à uerbo nullo addito positiuo absoluto substracto personaretur à Verbo, sequeretur, quòd per se esset motus, uel mutatio à relatione, ad relationem. Quod est contra Phylosophum 5. physicorum.

5. Phys. cont. 10. & 7. phys. cont. 21.

Respondeo & dico, quòd Relatio tripliciter potest se habere ad fundamentum. Vno modo, quòd non possit poni fundamentum sine ipsa, & absq; contradictione. Quia scilicet non potest poni sine termino absque termino illius relationis sine contradictione.

Relatio tribus modis põt se habere ad fundamentum.

Exemplum.

Exemplum: Relatio creaturæ ad creatorem, & talis relatio non est realiter distincta à fundamẽto, ut patet in lib. 2.

Ex dist. 1. secũdi libri.

Alio modo, quòd positis quocunque modo extremis, statim de necessitate sequitur relatio inter ea, & istæ sunt rationes intrinsecus aduenientes. Exemplum: Vbicunque ponantur duo alba, statim de necessitate consurgit similitudo inter ea.

Exemplum.

Quæ sit relatio extrinsecus adueniẽs. Vide Scotum in 11. q. quolib. art. 4.

Tertio Modo, quòd non sequitur relatio, nisi positis extremis certa dispositione, & istæ sunt relationes extrinsecus aduenietes: Exemplum: Nõ consurgit relatio inter agens & passum, nisi ipsis approximatis, nec cõsurgit unio inter unibilia, nisi approximentur.

Exemplum.

Tunc igitur dico, quòd in relationibus sumptis duobus primis modis, non est motus, nec mutatio, nisi sit primo in aliquo absoluto; Sed in relatione sumpta tertio modo potest p se esse motus uel mutatio, sicut patet expresse de relatione, quæ est unio, nec hoc negat Phylosophus, cum concedat, quòd ad ubi, qui non est forma absoluta, sed respectus extrinsecus adueniens sit per se motus. Et de numero talium est relatio Vnionis humanitatis ad uerbum in Christo.

Nõ negat Arist. ad ubi esse motum localem ut declarat Auer. 8. phys. cõmẽto 32.

Tunc ad argumenta pricipalia: Ad primum dico, quòd infinitũ nõ est componibile, ut pars, & tamen unibile modo dicto, idest potens terminare illam dependentiam.

Contra: Infinitum nihil potest addi. ergo nec uniri.

Respondeo: Verbum infinitum non cõtinet omnia formaliter, sed uirtualiter, & eminenter, & ut sic non dependet ad uerbum, quia ut sic nõ habet entitatem dependentem. ergo potest aliquid sibi uniri eo modo, quo illud non continet. hoc est, quòd formaliter talis natura dependeat ad uerbum.

Verbum infinitũ quõ oia contineat uirtualiter.

Ad secundum Dico, quòd dẽpẽdentia illa specialis humanitatis ad uerbum est sufficiens proportio ad hoc, ut uniatur, & ista proportio potest esse infiniti ad infinitum: licet non illa, quæ est in duo quanta, ut dupli ad duplum, sed qualis dicitur esse actiui ad passiuum, ut ècõuerso, uel actus ad potentiam. Natura autem humana potentialis est dependere respectu personæ diuinæ dependẽtia aliqua speciali.

Duplex proportio attingitur & cõmensurationis prima est in proposito, sed nõ secunda. Vide Frãciscum de Mayronis in ulu. q. plogi

Ad tertium dico, quòd non prouenit ex diuersitate contrariorum, quòd non possit esse simul, sed aliunde, scilicet ex repugnantia. Nam magis sunt diuersa superficies, & albedo, quàm albedo & nigredo: & tamen superficies potest esse alba, & nigredo non potest esse alba.

Ad quartum, quòd quia incarnare, siue assumere, siue unire est actio trãsiens, oportet, quòd respondeat sibi passio in humanitate, quæ unitur, & assumitur. & licet uerbum dicatur incarnari, tamẽ nõ patitur, quòd nullam passionem importet nisi in humanitate.

Incarnare est actio transiens

Et licet incarnari grammaticè loquendo uideatur significare passionem, non tamen propriè loquendo significat, nisi in natura humana, quæ assumitur, & unitur uerbo, & sic non in uerbo, sed in natura humana.

Ad quintum dico, quòd ut patet ex tertio Articulo, ratio personæ non dicit aliquam negationẽ ultra rationem singularitatis, & nihil positiuum.

Ad sextum dico, quòd non conceditur, quòd ratio formalis essentiæ, & personæ in Deo differant sola ratione, immò ponitur, quòd formaliter & ex natura rei habent aliquam identitatem, ut dictum est in primo libro.

Ad septimum dicitur, quòd persona uerbi terminat illam dependentiam naturæ humanæ effectiuè, & formaliter. Effectiuè quidem, quia uerbum ita assumit, quòd ad se sumit. Quod non faciunt aliæ personę formaliter: quia perfectissimè terminat supplendo uicem proprii suppositi.

Dist. 2. primi lib. par. 2. q. 4. Hẽricus quolib. 13. q. 5. ui de Varronem hic q. 4.

Cõtra hoc sunt authoritates, quas adducit Magister,

gister,

giſter in littera, quæ dicunt, quòd tota Trinitas ſimul eſt operata effectiuè iſtam incarnationem.

Item, quia relatiuum, ut relatiuum, nõ eſt principium agendi.

Contra illud etiam, quòd dicit, quòd eſt cauſa formalis uerbum, quia terminat. Iſta eſt impropria locutio, quia ita poſſet dici, quòd una perſona eſt cauſa formalis alterius, cum terminet relatiuum alterius perſonæ.

Ad illud, quod adducitur, quòd uerbum ad ſe ſumit; dico, quòd tota Trinitas actiue aſſumit humanam naturam ad uerbum, & Verbum ultra alias perſonas nihil facit effectiue. Sed ſolum terminat dependentiam illam. Dico ergo, & arguo, q̃ ſi formalis ratio ſit aliquód abſolutum, tunc illud abſolutum terminat. Et relatiter dico, quòd licet relatiuum in quantum tale non poſsit terminare dependentiam effectuum ad cauſam. Poteſt tamen terminare iſtam, quæ eſt alterius rationis, ut prædictum eſt.

Ad octauum Dico, quòd maior propoſitio nõ eſt ſufficiens, quia ut uiſum eſt; iſta dependentia eſt alterius rationis ab omnibus illis.

VTRVM TRES PERSONAE POSſint aſſumere eandem naturam numero.

Seraphicus Bona. 3 ſent. diſt. 1. q. 3. Art. 1.
Scotus 3. ſent. diſt. 1. q. 2.
D. Thomas 3. parte ſumma q. 3. Art. 6.
Ricardus 3. ſent. diſt. 1. q. 4.
Durandus 3. ſent. diſt. 1. q. 3.

Quæſtio ſecunda.

SECVNDO quæritur, Vtrum tres perſonæ poſſint aſſumere eandem naturam numero.

QVOD ſic: Antequã aſſumeretur à uerbo, fuit aſſumptibilis à qualibet pſona. Agãt ergo ad aſſumptionem ad ſe omnes tres perſonæ ſimul, quãtum poſſunt, uel aſſumetur à qualibet, & tunc habetur propoſitum, uel à nulla, quod eſt inconueniens, ex quo agunt, quantum poſſunt, uel ab una tantum, quod etiam eſt inconueniens: Quia non eſt magis ratio de una, quàm de altera.

Item natura aſſumpta modo inclinatur ad proprium ſuppoſitum, cum talis inclinatio ſit ſibi naturalis, ergo poteſt aſſumi à quolibet, potente ſupplere uicẽ proprii ſuppoſiti, cuiuſmodi ſunt perſonæ Patris, & filii. &c.

Itẽ natura aſſumpta modó eſt in potentia obedientiali reſpectu Patris, & ſpiritus ſancti. ſicut ante, quia non eſt reducta ad actum, niſi illa, quæ erat ad uerbum, ſed iſtæ aliæ duæ perſonalitates ſunt alterius rationis, cum ſint ad alias diſtinctas perſonas. ergo.

Item idem accidens poteſt eſſe in diuerſis ſubiectis. ergo &, eadem potentia in diuerſis ſuppoſitis. Cõſequentia patet, quia, ut dictum eſt in precedenti quæſtione, talis dependentia eſt illi ſimili (Articulo pri-) ma. Antecedens ſic probatur: Quia corpus glorificatum poteſt ſimul eſſe cum non glorificató. ergo habuit idem ubi. ſed ubi eſt ſubiectiue in locato. ergo.

Contra: Anſelmus de incarnatione uerbi, & Idem libr. 2. Cur Deus, & homo, dicit, quòd plures perſonæ eandem naturam aſſumere omnino nequeunt. Cap. 7.

Item multiplicato ſuppoſito multiplicatur natura. ergo & multiplicato, increato, multiplicatur natura. Conſequentia patet, quia ſuppoſitum increatum ſupplet uicem ſuppoſiti creati. ergo ita diſtinguit, ſicut creatum diſtingueret. Cap. 9.

Item quòd conuenit alicui, & ab alio diſtinguitur, non poteſt conuenire illi, à quo diſtinguitur. ſed incarnatio competit filio, ut diſtinguatur à Patre. ergo non poteſt competere patri, & filio.

Dicitur, quòd ſic. Ratio eſt, quia poteſt multiplicari poſterius abſq; contradictione, ſtante unitate prioris. Sed ratio indiuidui natura præcedit rationem perſonæ, quod patet, quia uerbum aſſumpſit naturam humanam atomam non perſonatam. ergo poteſt eadem natura numero eſſe in diuerſis ſuppoſitis maximè ſibi extrinſecis. (Varro. lib. 3. q. 5. & D. Thomas in 3. parte ſummæ Artib. q. 3. Vide Henricũ quolib. 6. q. 7.)

Item relatiuum nõ facit diſtinctionem ab abſoluto, uel ſic diſtinctio relationis non facit diſtinctionem in abſoluto. Sed perſonæ diuinę ſunt relatiuæ, & natura aſſumpta eſt abſoluta. ergo non oportet naturam diſtingui in tribus perſonis propter diſtinctione perſonarum, & ſic à tribus perſonis poterit aſſumi.

Dicunt ergo, quòd ſicut eadem anima eſt in diuerſis partibus, & ſicut idem corpus uirtute diuina poteſt eſſe in diuerſis locis ſimul, ita eadem natura poteſt eſſe in diuerſis diuinis ſuppoſitis, ex quo ſunt ſibi realiter extrinſeca, & non eadem illi naturæ.

CONTRA: Ex hoc, quòd diuina eſſentia eſt in tribus ſuppoſitis, arguitur, quòd ſit infinita. ergo natura aſſumpta eſſet infinita, ſi in tribus poneretur.

RESPONDEO, quòd Diuina eſſentia eſt in tribus ſuppoſitis, cum quibus eſt realiter idem: & ideo eſt infinita: ſed natura aſſumpta nõ eſſet realiter idem cum ſuppoſitis, à quibus eſſet aſſumpta Similiter natura diuina fundat tres perſonalitates increatas, non autem natura humana. Et ex hoc ſequitur eius infinitas. (Varro. ubi ſupra ſoluendo primum. Argumẽtum oppoſitum primæ.)

CONTRA: Suppoſitum aſſumẽs perfectisſimè ſupplet uicem proprii ſuppoſiti, ita ergo eſſet infinita, ac ſi eſſet in diuerſis ſuppoſitis propriis.

Item ita eſſet illimitatum accidens, quòd ſimul eſſet in diuerſis ſubiectis, ſicut forma ſubſtantialis, quæ ſimul informaret diuerſas materias.

AD quæſtionem poteſt dici, quòd uel intelligitur terminus uniuocus naturæ aſſumptæ, ſint tres perſonæ; uel eſſentia ſubſiſtens in tribus perſonis. Primus modus nõ uidetur poſsibilis, ratio eſt, q̃a dependentia unam eſſentialem unius naturæ non poteſt terminare niſi unum ſuppoſitum. ſed dependentia naturæ aſſumptæ eſt eſſentialis, & eam totaliter terminat unum ſuppoſitũ aſſumẽs, cum perfectisſimè ſuppleat uicem proprii ſuppoſiti, à quo totaliter terminetur. ergo impoſsibiles eſt

lis est à tribus assumi simul. ergo.

Contra: Dependentia est relatio, relatio autem eiusdem rationis potest multiplicari in eodẽ, sicut patet, quòd idem album potest esse simile diuersis albis; & idem Pater respectu plurium filiorum. Et si diceretur, quòd depẽdentia ad tria supposita diuina essent alterius rationis, tanto magis possent multiplicari in eadem natura assumpta.

Ex dist. secundi libri q. 4. & 5. de relationib. creaturæ ad Deum.

Respondeo, quòd sicut non omnis relatio, Vnde relatio posset eadem esse realiter fundamẽto; cum relatio creaturæ ad creatorem sit eadem ut dictum est; Ita nec unde relatio repugnat sibi, quòd plures eiusdem rationis sint in eodem. sed repugnat alicui relationi speciali, cuiusmodi est dependentia essentialis, sed, quòd tali relationi repugnet, patet de aliis dependentiis essentialibus, ut dependentia causati ad causam. Impossibile enim est, quòd idem causatum totaliter dependeat à duobus in eodem generẽ causæ: Nam cum uno illorum remoto, & alio remanẽte, adhuc staret causatum, sequeretur, quòd staret causatum remota causa, a qua totaliter dependebat. ut patet intuenti; sed hoc est impossibile.

Diuina essentia prius in se natura existit quàm in suppositis personetur.

Secundus modus uidetur esse possibilis, nam cũ diuina essentia prius in se natura existat, quàm in suppositis personetur, & cum nullum esse habeat à persona, & det esse ipsi personæ, uidetur ꝙ sub illa ratione priori possit naturam assumere: & ita ratio unionis non esset incõmunicabilitas, sed per se essentia, uel per se subsistentia singularis. Sed tunc talis natura non esset persona propria personalitate, nisi metaphoricè; & ratio est, quia primo non uniretur personæ.

Tunc ad rationes: Ad primam alterius opinionis dico, quòd non omne prius potest stare immultiplicatum, multiplicato posteriori: Quia iam sequeretur, quòd eadem natura numero posset esse in diuersis suppositis; quod non conceditur, & sic licet indiuiduatio sit prius natura personalitate, non tamen sequitur, quòd una & eadem indiuiduatio possit stare cũ pluribus personalitatibus. Nam hoc etiam posset concludi de personalitatibus increatis, respectu quarũ indiuiduatio prior est. Sic non potest manere quodcunque prius indistinctum cum distinctione posterioris cuiuscunque.

Ad secundum Dico, quòd licet relatiuum nõ necessario distinguat absolutum, super quo fundatur; tamen necessario distinguit absolutum, cuius terminat essentialem dependentiam, & absolutum, quod sequitur ipsum relatiuum.

Exempla.

Exempla etiam de anima respectu partiũ corporis, & de locato respectu diuersorum locorum non concludunt, quòd anima essentialiter dependeat à diuersis partibus corporis, ut diuersæ sunt, nec locatum à diuersis locis.

Sed contra secundum Membrum supra dictũ arguitur, ꝙ illa assumptio non possit terminare aliquam unitatem naturæ, quia iam fieret unum ex natura assumpta, & diuina, quod est impossibile.

Respondeo, ꝙ assumeretur natura, non ad unitatem naturæ, nec compositionis, sed unionis, & esset specialis dependentia naturæ ad naturam, sicut modo est naturæ ad personam.

Contra: Assumitur à persona, ergo ad unitatem naturæ.

Respondeo, ꝙ non est simile; Quia prima consequentia non concludit identitatẽ realem inter assumptum, & assumẽtem, sed secunda sic. Ratio autem istius diuersitatis est, quia cum ratio personæ non dicat formaliter aliquid positiuum, tollitur, quando assumitur natura nullo positiuo remoto ab assumpto: & ita remanet ratio personę solum in assumente, sed non sic esset in natura, ut patet, quia ipsa, ut singularis, dicit aliquid positiuum.

Tunc ad rationes principales: Ad primam dico, ꝙ si omnes agerent actiuè, non tamen ad tres terminaretur assumptio; sed ad unam, ad illam. s. ad quam agerent, ut terminaretur, non tamen posset agere sibi ad terminandam eam, quia repugnat; ut uisum est: tanquam quælibet ageret. Nam impossibile est totaliter dependere dependentia eiusdem rationis ad plures personas, & sit nata terminari ad unam.

Ad secundam & tertiam simuliter dico, ꝙ stãte actuali assumptiune à uerbo, non potest reduci ad actum aliqua potẽtia ad assumptionem eiusdem, uel sit potentia obedientialis, uel Inclinatio naturalis; & hoc propter repugnantiam assignatam, sicut patet, ꝙ stante albedine in subiecto, non potest reduci ad actum potentia ad nigredinem.

Ad quartum Dico, ꝙ idem accidens non potest esse primo in diuersis subiectis. Ad probationem dico, ꝙ essent duo ubi subiectiue in duobus locatis, quamuis locus sit unus. Vnde si locus sit formaliter respectus ad locatum, erit dicendum, ꝙ materialiter sunt in uno loco; qui fundat duos respectus ad duo locata. sicut idem album per eãdem albedinem est simile in duobus albis.

VTRVM VNA PERSONA POSSIT assumere plures naturas.

Scotus 3. sent. dist. 1. q. 3.
D. Thomas 3. parte summa q. 3. Art. 7.
Ricardus 3. sent. dist. 1. q. 5.
Durandus 3. sent. dist. q. 1 3.

Quæstio tertia.

Tertio quæritur, Vtrum una persona possit assumere plures naturas.

Quod non: Quia uel esset unus homo, uel plures. Non unus, quia deficeret sibi unitas naturæ. Nec plures, quia deficeret sibi pluralitas suppositorum. ergo. Prima cõsequentia probatur per hoc, ꝙ tres personæ sunt unus Deus. Secunda consequentia probatur per hoc, quia habens plures scientias est unus sciens propter suppositi unitatem.

D. Thomas 3. parte summæ q. 3. Art. 7. in solutione secundi Argumenti.

Præterea: Natura numeratur ad numerationẽ

suppo-

suppositi, & habet unitatem ab unitate suppositi. ergo si unum suppositum, una natura.

CONTRA: Plures naturæ sunt in potentia obedientiali ad unam personam antequam assumatur. Et una assumpta non impeditur, quin potentia alterius non possit reduci ad actum, quia illa non adæquat totam potentiam terminandi in assummente. ergo.

RESPONDETUR, quod sicut tota Trinitas: cum sit infinitæ uirtutis, potest terminare omnes relationes reales omnium creaturarũ ad ipsam causam efficientem; Nec ipsa ex hoc refertur realiter; Ita unum suppositum diuinum, cum perfectissimè possit supplere uicem omnium suppositorũ creatorum; potest simul terminare omnes dependentias reales naturarum creatarum ad omnia supposita propria, absque eo, quòd ipsum referatur ad creaturam realiter. Et sicut ibi non adæquatur tota uirtus effectiua; Ita nec hic tota uirtus terminandi.

Ricardus de Media uilla lib. 3. dist. 1. Arti. 1. q. 5.

Ad rationem in contrarium, dico, Quòd sicut Pater, & filius sunt unus Spirator, licet non unus spirans, sed duo spirantes, ut dictum est; Ita esse unum hominem, est esse unam personam. asset ergo unus homo habens plures naturas.

Dist. 11. primi libri quod Pater & filius non sit unus spir.

CONTRA: Ergo Christus non est homo, cũ nõ habeat personam humanam.

Item si assumeret Humanam, & non Angelicam, quid esset?

Ad primum dico, quòd esse hominem, est ab humana natura. licet esse unum hominem est à quacunque una persona, in qua talis natura persónatur.

Ad secundum dico, quòd esset persona Angelus & Homo; sicut ille esset quasi bis homo. Dualitas autem non posset attribui, nec ibi, nec ibi, nisi solum ex parte naturarum. Ad aliud dico, quòd si cut singularitas præcedit rationem suppositi, uel personæ, ita potest pluralitas personarum stare in eodem supposito. &c.

VTRVM SVPPOSITVM CREATVM possit ypostatice aliam naturam creatam.

Scotus 3. sent. dist. 1. q. 4.
D. Thomas 3. parte summa q. 3. Art. 1.
Durandus 3. sent. dist. 1. q. 5.

Quæstio quarta.

QVARTO quæritur, Vtrum unum suppositum creatum possit supposiare alienam naturam creatam.

QVOD SIC: Omnem perfectionem limitatam potest Deus dare creaturæ: sed supposiare alienam naturam, non arguit uirtutem illimitatam. ergo.

Item superiora continent uirtutem inferiorũ, ergo suppositum Angelicum potest supposiare naturam humanam.

CONTRA: Suppositum propriũ, & natura creata propria adæquãtur. ergo sicut eadẽ natura non potest esse in diuersis suppositis primo, nisi esset infinita, nec econtrario.

RESPONDEO, quod supposiare naturam alienam, potest intelligi effectiuè, & formaliter siue terminatiuè. Primo modo tota Trinitas supposiat naturam humanam in Christo. Secundo modo solum uerbum. Si intelligatur primo modo, dico, quòd non. Quia natura creata non habet dependentiam ad alienum suppositum, nisi obedientialẽ; alias inuiolenter esset in proprio supposito. Potentia autem obedientialis solum respicit efficatiam primi agentis. Si intelligatur secũdo modo dicitur, quod non. Quia iam unũ suppositũ esset illimitatum ad plures naturas, & ita esset infinitũ. Sed ista ratio non concludit, Quia suppositũ uerbi sub propria ratione uerbi non est formaliter infinitum. Cũ sub propria ratione uerbi realiter distinguatur à Patre, & tñ potest terminatiuè supposiare alienam naturam. Non uidetur impossibile, quod Deo efficiente, possit unum creatum suppositum terminatiuè supposiare alienam naturam creatam.

Supposiare naturam põt accipi dupliciter.

Varro libr. 3. dist. 1. q. 2.

Verbũ nõ est infinitum secundum rationem personalitatis suæ.

Ad principale dico, quod actiuè hoc facere, arguit efficaciam infinitam, ut dictum est. Sed terminatiuè non.

Ad secundum dico, quod superiora non continẽt uirtutem inferiorum, nisi illorum, quæ sunt sibi essentialiter subordinata,

Ad illud in oppositum potest dici, quod non est simile. Quia idem potest simul totaliter depẽdere à pluribus eodem genere depẽdẽtiæ. Ita quod à quo libet totaliter. Sed benè idẽ potest terminare dependentiam totalem plurium. Exemplum: Idem effectus non potest essentialiter dependere à duobus efficientibus, sed plures effectus ab uno efficiente.

Exemplum.

VTRVM FORMALIS RATIO TERminandi unionem sit proprietas relatiua.

Scotus 3. sent. dist. 1. q. 5.
Ioannes Bacconitanus 3. sent. dist. 2. q. 2.

Quæstio quinta.

QVINTO quæritur utrum assumptio humanæ naturæ in uerbo terminetur ad proprietatem uerbi relatiuam; Vel ad essentiam.

QVOD ad essentiam. Per illud uerbum terminat assumptionem humanæ naturæ, per quod cõuenit sibi continere perfectionem creati suppositi, & per quod natura assumpta est sibi in potentia obedientiali. Sed huiusmodi est essentia, non proprietas relatiua. Nam continere pertinet ad infinitatem, & obedientialis potentia respicit omnipotentiam facientis.

Motiua Varronis ubi supra.

RESPONDEO, quod dicentes, Verbum assumere naturam humanam, & terminare assumptam: Quia continet perfectionẽ suppositi creati, & erat sibi in potentia obedientiali; haberent dicere, quod terminat per rationẽ essentiæ, & nõ p rationem

Varro. libr. 3. dist. 1. q. 1. & 2.

Q

tionem relatiuam personalem; & ideo in prima quæstione nô probant possibilitatem incarnationis à parte Verbi per has rationes, sed ex hoc, quod Verbum est independens. nam ista dependentia est alterius rationis ab ista; quæ est causati ad causam, ut ibi patuit. Sed illæ rationes valerent, si esset dependentia causati ad causam. Dico igitur, quòd terminat per rationem personalem, ita quod essentia non est sibi formalis ratio terminandi. Ratio est, quia in quocunq; est ratio formalis terminandi, illud terminat. sed in Patre est essentia: & tamen Pater non terminat. ergo.

Diceretur forte ad hanc rationem, quòd licet eadem essentia sit in Patre & filio; Tñ sub alio, & alio mô. Verbû ergo terminat per rationê essentiæ, ut est in eo sub speciali modo non ualet instâtia. Nam cum illa unio sit realis, oportet, quod uerbum terminet illam per rationem realem, non ergo per rationem illiusmodi, qui est quædam relatio rationis. & si dicas, quòd est relatio realis, non est. n. proprietas personalis. ergo.

Ad rationem in contrarium patet, quòd neganda est maior. Nota, quòd Scotus in hac quæstione pertractat multum prolixè de formali constitutiuo personæ diuinæ, Vtrum sit relatio, uel aliquid absolutum. &c.

DISTINCTIO II.

CIRCA DISTINCTIONEM II. Quæritur,

VTRVM NATVRAM HVMANAM uniri Deo Hypostatice & tamen non frui includat contradictionem.

Scotus 3. sent. dist. 2. q. 1.

Quæstio prima.

Magister agit de modo assumendi naturã

CIRCA distinctionem secundam Quæritur primo, Vtrum natura assumpta à Verbo immediate ad esse hypostaticum non frui Verbo, includat contradictionem.

QVOD sic: Vel esset nata frui, uel nô. Si sic, cô tradictio esset, si non frueretur. Probatur: Maior est unio hypostatica, quàm unio per habitum gloriæ. sed cum habitu gloriæ non potest non frui, ergo. Maior ssius probatur per Augustinû. l. 3. de Trin. In rebus per tempus ortis nulla maior unitas ista, excepta illa, qua tres psonæ sunt unus Deus. Si autem dicatur, quòd non sit nata frui, tûc maior contradictio, quia sequitur, quòd Deus esset lapis, & huiusmodi.

l. 3. de trin. c. 9 Arguitur per locum a minori.

Item si natura assumpta posset non frui, posset peccare, & damnari, quod est contradictio.

Hêricus quodlibet. 6. q. 9.

CONTRA: Verbum in triduo uerè, & immediatè uniebatur carni secundum esse hypostaticum. ergo.

Respondeo & dico, quod si natura assumpta est apta nata frui, impossibile est, quòd non fruatur. Ratio, quia cû intellectus sit potêtia naturalis impossibile est, quod non moueatur ab obiecto præsente, & eo modo, quo obiectum est natum mouere. ergo intellectus naturæ assumptę moueretur à diuina essentia, quæ est in uerbo ad actum uisionis: quia taliter est natura mouere & tunc intellectus naturaliter ostenderet uoluntate essentiam clare uisam, & ita uoluntas necessario frueretur, quæ non potest resilire ab ultimo fine præsente. Vide Varron q. præsenti.

Confirmatur. Quia ista unio magis elenat potentias, quàm habitus gloriæ ad esse super natura le. sed cum habitu glorię nô potest nô frui. ergo.

Dicit ultra ista opinio, quòd natura non nata non frui non potest assumi ad talem unionê. Ratio est, quia sicut Deus non potest illabi creaturę ad esse, nisi illabatur ad operari, ita non potest illabi isto speciali illapsu ad tale esse. s. hypostaticum, nisi illabatur ad suum proprium operari, quod est frui uerbo assumente.

CONTRA Primum: Deus non causat aliquid ad extra, nisi contingẽter. ergo essentia diuina in uerbo non necessario causat intellectionem in intellectu assumpto, nec per consequens nolitionê in uoluntate, non conceditur etiam, quod uoluntas necessitet ab ultimo fine pséte. Scotus 14 quolib. & in 1. dist. 2. q. 1. & et in 2. dist. 1. q. 1.

ITEM contra utrumque simul: Prius potest esse sine posteriori, à quo est essentialiter distinctû sine contradictione. ergo potest assumi natura ad esse suppositale absque eo, quod assumatur ad operari, quod est frui. Operari autem est posterius, cû præsupponat esse suppositi; & ita est posterius ad esse suppositale assumptum, sicut ad proprium, quia in eodem instanti assumitur, & suppositatur in supposito proprio. ergo. Dist. 1. q. 4. simi liter.

Item contra secundam: Natura irrationalis nô minus dependet ad uerbum ista speciali dependêtia per potêtiam obedientialem, q̃ natura rationalis. ergo de se est assumptibilis. ergo Verbum pôt illam dependêtiá terminare. Probatur primû propositum, quia non habet aliquam entitatem positiuam incommunicabilem plusquam natura rationalis, quia iam esset perfectior, tum quia essentialius habet ordinem, & magis necessarium ad proprium suppositum, quia iam esset perfectio.

Et si dicas, quod cû uerbum sit personabile, cuiusmodi non est natura irrationalis; Dico, quod immo, quia cum ratio personæ in uerbo nihil positiuum addat super rationem suppositi; & ita per eamdem realitatem potest terminare dependentiam naturæ psonabilis, uel suppositalis. Ex primis duabus instantiis patet solutio ad primam rationem opinionis, ad primum mêbrum. Ad eius uero confirmationê dico, quod existente habitu glorię in anima, adhuc Deus contingenter causat intellectionem in intellectu, & nolitionem in uolûtate creati. Vel dicêdum, quòd gloria formaliter actu fruitur, licet ergo unio hypostatica sit maior, quàm ad actum primum, qui est ex se tale. Vnio tamen gloriæ est maior, quàm ad actum secundum, qui est frui, quia formaliter consistit in frui.

Ad illud pro scdo mêbro dico, quod sicut illaberetur ad operari, quod competeret tali naturæ assumptæ, & speciali illapsu; ita quòd in esse; ita & inope-

inoperari esset communicatio hydiomatum. Vnde si assumeret ignem, sicut tunc Deus diceretur ignis, ita diceretur calefacere.

Ad quæstionem igitur dico, quòd propter rationes factas contra opinionem, non uideo, quòd sit contradictio naturam creatam assumi à Verbo ad esse hypostaticum, & non frui eo, & hoc siue sit natura nata frui, siue non.

Ad primam rationem in oppositum principalem dico, quòd ista unio est maior, quàm ad actum primum; & modo de facto est. Ad actum secundum, qui est frui, quia est de ratione gloriosi, quòd fruatur, sed non est de intrinseca ratione eius naturæ, quæ assumitur ad esse hypostaticum, quòd fruatur, ut uisum est. Tamen proprie loquendo una non est maior alia: quia sunt alterius rationis, ut patet.

Ad illud, quòd additur pro secundo membro, dico, quòd non est contradictio, quòd Deus esset lapis eo modo, quo est homo, quia non formaliter, & realiter. Sed per communicationem hydiomatum. omnis enim creatura distat ab eo.

Ad secundum dico, quòd ex ui unionis hypostaticæ ad Verbum natura in Christo assumpta non fuit impeccabilis ex necessitate absoluta, sed de congruo propter plenitudinem gratiæ. &c.

VTRVM NATVRA HVMANA fuerit assumpta per aliquod medium.

Seraphicus Bona. 3. sent. dist. 2. q. 2. Art. 3.
Scotus 3. sent. dist. 2. q. 2.
D. Thomas 3. parte summæ. q. 6. Art. 6.
Ricardus 3. sent. dist. 2. q. 3.
Durandus 3. sent. dist. 2. q. 3.

Quæstio secunda.

SECVNDO quæritur, Vtrum de facto fuerit aliquod medium congruitatis in assumptione humanitatis Christi à Verbo medians inter uerbum, & ipsam humanitatem: Et dico de facto, & de congruo. Quia patet ex quæstione præmissa, quòd non ex necessitate, cum possit natura absque eo, quòd fruatur, immo etiam irrationabilis; & per consequens sine habitu gloriæ, & gratiæ. Et ut quęstio includat de medio intrinseco, cuiusmodi est anima, & intrinseco, cuiusmodi habitus gloriæ, uel gratiæ.

Lib. 3. cap. 6. QVAERO quartum sub titulo, an uerbum fuerit immediatè unitum toti naturæ humanæ.

Cap. 6. et est li tera cap. 15. QVOD NON: Et primo Arguo de medio intrinseco. quia secundum Damascenum; & secundum Augustinum de Agone Christiano, & habetur in litera assumpsit carnem mediante anima. Item cum in triduo fuerit totum uerè corruptum per mortem, quę est uera corruptio dimisisset abunde, qđ primo assumpsit, qđ est cōtra Damasc. Ca. 73. uel 52

Item de medio extrinseco sic: Homo non utitur Deo quantum ad esse beatificum, nisi mediāte habitu gratiæ, uel gloriæ. ergo nec ad esse hypostaticum, nisi mediante aliquo habitu. Consequentia probatur, quia ista est maior quàm illa.

CONTRA: & primo de medio intrinseco: Si assumpsit primo partes, quàm totum, non fuisset una assumptio, sed plures.

Item in triduo assumpsisset carnem de nouo, quia tunc non uniebatur carni, mediante anima.

Item de medio extrinseco sic: Deus illabitur illapsu generali creaturæ primo ad esse totius, & non per habitum, sed immediatè. ergo simile est de illapsu speciali.

RESPONDEO de medio intrinseco, & dico, quòd licet ordine intentionis primo assumpsit totum, tamen ordine naturæ in primo instanti naturæ assumpsit animam; & ipsa mediante assumpsit carnem in secundo instanti naturæ, & ita per consequens totum. Varro. lib. 3. dist. 2. q. 1. uel q. 12. totius. 1.

CONRA: In triduo fuisset noua assumptio carnis; quia tunc nō erat assumpta mediante anima.

Itē: Tūc Christus nō fuisset primo homo: quia in illo primo instanti naturæ non fuisset homo, cum nec assumens, nec assumptum esset homo, ut patet.

DICO ergo quantum ad istud Articulum, quòd distingui potest de medio. Est enim medium, qđ, & medium quo. Si agatur de medio quod; Dico, quòd nullum fuit medium inter totum hominem & Verbum assumens: Ita quòd primo assumpsit totum. Ratio est: Illud primo assumpsit, & immediate, quod primo & immediatè fuit personale, Sed tale fuit totum, non aliqua pars, ut patet. Probatio Maioris: In eodem instanti, in quo natura humana fuit assumpta à uerbo, fuit personata in supposito proprio, cum uerbum suppleat uicem proprii. Si uero agatur de medio quo; dico, quòd sicut anima est illud, quo formaliter homo est homo: Ita anima est medium, quo est assumptus. Duplex mediū quo, et q.

Sed hic est dubium, Vtrum totum, quod dicitur primo assumptum realiter, sit distinctum à partibus; Et si sic, Vtrum sit aliqua entitas positiua absoluta, uel relatiua. Et tertio, Vtrum sit forma aliqua, per informationem, uel quid. Dubium.

Quantum ad primum, Videtur dicere Commentator primo Phy. Quod licet totū sit aliud à qualibet parte, & ab omnibus partibus absolutè: non tamen est aliud, quàm omnes partes simul sumptæ. Auerr. 1. phys. commēto 17. Vide Varronē q. 11. huius. 3. 11. p Aueroe.

Sed ostendo oppositum, primo, quia tunc falsa, & nulla esset diuisio unius, & Totius. 8. Met. Dicit enim phylosophus ibi, ꝙ unum, & totum quoddam est aggregatum, ut aceruus, & tale totum nō est nisi partes simul sumptæ. Aliud est unum, & totum per se. 8. Met. cōt. 15

Item terminus per se generationis est aliquid habēs propriā entitatē, sed nō partes, sed totū est, p se terminus gn̄ationis, & gn̄atio, nō ē sola unio. ergo. 7. Met. in fine sic arguit phylosophus: Manet, A, & B, & non manet AB. sed idem realiter nō pōt manere, & non manere. ergo AB est aliud AB, A, & B. Nec ualet, si dicas, ꝙ non manent unita, quia corruptio non est sola separatio. 7. Met. cōt. 60

Item terminus per se corruptionis.&c.

Item, quia tunc materia, & forma non essent causæ, quia respectu nullius causati, cum nec sint causa sui ipsius, nec altera alterius.

Idē dicit Ant. Andreas. in 7. Met. q. 28.

Item, quia propria passio, & propria operatio per se sequitur totum, non partem. ergo.

Contra Auerroem.

Item ad Commentatorem dico, quòd male dicit ibi, sicut in multis alijs locis.

De secundo dico, ꝙ est aliqua entitas non respectiua, sed absoluta: Quod probatur per omnes præmissas rationes, Vt patet consideranti.

Item res sunt per se in prædicamento, ratione totius. ergo totum non est formaliter respectus, quia respectus non est in prædicamento absoluto.

De tertio dico, quòd non est forma informans distincta contra formam partis, cui correspondeant sibi pro perfectibili ipsæ partes: Quia tunc anima intellectiua non esset ultima, & perfectissima forma in homine; quia est inconueniens, nec potest hoc esse; quia materia, & forma sunt partes diuersarum rationum, & Ideo non correspondet eis una forma perficiens. sed potest dici totum forma totius, non quia informet totum, uel partes, sicut forma informat materiam, sed quia totum est formaliter totum, per ipsam entitatem, q̃ dicitur compositum, sicut albū est formaliter albū per albedinē, non quia albedo informet ipsum album: sed totum subiectū, & tamen albedo potest dici forma albi. Et etiam compositum est illud, quo formaliter est aliquid qdditatiue, & specificè, & respectu talis entitatis materia & forma sunt causæ intrinsecæ.

Idem habet Arist. 8. Met. contex. 15.

Et si quæras, quare materia, & forma causant intrinsecè talem entitatem, quam non causant subiectum, & accidens; Dico, quòd non est dare aliquam causam, nisi quia materia est materia formæ, uel forma est forma materiæ: & ideo faciunt per se unum; & per consequens causant talem entitatem: Sicut cera, est cera, & figura est figura. Ideo faciunt unum per accidens. Et si quæras quid est talis entitas: Potest dici, sicut dicit Auicenna, quòd qualitas rei non est nisi quidditas. Ita quòd Equinitas non est nisi equinitas, & Humanitas, non est nisi humanitas, & talis entitas tantum entitas.

Quid sit talis entitas. Auicenna. 5. Met. cap. 1.

Et si quæras per quid unitur ista entitas absoluta, quæ est totius ipsi toto, uel ipsis partibus; Dico, quòd non quicquid unitur alteri, unitur per aliquam formam mediam, quia tunc illa uniretur extremis per aliam, & sic procederetur in infinitum. Dico ergo, quòd sicut inter calorem, & calefacere non est aliquod medium in genere efficientis: Ita inter formam totius, & ipsas partes simul sumptas, non est aliud medium in genere causæ formalis.

Et si dicas, quòd immo, quia necessariò forma totius, ut consurgat ex partibus, requirit rationem partium. Dico, quòd non est inconueniens, quòd aliquod absolutum præexigat, uel coexigat aliquem respectum, sicut patet, quòd causare causatum à pluribus causis coexiget approximationem causarum illarum, ergo. Ista opinio non uidetur saluare, quod materia, & forma sint causę intrinsecę, ut patet.

De medio extrinseco, dicitur, quòd gratia fuit medium in ista unione humanitatis ad Verbum.

Contra: ut prædictum est supra; in illo instanti, in quo fuisset personata, in se fuit personata in uerbo: sed patet, quòd gratia cum sit habitus, & principium operandi non attribuitur nisi ei, quod potest operari, operari uerò est suppositi. ergo, nec gratia, nec aliquod accidens potuit præcedere rationem suppositi, & per consequens nec mediare.

D. Bona. lib. 3. dist. 2. Art. 3. q. 2.

Ad argumenta ergo principalia respondetur.

Ad primum de medio intrinseco, Dico, quòd intelligendæ sunt authoritates de medio, quo, & non quod.

Ad secundum, quòd cum uerè Christus fuerit mortuus, uerè potuit dicere, quòd aliquam entitatem habuit uiuus, quam non habuit mortuus. Et ad Damascenum dico, quòd noluit plus dicere, ut patet c. 73. nisi, quòd nunquam dimisit animam, & corpus, quæ partes sunt essentiales, ita quòd nunquàm fuerunt in se suppositatæ, sed semper in Verbo.

Sed mouetur hic unum dubium. Quia tunc uidetur, quòd de nouo in triduo assumpserit per se partes, cum primo non essent per se assumptæ, quod quidem dubium rectè tangitur in argumento, sed ipse hoc dubium dimittit insolutum. Quæras ergo solutionem in loco præassignato.

Vide in simili infra dist. 16. & hic considera bene plura.

Ad illud de medio extrinseco; Dico, ꝙ non est simile: quia beatitudo consistit in actu perfecto: Ideo necessarius est ibi habitus; qui aliquo modo concurrit, sed esse hypostathicum est esse primum. Ideo non mediat ibi aliquis habitus, licet consequitur ad istam unionem de facto ipsa Gratia, & Gloria. &c.

VTRVM INCARNATIONEM PRAECESSERIT CORPORIS ORGANIZATIO.

Scotus 3. sent. dist. 2. q. 3.
D. Thomas 3. parte summa. q. 2. Art. 4.
Ricardus 3. sent. dist. 2. q. 4.

Quæstio tertia.

Tertio quæritur, Vtrum organizatio corporis Christi, & informatio animæ præcesserint Verbi assumptionem.

Quod sic: Corpus Christi fuit formatum, & generatum ex sanguinibus Beatæ Virginis secundū Damascenum lib. 3. & per consequens fuit dēsius corpore, de quo generabatur. s. ipsis sanguinibus. Et ita per consequens occupauit minorem locum. ergo fuit ibi necessario motus localis. sed iste motus nō potuit esse simul cū assumptione, quia illa fuit in instāti, & motus nō est in instanti; Nec fuit post. Vt patet ergo fuit ante, ergo organizatio, & pari ratione animatio præcesserunt.

Libro 3. ca. 2. & cap. 38.

Contra:

Dist. 2. in fine & dist. 3. ca. 1. lib. 3. cap. 2.

¶ Contra id est Magister in litera. Et Damascenus dicit, quod simul fuit caro uerbi Dei simul animata caro.

Respondeo, quòd si arguitur de præcessione temporis, Dico, quòd animatio carnis non præcessit incarnationem Verbi. Ratio est, quia tunc in aliquo instāti temporis fuisset humanitas Christi personata in proprio supposito: & per consequens beata Virgo non fuisset uera Mater Christi: sed puri hominis, quod esset hæreticum. Antecedens patet, quia in illo instanti, in quo fuit caro animata, fuisset in proprio supposito animata per sonata nisi à Verbo fuisset præuenta. Consequentia etiam patet, quia non concep. esset Verbū Deū, sed purum hominem, quanuis post conceptionē potuisset fieri Deus.

Hēricus quo lib. 3. q. 6. D. Thomas in 4. dist. 1. q. 1. soluendo secundum Argumentū qnq; Biunculæ. secundæ.

Similiter dico de organizatione corporis, accipiendo organizationem pro introductione ultimæ formæ corporis, quæ immediatè præcedit animam intellectiuam. supposito, quòd in homine sint plures formæ, Nam in illo instanti temporis, in quo talis forma fuit introducta, anima fuit infusa; cum talis forma sit ultima dispositio ad animam; quæ appellatur necessitas. Si uerò ordinatur organizatio pro motu locali sanguinis ad locum debitum generationi, & pro ipsa cōdensatione, & corporis figuratione; Tunc si dicatur, quòd talis præcessit incarnationem tempore, magis saluatur, quòd Beata Virgo fuerit aliquid cooperata ad formationem corporis Christi, de quo dicetur, & tunc patet solutio ad principale. Argū in oppositum. Si autem dicatur, quòd non; Melius saluatur, quòd in ultimo instanti consensus Beatæ Virginis fuit completa tota incarnatio; ita quòd nihil eius usque tunc præcessit. Et hoc magis uidetur consonum dictis Sanctorum.

De hoc in 4. dist.

Et Tunc ad argumētum in oppositum potest dici, quòd uirtute diuina potuit totum esse in instanti licet non naturaliter. Sed utrum potuerit communicari uirtus coagendi, in quarta distinct. dicetur.

Fundamentū ordine naturæ præcedit relationem.

Si autem quæratur de prioritate naturæ, dico, quòd cum fundamentum naturæ præcedat relationem, & tota humanitas sit primum fundamentum istius specialis dependentiæ ad Verbum, cuius dependentiæ terminatio est Verbi incarnatio; sequitur, quòd organizatio, & animatio præcesserunt ordine naturæ, &c.

DISTINCTIO III.

CIRCA DISTINCTIONEM III. Quæritur,

VTRVM BEATA VIRGO FVERIT concepta in originali peccato.

Seraphicus Bona. 3. sent. dist. 3. q. 2. Art. 3.
Scotus 3. sent. dist. 3. q. 1.
D. Thomas 3. parte summæ q. 27. Art. 2.
Ricardus 3. sent. dist. 3. q. 3.
Durandus 3. sent. dist. 3. q. 4.
Franciscus de Mayronis 3. sent. dist. 3. q. 2.
Ioannes bacconitanus 3. sent. dist. 3. q. 2.

Quæstio prima.

Circa distinctionem tertiam Quæritur primo, Vtrum Beata Virgo fuerit concepta in peccato originali. Magister agit de qualitate naturæ assumptæ.

Quod sic: Omnes in Adam peccauerunt. Romanorum cap. 5. lib. 3.

Item Damascenus cap. 10. Spiritus sanctus purgauit eam. Sed non nisi à peccato: non autem ab actuali. ergo ab originali. cap. 3.

Item augustinus de fide ad Petrum: Firmissime tene, & nullatenus dubites omnem hominem, qui per concubitum uiri, & mulieris concipitur, nascitur cum peccato originali. Cap. 23.

Item Leo Papa in sermone de natiuitate Domini: Sicut à reatu nullum liberum reperit; ita liberandis omnibus uenit. Sermone. at.

Item Bernardus de conceptu eius dicit, quod concepta fuit in peccato originali.

Item de consecratione distinctione tertia primo cap. Gloriosa conceptio Virginis non est celebranda.

Item Hieronymus super illud Psal. De manu canis unicam meam; Videtur dicere ibi idem.

Item Augustinus super illud Ioannis: Ecce agnus Dei. Solus Christus fuit sine omni peccato. Ioannis ca. 1.

Item Anselmus 2. Cur Deus, & Homo. Cap. 16.

Item Bernardus in quadam epistola, & probat per hoc, quia, ut patet, non fuit sanctificata, antequam concepta; nec in conceptu, quia ibi fuit libido. ergo. &c.

Item quia tunc Christus non fuisset omnium mediator, & redemptor.

Item quia ipsa fuit propagata secundum communem legem. ergo de semine infecto.

Item ipsa habuit pœnalitates inflictas naturæ propter peccatum: Vt famen, sitim, & huiusmodi, quas iniustè habuisset, si peccatum non contraxisset. Nec potest dici, quòd uoluntariè eos assumpsit, sicut Christus, quia ipsa non fuit mediatrix.

Contra id Augusti. De natura, & Gratia: Cū de peccato agitur, De Maria nullam habere uolo quæstionem. Circa mediū & ponitur in litera. cap. 3.

Item Anselmus De cōceptu uirginali. Decuit ut ea puritate niteret, qua maior sub Deo nequit intelligi. Cap. 18.

Respondeo, quòd propter dictas authoritates, & rationes communiter dicitur, quòd sic. Sed primo ostendo possibilitatem oppositæ opinionis. Secundo congruitatem. Primum sic patet: Gratia æquiualet originali iustitiæ: potuit autem Deus infundere gratiam animæ Beatæ Virginis in primo instanti suæ creationis æqualem, uel maiorem ei, quam infundit in Baptismo, quo facto nunquam fuisset actualiter debitrix originalis iustitiæ. & per consequens nūquam fuisset cum originali culpa. ergo. D. Thomas prima secūdę q. 81. art. 2. & in 3. scripto dist. 3. & 3. par te summæ. q. 27. Art. uide D. Bona. & alios Antiquos hic.

Secundū etiā sic patet: Quia absurdū uidetur, ex quo

ex quo fuit possibile aliter esse, quòd futura Mater Dei in aliquo instanti fuerit actu Deo odiosa, & Dei inimica, & digna damnatione; Ita q̃ si tunc fuisset mortua, fuisset damnata.

Qui uult tenere istam partem negatiuam, potest dicere ad omnes authoritates, quòd ipsa quantum est ex se contraxit originale: quia debitrix erat originalis iustitiæ; ex quo erat filia naturalis Adæ, quam tamen iustitiam habere non poterat ex se, & ideo originale peccatum in primo instanti contraxisset, nisi ab extrinseco præuēta per gratiam fuisset.

Contra: Quod competit alicui ex se, & ab intrinseco, conuenit sibi prius, eo, quòd competit sibi aliunde, & ab extrinseco. ergo prius fuit non iusta, quàm iusta.

Pulchra respō. Respondeo, & dico, quòd uerum est ordine naturæ, sed non duratione, eo modo, quo diceremus, si aliqua creatura esset ab æterno, ut aliqui dicunt impossibile. Tunc diceremus, quòd prius fuit sub non esse, quàm sub esse, non prius quidem duratione: sed prius quasi natura: quia ex se esset non ens, & aliunde scilicet à Deo esset ens. &c.

Ad authoritatem potest dici, quòd ipsa ex se contraxit originale, ita quòd actu fuisset sub originali culpa, nisi à Spiritu sancto fuisset præuenta, & ita purgauit eam ab eo, quòd infecisset, non quòd infecit, & ita uerè redemit eam; & mediauit eam, quæ debebat esse eius Mater. & fuit perfectior redemptio, eo quòd purgauit eam ab eo, quòd infecisset: quàm si permisisset inesse, & postea purgasset.

Ad Bernardum in speciali dicitur, quòd in uita fuit illius opinionis. Post mortē retractauit eā; apparens cuidam Monacho. &c.

Virgo gloriosa quanuis nō fuerit concepta in peccato, tamē mortuum est nō ratione culpæ, sed per conditionem naturæ. Ad ultimum de pœnalitatibus potest dici, q̃ non erat necessarium, quòd præseruaretur ab ipsis, quanuis peccatum non contraxerit, quia non propriis meritis fuit immunis à peccato, & ideo non, iniustè habuit dictas pœnalitates, sed iustè sicut etiam contraxisset peccatum, nisi speciali gratia præseruata fuisset.

Quare corpus Christi nō cōtraxit peccatū originale. De corpore autem Christi, quare non contraxit originale peccatum, secundum Anselmum, de conceptu uirginali cap. 10. usque ad cap. 14. fuit ista ratio: Quia secundū eum originale peccatum non est nisi carentia originalis iustitiæ. Originalis autem iustitiæ non erat debitor, nisi qui esset naturalis filius Adæ, ab eo accipiens esse per naturalem propagationem: & ideo dicit, quòd si Christus fuisset purus homo, ad huc non contraxisset originale, ex quo miraculosè eius corpus erat de puris sanguinibus uirginalibus formatum.

DISTINCTIO IIII.

CIRCA DISTINCTIONEM IIII.

Quæritur,

VTRUM BEATISSIMA VIRGO Maria fuerit uerè Mater dei & hominis.

Seraphicus Bona. 3. sent. dist. 4. q. 3. Art. 1.
Scotus 3. sent. dist. 4. q. 1.
D. Thomas 3. parte summa. q. 32. Art. 4.
Ricardus 3. sent. dist. 4. q. 1. & 2.
Durandus 3. sent. dist. 4. q. 2.
Ioannes Bacconitanus 3. sent. dist. 4. q. 1.

Quæstio prima.

Circa distinct. quartam quæritur, Vtrum Beata Virgo fuerit uera Mater Dei, & hominis. *Magister agit de conceptione Christi per comparationē ad Virginem concipientē.*

Quod Non. Et primo non Mater; & Virgo. Maternitas, & Virginitas sunt contraria, ergo nō possunt eidem inesse simul. Consequentia probatur per Arist. ubi dicit, quòd contraria essent simul, & contradictoria, quod est inconueniens, & impossibile. *4. Met. cō. 9. & 27.*

Item quòd non mater Christi hominis mater se habet actiuè respectu prolis, alias si tantum passiuè, Adam mater esset Euæ, & limus mater Adæ. Sed Beata Virgo, non se habuit actiuè respectu corporis Christi; quia uirtus creata non potest operari in instanti, quando opus est natum fieri in tempore; Sed corpus Christi formatum fuit in instanti. ergo.

Item ad idem: Mater, & Pater sunt sicunt actiuum, & passiuum. Actiuum, & passiuum sunt correlatiua mutua ex quinto Met. ergo qui caret patre, caret Matre; Sed Christus homo caret Patre. ergo. *15. de Animalibus. cap. 19. 5. Met. cōt. 20*

Item quòd non Mater Christi, Dei non est filius nisi qui est per se terminus generationis, sed uerbum non est per se terminus generationis tēporalis. ergo. Maior probatur, quia Verbū per se non producitur temporaliter. Relatio autem nō producitur nisi producto fundamento; fundamentum illius dependentiæ specialis, ratione cuius dicitur uerbum incarnatum. non est ipsum uerbū, sed humanitas. ergo

Contra: Lucæ primo: Concipies in utero, & paries filium. *Lucæ. cap. 1.*

Et Damascenus cap. 58. Dei Genitricem uerè Sanctam Mariam prædicamus: Sicut. n. Deus uerè ex ipsa genitus est, ita ipsa uera Dei genitrix dicitur. Et subdit: Non hominem nudum genuit Sācta Virgo, sed Deum uerum, non nudum, sed incarnatum. *Lib. cap. 12.*

Respondeo: Hæc est quęstio, quòd. s. Beata Virgo est uera Mater, & uera Virgo ueri Dei, & hominis Iesu Christi. Sed Vtrum actiuè aliquid fuerit cooperata ad formationem corporis Christi, Dicitur uniuersaliter de omni Matre, quòd non, sed solum ministrat materiam. Et pater habet totam uim actiuam. quod probatur per Arist. 15. de Animalibus, ubi patrem comparat arti, & matrem ligno, de quo fit scamnum. *D. Thomas prima secūda q. 81. Art. 5. & 3. parte summæ. q. 32. Artic. 4.* *Cap. 25. & 26 uel primo de generatione Animalium cap. 19.*

Item specialiter de Beata Virgine uidetur idē per Augustinum super Gen. ubi dicit Christam *Lib. 10. super Gen. cap. 5.*

non

non descendisse de parentibus secundum rationẽ seminalem. Sed si Beata Virgo fuisset cooperata actiuè uideretur, quòd descendisset secũdum car nem seminalem.

Alij dicunt, ꝙ omnis mater habet etiam uim actiuam respectu prolis, & nõ solum ministrat materiam. Nam si ministraret materiam in loco debito, sufficeret ad maternitatem; caro animalis diceretur, quòd non est mater uermis, quia de ipsa generatur, nisi forte, quòd non est generatio uniuoca; sed hoc non impedit. Sic enim Asina posset dici mater Muli, & Equus pater.

Item formas eiusdem speciei sequuntur potentiæ eiusdem speciei, & eiusdem rationis. Sed masculinum, & fœmininum diuersificãt speciem ex 10. Metaphisicæ. ergo potentiæ naturales, quę sequuntur masculinum, & fœmininum, non sunt ita diuersæ, quòd altera sit solum passiua, & altera actiua. Secundum primam opinionem leuius soluatur, quòd Beata Virgo fuit uera mater, quia ipsa uerè ministrauit materiam, de qua fuit formatum uerum corpus Christi. Sed sequendo opinionem secundam, Dicunt aliqui, quòd materia, quã ministrauit Beata Virgo, habuit in se uirtutem naturalem actiuam ad coagendam productionem prolis, tamen non coegit actu, quia præuenta fuit ab agente supernaturali scilicet spiritu sancto, qui egit in instanti, in quo non potuit agere uirtus naturalis. Sed hoc non ualet, quia tunc sequeretur, quòd Beata Virgo non fuisset uera, & naturalis Mater uniuocè cum alijs matribus, ex quo ipsa non egisset actu, aliæ sic.

Aliter ergo dicitur, quòd in materia, quam ministrauit Beata Virgo, fuit diuinitus impressa quædam supernaturalis uirtus, per quam coegit in instanti Spiritui sancto. Sed etiã hoc non ualet, quia sequeretur, sicut prius, quòd Beata Virgo nõ fuisset mater naturalis uniuocè cum alijs, sed potius supernaturalis. Sed si dicatur, quòd aliæ matres coagunt actiuè in productione prolis, tanquam munus principale, ipsis patribus, qui sunt causæ actiuę principales magis. Adhuc potest dici, quòd Beata Virgo fuit mater, & coegit actiuè spiritui sancto ad informationem corporis Christi.

Ad cuius intelligentiam sciendum est, ꝙ formationes corporis organici, cuius actus est anima intellectiua, præcedunt tres motus locales, & alteri communes.

Primus est translatio materiæ ad debitum locum generationis; Puta seminis ad matrem, uel sanguinis, ut in Beata Virgine.

Secundus est debita figuratio illius materiæ, illa scilicet figuratione, quæ competit corpori organico.

Tertius est condensatio ipsius materię translatæ. & iste tertius motus non est de loco ad alium locum, sed de maiori loco ad minorem locum; & ita fortè sensus. Tunc in ultimo instanti istorum motuum introducitur forma substantialis, uel scilicet anima intellectiua; secundũ eos, qui ponunt unitatem formæ; uel forma corporea, quæ est necessitas ad illam secundum alios.

Tunc dico, quòd si spiritus sanctus egit illos tres motus, & alterationes in tẽpore, ante assumptionem personalem, & in illo ultimo instanti, in quo forma fuit introducta, & animatio facta per sonauit Verbum. hoc patet scilicet, ꝙ Beata Virgo potuit cooperari spiritui sancto tam in illo tẽpore, quàm in illo instãti. Si antẽ ponatur, quòd nulla actio spiritus sancti præcessit in tempore, sed omnes tres illi motus, & informatio, & animatio, & personatio omnia facta sunt in uno instanti; Adhuc dico, quòd Beata Virgo potuit in illo instanti cooperari, quia spiritus sanctus non agit ad extra necessariò, sed uoluntariè, & ita potuit contemperare suam actionem, & non supplere nicẽ totalis agentis, sed solum uicem patris. tamen per fectiori materia, quòd fecisset pater, & ita Beata Virgo cum spiritu sancto compleuit rationem unius totalis agentis.

Tunc ad rationes in contrarium. Ad illud alterius opinionis de Philosopho dico, quòd pro tanto facit illam comparationem, quia Mater principaliter ministrat materiam, & coagit, ut causa minus principalis.

Ad illud de Augustino, ꝙ Christus non descendit de parentibus secundum rationem seminalẽ. quia principalis causa actiua non fuit pater naturalis sed spiritus sanctus.

Ad primum principale dico, ꝙ maternitas, & uirginitas formaliter non opponuntur, nec contrariè, nec priuatiuè. Virginitas enim formaliter solum dicit priuationem causæ principalis actiuę naturalis, sed non negat causam supernaturalem supplentem uicem illius maternitatis; si uerò dicit ministrationem materiæ, & creationẽ, ut causa actius minus principalis, & ita fuit in proposito, ut patet.

Ad secundum patet; responsio ex dictis, quòd Mater non est tantum passiua.

Ad tertium dico, ꝙ passiuum requiret actum, non oportet, ꝙ tale, uel tale determinatum unum passiuum naturale ex parte matris respicit actiuum, uel naturale, uel illud supplens uicem causæ eius, sicut patet in omnibus alijs, ꝙ omnem potẽtiam passiuam naturalem põt reducere ad actum agens supernaturale.

Ad ultimum dico, ꝙ terminus per se istius generationis non fuit uerbum præcipuè, nec humanitas præcipue, nec relatio præcipue, sed totũ resultans ex uerbo & natura assumpta, quæ quidem duo faciunt unum, uel sicut dependens, & terminans dependentiã, ut patet ex iam dictis, uel per quandam specialem, & inexplicabilem à nobis in diuisionem, quæ non est relatio secundum Aureolum, semper tamen intelligẽdo, ꝙ in tali uno resultante uerbum, nõ habet rationem partis, uel componibilis.

Marginal notes: 10. Met. con-tex. 25. — D. Bona. libr. 3. dist. præsen ti. q. 3. — Varro libr. 3. q. 13. — D. Tho. In 4. dist. 11. q. 1. Art. 1. Henricus quolib. 5. q. 6. quære alios Doctrina mirabilis. — Hanc eãdem responsionem Affert Antonius Andreas 18. Met. q. 2. — Nota secũdũ Dominũ Aureolum.

DISTINCTIO V.

CIRCA DISTINCTIONEM V.

Quæritur,

VTRVM NATVRA DIVINA assumpserit, uel assumere potuerit naturam humanam.

Seraphicus Bona. 3. sent. dist. 5. q. 1. Art. 3.
Scotus 3. sent. dist. 5. q. 1.
D. Thomas 3. parte summa q. 3. Art. 5.
Ricardus 3. sent. dist. 5. q. 1.
Durandus 3. sent. dist. 5. q. 1.
Franciscus de May. 3. sent. dist. 5. q. 1.
Ioannes Bacconitanus 3. sent. dist. 5. q. unica.

Quæstio prima.

Magister agit de extremis assumptiõis.

Circa dist. quintam quæritur primo, Vtrum natura diuina assumpserit, uel assumere potuit naturam humanam.

Hæ duæ q̃nes ponũtur seorsum cum suis solutioni bus ab Antonio Andrea.

QVOD SIC: Persona diuina assumpsit naturam humanam. ergo & naturam diuinam. Consequentia probatur, quia quæ sunt eadem realiter respectu cuiuscunque actionis realis, sunt eadem, siue ut principium, siue ut terminus se habeat ad illã.

Præterea, quòd potuit, arguitur: Natura diuina includit in esse rationem omnis suppositi. ergo potest supplere uicem cuiuscunque suppositi creati, cum ipsa sit infinita. ergo. &c.

CONTRA: Si natura assumpsit, igitur tres personæ, cum sit eadem in tribus.

Præterea, quòd non potuit: Quia uel assumpsisset ad unitatem naturæ, uel personæ; utrunque est impossibile. ergo.

RESPONDEO quòd ad quæstionẽ patet responsio ex prima, & ultima quæstione primæ distinc. Nam dictum est in ultima, q̃ essentia non est ratio terminandi unionem, saltem substantialiter.

Dist. 2. primi libri.

Ad primam ergo rationem dico, Secũdum q̃ dictum est, quòd entitas communicabilis ex natura rei, non est formaliter incommunicabilis, & èconuerso. Et ideo, licet pater communicet filio entitatem communicabilem, non oportet, ut cõmunicet incommunicabilem, & sic ad quodcunque comparentur. Quod conuenit uni secundum suam rationem formalem, non oportet, quòd cõueniat alteri.

Ad secundam dico, quòd infinitas non est ratio terminandi istam unionem, non enim est formaliter idem infinitum, & incommunicabile.

VTRVM PERSONA CREATA fuerit assumpta uel potuerit assumi.

Scotus 3. sent. dist. 5. q. 1.

Quæstio secunda.

Secundo quæritur, Vtrum persona creata fuerit assumpta, uel potuerit assumi.

QVOD SIC: Natura fuit assumpta. ergo persona. Consequentia patet, quia eadem realiter, & extra. Vt in 1. quæstione.

CONTRA: Quia duæ personæ essent una persona, ergo.

AD QVAESTIONEM patet responsio per dicta in prima quæstione. Nam personalitas creata dicit negationem dependentiæ ad illud, ut ad suppositum alterius naturæ: cum igitur assumere sit dependere, & contradictio sit dependere ad personam extrinsecam, & non dependere. ergo impossibile uidetur ipsam personam assumi posse, ut persona. Et per hoc patet responsio ad rationẽ in oppositum. Nam illa consequentia non tenet. Et ad probationem dico, quòd licet natura, & persona dicant unum suppositum realiter idem, non tamen sunt omnino idem; sicut si esset aliqua entitas indifferens ad filiationem, & negationem.

Ex 1. q̃one & ultima. primæ distinctiones.

DISTINCTIO VI.

CIRCA DISTINCTIONEM VI. Quæritur,

VTRVM IN CHRISTO SIT ALIVD esse Verbi ab esse creato.

Scotus 3. sent. dist. 6. q. 2.
D. Thomas 3. parte summa q. 17. Art. 3.
Ricardus 3. sent. dist. 6. q. 3.
Durandus 3. sent. dist. 6. q. 2.
Ioannes Bacconitanus 3. sent. dist. 7. q. 1.

Quæstio prima.

Circa dist. sextam quæritur, Vtrum in Christo sit aliud esse ab esse increato Verbi.

Magister agit de incarnatio ne considerata ut in facto esse.

QVOD NON: Quia esse constituit ens. ergo si plura esse, Christus esset plura entia; quod est inconueniens. Vel si esset unum, esset unu per accidens, quod etiam est inconueniens. Quia ista est maxima unitas post illam trium personarũ, & una essentia.

CONTRA id est Aug. 7. de Trin. Sicut ab eo, q̃ est sapere dicta est sapientia, ita ab eo quod est esse dicta est essentia; sed ubi plura sapere sunt & plures sapientiæ, ergo plura esse plures essentiæ, & èconuerso, ubi plures essentiæ, ibi plura esse.

7. de trin. cap. 4. & 5.

RESPONDEO quòd in ista quæstione, est certum de esse essentiæ, quòd non differt ab essentia, nisi in modo concipiendi, talia enim esse sunt ibi tot, quot essentiæ. Hic est certum de esse subsistentiæ, siue suppositali; non enim certum est esse ibi, nisi unum tale esse, sicut unum suppositum. Sed est difficultas de esse actualis essentiæ, de quo dicunt aliqui, quòd non: Ratio, est, quia si humanitas Christi esset in proprio supposito, non haberet nisi unum tale. ergo nec modo. Consequentia probatur, quia uerbum supplet uicem proprij suppositi.

Hericus quolib. 3. q. 2. quæ re D. Thom. 3. part. sũma. q. 17. & quolib. 9. Art. 3.

Item: humanitas aduenit uerbo præexistenti, ergo sicut illa pars non haberet distinctum esse ab illo toto, sed communicaretur ibi esse totius, ita etiam in proposito. &c.

CONTRA: Per se terminus generationis est esse existentiæ, uel aliquid habens tale. 5. physi. Sed filius Dei uerè generabatur temporaliter secundum

Libr. 3. cap. 7. dum Damascenum cap. 53. non quidem secundum esse increatum. ergo secundum esse creatū, ergo est ibi esse existentiæ creatum.

2. de Anima contex. 37. Item secundo de anima: Viuere uiuentibus est esse, sed in Christo fuit uerè uiuere creatum, alias non fuisset uerè mortuus, cum mors sit priuatio uerę uitæ. ergo.

Item, anima uerè fuit creata, sed creatio uera terminatur ad uerum esse existentiæ. ergo.

Item si humanitas Christi determinatur à uerbo, nullo positiuo addito, uerè subsisteret per se. ergo. &c.

Ad primam rationem opinionis dico, q uerbū supplet uicem proprij suppositi, in suppositando, & terminando dependentiam naturæ; sed non in faciendo identitatem, quia fieret proprium suppositum.

Ad secundum dico, quòd humanitas nō ita dicitur identificari uerbo, sicut pars toto, ut patet. Dico igitur, quòd ex quo humanitas Christi non est solum in intellectu, uel in causa, sed est extra intellectum, & extra suam causam; Concedēdum est, q habet propriam existentiam actualē, & proprium esse quidditatiuum.

Ad rationem principalem in oppositum dico, q licet in Christo sint duæ uoluntates, non tamē dicuntur duo uolentes, sed unus uolens, cuius ratio est, quia concretum nō numeratur nisi ad numerationem suppositorum; sicut patet, quia unus sciens dicitur habens plures scientias.

Ad illud, quod additur de unitate per accidēs, dico, quòd propriè dicitur unum per accidens, quod aggregatur ex duabus rebus duorum prædicamentorum, ut lapis albus. Sed in proposito, non est ita, quia natura diuina non est in prædicamento, & etiam humanitas, cum sit uera substantia, nulli accidit propriè. Vocando uerò per accidens impropriè, quod resultat ex duobus actualiter distinctis, potest dici unum per accidens, licet impropriè, & etiam non bene sonat. Et ad ultimū dico, quòd unitas dicitur magna, uel quia negat magnam distinctionem, & essentiam inter unita, & hoc modo ista non est magna, uel propter perfectionem unitorū, & isto modo ista est magna, quia alterum unitorum est infinitum, & alterum est substantia finita. Sed ista uidetur extorta expositio, quia secundum hoc sequeretur, quòd isto secūdo modo maior esset unitas aceruī lapidum, quàm unitas ex materia, & forma; & ideo forte, & melior est in hoc opinio Aureoli, qui ponit inter uerbum, & naturam assumptam, unam specialem indiuisionem.

Natura diuina non est in prædicamento.

Optima opinio Illustrissimi Aureoli.

VTRVM PERSONA CHRISTI composita sit per assumptionum anturæ humanæ.

Seraphycus Bona. 3. sent. dist. 6. q. 1. Art. 1. & q. 2.
Scotus 3. sent. dist. 6. q. 3.
D. Thomas 3. parte summa q. 2. Art. 4.
Ricardus 3. sent. dist. 6. q. 3.
Durandus 3. sent. dist. 6. 3.

Quæstio secunda.

Secundo quæritur, Vtrum persona Christi sit aliquid compositum ex duabus naturis.

Respondeo & dico, q non, propriè loquendo, quia nec sicut compositum ex materia, & forma; nec sicut constitutum ex partibus, sed dici debet, sicut dicit tertia opinio, quam Magister approbat in littera. Quātum ad hoc scilicet, quòd persona Verbi in Christo subsistit in duabus naturis, in una, à qua habet primum & propriū esse; in alia quasi aduētitia, à qua habet secundū esse. &c. Aliæ Duæ opiniones non sunt tenendæ.

Illa opinio, q dicit personā Christi ēe cō positam, non tenetur cōter propriè loquēdo de cōpositione. Quære D. Thom. quolib. 1. Artic. 2. qui optime dicit.

DISTINCTIO VII.

CIRCA DISTINCTIONEM VII. Quæritur,

VTRVM ISTA SIT VERA: DEVS est homo.

Seraphicus Bona. 3. sent. dist. 7. q. 1. Art. 1.
Scotus 3. sent. dist. 7. q. 1.
D. Thomas 3. parte summa q. 16. Art. 1.
Ricardus 3. sent. dist. 7. q. 1.

Quæstio prima.

Circa distinc. septimam quæritur primo, An ista sit uera: Deus est homo.

Quod non: Prima diuidentia entis sunt finitum, & infinitum. ergo si rationale, uel irrationale, uel aliqua alia incompossibilia, multò magis ista.

Magister explanat tres opiniones supra positas, circa incarnationem Christus in facto esse.

Item idem non prædicatur de eodem denominatiuè, & in abstracto, ut si homo dicitur albus, nunquam dicitur albedo. Sed Deus est humanatus secundum Damascenum. ergo nunquam dicetur homo.

2. Thopicorū cap. 3.

Cap. 51. & 47.

Itē Quinque sunt prædicabilia, & nō plura, secūdum Porphyriū, & secūdum Arist. in Thopicis; sed a nullū ipsorum potest reduci homo respectu Dei, ut patet; non enim est eius genus, neque species, neque differentia, neque proprium, neque accidens. ergo.

1. Thopicorū cap. 3.

Contra id est Ioannes: Verbum caro factum est. &c. & accipitur ibi caro pro homine secundum Augustinum.

Ioan. cap. 1.

Respondeo & dico, quòd primo sciendum est, quòd hæc propositio: Deus est homo, nō est propositio uera; quia quando aliquod prædicatū dicitur de aliquo communi, ratione alicuius terminati suppositi illius communis, talis propositio non est propositio uera de illo communi, sed de illo supposito determinato; sed ita est in proposito. Nā ista est uera: Deus est homo, ratione istius determinati suppositi: Verbum. Vnde ista propositio est uera: Verbum est homo.

Secundo uidendum est de causa ueritatis propositionis istius: Verbum est homo, nō est nobis natura-

naturaliter nota, quia nec potest concludi ex principijs naturaliter notis nobis, ut patet, nec potest cognosci ex terminis, quod patet, quia tunc oporteret, quòd istius termini à nobis naturaliter noti continerent euidentiam huius connexionis prædicati ad subiectum: Verbum est homo, sed patet, quòd non est, quia uerbum uel sit notum sub propria ratione uerbi, quod tamen est impossibile per naturam, uel sub conceptu confuso, ut dictum est dist. 3. primi libri; Neutro tamen modo còntinet connexionem istius prædicati: Homo, ad ipsam. Est ergo nobis uel primo credita, uel ex aliquo primo credito ostensa. Et secundum hoc probatur sic: Suppositum subsistens in aliqua natura est talè formaliter secundum illam naturam, sed suppositum uerbi subsistit in natura humana. ergo uerbum diuinum formaliter est homo. Maior istius est credita: Verbum carò factum est. Et èconuerso. Ista etiam probatur per Augustinum 1. de Trin. talis fuit ista assumptio, ut Deum faceret hominem Deum. Nunc uidendum est quomodo accipitur hic prædicatum respectu uerbi. Videtur, quòd sit species, quia uniuocè dicitur homo de uerbo, & de Petro, & etiam in quid, ut patet extra de Hæreticis. Sed contrarium uidetur, quia prædicatum non est de quidditate subiecti.

q. 1. & inde idem q. 1. prologi 7. & 14. q. quolib.

Ioan. cap. 1.

1. de Trinitate cap. 16.

Extra de Hæreticis cap. cū Christus.

Respondeo & dico, quod aliud est prædicare uniuocè, & prædicatum esse uniuocum. Nam omne illud est prædicatum uniuocum, quod dicit unum contentum. Vnde cum dicitur: Petrus est Albus; licet sit prædicatio denominatiua, prædicatum tamen est uniuocum, Prædicari uerò uniuocè est prædicari secundum diffinitiuam rationem, ut, homo est animal, tunc enim & prædicatū est uniuocum, & prædicatio uniuoca. Sed si diceretur: Vrina est sana, nec prædicatum est uniuocum, nec prædicatio uniuoca. Tunc ad propositū dico, quòd cum dicitur: Verbum est homo, prædicatum est uniuocum, quia uerus homo prædicatur de eiusdem speciei cum alijs, & ita intelligecum. Prædicatio tamen ipsa, siue modus prædicandi magis uidetur denominatiuus, quia prædicatū non est de essentia subiecti, & ita licet prædicatū in se sit species, tamen ratione modi prædicandi respectu talis subiecti magis uidetur pertinere ad quintum prædicabile, quod est accidens, quia aduenit uerbo actuali præsubsistenti in esse completo, & potest etiam ab eo esse. Concedo tamen, quod nullum tale prædicatum reperitur in creaturis, quidquid sit de possibili.

Verbū est homo an sit pdicatum uniuocum.

Sed ultimo uidendum est, utrum sit prædicatio per se, uel per accidens; & uidetur ex modò dictis, quod sit prædicatio per accidens.

Verbū est homo an sit pdicatio p se, uel per accidens.

In Contrarium est Cassiodorus, qui expressè dicit, quod uerbum quidditatiuè, & substantialiter dicitur homo.

Cassiodorus. Super illud ad Roman. 1. Factus est ex. &c.

Respondeo, quòd Scotus loquēdo de per accidens metaphisicè, ista propositio nō est per accidens, in qua uel prædicatum accidit subiecto, uel ambo accidunt. ergo, ut patet 5. Met. ca. de Ente, & uno; Sed quod uerè est nulli accidit, 1. Phys. Loquendo autem logicè nō potest dici, quòd sit per se, nec in primo, nec in secundo, quia nec prędicatum est de diffinitione subiecti, nec èconuerso. concludit ergo, quòd secūdum Damascenum debet dici non essentialis, nec accidētalis, sed substantialis, quia unio prędicati ad subiectum, nec est accidētalis, nec essentialis, sed substantialis. Et magis exprimendo, dico secūdum Aureolum, quod licet ex humanitate, & uerbo non compleatur, siue resultet una tertia natura, uel substantia composita ex eis, tamen non est intelligendum, quòd humanitas ita sit extrinseca uerbo, sicut uestis ipsi uestito, licet uestis & uestitus sint substantia. Quia secundum exemplum Sanctorum, sicut ramusculus insertus arbori alterius speciei trahitur ad subsistentiam arboris, cui insertur. & tamen in se seruat propriam naturam, quod patet in fructificatione. Ita suo modo est in proposito. Et ita Verbum, & homo sunt magis unum, quàm uestitus, & uestis, & hæc Scotus non negat, ex quo dicit, quòd illa prædicatio non est accidentalis, sed substantialis. Nam ista: Homo est uestitus, est accidentalis. In hoc tamen discordant, quòd secundum Scotum ista unio est una relatio specialis humanitatis ad uerbum, quam terminat uerbum, ut patet ex ante dictis. Aureolo autem non uidetur, quòd hoc sufficiat, quia iam non esset homo substantialiter, & quidditatiuè, sed solum relatiuè, & esset uerbum homo, relatiuus, & ideo ponit, quod talis unio non est extrinseca relatio, nec aliqua positiuà relatio, sed una specialis indiuisio, nobis tamen naturaliter ignota. Ista autem prædicatio: Christus est homo. Scotus dicit, quòd nec est omnino per se, quia hoc subiectum, Christus, non dicit tantum unum contentum, sed implicat uerbū, & hominem, ita quòd idem est Christus, & uerbum, homo.

5. Met. cōtex. 13.

1. Physi. contex. 27.

Verbū est homo, est pdicatio substātialis secundum Dam. cap. 40.

Author exprimit doctrinam Domini Aureoli.

Pulchrū exemplum.

Io idē ueniūt Scotus & dominus Aureolus.

In quo differunt Scotus, & dominus Aureolus.

Ista prædicatio Christus est homo secū dum Scotum. non est omnino per se.

Tunc ad argumenta principalia: Ad primum concedo maiorem diuersitatem, sed nego maiorem repugnantiam, magis enim diuersa sunt homo, & album, quàm album, & nigrū, & tamen ista repugnant, & illa se compatiuntur.

Ad secundum dico, quòd humanatum non est denominatiuū. Vnde sicut dicitur homo est dealbatus, & homo est albus, ita suo modo in proposito. Sed concedo, quòd non dicitur propriè Deus est humanatus.

Ad aliud patet ex prædictis, quòd aliquid participat de secundo prædicari, & aliquid de quinto, sed nullum simile reperitur de facto in creaturis.

VTRVM ISTA SIT VERA: DEVS factus est homo.

Seraphycus Bona. 3. sent, dist. 7. q. 2. Art. 1.
Scotus 3. sent. dist. 7. q. 2.
Ricardus 3. sent. dist. 7. q. 3.
Durandus 3. sent. dist. 7. q. 1.

Quæstio secunda.

Secundo quæritur, Verū Deus factus sit homo. Quod non: Sortes factus est homo, ergo Sortes est

tus est factus. ergo similiter sequitur: Deus factus est homo. ergo Deus est factus. Non enim homo est dictio distrahens, sed hoc est falsum, quod Deus sit factus. ergo. &c.

Item sequitur: Homo est factus albus homo, ergo est mutatus de non albo in albedinem. ergo similiter sequitur: Deus est factus homo. ergo est mutatus de non homine ad humanitatem, sed Deus est immutabilis. ergo.

CONTRA id est Ioann. Verbum caro factũ est. Et in Symbolo: Et homo factus est, etiam primo de Trin. Talis fuit ista unio, ut Deum faceret hominem.

RESPONDEO quòd factio passiua formaliter non includit nisi habitudinem ad faciens, & ordinem ipsius facti ad non esse præcedẽs. cum igitur quandoque Deus non fuerit homo, & in tempore per actionẽ Trinitatis fuerit unita humanitas ipsi uerbo. Sequitur, quòd Deus siue uerbum factũ est homo, & similiter homo factus est Deus, quia per actionem eandem Trinitatis unita est diuinitas humanitati in Verbo, cum primo non esset unita.

TVNC ad rationes in oppositum: Ad primã dico, quòd prima Consequentia non tenet gratia formæ, sed gratia materiæ pro eo, quòd prædicatum est idem, quod subiectum essentialiter. sed in secunda Consequentia non sic, sicut patet. Vnde nunquam hoc prædicatum factum dicit factionẽ simpliciter, nisi quando uel est solum secundum adiacens, uel attributum prædicamento essentiali.

Ad secundam dico, quòd solum illud mouere, quod transit aliquo modo de potentia ad actum, sed Verbum non transit de potentia ad actum. ergo. Maior patet. Minor probatur: Nam Verbum fieri hominem non est uerbum perfici, uel informari humanitate. sed est uel terminare unam specialem dependentiam naturæ humanæ, secundum Scotum, uel fieri unum cum ea per quandam specialem indiuisionem secundum Aureolum. & ita sola humanitas est ibi in potentia passiua, quæ primò non erat, modò est per actionem Spiritus Sãcti, siue Trinitatis; & quæ primo erat respectu uerbi, etiam ad illam unionem in potentia passiua, & ita uerbum transit de non homine ad esse hominem sine aliqua sui mutatione, sed sola mutatione facta ex parte humanitatis, sicut suo modo trãsit de non creante ad esse creatorem, solum mutatione facta ex parte creaturæ.

Speculatio re solutissima secundum Scotum & dominũ Aureolũ.

Vide D. Bon. dist. præsenti Art. 1. q. 3.

CONTRA: Omni actioni correspondet passio. ergo huic actioni Trinitatis, quæ est unire humanitatem uerbo, correspondet passio. Sed passio extra transiens requirit subiectum. Subiectum autem in proposito non uidetur posse esse humanitas, quia ipsa est terminus. ergo uerbum mutatur.

RESPONDEO & dico, quod omnis actio extra transiens, uel passio creata requirit subiectum aliud à termino, sed non sic de actione Dei, nec patet de creatione passiua, quæ non habet aliud subiectum, nisi terminum creatum. Sed si quæratur, quæ istarum est uerior, uel magis propria: Deus factus est homo; Et Homo factus est Deus; Videtur, quòd ista secunda, quia subiectum factionis passiuæ nõ est uerbum, sed humanitas, ut dictum est. Respondeo, quòd ambæ habent ueritatem ex ista: Humanitas est unita uerbo. Verbum subsistit in humana natura, ad quã statim sequitur: Verbum est homo, ad quam statim sequitur ipsius cõuersio: Homo est Deus. licet ergo utraq; sit propria, & uera tamẽ ista: Verbum, siue Deus est homo, est magis proxima illi primæ, à qua omnes habent ueritatem. &c.

DISTINCTIO VIII.

CIRCA DISTINCTIONEM VIII.

Quæritur,

VTRVM IN CHRISTO SINT duæ filiationes.

Seraphicus Bona. 3. sent. dist. 8. q. 2. Art. 2.
Scotus 3. sent. dist. 8. q. 1.
D. Thomas 3. parte summa. q. 35. Art. 5.
Ricardus 3. sent. dist. 8. q. 2.
Durandus 3. sent. dist. 8. q. 3.

Quæstio prima.

CIrca dist. octauam quæritur primo, Vtrum in Christo sint duæ filiationes reales.

Magister agit de incarnatio ne quantũ ad idiomatum cõicationem.

QVOD NON: Quia filiatio constituit filium. ergo Duæ filiationes duos filios, sed Christus non est duo filij. ergo.

Item secundum Augustinum de Ecclesiasticis dogmatibus, & Anselmus de Incarnatione uerbi: Cur Deus, & homo? c. 9. Ideo pater nõ est incarnatus, ne esset cõfusio inter proprietates personales. ergo modo non est illa confusio propriętatum in filio, quæ esset in patre, si esset incarnatus. ergo non est in filio alia filiatio ab æterno, alias non tolleretur confusio, sicut patet.

CONTRA: Si pater esset incarnatus, fuisset filius non filiatione æterna. ergo & modo uerbum est filius Virginis non filiatione æterna, sed creata.

RESPONDEO & dico, quòd nõ. Ratio Duplex est, Prima filiatio est contradictio suppositi, non naturæ; natura enim non dicitur filia; sed in Christo est unica ratio suppositi. ergo. Cõtra primam rationẽ non minus est cõtradictio suppositi, relatio originis actiuæ, quàm passiua, immò magis, & tamen in patre sunt duæ tales scilicet generare, & spirare; ergo & in filio propter duo finita erũt duæ relationes originis passiuæ.

Itẽ operatio est contradictio suppositi magis, uel tantum sicut filiatio, & tamen in Christo propter duas naturas sunt duæ operationes secũdum Damascenum.

CONTRA secundam rationem: Maior uidetur esse falsa. nam non est necessarium, quòd ad plurificationem posterioris plurificetur prius in realiter distinctis, sed saltem in creaturis accidens est realiter à subiecto, & natura posterius. ergo non est con- *Lib. 3. cap. 7.*

est contradictio, quia stante unitate subiecti plurificatur accidens etiam eiusdem speciei, & ratio est huiusmodi, quia unum accidens non adęquat totam causalitatem materialem ipsius subiecti.

Item hoc patet de facto, in quibus natura in ea parte organi phātastici sunt multę species eiusdē obiecti specie, puta plurium hominum, & ꝙ species plurium hominum sint eiusdem speciei, patet, quia plures homines sunt eiusdem speciei, & ꝙ sint plures, patet, quia si omnium hominum esset una species tantum, tunc corrupta illa, per quam ponebatur, imaginabatur Petrus, quòd nō posset ex tunc imaginari aliquis homo, nisi prius denuo sentiretur contrarium, cuius patet ad sensum, & ꝙ sint in eadem parte organi, patet. quia non est possibile, quòd diuidatur organum in tot partes sic minutas, ꝙ obiecta possint sentire, & postea imaginari. ergo. &c.

Item. Maior uidetur falsa, quia creatum & increatum non possunt esse eiusdem speciei.

Item contra conclusionem opinionis: Hęc est falsa: Christus inquantum homo est filius æternus Dei Patris, ergo & hæc est falsa: Christus in quantum filius æternus est filius temporalis Virginis Matris. ergo oportet, quòd per aliam filiationem. Additur hic una tertia ratio pro opinione prædicta, quæ est confirmatio rationis secundæ, & est huiusmodi: Pater per unicam paternitatem refertur ad plures filios in creaturis, ergo & Christus. &c.

Contra: Relatiua sunt simul natura, qua posita se ponunt, & perempta, se perimunt. sed patet, quòd mortuo patre, remanēte matre perimit paternitas. ergo & filiatio. Sed adhuc remanet filiatio ad matrem. ergo erat alia, & alia, & similiter arguitur de patre respectu plurium filiorum, ut patet.

Hoc dicūt D. Bonauē. & D. Thom.

Item contra conclusionem opinionis: Distinctio arguit distinctionem prioris, sed non solum suppositum, immò etiam fundamentum præcedit relationem. ergo plurificatis fundamentis, plurificantur relationes, sed in Christo sunt duo fundamenta, idest Duæ naturæ. ergo. &c.

Decisio quæstionis ponderanda an in Christo sint duæ filiationes.

Ad quæstionem igitur dico, quòd in Christo sunt duæ filiationes, & reales. Primum patet. Filiatio enim est habitudo producti naturaliter ad producens naturaliter in natura intellectuali, uel saltem sensitiua, uel propter defectum primę particulæ Spiritus sanctus nō dicit Filius, & propter defectum secūdæ ignis, uel planta, uel uermis productus ex corruptione non sunt filij. In hac tota descriptione nihil per se, & primo respicit suppositum, nisi productio; si ergo in Christo sunt duæ productiones, erunt in Christo duæ filiationes. sed sunt in Christo duæ productiones, secundum Damascenum. ergo.

Item non plures terminos adęquat una relatio, quàm eius opposita. ergo non potest esse una filiatio ad duos terminos, puta ad paternitatem, maternitatem.

Item si idem homo esset albus, & rubeus, & ne re esset similis albo, & rubeo per aliam, & aliam similitudinem. ergo stante unitāte suppositi, plurificatur relatio ad plurificationem fundamentorum.

Secundum etiam patet, quòd æterna sit realis, patet, quia est filius æternus realiter, & per eā realiter distinguitur à patre. De temporali etiam patet ex natura terminorum, quia positis Christo, & Maria, est etiam Christus realiter eius Filius absque omni operatione intellectus.

Tunc ad rōnes opinionis patet rńsio ex dictis.

In Christo sunt duæ uoluntates secūdum Damasc. cap. 60. uel lib. 5. & 14.

Ad primum principale dico quod abstractum non plurificat concretum, unde in Christo sunt duæ uoluntates, & tamen non est ibi nisi unus uolens. Ratio est, quia abstractum abstrahit à subiecto, sed concretum subiectum concernit. Unde cum dico: Albedo & dulcedo, dico duas realitates totaliter distinctas; sed cum dico albū dulce, dico easdem distinctas realitates, includendo unum commune subiectum, puta pomum. licet ergo filiatio arguat filium, non tamen duæ filiationes duos filios, sicut albedo & dulcedo non arguunt duo poma, nec ualet argumentum ex modo arguendi, quia filiatio nō est filius formaliter.

Ad secundum dico, quòd modo non est confusio, quia eadem persona, quæ est filius ęternus, est filius temporalis, sed si Pater esset incarnatus, esset quædam confusio, quia eadem persona diceretur modo filius, modo pater. &c.

DISTINCTIO IX.

CIRCA DISTINCTIONEM IX.
Quæritur,

UTRUM CARO CHRISTI DEbeat adorari.

Seraphicus Bona. 3. sent. dist. 9. q. 1. Art. 1.
Scotus 3. sent. dist. 9. q. 1.
D. Thomas 3. parte summæ q. 25. Art. 2.
Ricardus 3. sent. dist. 9. q. 1.
Durandus 3. sent. dist. 9. 2.

Quæstio prima.

Magister inquirit utrum caro Christi debeat adorari.

Circa dist. nonam quæritur, Utrum Christo debeatur honor latriæ solummodo secundum naturam diuinam.

Quod Sic: Latria est cultus debitus soli summo Deo ratione summi Dei.

Contra id Magister adducit authoritates.

Respondeo & dico primo, quòd uidendum est quid sit Latria. Secundo cui debetur cultus latriæ. Tertio quomodo, & quādo exhiberi debet.

Quid sit Latriæ cultus.

De primo dico, quòd sicut reuerentia est actu interiori alium reputare meliorem se, & se minorem illo, & est actus uirtuosus; ita Latriæ cultus est alium reputare actu interiori summè bonum, & seipsum nihil in comparatione eius. & ita Latriæ cultus est quasi summa reuerentia, & isti actus interiores reuerentiæ, uel Latriæ significantur quandoque p actus exteriores, ut in unaquaq;

lege

lege per sacrificia, & ritus, & genuflexiones, & huiusmodi & isti actus sunt uirtuosi, & laudabiles, si modo debito fiant, & cui debent fieri, & ex talibus actibus potest aggenerari quidam habitus facilitans potentiam ad consimiles actus faciliter eliciendum, & talis habitus est Latria, & est uirtus non Theologica, quia non immediatè respicit pro obiecto bonum increatum, sed honorem exhibendum bono increato, & ideo est uirtus moralis, & continetur sub iustitia, quæ est reddere unicuique quod suum est. Adduntautem aliqui, quòd cultus Latriæ est actus prædictus interior cum addito, scilicet recognoscere suum proprium, & totum esse ab illo summo bono. Ex hoc primo patet secundum, quòd scilicet propriè & præcipuè cultus Latriæ non debetur nisi soli Deo, qui est summum bonum; Et à quo quælibet creatura habet totum esse. Sed ad propositum de Christo dico, quòd sola diuinitas, quæ est in Christo, est sufficiens terminus, cui exhibeatur honor latriæ, non tamen sola humanitas.

Latria nô est uirtus Theologica.

Cultus latriæ non debetur nisi soli Deo.

Item diuinitas in christo est ratio, quare detur si bi honor Latriæ, & non humanitas.

Secundo dico, quod humanitas non est excludenda à christo, quando ei exhibetur honor talis, immò toti christo, pro ut includit diuinitatê, & humanitatem, talis honor est exhibendus, licet ratio huius non sit humanitas, sed diuinitas, & hæc est intentio Damasceni.

Lib.3.cap.8.

Exemplvm D. Augustini de Rege induto purpura, cui non debetur reuerentia ratione purpuræ, tamen purpura non excluditur, sed toti Regi induto purpura impenditur honor: Aliud exemplum est de homine uirtuoso, cui exhibetur reuerentia ratione uirtutis, non tamen excludendo corpus.

Exemplû D. Augustini de Rege induto purpura.

Exemplû de homine uirtuoso.

Dubium.

Sed est hic dubium, quia si ratione eius, quod à Deo recipimus esse, debetur Deo à nobis honor Latriæ, cum redemptio nobis tantum ualuerit, quantum creatio; quia per eam recuperauimus beatum esse, quod perdideramus; & operà redemptionis operatus fuit christus inquantum homo. Videtur, quòd ratione humanitatis possit ei exhiberi à nobis talis honor.

An rône humanitatis possit sibi exhiberi a nobis talis honor.

Respondeo, & dico, quòd si sola ratio boni intrinseca requiritur ad hoc, ut alicui exhibeatur honor Latriæ, patet, quòd inquantum homo, præcipuè ei non debetur talis honor, & secûdum hoc esset dicendum, quod si per impossibile essent plures Dij, & ab uno tantum essemus creati, adhuc cuili bet esset exhibendus honor. Si uero requiratur il lud additum scilicet quod ab eo, cui talis honor à nobis est exhibendus, reciperemus esse, tunc illi soli, à quo essemus creati, exhibendus esset & tûc ad propositum dico, quòd adhuc christo, præcipuè inquantum homo, & ratione humanitatis, nô est exhibendus, quia opera redemptionis principaliter operata e tota Trinitas.

De Tertio principali dico, quòd de tali actu, & cultu est præceptum affirmatiuum, & obligamur ad ipsum pro semper, sed non ad semper. Vn de Augustinus 10. de Ciuit. Rationale est creaturam intellectualem obligari ad aliquem recognoscendum, & reuerendum Dominum suum, & hoc exprimitur Deuteron. quod & allegat Saluator: Dominum Deum tuum adorabis. Et dico, quod pertinet ad primum præceptum primæ tabulæ, quando dr: Non habebis Deos alienos. Vnde licet illud præceptum uideatur purè negatiuum, ta men dico, quod est et affirmatiuum, ut sub intelligatur id est unum Deum adorabis, & coles.

10. de Ciuit. Dei cap.1.

Deut.cap.6.

Matth. cap.4.

Exod.cap.20. & 23.

Sed de tempore, quo exhiberi debet iste honor, uidetur, quòd tempore legis Mosaicæ fuerit instituta una dies in ebdomada, in qua cessare debebant homines ab omni opere seruili, & uacare deuotioni, & ultra hoc erant in anno quædam festiuitates colendæ. Tempore autem legis gratiæ in ebdomada est dies Dominicus, & ideo institutum est, quòd die tali non fiant opera seruilia, & quòd quilibet teneatur audire missam, ut habetur de consecratione distinct. prima: Missas. Et sunt etiam multa alia festa instituta, ut patet.

Sed restat declarare, quod adoratio debeatur christo præcipue inquâtum homo. Dico, quod Hyperdu liæ, quæ est extrema reuerentia exhibenda creaturæ. christus enim inquâtum homo, fuit plenus gratia, & uirtutibus, plusquam creatura aliqua.

Quæ adoratio debeatur, Christo inquantum hô.

Tvnc ad argumentum principale patet respon sio ex dictis.

DISTINCTIO X.

CIRCA DISTINCTIONEM X. Quæritur,

VTRVM CHRISTVS SIT FILIVS Dei Adoptiuus.

Seraphicus Bona. 3. sent. dist. 10. q. 1. Art. 2.
Scotus 3. sent. dist. 10. q. 1.
D. Thomas 3. parte summa. q. 23. Art. 4.
Ricardus 3. sent. dist. 10. q. 1.
Durandus 3. sent. dist. 10. q. 2.

Quæstio prima.

Circa dist. decimam quæritur, Vtrum christus sit filius Dei adoptiuus.

Magister agit de côicatione Idiomatum, respiciêtiom personâ filii.

Qvod Sic: Paulus Ad Rom. Qui prede stinatus est esse filius Dei.

Rom.cap.1.

Contra id Magister adducit authoritates in littera.

Item tunc esset filius Trinitatis, & ita esset filius sui ipsius.

Respondeo, quòd adoptare filium, est alicui gratiam successionis, & hæreditatê impendere, quod iure hæreditatis est extraneus ab illa hæreditate, pro eo quod non est filius eius naturalis. Et ita côcur runt ibi tria. s. extraneitas ex parte adoptati, & acceptatio uolûtaria ex parte adoptantis, & bonum hæreditariû, ad qđ acquirit ius succedêdi ex dicta acceptione, & intelligitur ad litterâ apud Iuristas,

Quid sit adoptare filium

ita quòd extraneitas sit, quia non est eius naturalis filius. Apud Theologos uerò talis extraneitas intelligitur non solum, quia non naturalis à Deo generatus, sed etiam sine gratia, uel cum peccato creatus, & secundum hoc patet, quòd Christus nec inquantum Deus, nec inquantum homo est filius adoptiuus. Nam inquantum Deus, est à Deo patre naturaliter genitus, & per consequens non extraneus. Inquantum uerò homo, non est extraneus per peccatum, quia nec in peccato conceptus, nec sine gratia, immo plenus gratia.

Christus nec inquātū Deus, nec inquātū homo est filius adoptiuus.

Dubium.

SED hic est dubium, q secūdum hoc, uidetur, q beata Virgo si non contraxit originale peccatum, non fuit filia Dei adoptiua.

Item Angeli, quia non peccauerunt, non fuerunt filij adoptiui. Potest dici, quòd sufficit ad talem extraneitatem non solum peccatum, sed carentia gratiæ, & non solum prioritas temporis, sed naturæ; Modo autem sic est, quòd beata Virgo, & si non prius tempore, tamen prius natura fuit sub peccato; quantum ex se obligata erat ad debitum originalis iustitiæ, quam iustitiam ex se habere non poterat, & ita sub peccato fuisset, nisi præuenta fuisset per sanctificationem. Angeli uerò & si sine peccato, tamen sine gratia creati fuerunt: Christus autem nec sine gratia fuit conceptus, nec ex se debitor erat peccati, cum non fuerit conceptus per propagationem uiri, & mulieris. Sed adhuc restat dubium, quia si Angeli fuissent creati in gratia, non fuissent filij adoptiui. Potest tamen dici, quòd immò, quia ex se habebant, quòd deberetur eis gratia, & ita prius natura fuissent cum carentia gratiæ; De Christo autem non sic, quia propter unionē ad uerbum, omnino magis debebatur ei gratia, quàm alicui puræ creaturæ.

An beata Virgo fuerit sub peccato.

Ad argumentum in contrarium dico, q prædestinatio non necessariò concernit extraneitatem, & ideo non sunt idem. &c.

DISTINCTIO XI.

CIRCA DISTINCTIONEM XI. Quæritur,

VTRUM CHRISTUS SIT creatura.

Seraphycus Bona. 3 sent. dist. 11. q. 1. Art. 2.
Scotus 3. sent. dist. 11. q. 1.
D. Thomas 3 parte summa q. 16. Art. 8.
Ricardus 3. sent. dist. 11. q. 1.
Durandus 3 sent. dist. 11. q. 1.

Quæstio prima.

Magister agit de cõicatione idiomatū ad personā filij respicientiū,

CIrca distinct. undecimam quæritur primo, Vtrum Christus sit creatura.

QVOD SIC: In Christo sunt duæ naturæ cum suis proprietatibus secundum Damascenum cap. 4. scilicet diuina, & humana. ergo sicut per naturam diuinam dicitur Creator, ita per humanam dicitur Creatura.

& pertinentium ad defectum.

Item Christus est homo, & in quid secundum illud, extra de Hæreticis, cap. cum Christus. sed non est homo increatus. ergo creatus; Patet consequentia, quia creatum, & increatum diuidūt totum ens. Cōfirmatur etiam, quia homo cadit sub differentia entis creati.

Item Christus ratione corporis est cōceptus. ergo ratione animæ est creatus, patet Consequētia, quia non minus denominat pars principalior, quàm pars minus principalis.

CONTRA id Magister in littera adducit authoritates.

Item. Omnis creatura rationalis potest esse filia adoptiua Dei, sed Christus non est, ut patet in præmissa quæstione. ergo.

Itē si Christus est creatura, & Christus est filius Dei, ergo filius Dei est creatura. Modus arguēdi est bonus, quia medio existente hoc aliquid necesse est extrema coniungi.

RESPONDETVR, quòd hæc propositio: Christus est creatura, est neganda, quia cōmnicatio Idiomatum fit in his, ubi est repugnantia unius naturæ ad aliam, sed ita est in proposito; nā esse creatum repugnat diuinæ naturæ.

CONTRA; Repugnat sibi esse mortuum, & tamen dicitur Christus fuit mortuus.

Item repugnat non esse potest esse, sicut esse non potest esse, sed sicut creatum dicit esse post non esse, ita mortuum dicit non esse post esse. ergo, &c.

Alij dicunt, quòd est negandū, quia non fit communicatio Idiomatum, nec in negationibus, nec in his, quæ dicunt relatiuum primum. Patet, quia contradictoria uerificantur de Christo, ut dicendo; Christus æternus, & non æternus, Deus, & non Deus. Secundum etiam patet, quia non sequitur, quòd si natura humana est assumpta, q diuina est assumpta, sed in proposito ita est, quia Christus dicitur Creator. ergo non Creatura, quia iam esset Creator, & non Creator. Itē quia Creatura dicit respectum ad creatorem.

Henricus in summa D. bona. ubi supra uide D. Tho. 3. parte summæ, q. 16. Art. 8.

CONTRA; Sicut Creatura non est Creator, ita Creator non est Creatura. ergo si per negationem inclusam Christus non dicitur creatura, propter eandem causam non dicitur Creator.

Item sicut creatura non dicit respectū ad creatorem; ita econuerso: ergo si non est communicatio Idiomatum in his, quę dicunt respectum, christus non diceretur creator.

Ioan. cap. 14.

Item ista conceditur: christus est maior patre, & ponit eam Saluator, sed tamen dicit respectum unius naturæ ad aliam, quia non est minor patre nisi propter humanitatem.

Alij dicunt, quòd propositio est uera, si bene intelligatur, sed Sancti antiquitus negabant, & uolebant, quòd esset in usu propter multas hæreses, quæ tunc abundabant, dicentes, christum esse purum hominem, ut patet de Arrianis: Et quòd sit uera, patet per Damascenum ubi

Varro prædicti dist. q. Vnica.

Libr.4.ca.10. ubi dicit: Christus est creatus, & increatus, passibilis, & impassibilis.

Item Augu. in Sermone domini in monte uoluit esse creatura, qui creator est.

Cap.2. Item Hieronymus super Epistolam ad Ephesios dicit: Sic multi timore trepidant, ne Christū creatum dicere compellantur, nos autem proclamamus non esse periculum dicere, Christum esse creatum. Si non placet ista opinio, potest dici, quòd creari accipitur propriè, & communiter. Creari propriè additaliquid sup fieri, & est quoddam fieri speciale. Nam fieri dicit respectum ad efficiens absolutè, & nō ad aliquod determinatè.

Creari accipitur propriè, & communiter.

Item respicit oppositum præcedens quodcunque uel priuatiuum, uel contrarium, uel contradictorium. Creari uerò propriè sumptum respicit solum primum efficiens, & respicit oppositum præcedens solum contradictorium; Ita quòd illud propriè dicitur creari, quod a solo primo efficiente immediatè de nihilo producitur, & hoc modo Creari dicuntur Angeli, Anima, Gratia, & id genus alia, & patet, quia hoc modo Christus nō est creatura, quia ēt humanitas tota nō fuit sic producta, immo ultra primū efficiēs fuit ibi secūdū efficiens. f. Beata Virgo, & ēt præcesserunt sanguines, de quibus fuit formatum corpus. Secundo modo dicitur Creari minus propriè, quia respicit primum efficiens, non immediatè, sed mediante secundo, & respicit contradictoriam præcedens, non ratione totius, sed ratione principalioria partis, & hoc modo, omne aliud à Deo dicitur creatura, & Creari præter Christum, quia nullum ens producitur à secundis causis sine causalitate primæ causæ, & totum compositum resultans, uel etiam forma respicit non esse præcedēs, licet præcedat materia: Hoc etiam modo Christus non potest dici creatura, quia Christus dicit duas naturas, ex quibus non resultat aliqua natura una secundum Damascenum quia iam non manerent naturæ nisi confusæ, principalior etiā christi pars scilicet Verbum, præexistit externaliter, ergo neutro duorum modorum christus est creatura.

Quid sit creari propriè.

An angeli, Aïa, & Gratia, dicantur creari.

Quid sit creari minus propriè.

Christus dicit duas naturas. Libr.3.cap.3.

Ad Anthoritatem primæ opinionis potest dici, quòd pro tanto communissimè, & propriè loquendo christus potest dici creatura, quia humanitas, quæ in ipso est, est uerè creata. Hunc Anima, & Materia prima corporis, & Gratia, & huiusmodi alia sunt uerè creatura primo modo dicta.

Quō Christus possit dici creatura.

Ad Primum principale, dico, quòd non omnis proprietas est apta nata denominare suppositum illius naturæ, sed aliqua sic, aliqua non. Exemplum: Homo secundum caput est crispus, & rotundus, sed absolutè non dicitur rotundus; & ratio huius est, quia crispitudo non est apta nata in esse nisi capiti rotunditas uero sic. In proposito sic est, quod esse creatura est proprietas apta nata inesse supposito, licet non supposito uerbi. Et ideo licet humanitas, quæ est in christo, sit creatura, non tamen ex hoc dicitur christus creatura, nisi suppositum christi creatum. Dicitur autem christus creator, quia competit hæc proprietas, non supposito. &c.

Exemplum.

Ad secundum dico, quòd si natura denominet suppositum, non tamen proprietas naturas denominat suppositum Dei. Modo talis proprietas repugnat supposito. Vnde licet christus propter humanitatem sit homo, non tamen creatura, quia hæc proprietas repugnat supposito christi. Exemplum: homo est species, sortes est homo, non tamen species. Ad probationem consequentiæ, & ad confirmationem, concedo, quòd christus est homo creatus, non tamen post inferri: ergo homo. Fallacia est ibi secūdum quid ad simpliciter.

Exemplum.

Ad tertium patet responsio, quòd esse conceptum non repugnat supposito, sicut esse creatum, quia non dicit accipere esse post non esse simpliciter.

VTRVM CHRISTVS SECVNdum quod homo sit creatura.

Seraphicus Bona. 3. sent. dist. 11. q. 1. Art. 2.
Scotus 3. sent. dist. 11. q. 2.
D. Thomas 3. parte summæ q. 16. Art. 10.
Ricardus 3. sent. dist. 11. q. 1.
Durandus 3. sent. dist. 11. q. 1.

Quæstio secunda.

Secundo quæritur, Vtrum hæc propositio sit uera: christus inquantum homo est creatura.

Quære D. Tho. in 3. par. summæ q. 16. Art. 10.

Respondeo sic: Quando aliqua propositio est falsa ex repugnantia terminorum, nunquā uerificatur per aliquam additionem, nisi talis additio tollat illam repugnantiam. Modò autem sic est, quòd nunquam reduplicatio facta ad subiectum tollit repugnantiam terminorum, & per cōsequens nec falsitatem propositionis; additio autem facta ad prædicatum, quandoque tollit. Exemplum: Si ethiopi repugnat esse album, nunquam cum ista reduplicatione subiecti erit uera propositio ista: Ethiops inquantum homo est albus, sed cum additione ad prædicatum sic: Ethiops secundum dentes est albus. Tunc ad propositum dico, quòd cum ista non sit uera, ut prædictum est in illa quæstione: christus est creatura, nec ista erit uera: christus inquantum homo est creatura, si reduplicatio feratur ad subiectum, erit tamen uera cum additione ad prædicatum, christus secundum humanam naturam est creatura. &c.

VTRVM CHRISTVS INcæpit esse.

Seraphycus Bona. 3. sent. dist. 11. q. 2. Art. 1.
Scotus 3. sent. dist. 11. q. 3.
D. Thomas 3. parte summæ q. 16. Art. 9.
Ricardus 3. sent. dist. 11. q. 1.
Durandus 3. sent. dist. 12. q. 1.

Quæstio tertia.

TErtio quæritur, Verũ Christua incępit esse.

QVOD SIC: Quia Christus nominat suppositionem duarum naturarum secundum Damascenum, sed ab æterno non fuit suppositũ duarum naturarum.ergo.

cap.49.

Item Christus incæpit esse homo, sed cum homo sit substantia simpliciter. ergo simpliciter incæpit esse.

5.physic.contex.7.

Item secundum Arist. 5.Physi. Generatio est à non esse simpliciter ad esse simpliciter.sed Christus temporaliter fuit genitus.ergo.&c.

Ioan.cap.8. cap.50.

CONTRA: Antequam Abrahã fieret, ego sum.

Item Damascenus: Homo iste fuit sine principio.

Quære D. Thom. 3.par. summæ q.16. Artic.9. & D. Bona.& alios hic. & maxime garrulos nominales.

RESPONDEO quòd Christus dicit unum suppositum in duplici natura, ex quibus quidem naturis resultat aliquod tertium compositũ, sed manent naturæ distinctæ secundum propria esse, ita tamen quòd principalius esse Christi est esse diuinum, & minus principale est esse humanum, & tunc potest dici, quòd sicut non sequitur ista consequentia: Homo incœpit esse albus. ergo incæpit esse; cum esse album sit minus principale esse in homine, quàm esse simpliciter, ita suo modo est hic. Ita quod non sequitur: Christus incæpit esse homo. ergo incæpit esse, quia esse hominem, est minus principale in Christo. Tamen si Christus de ui uocabuli dicatur formaliter totum, hoc. s. unum suppositum in duplici natura unitis in Christo ypostaticè, tunc uidetur ista concedenda: Christus in quantum Christus incæpit esse, quia non semper fuerunt illæ naturæ unitæ, & per consequens concedenda est absolutè: Christus incæpit esse, sicut uerbi gratia: Homo albus incæpit esse albus. ergo homo albus incæpit esse. Sancti autem antiquitus non concedebant istã: Christus incæpit esse propter multas hęreses, quę asserebant Christum esse puram creaturam. Ex dictis patet, quid dicendum sit ad argumenta utriusque partis.

An ista propositio sit cõcedenda. Christus incæpit esse.

DISTINCTIO XII.

CIRCA DISTINCTIONEM XII. Quæritur,

VTRVM CHRISTVS POTVERIT peccare.

Seraphicus Bona. 3.sent.dist.12.q.1. Art.2.
Scotus 3.sent.dist.12.q.1.
D.Thomas 3.parte summa.q.15. Art.1.
Ricardus 3.sent.dist.12.q.1.
Durandus 3.sent.dist.12.q.2.

Quæstio prima.

CIrca distinct. duodecimam quæritur, Vtrum Christus potuerit peccare.

QVOD SIC: Si dixero, quia non noui eum, ero similis uobis mendax, tunc sic potuit dicere, non noui eum, ergo potuit mentiri, & per consequẽs peccare; Consequentiæ patent; Antecedens probo: Qui potest dicere totum, potest dicere partẽ; sed ipse dixit totam illam dictionem, si dixero, ergo.&c. Ioan. cap.7.

Item potuit peccare, si uoluit. ergo absolutè potuit. Antecedens patet, quia uelle peccare est peccare. ergo si uoluit, non solum potuit, immo actu peccauit. Consequentia probatur, quia in simili probatur, potuit currere, si uoluit, ergo potuit currere.

CONTRA: Christus semper fuit beatus; beatus autem non potest peccare, quia iam non esset beatus.ergo.&c.

Nullus beatus põt peccare.

RESPONDEO, & dico, quòd non potuit. Ratio est: Nullus beatus potest peccare, Christus fuit beatus.ergo. Maior istius declarabitur in quarto libro, potest tamen hic breuiter probari, quia secundum Augustinum posse peccare, est posse deficere, sed beatus non potest deficere, quia iam non esset ultimatè beatus, cum beatitudo sit ultima felicitas.ergo. Minor patet, quia Christus ab instanti suæ conceptionis fruebatur uerbo, non tamen ex ui unionis, ut aliqui dicunt, quia iam, ut dictum est supra, posset natura assumi absque eo, quòd frueretur. Habuit ergo habitum non necessariò de ui unionis, sed de congruo, & per consequens non habuit potestatem peccandi, quę potius est deficientia, quàm potestas; habuit tamen ex dispensatione, cum habitu gloriæ, potestatem merendi, quatenus erat uiator, & ex hoc fuit uerè uiator, quia non est de ratione uiatoris posse peccare, sed posse mereri.&c.

in 4. dist.49. q.6.

Quid sit peccare.

Christus non habuit potestatẽ peccãdi.

Christus fuit uiator, & cõprehensor simul.

Ad primum ergo in cõtrarium dico, quòd potuit dicere illa uerba materialiter, sed non cum errore intellectu, ut sic dixisset falsum, nec cum puritate in affectu, & sic dixisset mendacium, & per consequens nec illa uerba habuissent illud significatum, quod modo habent.

Ad tertium dico, quòd Consequentia est falsa pro eo, quòd non potuit uelle peccare, & ita illa conclusio naturalis fuit impossibilis reduci ad actum, nec ualet probatio consequentiæ, quia non est simile de cursu, & de uelle, ut patet.&c.

DISTINCTIO XIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XIII. Quæritur,

VTRVM CHRISTO POTVERIT conferri summa gratia, quæ potuit conferri creaturæ.

Seraphycus Bona. 3.sent.dist.13.q.1. Art.1.
Scotus 3.sent.dist.13.q.1.
D.Thomas 3.parte summa q.7. Art.1.
Ricardus 3.sent.dist.13.q.1.
Durandus 3.sent.dist.13.q.1.

Quæstio

Quæstio prima.

Magister determinat de gressu Christi. quantũ ad eius conuersationem, & operationẽ.

Circa dist. tertiam decimam quæritur, Vtrũ animæ Christi potuerit cõferri summa gratia possibilis conferri alicui creaturę.

Quod non: Capacitas gratiæ accipitur secundum gradum perfectionis in natura intellectuali. ergo quãtò natura intellectualis est perfectior in naturalibus, tantò capacior maioris gratiæ, sed natura angelica est naturaliter perfectior, quàm anima. ergo.

Contra: Potuit habere summam gratiam gratis datam. ergo summam gratiam gratum facientem. Antecedens patet, quia fuit assumptibilis ad esse ypostaticum uerbi.

Gotfredus quol. 16. q. 11. Quęre D. Thomam 3. q. 24. Art. 7.

Respondeo, & dico, quòd sic. Ratio est, quia potuit sic dari habitus, per quem fieret capax summæ gratiæ.

Contra rationem istam: Si sine tali habitu, non potuit recipere summam gratiam, sicut Angelus, ergo cum habitu etiam non potuit recipere summam gratiam: Quia si Angelus est ex se capax maioris gratiæ. ergo & maioris habitus ampliantis capacitatem.

Sammũ duobus modis accipitur.

Dico igitur, quòd summum dupliciter potest accipi, positiue scilicet & negatiuè. Positiuè, ꝙ ipsum excedat omne aliud possibile. Negatiuè uerò, ꝙ a nullo possibili excedatur; Quamuis possit equari. Primo modo accipiendo summũ, dico, ꝙ non, quia uerbum potuit, & potest naturam angelicam, uel humanam assumere, cui posset consimilem gratiam conferre. Secundo modo dico, ꝙ sic; propter quod dico, ꝙ creabilis summa gratia, ultra quã nulla est creabilis. Ratio est: Quicquid Deus intelligit esse creabile, potest creare, sed intelligit suam gratiam creabilem. ergo. Maior est manifesta. Minorem probo: Quicquid est creabile, est intelligibile, & quia intelligibile, io creabile, & non econuerso: Sed quidquid est intelligibile actualiter intelligit. ergo intelligit gratiam, ultra quam non est procedere, quia si ultra ipsam est procedere, ipsa erit intelligibilis, & per consequens intelligetur actu. ergo quidquid est intelligibile actu, intelligit, & quiquid est creabile, est intelligibile necessariò. Sequitur, quòd aliquid actu intelligit, ultra quod nullum tale est intelligibile, ita aliquid est creabile, ultra quod nullum est creabile. ergo summa gratia est creabilis. Secundo modo accipiendo summum, scilicet ultra quam non est alia creabilis.

Quicquid est creabile, est intelligibile.

Item quiquid est creabile, Deus potest creare. ergo summam gratiam potest creare, ultra quam nulla est creabilis. Antecedens patet. Consequentiam probo: Possibili posito in esse, nullum sequitur impossibile. Creet ergo omnem gratiam creabilem, uel habebitur summa, ultra quam nulla est creabilis, & hoc est contra suppositum, quod assumebatur. ergo. &c. Et si dicas, quòd nulla est actu creabilis, ultra quam non possit alia creari, & sic procedatur in infinitum. Patet per primam rationem, quòd immo, quia omne creabile, uel intelligibile est à Deo actu intellectum.

Secundo dico, quòd ista summa gratia fuit possibilis dari animæ Christi. Ratio est: Non est actu infinita. ergo possibilis dari Christo. Antecedens probo, quia si aliquod creatum esset actu infinitum sequeretur, quòd exemplatum adęquaret Deo suam rationem exemplarem, quod est impossibile. Consequentiam etiam probo, quia anima Christi est natura intellectualis, & per consequens capax gratiæ, & per consequens omnis gratiæ finitæ, sicut omnis materia est capax omnis formæ materialis.

Aĩa Christi est natura intellectualis.

Nec obstat, quòd omnis materia sit eiusdem rationis, sed non omnis natura intellectualis, quia in ratione passiui, uel patientis non sunt alterius rationis, esse autem capacem gratiæ, pertinet ad rationem passiui.

Tertio dico, quòd credendum est de facto ita esse, quòd Christo fuerit collata sũma gratia possibilis dari creaturæ. Hoc patet per Magistrum in littera, qui sic dicit.

Item per illud: Plenus gratia, &c. Et infra. c. primo. nos omnes &c. & infra dicitur, ꝙ datus est ei spiritus non ad mensuram. — Ioan. cap. 1.

Item patet per August. tertio de libe. arbi. illã regulã: Quiquid tibi uera rõne melius occurrit; hoc scias Deum magis fecisse, quàm non fecisse, sed rationale uidetur, ut ita fuerit. patet ex hoc, quia commendatur, & extollitur, & magnificatur Christus, & misericordia Dei. — Ioan. cap. 3.

Ad argumentum principale patet respõsio per dicta in secundo Articulo.

VTRUM POSSIBILE FVERIT Voluntatem Animæ Christi habere summam fruitionem possibilem naturæ creatæ.

Scotus 3. sent. dist. 13. q. 3.

Quæstio secunda.

Secundo quæritur, Vtrum anima Christi potuerit summè frui Deo, quantum possibile, quòd fruatur aliqua creatura.

Quod non: Quia potuit dari Angelo gratia æqualis, sicut Christo, quo facto talis Angelus perfectius frueretur, quia potentia, habitus, & obiectum sunt tres causæ partiales respectu fruitionis, & licet duæ essent, tunc æquales in Christo, & in Angelo scilicet obiectum, & gratia, alia tamen esset inæqualis scilicet potentia, & hoc sufficit, ut patet, ad eliciendum actiuè perfectiorem actum.

Contra: Potuit sibi dari summa gratia, ut patet ex alia quæstione. ergo & summa fruitio, quia utrunque est accidens sibi conueniens.

Respondeo quòd animam Christi habere suam fruitionem, potest intelligi dupliciter, uel. s. à uoluntate Christi causata, ut partiali causa, & hoc modo uidetur esse dicendum, ꝙ non secundum, quod probat ratio prima ad istã partẽ factã uel

Alam Christi habere suam fruitionẽ põt intelligi duobus modis.

uel à Deo causatam effectiue informantem, tamen eius animam. ita quòd uere per illam frueretur. & hoc modo dico, quod credibile est ita esse de facto, quod scilicet Deus suppleat causalitatem uoluntatis Christi, ita quod fruatur summè, quantum possibile est alicui creaturæ.

Argumenta patent, & responsiones ad ea.

VTRVM ANIMA CHRISTI POtuerit summe frui Deo sine summa gratia.

Scotus 3. sent. dist. 13. q. 4.

Quæstio tertia.

Tertio quæritur, Vtrũ anima Christi potuerit habere summã fruitionem, qua summè frueretur Deo sine gratia.

Respondeo, & dico, quòd non causatiuè, id est fruitione, qua sua uoluntas elicitiuè caret. Ratio est, quia deficeret sibi una causa partialis, scilicet gratia, & etiam, quia ipsa uoluntas, non est forte nobilissima in puris naturalibus. Sed dico, quòd sic formaliter id est fruitione suæ uoluntatis informatiuè, qua uerè frueretur, à Deo tamen causata. Ratio est, quia gratia respectu fruitionis non se habet nisi in ratione causæ efficientis secundæ. Deus autem potest supplere omnem causalitatem causæ efficientis secundæ. De congruo autem dico, quòd non, quia Deus sic instituit, quòd esset connexio causarum secundarum ad primã, ita quòd prima non causaret, secundis non causantibus.

DISTINCTIO XIIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XIII. Quæritur,

VTRVM POSSIBILE FVERIT INtellectum Animæ Christi primo & immediate perfici uisione uerbi perfectissima possibili creatura.

Scotus 3. sent. dist. 14. q. 1.

Quæstio prima.

Magister agit de perfectionibus assumptis cũ humana natura, per comparationem ad perfectionem naturæ diuinæ.

Circa distinctionem quartam decimam quæritur, Vtrum intellectus Animæ Christi potuerit perfici perfectissima uisione uerbi, possibili creaturæ. Et si sic, An immediatè.

Et Primo, quòd non potuit: Quia uel uidisset sub ratione infiniti, uel sub ratione non infiniti: Non primo modo, quia cum obiectum specificet actum, sic actus uisionis, esset infinitus, quod est impossibile. Si autem secundo modo, ergo potest uideri perfectius, quia omni finito dato, potest illud excedi.

Item quòd non immediatè, & primo, quia sicut lumen naturale proportionale necessariò requiritur ad actum uisionis naturalem; ita lumẽ supernaturale ad actum supernaturalem. ergo intellectus, & immediatè, & prius perficitur per lumen, quàm per actum.

Item licet actus imperfecti præcedant habitũ, tamen habitus præcedit actus perfectos. ergo. Arist. 2. Ethi. ca. 5. & inde.

Contra id est Magister in littera.

Item summa fruitio præsupponit summam uisionem, sed potuit uoluntas Christi summè frui uerbo ex distin. præcedente. ergo. Et quòd immediatè, patet, quia potentia passiua potest immediatè recipere sibi debitum actum, ad quem est in potentia, sed intellectus respectu uisionis est huiusmodi. ergo.

Respondeo de primo articulo, & dico, quòd eodem modo, quo dictum est de fruitione respectu uoluntatis uoluntate præcedenti, est distinguendum de uisione elicita ab intellectu Christi, tanquam à causa partiali, uel causata à Deo, sicut ibi fuit distinctum de fruitione, & eodem modo dicendo ad membra distinctionis, & per easdem rationes. Pro econtrario require ibi.

De secundo Articulo, Vtrum immediatè, & primo dico, quòd sic. Ratio est, si necessario præexigitur lumen gloriæ, siue aliquis alius habitus in intellectu ante actum uisionis, peto in quo genere causæ. Si dicas in ratione efficientis, habeo propositum, quia quicquid causat secundum efficiens pôt immediatè supplere, & causare Deus. Si dicas, quòd in ratione materiæ, ita quòd sit eius proximum fundamentum, medians inter intellectum, & actum, sicut superficies respectu coloris, & obiecti. Scotus nõ negat lumẽ gloriæ, de facto, sed negat necessitatem illius luminis.

Contra; Quia primo intellectus esset immediatè beatus, cum beatitudo consistat in actu, sed esset beatus accidentaliter per accidens, sicut sub stantia est colorata. Secundo, quia tunc talis habitus separatus per diuinam potentiam posset per se esse uerè, & formaliter beatus. Sicut quantitas separata est uerè colorata. Et si dicas, quòd totũ resultans ex intellectu, & habitu, est immediatum fundamentum uisionis, & neutrum per se.

Contra; Visio est aliquid per se, & uerè unũ: ergo impossibile est, quòd habeatur pro immediato fundamento unum ens per accidens, cuiusmodi est illud. ergo oporteret, quòd alterum per se sit immediatum fundamentum. Sed non habitus, ut probatum est. ergo. Intellectus. ergo. Non enim potest se habere in ratione alterius causæ extra dicta, ut patet. Nec potes dicere, quòd recipitur propter eleuationem potentiæ, quia ista eleuatio non est necessaria, nisi ut potẽtia agat, sed ut sit magis passiua nõ oportet; sed modo agitur, quòd Deus præter illam uisionem summè immediatè in intellectu Christi causaret, ad quod intellectus immediatè se habet in potentia passiua obedientiali. Non enim potes dicere, quod requiritur, ut obiectum fiat uisibile, sicut requiritur lumen naturale intellectus agentis, ut obiectũ materiale fiat intelligibile, quia uerbum ex se est maximè intelligi-

telligibile,& uisibile. Nec etiam propter præsentiam obiecti, quia uerbum, cum sit obiectum uoluntarium,& uirtuosissimum potest ex se initiare potentiæ in ratione obiectum sicut uoluit. ergo.

Tunc ad rationes in contrarium. Ad primam, quæ est contra primum Articulum, dico, quod uidet sub rõne infiniti, alias nunquã quietaret potẽtiã.

Ad probationem dico, quòd obiectum specificat actum non formaliter, quia non est formaliter actus causaliter, quia est causa actus, uel totalis, ut in proposito, uel partialis, ut de communi lege,& ideo sequitur ad differentiam specificã obiectorum, differentia specifica actuum, licet non econuerso, quia idem est obiectum uisionis & fruitionis, ut patet. Non ergo sequitur, quòd si obiectum est infinitum,& agat,& terminet actũ sub rõne infiniti, quod pp hoc actus sit infinitus nisi obiectiuè, sed formaliter nõ, nisi formaliter specificaret actũ. Exeplũ: Agens creatiuũ, ut creatiuũ, est infinitum, & ut infinitum terminat dependentiam, siue effectus,& tamen effectus est formaliter finitus.

Exemplum.

Ad secundam & tertiam, quæ sunt contra secundum articulum, patet, quod procedũt de actu causato elicitiuè ab intellectu,& non de actu causato totaliter in intellectu à uerbo.

Et nunc, sicut dictum est de summa fruitione, respectu uoluntatis, quod s. de facto ita credendum est, quod fuerũt, & sicut in Christo summa enim fruitio necessariò præsupponit summam uisionem, ut patet.

VTRVM POSSIBILE FVERIT IN tellectum Animæ Christi uidere omnia in uerbo, quæ uerbum uidet.

Seraphicus Bona. 3. sent. dist. 14. q. 3. Art. 2.
Scotus 3. sent. dist. 14. q. 1.
D. Thomas 3. parte summæ. q. 10. Art. 2. & 3.
Ricardus 3. sent. dist. 14. q. 3.
Durandus 3. sent dist. q. 2.
Franciscus de Mayronis 3. sent. dist. 12. q. 1.
Ioannes Bacconitanus 3. sent. dist. 13. q. 1.

Quæstio secunda.

SECVNDO quæritur, Vtrum anima Christi uideat omnia, quæ uidet uerbum in uerbo.

Quod non: Quia uideret actu Infinita, sed infinita non contingit pertransire secundo Metaphysices. ergo.

Contra Id est Magister in littera, omnia uidet, quæ uerbum uidet.

2. Met. cõt. 13

Respondeo,& dico, quòd non. Ratio est, quia quanto causa perfectius cognoscitur; tanto cognoscuntur plures effectus contenti uirtualiter in ipsa,& èconuerso. Exemplum: Quanto principiũ perfectius cognoscitur, tanto plures conclusiones cognoscuntur uirtualiter in ipso contentæ, & èconuerso, ergo qui posset cõprehendere causam, uel principium posset cognoscere effectus, uel cõclusiones,& èconuerso, sed nullus intellectus creatus potest compræhendere uerbum infinitum, quia iam sua cognitio adæquaretur cognitioni diuinæ. ergo.

Distinguunt ergo, quòd quædam cognoscit uerbum simplici notitia, ut futura contingentia fienda,& non fienda, sed possibilia fieri, & ista nõ cognoscit anima Christi in uerbo, nisi aliqua de eis ex speciali ostensione, quædam autem scientia uisionis non actualiter existentia, & ista cognoscit anima Christi in uerbo.

Contra rationem opinionis. s. B. & C. in sunt A. subordinatè ita, quòd A. C. B. mediate & cognoscens B. C. non comprehendit. A. multo minus cognoscens. C. comprehendet A. Exemplum de subiecto prima passione & posteriori passione. Vnde si cognoscens primam passionem non comprehendit subiectum, multò minus comprehenderet ipsum cognoscens secundam, non autẽ sic est, quòd, quia uerbum est infinitum intensiue ideo in ipso sunt infinita cognoscibilia, & non ẽcontrario. ergo si cognoscens sub ratione infiniti non compræhendit uerbum, multo minus, quòd non cognoscit in ipso infinita cognoscibilia, sicut patet in quæstione præcedenti, quòd omnis beatus non tantum Christus cognoscit uerbum sub ratione infiniti, alias nõ quietaret. ergo.&c. Est ergo in rõne fallacia cõsequẽtis, licet. n. perfectius cognoscẽs causam possit cognoscere plures effectus in ipsa, non tamen cognoscẽs plures effectus cognoscit necessariò perfectius causam, sed cognoscẽs effectus perfectio ri modo, non ergo compræhenderet causam, nisi cognosceret effectus,& causam,& ita perfectè, sicut cognoscibilia sunt.

Soluendo secundum principale.

Contra distinct. de opinione cõclusionis, Anima Christi cognoscit uerbum creare aliquod futurum contingens, ergo cognoscit illud futurum contingens, tamen aliqua speciali reuelatione.

Aliter ergo dicitur, quòd anima Christi potuit uidere in uerbo omnia, quæ uidet uerbum habitualiter, sed non actualiter. Primum supponit, Secundum probatur. Primo sic: Virtus infinita non potest nisi extẽsiuè. ergo si uirtus finita posset extensiuè, æquaretur uirtuti infinitæ.

Héricus quotlib. 5. q 14.

Quære D. Bona.& Varronem hic ad hæc.

Item uirtus finita distinctius uidet duo, quàm tria. ergo infinita uidet infinitè, confusione, sed hoc non est non uidere.

Item secundum Commentatorẽ de substantia orbis, Infinitas extensiuè præsupponit intensiuã, sed anima Christi non habet infinitatem intensiuam, cum sit creatura. ergo nec extensiuam.

Et 12. met. cõ tex. 41.

Contra primum membrum quod supponit, si habitus unus erit, ratio cognoscẽdi infinita obiecta extensiue, ille habitus esset infinitus intensiuè, ut probatum est in lib. 2. de habitu, quæ ponũt aliqui in Angelis, per quem possunt cognoscere infinita. Dices, quòd iste habitus fundat infinitos respectus ad infinita obiecta.

Lib. 2. dist. 3. parte secunda q. 3.

Contra: Si sunt respectus distincti inter se, & ab habitu, erit dare infinita in actu in entis, si non, pari ratione unus actus potest fundare infinitos

respectus ad infinita obiecta, & ita secundum mẽbrum contradicit primo.

Dico ergo ad quæstionem, quòd scientia Christi in uerbo actualiter uidet omnia, & omnia, quę uidet uerbum. Ratio est, quicunque intellectus est perfectibilis qualibet intellectione cuiuscunque obiecti, quia, licet pro obiecto adęquato totũ ens, & ita naturaliter inclinatur ad cognoscẽdũ quodlibet ens. & si quodlibet cognoscat qualibet cognitione naturaliter pficitur, & sicut est de cognitione, ita est de uisione in uerbo, quæ est perfectissima cognitio possibilis haberi de obiecto. Hoc autem dico diuisim, sed si diuisim ergo coniunctim. Probatur consequentia: Potest simul uidere duo. ergo omnia. Antecedens patet, quia simul, & semper uidet uerbum, & uidet se beatum in uerbo. Consequentiam probo primo, quia non opponunt, sicut etiam non duo alia simul opponuntur, ita nec omnia simul; & ideo non est magis impossibile de omnibus, quàm de duobus. Secundo quia per utramq; cognitionem perficitur naturaliter. Tertio, quia sicut ex se simul est in potentia, & in actu, & in potentia naturaliter ad omnia cognoscibilia; ita actu potest & simul omnem actualem cognitionem habere, quia hoc non arguit intellectũ naturaliter infinitum, quia cognitio ipsa est extra rationem intellectus, nec cognitio est formaliter infinita, sed infinita potentia est ex parte obiectorum. Nec cognitiones omnium sunt infinitæ extensiuè, quia illa omnia non sunt primo cognita, sed uerbum sub ratione infiniti est primo cognitum, & illa eadẽ cognitione sunt cognita omnia, quæ repræsentat uoluntarie ipsum uerbum. Est enim obiectũ uoluntarium. sed Christo de facto repræsentans omnia.

14. de Tri. c. 15 Hoe confirmatur per D. Augustinum de Tri.
lib. 3. ca. 20. Confirmatur etiam per Damascenum, qui dicit, quòd Anima Christi habuit pręscientiam futurorum contingentium. Hæc positio potest habere duplicem intellectum, unum, quòd uerbum sit primum obiectum, & ea, quę relucent in ipso sint secundaria obiecta, ita quòd non qualibet uideatur uisione distincta. secundario, quia Verbum uidetur primo & tunc non sequitur in actibus infinitas extẽsiua, nec i illo actu infinitas intẽsiua i actibus, q̃a nõ est cõprehensiuus, sicut est intellectio Dei. Aliud, ꝙ oĩum uisorũ sint distinctæ uisiones sicut distinctè vñt; scdm hoc sequit infinitas intẽsiua in actibus. contra quod uidentur multæ Authoritates Sanctorum, & Prophetarum.

Dubium. Sed restat dubium, Vtrum intellectus possit respectu illius actus, uel respectu illorum infinitorum actuum ratione principii effectiui. Et uidetur probabilius, quòd non, sed causetur à Deo totaliter, quia qualibet uirtus creata potest habere uel unum effectum adæquatum, uel plures, ultra quos non possunt simul. Si neutra uia placet, potest dici, ꝙ uerbum, & aliqua finita in ipso intelligit actualiter, omnia uerò habitualiter, hoc modo exponẽdo, non quòd habeat habitum unum, qui sit sibi ratio intelligendi omnia, quæ in ipso relucent.

Tunc ad rationes in contrarium, & primo contra opinionem secundam, dico, quòd non æquaretur, quia uirtus infinita, intensius & perfectius uideretur illa, sed non plura.

Ad secundum dico, quòd uidere distinctius duo, quàm conuenit intellectui extrinseca eius ratione, sed ex aliquo concomitante pro statu isto, & si absolute sibi conueniat, hoc erit in quantum respectu actus est principium effectiuum, qui nõ potest sic perfecte elicere simul tres, sicut duo, sed si ab aliquo causarẽtur uisiones, non sequitur, & ita est in proposito.

Ad tertium patet quòd secundum uiam primã illa infinitas extensiua est solum ex parte obiectorum, & ideo non arguit infinitatem intensiuam, nisi in uerbo, in quo repræsentatur.

Ad principale dico, quòd non ualet, saltem si infinita uideantur in uno actu ab alio causato.

VTRUM ANIMA CHRISTI NOuerit omnia in genere proprio.

Seraphicus Bona. 3 sent. dist. 14. q. 2. Art. 3.
Scotus 3 sent. dist. 14. q. 3.
D. Thomas 3 parte summæ q. 12. Art. 1.
Ricardus 3 sent. dist. 14. q. 1.
Durandus 3 sent. dist. 14. q. 3.

Quæstio tertia.

TERTIO quæritur, Vtrum à principio nouerit omnia in proprio genere.

QVOD NON: Iesus proficiebat ætate, & sapientia. Et ad Hebræos Paulus sic ait: Didicit ex his, quæ passus est, obedientiam. — Quære Magistrum in lrẽ ra. Lucæ. cap. 2. Hebræos c. 5.

CONTRA: id est Magister, qui dicit, ꝙ non assumpsit defectus, nisi nobis expedientes, sed ignorantia non expediebat nobis. ergo.

RESPONDEO, & dico, quòd scientia infusa à principio nouit omnia perfectè, sed postea potuit naturaliter sibi acquirere scientiam de eisdem; Ratio pro secundo membro est, quia habuit intellectum agentem possibilem, & potentialem, & sensus, & operationes proprias istarum potentiarum. — D. Thomas 3. parte summæ q. 11. & 12. & q. 9. Art. 4. melius.

CONRA dicta opinionis secundum istos plura accidentia eiusdem rationis non possunt simul esse in eodem, sed plures cognitiones eiusdem obiecti sunt eiusdem rationis, quamuis una sit infusa, alia acquisita, sicut eiusdem rationis essent homo creatus, & homo generatus. — Quære Varronẽ optime hic tertia parte. q. 15. Art. 5.

Item contra rõnem pro secũdo membro, si ratio sit bona, Angeli beati, & Sancti adhuc possẽt in scientia proficere.

CONTRA conclusionem, quia, & si duæ cognitiones eiusdem rationis possint de eodem obiecto esse simul in eodem, nõ tñ duæ perfectæ, quia tunc uel neutra esset perfecta, uel altera esset omnino superflua, si ergo perfectè nouit omnia per scientiam infusam, non potuit proficere per acquisitam.

Ex his apparet, quòd falsa est propositio, quam assumit

assumit ratio.s. quòd omnis potentia possit in propriam operationem, non enim ualet de potentia iam perfecta, ex tunc enim non potest in actus, per quos perficiebatur antequam esset perfecta, quia idem respectu eiusdem non potest esse in potentia, & in actu. Nam habitibus existentibus in materia cessat motus. Valet ergo de potentia antequam perficiatur per actus, sed postquam est perfecta non potest per actus, per quos perficiebatur, licet possit ibi aliis actibus perfectis.

1. de gene. cō tex. 55.

Ad quæstionem ergo dico, quòd duplex est cognitio. s. abstractiua, & intuitiua, quę distinctio probata est in secundo libro. Abstractiua est duplex. s. actualis, & habitualis. Loquendo de abstractiua habituali, potest dici, quòd à principio nouit omnes quiditates specificas rerum per species infusas. Ratio est, quia ad istam cognitionem intellectus est in potentia tanquam ad naturalem eius perfectionem. ergo si ista cognitione careret, esse naturaliter imperfectus eius intellectus per carentiam naturalem perfectionis, sibi debitæ in esse, quod non est dicendum de ista anima.

Duplex est cognitio. in 2. libr. dist. 3. q. 9. & inde.

Dico autem, ꝙ non nouit per illas species singularia sub propriis rationibus, quia sicut uniuersale non dicit totam entitatem singulariū, ut probatum est alibi, ita nec dicit totam eius cognoscibilitatem, & per consequens illud, quod est ratio cognoscendi ipsum non est ratio cognoscēdi particulare sub propria ratione. si ergo nouit omnia particularia in proprio genere sub propriis rationibus, nouit ea per proprias species infusas, & tunc oportet ponere ibi infinitas species infusas, quia particularia potentialia fieri sunt infinita: Non enim per unam speciem, & per unam cognitionem nouit omnia, quia ut non in proprio genere sunt obiecta non secundaria, sed primaria. si non uideatur conueniens ponere istam infinitatem, potest dici, quòd non nouit ista omnia particularia habitualiter, sed solum facta & facienda, nec hoc est inconueniens, quia hoc sufficit, cum ex quo nouit omnia alia cognitione in uerbo. Loquendo de abstractiua actuali, potest dici, quòd talis potest esse duplex. s. uel causata à Deo miraculose, uel causata naturaliter ab intellectu, tanquam à causa partiali. Primo modo posset nosse omnia simul actualiter, quæ nouit habitualiter. Sed non uidetur necessarium ponere tale miraculum, sed secundo modo: non quia intellectus licet possit simul esse partiale principium actiuum respectu plurium intellectionum, non tamen respectu causatorum. Loquendo autem de intuitiua, quæ est obiecti, ut concernit essentiam actualem, potest dici, quòd non, quia talis cognitio proprie non est nisi de obiecto præsente, secundum præscientiam actualē, uel in se, uel in alio, in quo habet perfectius esse. sed patet, quòd omnia non fuerunt sibi præsentia in se ipsis. si autem dicatur, quòd fuerunt sibi præsentia in uerbo, iam redis ad illam cognitionem. s. beatificam in uerbo, de qua supradictum est.

Vniuersale non dicit totam entitatē singularium.

Cognitio abstractiua actualis ē duplex.

Ad illas authoritates dico, quòd non solū profecit secundum apparentiam, ut communiter exponitur, sed & realiter, quantum ad cognitionem intuitiuam, ut patet ex dictis, quantum ad abstractiuam non, nisi uocetur perfectus transitus cognitionis habitualis ad actualem.

Qvod autem cognitio rerum in proprio genere stet cum cognitione earum in uerbo, patet per Augustinum super Gen. Sunt enim alterius rationis.

VTRVM ANIMA CHRISTI NOuerit omnia perfectissime in genere proprio.

Scotus 3. sent. dist. 14. q. 4.
Ricardus 3. sent. dist. 14. q. 4.

Quæstio quarta.

Qvarto quæritur, Vtrum anima Christi habuerit à principio perfectam notitiam rerum in proprio genere.

Quarto quæritur sine argumentis

Respondeo, quòd loquendo de cognitione habituali abstractiua, potest dici, quòd sic, quia credibile est, quòd illæ species sibi infusæ fuerūt perfectissimæ, quantum esse potuerūt, secundum quòd de gratia dictum est dist. tertia decima. Loquendo autem de actuali, siue abstractiua, siue intuitiua, si ponatur, ꝙ totaliter sit causata à Deo, potest dici idem; sed si ponatur, quòd sit causata à suo intellectu naturaliter, tanquam à principio partiali actiuo, tunc distinguo, quòd perfectum potest intelligi uel simpliciter, quantum possibile est esse, & tunc dico, quòd non, quòd si species infusæ sunt perfectissimæ, non tamen alia causa partialis. s. intellectus, quia naturaliter intellectus angelicus est perfectior. Vel perfectum potest intelligi illud, cuiusmodi de facto nihil est æquè perfectum, & tunc dico, quòd possibile est, quòd sic, quia possibile est, quòd plus excedat in perfectione species infusa Angeli, quàm excedat intellectus Angeli intellectū Christi. hoc intelligas solum de cognitione actuali abstractiua; quia intuitiua nō causatur à specie, sed ab obiecto præsente: Et ideo de ipsa non simpliciter esset dicendum, quòd non est perfectissima, nisi sit totaliter causata à Deo.

Perfectum pōt intelligi duobus modis.

DISTINCTIO XV.

CIRCA DISTINCTIONEM XV. Quæritur,

VTRVM IN ANIMA CHRISTI secundum portionem superiorem fuerit uerus dolor.

Seraphicus Bona. 3. sent. dist. 16. q. 2. Art. 2.
Scotus 3. sent. dist. 15. q. 1.
D. Thomas 3. parte summa q. 15. Art. 5.
Ricardus 3. sent. dist. 15. q. 2.
Durandus 3. sent. dist. 15. q. 3.

Quæ-

Quæstio prima.

CIRCA distinct. quintam decimam queritur, Vtrum in anima Christi secundum portionem superiorem simul fuerunt dolor, & gaudium.

QVOD nõ: Contraria nõ possunt simul in esse eidem, sed dolor, & gaudium sunt cõtraria, & Christus summè gaudebat secundum illam portionẽ, qua fruebatur ergo. Maior probatur, quia ad contraria sequuntur contradictoria. Propterea dicit Phylosophus 4. Met. quòd si contraria essent simul, contradictoria essent simul uera, nec ualet si negetur maior, & dicatur, quòd mobile simul est sub contrariis, quia partim intermino à quò, & partim ad quẽ ex sexto Phys. sicut patet de subiecto, quod dealbatur. non enim in istanti expellitur tota nigredo. & inducitur tota albedo, sed per motum in tempore hoc non ualet, quia tunc non sunt nisi contraria simul in esse remisso, ut patet: Anima autem Christi summè gaudebat, & summè tristabatur in morte, nec summus dolor mortis, cum esset actus summè meritorius, & acceptua Trinitati, minuebat fruitionem, & præmium nec etiam ualet, si negetur minor, & dicatur, ꝙ nõ sunt contraria, quia non de eodem obiecto, quia gaudium de Deo, & dolor de morte; hoc non ualet, quia obiectum respectu actu se habet, ut causa, sed nihil minus sunt contraria causata ab eadem causa, & causata ab oppositis causis, sicut albedo, & nigredo causatæ à calido, & frigitudo, uel caliditudo tantum ergo.

4. met. cõtex. 9. & 27.

6. phi. contex. 7. & 87.

Summus dolor Christi nõ minuebat fruitionem.

CONTRA: Meritum, & præmium debent esse in eadem portione, ergo dolor mortis, cum esset summè meritorius, erat in portione superiori, ubi erat fruitio, ita quòd ex dolore sensibili in parte sensitiua causabatur dolor tristitiæ in parte intellectiua. ergo.

RESPONDEO, quòd hic pręmittenda est distinctio una de dolore, quam ponit D. Augustinus 14. de Ciuitate Dei: Dolor enim propriè dictus est primo, & per se in parte sensitiua, tristitia autẽ dicta est primo per se in parte intellectiua. Dicit enim ibi Augustinus, quòd dolor est offensio animæ à carne: tristitia uerò est offensio animæ ex his, quæ nolẽtibus accidũt. Hoc pmisso primo uidendum est, quod sit dolor, & quod tristitia, propriè accipiendo uocabulum. Secundo quomodo. dolor uerissimè fuit in aĩa Christi, & qua parte. Tertio quomodo tristitia, & in qua parte, & de quibus oppositis.

14. de ciu. Dei cap. 15.
Vnde dicatur dolor, & tristitia.
Quid sit dolor & tristitia.

De primo dicitur, quòd prima radix doloris est immutatio corruptionis dispositionis, conuenientis naturæ. Secunda radix est proxima doloris appræhensio talis immutationis, nec ista secũda sufficit sine prima, quia corpus gloriosum existens in igne uerè immutaretur ab igne, & appræhenderet immutationem, & tantum non doleret, quia immutatio nõ esset corruptiua dispositionis conuenientis. &c.

Hẽricus quolibet 11. q. 2. & 9. et quol. 12. q. 9. uide eum quol. 6. q. 38.

CONTRA: Potio amara causat dolorem in gustu, & tamen non corrumpit dispositionem cõuenientem naturæ, immo saluat, quia causat sanitatem, ergo prima radix non est necessaria; sed sufficit sola appræhensio immutationis absq; corruptione. Ad illud de corpore glorioso respondetur in 4. libro. Aliter ergo dico, quòd dolor propriè dictus est causatus ab obiecto sensibili in appetitu sensitiuo, & consimiliter delectatio opposita.

In 4. lib. dis. 49. q. 13. et 44.

Ad cuius intellectum sciendum, quòd potentiæ ad obiectum est triplex relatio, Vna, quæ est inclinatio potentiæ ad obiectum, sicut passiui ad actiuum suum, à quo recipit formam & perfectionem. Alia, quæ est debita approximatio, ut obiectum possit agere in potentiam. Alia, quę est conuenientia, uel disconuenientia, siue proportio, uel improportio obiecti ad potentiam, & istæ tres relationes fundantur super naturam obiecti, & potentiæ.

Potentiæ ad obiectum est triplex relatio.

Et tunc dico, quòd obiectum disconueniens, siue improportionatum causat dolorem, uel tristitiam. Conueniens autem obiectum, uel proportionatum causat delectationem, ita tamen, quòd relatio conuenientiæ, uel aliæ dictę relationes nõ sunt causa, & ratio causandi istas passiones; sed obiectum causat per suam formam absolutam, ipsæ tamen sunt coexigentiæ, & causa, sine qua non.

Obiectum disconueniens causat dolorem.

Dicitur autem, quòd obiectum conueniens causat delectationem, & disconueniens causat dolorem, uel tristitiam circunloquendo loquendo absoluta per relatiua eo modo, quo dicitur, quòd actiuum agit in passiuum, cum tamen actiuum, & passiuum sunt termini relatiui.

Obiectum cõueniens causat delectationem.

Et si quæras, quare hoc obiectum est conueniens, & illud disconueniens, non est alia ratio, nisi quòd illud est tale, & illud tale. Dixi autem, ꝙ dolor uel tales passiones causantur in appetitu, licet potentia apprehensiua primo appræhendat obiectum, tamen appetitus terminat appræhensionem, & ita omnis dolor propriè dictus, est in appetitu sensitiuo, qui est unus omnium sensuũ, terminans omnium apprę̄hensionem, & consideratur delectatio opposita. Tristitia autem propriè dicta est in appetitu intellectiuo, scilicet in uolun tate, quæ terminat appræhensionem intellectua obiecti conuenientis, uel disconuenientis, & ita ibi dictum est, delectatio opposita tristitię. Et nõ, quòd licet ista scilicet dolor, & delectatio, & tristitia dicantur passiones, non tamen sunt de genere passionis; sed de genere qualitatis, secundum quòd intellectio, & uolitio, & huiusmodi dicuntur passiones, sunt tamen ueræ qualitates; ut alibi dictum est. Hæc uidetur esse intentio D. Augustini ubi supra, & Damasceni cap. 38.

Omnis dolor propriè dictus est in appetitu sensitiuo.

Tristitia est in appetitu intellectiuo.

Dolor delectatio, et tristitia, sunt de genere qualitatis.

De secundo Articulo dico, quòd uerus dolor fuit in anima Christi in parte sensitiua. s. in appetitu sensitiuo, & fuit dolor maximus. Ratio omniũ istorum, quia obiectum disconuenientissimum fuit approximatissimum tactui ipsius Christi, ut patet, quicquid tactus erat maxime perceptiuus obiecti; quia sicut anima Christi fuit perfectissima, ita corpus fuit maximè complexionatum, &

In Christo fuit uerus dolor in parte sensitiua.

per

per conſequens ſenſitiuus tactus eſt maxime perceptiuus ſecundo De anima.

2. de Anima comment.94.

Sed eſt ſciendum, quòd uehemens dolor in parte ſenſitiua impedire uſum rationis natus eſt. Quod probatur, quia plus uehemẽs dolor in parte ſenſitiua, quàm uehemens delectatio, impedit ſecundum eundem. ergo. &c. Tamen in Chriſto in nullo impediuit, quia præſeruatum fuit iudicio ſuæ rectiſſimæ rationis ex ſpeciali Dei gratia; & ſimile dicẽdũ eſt de martyribus, in quibus uiguit iudicium rationis in ſuis acerbiſſimis pœnis. Sed eſt hic dubium, quia ex hoc uidetur ſequi, quòd non ſit actus uirtutis fortitudinis exponere ſe magnis pœnis, propter amorem iuſtitiæ, ex quo magnæ pœnæ impediunt iudicium rectæ rationis.

14. de Ciu. dei cap.16.

In martyribus uiguit iudiciũ rationis.

Dubium.

Sed dico, quòd immò, quia electio ad exponẽdum ſe magnis pœnis propter iuſtitiam eſt electio bona, quia fuit propter bonum finem, & ita eſt debito modo circunſtantionata, & fit ſecundum iudicium rationis. Exemplum eſt per oppoſitum de peccato. Nam in actu fornicationis propter uehementem delectationem ſuccumbit ratio, & tamẽ eſt peccatũ mortale, quia electio fuit uoluntaria, & contra iudicium rectæ rationis.

Exemplum.

De tertio dico, quòd portio ſuperior uno modo accipitur ſtrictè pro intellectu, & uoluntate, ut præcipuè reſpiciunt ſolum æterna. Alio modo magis largè, pro intellectu, ut iudicat de aliquibus ſecundum regulas æternas, & pro uoluntate, pro ut aliqua referendo ad æterna, & hoc ſecundo modo accipitur à D. Auguſtino 12. de Trin. Primo modo portio ſuperior nullo modo poteſt triſtari, niſi per actũ nolitionis, & hoc uel nolẽdo diuinam eſſentiã abſoluè, uel nolendo ſibi aliquã perfectionem intrinſecam, & tunc fortè eſſet peccatum in Spiritum ſanctum; & forte, quòd damnati peccant hoc modo; quia & ſi uolunt Dei iuſtitiam, forte quòd non abſoluè, ſed nolunt eam in effectu, ut in ſua punitione. Patet ergo, quòd nullo modo fuit triſtitia in anima Chriſti, quantum ad portionem ſuperiorem, hoc modo ſumptam. Secundo modo portio ſuperior ſumpta poteſt triſtari tripliciter, uel. ſ. de ſubſtractione fruitionis, uel de peccato ſuo, uel alieno, uel de aliquibus diſconuenientibus proprio ſuppoſito, uel alieno. Primo modo non triſtabatur in Chriſto, quia nullo modo fruitio, & uiſio eius fuit ſubſtracta, nec diminuta. Secundo modo non triſtabatur de peccato proprio, quia nec peccatum fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius. Sed potuit triſtari de peccato alieno, ut de infidelitate Diſcipulorum dubitantium, & de crudelitate Iudeorum perſequentium, & hoc eſt, quod dicit Ambroſius ſuper Lucam, & ponitur in littera; Doles Domine, non tua uulnera, ſed mea peccata. Tertio modo potuit dolere, quia cum intellectus eſſet in apice, & ſuo uigore intuebatur dolorem inflictum in parte ſenſitiua, & oſtendebat uoluntati, & tunc uoluntas compatiebatur proprio ſubiecto, & triſtabatur, & ſimiliter compatiebatur Matri.

Quõ accipiatur portio ſuperior.

12. de tri. c. 2. 4. & 14.

An portio ſuperior poſſit triſtari.

Quõ damnati peccent.

Portio ſuperior põt triſtari tripliciter.

Quõ portio ſuperior in Chriſto triſtabatur.

Libro ſecundo de incarnatione Verbi.

Sed circa primum articulum eſt dubium, quomodo triſtitia poteſt eſſe ſubiectiuè in uoluntate, cum ſit libera. Item circa ſecundum Articulũ eſt dubium, quomodo ſummus dolor quantuncunque fuerit in parte ſenſitiua, non in aliquo minuit ſuam delectationem, quæ cauſatur in uoluntate, cum experiẽtia omnino doceat oppoſitum. Et Ariſt. hoc dicit 7. Ethic. Item quia in uoluntate etiã ſunt aliquæ triſtitiæ, ut dictum eſt in tertio Articulo; & ita non potuit ſtare in eodem ſubiecto ſumma delectatio. Item, ut patet experientia, ſumma delectatio in uoluntate redundat ad cor, & illa cauſat ibi delectationem; ſimiliter ſummus dolor in appetitu ſenſitiuo redũdat ad cor, & cauſat ibi triſtitiam; ſed ex delectatione cor realiter dilatatur, ex triſtitia verò realiter conſtringitur ſecundum, ꝙ patet ex diffinitione iſtarum paſſionum, idem autem non poteſt ſimul conſtringi, & dilatari.

7. ethic. ca. 9.

Ad primum dubium dico, quòd triſtitia, & huiuſmodi paſſiones ſunt realiter diſtinctæ ab actibus uoluntatis. Quod patet, quia Beati habent actum uolitionis circa peccatum, & tamen non triſtantur de peccato. Tunc dico, quòd uoluntas eſt libera quantum ad actus ſuos, qui ſunt uelle, & nolle, ſed non immediate eſt libera quantum ad paſſiones, quæ cauſantur ab obiecto, immo ſuppoſito actu paſſio neceſſariò euenit, ut ſuppoſito actu nolitionis obiecti: ſimiliter obiectum nolitum eueniat, uoluntas neceſſario triſtatur, & ſimiliter obiectum uolitum eueniat, neceſſario uoluntas delectatur. Eſt autem libera contra paſſionem mediatè, quia liberè poteſt uelle, & nolle. Exemplum. Comes tenens terram à Rege, tenendo terram neceſſariò, eſt ſeruus. Sed tamen dicitur liber ſeruus, quia liberè tenet terram, & poteſt eam dimittere, ſi uult.

Quõ uolũtas ſit libera.

Pulchrum Exemplum.

Ad ſecundum dubium dico, quòd naturaliter ita eſt, ut argutum eſt, ſed ex Dei diſpenſatione factum eſt, quòd in Chriſto non minuit, & hoc fuit poſſibile, ex quo ſubſtantia doloris, & delectationis ponuntur diuerſa.

Ad illud dubium eiuſdem ſecundi Articuli patebit in ſolutione articuli principalis.

Ad illud eiuſdem articuli ſecundi dico, quòd & ſi dolor appetitus ſenſitiui redũdat ad cor, & facit eum conſtringi, delectatio tamen non redundauit, licet naturaliter redundaſſet, quòd factum eſt miraculosè.

Ad argumentum principale patet de ſummo dolore, quia ille non fuit in eodem ſubiecto, ſed in parte ſenſitiua. De triſtitia autem, quæ fuit in uoluntate, ut dictum eſt in tertio articulo, dico, ꝙ contraria merè abſoluta, uel cauſantur à diuerſis cauſis, uel ab eodem, incompoſſibilia ſunt in eodem, ut albedo, & nigredo, & huiuſmodi, ſed contrariè relatiuè non ſunt incompoſſibilia in eodẽ, ſi ſunt in diuerſis obiectis, quia dependẽt ab obiectis, non ſolum, ut à cauſa, ſed etiam ut à terminis. Exemplum: Scientia, & ignorantia ſunt impoſſibilia in eodẽ intellectu de eodem obiecto, ſed nõ de diuerſis obiectis, ut patet, ſimiliter Beatus uult, cum diligit bonum, & ſummè non uult, & odit malum, quia uolitio, & nolitio, & amor, & odium,

& odium, ſcientia, & ignorantia ſunt contraria relatiua. ergo ſimiliter ſtabunt ſimul, ſumma delectatio de ſummo bono, quo fruitur uoluntas, & triſtitia de aliis obiectis dictis in tertio articulo. Sunt enim contraria relatiua.

Sed hic eſt dubium, quia uoluntas Chriſti cum eſſet recta uolebat mortem, ex quo uolebat eam Deus, & per conſequens delectabatur de morte, mediante actu uolitionis, ut dictum eſt in tertio Articulo triſtabatur etiam de morte compatiendo appetitui ſenſitiuo, cum erat coniuncta. ergo de eodem obiecto delectabatur, & triſtabatur.

Dico, quòd non de eodem obiecto formaliter, ratio obiecti propter aliam, & aliam circunſtantiam; nam uolebat mortem, ut erat ſalus humanæ generationis, & ut ſic uolebat eã Deus, & ut ſic delectabatur de ea

Nolebat ergo mortem, ut eſt oppoſita uitæ, & ut ſic compatiebatur appetitui ſenſitiuo, & ut ſic triſtabatur de ea. Nec uolebat Deus, quòd ut ſic uellet Deus mortem, immò, quòd nollet, & ita abſolute uolebat mortem, & lætabatur de ea, & ſecundum quòd nolebat eam triſtabatur.

Exemplum. Exemplum, de illo, qui uult, proiicere merces in mari propter ſalutem. Aliud Exemplũ: Qui uult episcopatum, & non ſacerdotium. Nam recipiũt alium, & alium finem, & ut nolitum, & ut nolitũ; uult.n. proiicere, ſed non abſolute, ſed propter ſalutem, & ille uult, episcopatum non abſolute, ſed ut includit ſacerdotium, & ita idem uult, & non uult alio, & alio reſpectu.

Aliud exemplum.

Sed eſt hic ſciendum, quòd appetitus ſenſitiuus eſt duplex; unus, qui eſt complantatus in ſenſu, & iſte ſecundum aliquos non eſt, niſi naturalis inclinatio ſenſus ad proprium obiectum, & ità non eſt diſcurſus, à ſenſu, & per conſequens plurificatur ſicut ſenſus. Alius eſt radicatus in corde, & iſte proprio nomine uocatur appetitus animalis, & iſte eſt qui ſecundum iſtos terminat appræhenſiones omniũ ſenſuum, & in iſto fuit ſummus dolor in Chriſto. Sed ſecundum Aureolum ille, qui eſt plantatus in ſenſibus terminat appræhenſiones ſenſitiuas, & in ipſo fuit ſummus dolor in Chriſto. Animalis autem appetitus, qui eſt radicatus in corde terminat appræhenſiones ſentiuæ uirtutis.

Appetitus ſenſitiuus eſt duplex.

Opinio domini Aureoli.

DISTINCTIO XVI.

CIRCA DISTINCTIONEM XVI.

Quæritur,

VTRVM CHRISTVS HABVERIT neceſſitatem moriendi.

Seraphicus Bona. 3. ſent. diſt. 16. q. 3. Art. 2.
Scotus 3. ſent. diſt. 16. q. 2.
D. Thomas 3. parte ſumma q. 14. Art. 2.
Ricardus 3. ſent. diſt. 16. q. 2.
Durandus 3. ſent. diſt. 16. q. 1.
Franciſcus de May. 3. ſent. diſt. 17. q. 2.

Quæſtio tertia.

Circa diſtinct. ſextam decimam quæritur, Vtrum in Chriſto fuerit naturalis neceſſitas moriendi.

Magiſter agit de modo, quo filius Dei aſſumpſit defectus humanæ naturæ.

QVOD non. Quia Chriſtus non peccauit, nec actualiter, nec originaliter, ergo non habuit neceſſitatem moriendi. Antecedẽs patet. Conſequẽtia probatur. Ad Rom. Corpus mortuum eſt propter peccatum. Et Gen. dictum eſt homini, & mulieri: In quacũq; hora cõmederis, morieris. ergo.

Rom. cap. 8.

Gen. cap. 2.

Contra: Habuit corpus naturaliter generabile. ergo naturaliter corruptibile.

Reſpondeo dicens quòd ſic propter iſtas rationes: Primo, quia in corpore Chriſti fuit materia eiuſdem rationis cum noſtra, ergo cum priuatione annexa, ergo naturaliter appetebat eſſe ſub alia forma.

D. Bona. præſenti diſt. Artic. 1. q. 3.

Item, quia in corpore eius erãt qualitates actiuæ, & paſſiuæ ſicut & in nobis, & modo ſic eſt, quod complexio corporis humani requirit inæqualitatem qualitatum, ita quòd una prædominetur alteri, & ita eſt ibi cõſequẽter actio, & paſſio, & per conſequens ultimo fuiſſet neceſſaria reſolutio. Ita quòd corpus Chriſti erat compoſitum ex quatuor elementis, ſed elementa exiſtentia extra proprium locũm naturaliter appetunt locum proprium, & ita neceſſario iſte appetitus fuiſſet quandoq; completus, ita quod rediſſent elementa ad proprium locum per reſolutionem corporis.

Vide Varronem diſt. præſenti, & Henricum quol. 3. q. 8.

Contra: Niſi plus dicatur, iſtæ rationes æquè cõcludunt de corpore Chriſti poſt reſurrectionẽ, & modo ſic ante mortem, ut patet intuenti. Dico igitur ad quæſtionem, quòd Chriſtus habuit naturalem neceſſitatem moriendi de facto, ſuppoſito uno tamen miraculo.

Quòd declaro ſic: Gloria eſſentialis animæ neceſſario redũdat in corpus niſi miraculoſe impediatur, ex tali autem redundantia conſurgunt quatuor dotes, quarum una eſt impaſſibilitas, ſed anima Chriſti ab inſtanti ſuæ conceptionis habuit naturalem gratiam; ergo redundaſſet in corpus Chriſti, niſi quia miraculoſe, ex Dei diſpenſatione præſeruata eſt talis redundãtia, ad hoc, ut Chriſtus, poſſet pati, & mori propter noſtram ſalutem. Quòd autem ſint dotes corporis quatuor, dicetur in 4. libro. Hoc ergo miraculo ſuppoſito dico, quòd corpus Chriſti fuit naturaliter corruptibile ab intrinſeco, & extrinſeco. Ab intrinſeco dupliciter. primò propter defectum uirtutis nutritiuæ, ſecundo propter impuritatem nutrimenti. Primum patet ſic: Nam omne agens phyſicum agendo patitur, ſed paciendo debilitatur, ergo tantum poteſt agendo pati, quòd in tantum debilitetur, quòd non poterit amplius agere: ſed uirtus nutritiua Chriſti erat uirtus naturalis, & finita, & ita conuertendo nutrimentum debilitabatur, & tandem ex diuturnitate temporis ueniſſet ad tantam debilitatem, quòd non potuiſſet amplius nutrimẽtum conuertere; tunc neceſſario fuiſſet corruptũ ex quo per nutrimentum nõ fuiſſet reſtauratum humidum radicale, fuiſſet tamen hoc longè tardius,

An corpus Chriſti fuerit naturaliter corruptibile.

Saluator noster fuit optime complexionatus, sobrius, & temperatissimus.

dius, quàm in nobis tum, quia ipse erat optime complexionatus, & per cōsequens nutritiua erat potentior, tum quia erat sobrius, & temperatissimus, & p cōsequēs nutritiua minus laborabat, & & ideo magis durasset. secundum sic patet: Natura propter impuritatem nutrimenti, quo utitur, nutritum in quod conuertitur nutrimentum semper fit impurius, & ita in tantum potest fieri impurius, quòd tandem resolueretur. Sed quid si fuerit usus ligno uitæ? Dico, quòd si tunc tolleretur secunda causa intrinseca ratione corruptionis. s. impuritas nutrimenti remansisset tamē causa prima. s. debilitatio uirtutis nutritiuę in conuertendo cibum illum, licet tunc minus laborasset & per consequens tardius defecisset. Et idem dico de Adam relictis in puris naturalibus sine aliquo spirituali dono. Nam Adā si remansisset in originali iustitia fuisset sibi collatum donum immortalitatis, hoc est, quòd fuisset a Deo præseruatus a corruptione, sic suo modo præseruantur corpora gloriosa.

Dubium Curiosum.

De causa intrinseca patet de Christo de facto quòd potuit corrūpi, & occidi corpus eius, quòd etiam potuisset accidere ab agente continente uel alio huiusmodi nisi à Deo fuisset præseruatus, uel nisi substractum fuisset illud primum miraculum, ab istis etiā causis extrinsecis fuisset præseruatus Adam eius si remansisset.

An in potestate Christi, fuerit mori, & non mori.

Sed utrum in potestate fuerit mori, & non mori. s. Christi, dico, quòd sic in quantum Deus, & etiam sic, in quātum talis homo, uel hic homo, uel Christus, quia uerissime erat Homo Deus, Christus Deus, & sic loquebatur, quando dicebat: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Sed in quantum purus homo circunscripta diuinitate dico, quòd nun: quia ut patet ex dictis supposito illo primo miraculo habuit naturalem necessitatem moriendi, ergo nō naturalem potentiam nō moriendi.

Ioannis c. 10.

Ad rationem principalem in contrarium dico, quòd peccatum induxit necessitatem moriendi non quidem intrinsecam, & naturalem, quia natura hominis id ex se habet, ut ostensum est. sed remouendo prohibens, quia. s. remouit speciale donum Dei, quo homo fuisset à morte præseruatus, in Christo autem non fuit hoc donum, sed miraculose substractum est illud, quod redundasset ex gloria animæ, & aliud non est collatum, quod factum fuit dispensatione à Deo, ut posset pati pro salute nostra.

DISTINCTIO XVII.

CIRCA DISTINCTIONEM XVII. Quæritur,

VTRVM IN CHRISTO FVERINT duæ uoluntates.

Seraphicus Bona. 3. sent. dist. 17. q. 1. Art. 1.
Scotus 3. sent. dist. 17. q. 1.
D. Thomas 3. parte summæ q. 18. Art. 1.
Ricardus 3. sent. dist. 17. q. 1.
Durandus 3. sent. dist. 17. q. 1.

Quæstio prima.

CIRCA distinct. decimam septimam quæritur, Vtrum in Christo fuerint duæ uoluntates.

Magister agit de his quæ p naturam humanam operatus est Christus.

QVOD NON: In Christo fuit unum suppositū. ergo tantum una uoluntas.

CONTRA id est Damascenus: Sicut in Cristo sunt duę naturę intellectuales, ita duæ uolūtates.

Libro 3. c. 14.

RESPONDEO, quòd fuit hic error dicentium in Christo esse tantum uoluntatem creatam. sed dico cum Damasceno, quòd in Christo sunt duæ uoluntates, & duo intellectus, sicut duæ naturæ intellectuales. s. diuinitas, & humanitas.

Quære D. Thomam 3. u partæ summę q. 18. Art. 1.

Item supra ostensum est dist. quarta decima: In Christo esse summam gratiam creatā. Et dist. quarta decima ostensum est in eo esse summam scientiam creatam. ergo in eo est intellectus creatus, in quo est scientia creata, & uoluntas creata, in qua est gratia creata.

Magister agit de merito Christi quod processit ex eius uolūtate.

Ad argumentum patet, quòd sufficit pluralitas fundamentorū scilicet naturarum ad plurificandas potentias.

DISTINCTIO XVIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XVIII. Quæritur,

VTRVM CHRISTVS MERVERIT in primo instanti suæ conceptionis.

Seraphicus Bona. 3. sent. dist. 18. q. 1. Art. 1.
Scotus 3. sent. dist. 18. q. 1.
D. Thomas 3. parte summæ q. 19. Art. 4.
Ricardus 3. sent. dist. 8. q. 2.
Durandus 3. sent. dist. 18. q. 2.

Quæstio prima.

CIRCA distinc. decimam octauam quęritur, Vtrum potuerit Christus mereri, & si sic; Vtrum in primo istanti suæ conceptionis.

QVOD non potuit mereri; probatur sic: Non potuit peccare, ergo, nec mereri; Antecedens patet, quia eius uoluntas fuit perfectè unita ultimo fini per actum fruitionis. Consequentia probatur, quia si sic, ergo pari ratione beati possunt nūc mereri. Nam pro tanto actus est meritorius, pro quanto liberè actus elicitur rectus, cum possit elici non rectus.

Item aut actus meritorius est idem cum actu beatifico fruitionis, aut non idem. Si idem. ergo non meritorius, alias, & modo esset meritorius, & in beatis similiter. Si non idem, cum actus meritorius habeat Deum pro obiecto, sicut, & actus beatificus fruitionis adæquat totam uolun-

tatem,

tatem, ſequeretur, quòd eadem potentia circa idem obiectum habebit actum adæquatum, & alium. Quod eſt contradictio, quia iam ille non adæquaret totam potentiam; & quòd ſint circa idem obiectum, patet, quia in nobis eſt actus maxime meritorius, Diligere Deum.

Item quòd non in primo inſtanti conceptionis in ſpeciali arguitur ſic: Actus meritorius eſt contingens, & liber; ſed in primo inſtanti actus eſſet neceſſarius, quia res dum fit, neceſſariò eſt fieri, ante uerò non potuit habere electionem, ut patet.

Item duæ mutationes, quarum terminus unus præſupponit terminum alterius, non poſſunt eſſe ſimul; ſed creatio uoluntatis, & agere, uel motio uoluntatis ſunt huiuſmodi; Nam actus meritorius, qui eſt terminus ipſius agere, ſiue motionis uoluntatis, neceſſariò ſupponit eſſe uoluntatis, quod eſt terminus creationis uoluntatis; ergo.

CONTRA: Quòd potuit mereri, patet, quia fuit uerè uiator, ſicut nos. ergo.

QVOD in primo inſtanti, patet, Nam poſſe mereri ſufficit potentia libera, Gratia, Obiectum præſens, & poſſe potentiam exire in actum circa illud obiectum mediante illa gratia, ſed hęc omnia fuerunt in Chriſto in primo iſtanti ſuæ conceptionis. De tribus primis patet ex dictis. De quarto probatur per Auguſtinum 6. de Trin. Si ignis eſſet æternus, ſplendor eſſet ſibi coęternus, & tamen ſplendor eius eſt effectus, ergo effectus poteſt eſſe coęuus cauſæ ſuæ. *6. de trin. c. 1.*

Reſpondeo, quòd difficile eſt uidere, quòd Chriſtus meruerit, quia cum fuerit uere beatus, ſi potuit mereri, uidetur pari ratione, quòd omnis beatus poteſt mereri, & ita cum ſemper merito correſpondeat pręmium, nunquam haberet pręmium ultimatum.

PRIMO igitur uidendum eſt, quid ſit meritum.

Secundo quomodo Chriſtus potuit mereri.

Tertio quomodo in inſtanti ſuæ conceptionis.

Quid ſit meritum.

DE primo dico, quòd meritum eſt aliquis actus uirtuoſus, & laudabilis in aliquem ulteriorẽ finem, qui correſpondeat ſibi pro præmio ſecundum acceptionem præmiantis. Ex prima particula iſtius deſcriptionis excluduntur ratione meriti omnes actus uitioſi, & indefferentes. Ex ſecũda excluduntur omnes actus beatifici, & cõtinentes actus beatificos. nam actus beatificus, cum ſit ultimus, qui expectatur in genere actuum, non habet rationem meriti, quia non eſt ordinabilis in alium actum ulteriorem. Similiter actus conſequentes beatificum actum non ſunt ordinabiles in alium actum ultimum, ex quo conſequuntur ultimum. Ex tertia excluduntur omnes actus à ratione meriti, qui eliciuntur ab aliquo, uel ſunt in aliquo, qui non habet charitatem ex Dei ordinatione; ita quòd ſola charitas eſt ratio acceptionis ad præmium æternum.

Sola charitas eſt acceptio ad præmium æternum.

DE SECVNDO dicitur, quòd Chriſtus non meruerit niſi ſecundum partem ſenſitiuum, quia ſolum ſecundum illam fuit paſſibilis, ſed hoc non ſufficit; præſertim cum etiam paſſibilis fuerit ſecundum partem intellectiuam quantum ad inferiorem portionem, ut oſtenſum eſt. Dolor enim de peccatis non poteſt eſſe in parte ſenſitiua, & ipſe doluit pro peccatis noſtris, ſecundum Ambroſium, ut ibi dictum eſt. *Diſt. 15. huius libri.*

DICO ergo de hoc, quòd Chriſtus meruit ad omnes actus partis ſenſitiuæ, ut imperati erant à uoluntate, quia omnes tales actus erant recti à uoluntate, quia imperati à uoluntate recta, & ſecundum illam partem fuit uerè paſſibilis, & uiator. *Libro 2. de incarnatione uerbi.*

Quo Chriſtus meruerit.

Item dico, quòd & meruerit quantum ad omnes actus intellectiuæ partis ſecundum inferiorem portionem, quia etiam ſecundum illam fuit paſſibilis, & per conſequens uiator, & hoc dico quantum ad illos actus, qui reſpiciunt ea, quæ ſunt ad finem. Nam actus intellectiuę partis reſpicientes ultimum finem ſimpliciter, ſunt actus portionis ſuperioris. Non enim portio inferior ſunt diuerſæ potentiæ, ſed eadem potentia dicitur portio ſuperior, ut reſpicit finem ultimum ſimpliciter. Inferior uerò ea, quæ ſunt ad finem in reſpectu ad ipſum ultimum, ideſt ſecundum regulas æternas.

Sed contra hoc uidetur, quòd potentia, quæ ſimpliciter eſt in termino, non poteſt mereri, cum meritum ordinetur ad præmium, quod reſpondet ſibi pro termino, ſed portio inferior in Chriſto erat ſimpliciter in termino; quia coniuncta erat ſuperiori portioni, quæ erat ſimpliciter beata. ergo.

Reſpondeo portionem Chriſti inferiorem eſſe in termino ſimpliciter, poteſt intelligi dupliciter, uel ſcilicet ad affectionem iuſtitiæ. & impeccabilitatem, & hoc modo uerum eſt, uel quantum ad commodi affectionem, & impaſſibilitatem, & hoc etiam modo non eſt, ut patet diſtinc. quinta decima. ergo. ſed iſtud ſufficit ad poſſe mereri. ergo.

Adhuc dico, quòd omnis etiam actus portionis ſuperioris in Chriſto potuit eſſe meritorius, & ſi potuit, fuit; & licet hoc ſit difficilius tenere propter authoritatem aliquorum ſanctorum; tamen hoc probo ſic: *Omnis Actus portionis ſuperioris in Chriſto fuit meritorius.*

Omnem actum laudabilem poteſt Deus acceptare ad aliquod præmium, ſed omnis actus portionis ſuperioris Chriſti fuit laudabilis, & actus beatificus. ergo. Minor patet. Maior probatur, quia & ſi actui beatifico non poſſit correſpondere pro præmio alius actus beatificus in eodem, uel intenſio eiuſdem, quia iam non eſſet ultimus, & perfectiſſimus, poteſt tamen ſibi correſpondere pro præmio aliquod bonum in alio, & ita Chriſtus meruit pro nobis, & ita ſecundum maiorem iſtius rationis oportet dicere, quòd & modo actus beatificus creatus cuiuſcũq; beati poſſet à Deo acceptari ad aliqđ præmiũ in aliquo abſq; contradictione, ſed de facto non eſt ita, fuit. n. in Cſo uſq; ad eius mortẽ, & reſurrectionẽ, q̃a ipſe *Quomodo Chriſtus meruerit nobis.*

non erat

non erat totaliter extra statum uiæ, immò quan tum ad aliquod sui erat uere uiator, & hoc dispẽsatiuè factum est, ut nobis mereretur.

Christus in primo instanti suę conceptionis potuit mereri.

De Tertio principali Articulo dico, quòd in primo instanti suæ conceptionis potuit Christus mereri, nec uideo oppositum. Ratio est: Posse di cere ad actum meritorium non requiritur nisi potentia uolitiua non impedita, habitus gratiæ, & obiectum præsens in ratione obiecti; sed omnia hæc fuerunt in anima Christi in primo instanti suæ conceptionis. ergo. Maior patet. Minor declaratur. Nam in primo instanti fuit in anima Christi uoluntas perfecta, quantum ad actum primum, & gratia perfectissima, ut patet ex dictis, & in eodem instanti potuit sibi præsentari totum, quod debebat pati pro salute nostra secundum uoluntatem Dei patris. Habebat enim in intellectu in eodem instanti perfectissimam scientiam, ut patet, ergo in eodem instanti potuit acceptare uoluntariè ea, quæ sibi ostendebantur, & per consequens mereri.

Dist. 14. huius libri.

Sed dices, quòd non, quia actus meritorius est actus elicitiuus, electio præeligit deliberationẽ. Deliberatio requirit syllogismum practicum, & per consequens discursum, & moram.

Respondeo, & dico, quòd est uerum in eo, qui non est perfectè habituatus, sed in eo, qui est perfectè habituatus non sic. Vnde dicitur à Phylosopho, quòd si cythareda, quando habet tangere chordã, primo deliberaret imperfectè cytharizari, sciret, & certe hoc satis patet. Vnde si aliquis uirtuosus olim sit exercitatus ĩ actibus uirtuosis, statim, quòd præsentaretur sibi bonum eligibile, acceptaret illud sine aliqua prædeliberatione, & similiter esset de uirtuoso suo modo, ut patet; sed nullus unquam fuit sic habituatus complete, nec in uirtutibus, nec in scientijs; sicut Christus in uirtutibus, & scientijs in primo instanti: ergo.

Nullus fuit ita complete habituatus ĩ uirtutibus, & sciẽtiis, sicut Christus.

Tunc ad rationes principales in contrarium.

Ad primum concedo antecedens, sed nego consequentiam. Ad probationem patet responsio ex dictis in quæstione, quomodo Christus, licet fuerit beatus quantum ad portionem superiorem, tamen potuit mereri quantum ad portionem inferiorem, & partem sensitiuam, secundũ quam fuit possibilis, & etiam secundum portionem superiorem potuit mereri, ut prędictum est, nec ex hoc sequitur, quòd beati possent mereri, quia ipsi sunt extra statum uiæ. Christus uero erat uiator; nec etiam est necessarium, quòd actus meritorius possit elici non recte, sed sufficit, quòd sit actus rectus, & liber, & habens caritatem, quæ est ratio meriti ordinabilis ad aliquem finem, qui correspondeat sibi pro pręmio, uel in se, uel in alio, alias beata Virgo non potuisset mereri, cum fuerit confirmata.

Ad secundum dico, quòd ut prædictum est, in Christo fuit actus meritorius, tam actus beatificus, quàm alij actus. Et cum dicitur: Si beatificus, ergo meritorius. Dico, quòd non sequitur, quia modo Christus, & Beati sunt semper in termino, quantum ad affectionem iustitiæ, & in peccabilitatem, & quantum ad affectionem cõmodi, & impossibilitatem. Tunc autem Christus non nisi quantum ad primam affectionem, ut prędictum est. Et cum dicitur non alius &c. Dico, quòd actus beatificus adæquat potentiam intensiuè, ita quòd potentia non potest elicere actum intensiorem, & perfectiorem, sed non adæquat extensiue, quando simul cum eo possit habere alios actus imperfectiores, circa tamen alia obiecta immediata, alias, beatus non uideret unquam res in uerbo, & minus in proprio genere. Et cum dicitur, quòd actus meritorius habeat Deum pro obiecto; dico, quòd non oportet semper pro obiecto immediato, sed bene pro obiecto finali, ut, quòd omnis actus meritorius sit propter Deum, tanquam finem. Vnde in Christo non fuit actus meritorius, qui haberet Deum pro immediato obiecto, nisi actus beatificus, sed alii actus eius meritorij respiciebant pro immediato obiecto res alias, uel uires in uerbo, uel in proprio genere, conferendo eas ad Deum, ut ad finem, ut patet.

Quō Christus & beati sunt in termino.

Actum beatificus adęquat potentiam intensiue.

An actus meritorius habeat Deũ pro obiecto.

Verũ in Christo fuerit actus meritorius.

Ad illud quod non in instanti, &c. Concedo maiorem, sed nego minorem. Nam sicut nulla res est formaliter necessaria, nisi quando actu existit, ita nulla res est formaliter contingens, nisi quando est actu. Vnde dico, quòd non oportet causam præcedere effectum contingentem duratione, sed sufficit, quòd natura. Vnde etsi mundus esset ab æterno, esset tamen contingenter productus, & ab æterno Deus contingenter determinasset producere mundum in tali nunc, & tunc potuit determinare oppositum. Et cum dicitur: Res dum fit, necesse est fieri; Dico, quòd est uerum in sensu composito, sed falsum est in sensu diuiso, unde non sequitur absolutè: ergo necessariò fit. Ista ergo est uera in sensu composito: Voluntas Christi in primo instanti uolens, necessariò est uolens; sed non sequitur: ergo in primo instanti necessario est uolens: immo contingenter uoluit, & potuit non uelle ea bona, quæ sibi præsentabantur, licet nõ potuerit ea nolle, quia iam confirmatus erat.

Quō causa pcedat effectũ contingentẽ.

primo phyer me. in fine.

Ad ultimum dico, ꝙ uerũ est de simultate naturæ, sed non est uerum de simultate durationis, in quo Sol lucet, Sol illuminat. Nota etiam, quòd non est necessarium omnem actum meritorium esse elicitum ab eo, cui est actus meritorius, potest enim unus mereri pro alio, sicut Christus meruit pro nobis. Sed unde oportet, quòd actus meritorius uoluntariè, & libere eliciatur ab eo, à quo elicitur. unde & aliquis posset mereri actu causato in eius uoluntate à Deo, quo actu esset formaliter uolens, licet non causaliter.

DISTINCTIO XIX.

CIRCA DISTINCTIONEM XIX. Quæritur,

VTRVM CHRISTVS MERVERIT omnibus, hominibus gratiam, & gloriam, & remissionem culpæ, & penæ.

Seraphycus Bona. 3. sent. dist. 18. q. 3. Art. 2.
Scotus 3. sent. dist. 19. q. 1.
D. Thomas 3. parte summæ q. 48. Art. 1.
Ricardus 3. sent. dist. 19. q. 3.
Durandus 3. sent. dist. 18. q. 3.

Quæstio prima.

IRCA distinct. decimam nonam quæritur, Vtrum Christus meruerit omnibus hominibus præteritis, præsentibus, & futuris remissionem culpæ, & penæ, & collationem gratiæ, & gloriæ.

QVOD non: Meritum semper ordinatur ad premium, & premium semper excellit meritum, sed præmia omnium hominum non excellunt merita Christi, nec sunt nobiliora. ergo. &c.

CONTRA id est Leo Papa in sermone de natiuitate: Sicut à reatu nullum liberum reperit, ita liberandis omnibus uenit.

D. Thomas tertia partæ summæ q. 48. quære Henricũ quolib. 5. q. 10. & Alios Antiquos.

Respondeo, quòd sic, quantum ad sufficientiam, sed non quantum ad efficaciam.

Primum probatur, quia peccata, & pœnæ omnium hominum non possunt esse formaliter infinita, sed merita Christi habuerunt quandam infinitatem, quia sicut uita Christi dicitur infinita pro eo, quòd vita Christi est uita uerbi, ita mors Christi dicitur infinita pro eo, quòd mors Christi est mors uerbi, siue Dei, & opera meritoria Christi aliqua dicũtur infinita pro eo, quòd sunt opera uerbi.

2. de Anima conte. 24.

Secundum ẽt probatur, quia actus actiuorum sunt in patiente, & bene disposito, sed nõ omnes disposuerunt, & disponunt se ad remissionem peccatorum, & penarum, & ad gratiam, & ad gloriam.

CONTRA primum: Opera Christi non fuerũt increata, & pertinentia ad diuinitatem, ergo creata, & finita, pertinentia ad humanitatem, ergo non habent ueram infinitatem, sed est infinitas hyperbolica. Et cõfirmatur, quia actiones nõ sunt nisi suppositorum, ut agentium, sed agens nõ dat effectui infinitatẽ, ergo opera Christi meritoria cum pertineant ad humanitatem non sunt infinita, licet eliciantur à supposito uerbi. Nam formale principium talium operationum est finitũ, scilicet humanitas, & ab eo, uel ea habent infinitatem. ergo.

In prohemio meo.

DICO igitur, quòd sicut omne illud à Deo est bonum, quia Deus uoluit, & non è conuerso, ita quòd bonum, ideo est meritorium, quia Deus illud acceptat, & non econuerso. ergo quãto Deus potest acceptare actiuè, tanto illud bonum potest acceptari passiuè. ergo non necessariò requiritur æquiualẽtia inter bonum, quod acceptatur, & ipsam acceptionem, & hoc patet in exemplo. Nam percutiens pilam in platea lucratur, nõ quidem ex natura actus rei percussæ æquiualet lucro, sed æquiualet propter acceptationem uoluntariam instituentis, ita quòd debetur brauiũ, etiam secundum iustitiam distributiuam.

Pulchrũ exẽplum.

Tunc ad propositum dico, quòd meritum Christi in se, & formaliter fuit finitum, quia mediãte principio finito elicitum, & respectu ad suppositum, uel ad finem non dant sibi infinitatem, cum omnes sint respectus finiti, & ideo ex formali ratione eius, & ex natura rei non erat acceptabile nisi finite, & tamen Deus acceptauit ipsum infinite extensiue, hoc est, pro deletione infinitorum peccatorum, si darentur simul uel successiuè, & ita pro liberatione infinitarum penarum, & pro collatione infinitarum gratiarum, & gloriarum, & ideo dicunt sancti, quòd meritum Christi fuit sufficiens pro redemptione infinitorum mundorum, si essent. Quod uerum est, quia uoluntariè ista Trinitas tota ita acceptauit actiuè. potuit autem de congruo sic acceptare Christi meritum plusquam unius alterius personæ propter conditionem suppositi operantis, & si nõ totaliter propter opus operatum, tamen in se, & ex natura rei.

Quõ meritũ Christi fuerit finitum, et Deus benedictus acceptauit ipsum infinite.

Quõ meritũ Christi fuerit sufficiens.

SED quid meruit nobis Christus? Dico, quòd primam gratiam totaliter absque nostro aliquo coadiutorio, mediantibus sacramentis, ut patet in baptismo, ubi confertur gratia absque omni prævia dispositione in pueris, & hoc contra peccatum originale, quod est peccatum primum, meruit etiam nobis secundum gratiam in pœnitentia contra peccatum actuale mortale. Sed ad hãc requitur ex parte nostra dispositio, & attritio, & huiusmodi; & ideo in adultis baptizatis requitur aliqua attritio propter peccata actualia. Meruit etiam nobis aperitionem Ianuæ paradisi.

Quid meruit nobis Christi

Sed est hic unum dubium, quia si Christus meruit nobis omnibus primam gratiam contra peccatum originale, cum patres ueteris testamenti habuerint gratiam delentem originale peccatum, alias fuissent damnati; sequitur quòd in eis præmium præcessit meritum, & ita pari ratione poterit esse uera opinio Magistri in secundo libro, quòd in Angelis gratia præcessit meritum, ita quòd meruerunt eam postea in custodia, quam nobis exhibent. Et si dicatur, quòd passio Christi, ut præuisa à Deo, & oblata sibi, & acceptata ab eo, meruit omnibus gratiam, & ut sic, præcedit; pari ratione potest dici, quòd ab æterno potuit mereri prædestinationem prædestinatis, quia ab æterno fuit sic præuisa, & acceptata, & ita prædestinatio habebit causam.

Dubium.

Dist. 5. in fine.

DICO ad primum, quòd præmium proprie, & principaliter correspondens in nobis pro merito Christi est gloria æterna, quæ nulli fuit data ante Christi passionem positam in effectu, tamen ex meritis eius, quia ante omnes patres, immo ab æterno præsentabatur Deo, satisfactoria futura humani generis, quam etiam præuidebat Deus, & acceptabatur

batur à Deo, ut taliter satisfactoria, & meritoria gratiæ, & gloriæ, sed differenter, quia nó gloriæ dandæ antequam ipsa poneretur in effectu,& ita patet, quòd meritum Christi aliquo modo præcessit omnem gratiam, & remissioné culpæ,& ita patet, quòd non ualet illud, quod dicitur de Angelis.

Sed restat respondere ad secundam instantiá de prædestinatione, ad quam dico, quòd consequentia non tenet, quia in priori signo naturæ Deus prædestinauit electos, quàm præuideret Christi passionem, propter quod sciendum est, quòd fuit ibi talis ordo ab æterno. Ab æterno.n. Deus in primo signo intellexit se sub ratione summi boni. In secundo signo intellexit in se creaturas. In tertio signo prouidit aliquos ex sua libertate debere finaliter bene agere, & aliquos male, & illos etiam uidit, quos bene prædestinauit, circa alios habuit actum negatiuum non prædestinando. In quarto signo uidit omnes istos,& illos casuros in Adam. In quinto signo præordinauit, & præuidit de remedio quomodo scilicet omnes deberent redimi per merita passionis filij. Et ad argumentum principale patet respósio ex dictis.

Notabilis speculatio doctoris circa ordiné redéptionis, cui ad de plura ex 39. dist. primi & 42.

DISTINCTIO XX.

CIRCA DISTINCTIONEM XX. Quæritur,

UTRUM NECESSE FUERIT genus humanum reparari per passionem Christi.

Seraphicus Bona. 3. sent. dist. 20. q. 1. Art. 1.
Scotus 3. sent. dist. 20. q. 1.
D. Thomas 3. parte summæ q. 46. Art. 2. & 3.
Ricardus 3. sent. dist. 20. q. 2.
Durandus 3. sent. dist. 11. q. 1.
Franciscus de May. 3. sent. dist. 17. q. 2.

Quæstio prima.

Circa distinct. uigesimam quæritur, Vtrum fuerit conueniens genus humanum redimi per passionem Christi.

Magister agit de conuenientia, & modo passiõis Christi.

Quod non: Nobilior natura scilicet angelica non fuit redempta nec redimetur, ergo nec natura humana debuit redimi, quæ est ignobilior.

Contra id est Anselmus: Cur Deus & hõ? Lib. 2. cap. 2.

Respondeo quod ista quæstio est pure Theologica, & propter eam solum fecisse uidetur Anselmus librum: Cur Deus, & Homo?

Primo igitur uidendum est, quòd necessarium fuit hominem redimi.

Secundo, quòd non potuit redimi sine satisfactione.

Tertio, ꝙ satisfactio erat facienda à Deo hoīe.

Quarto, quòd conuenientius fuit, quòd fieret per passionem Christi.

Primum probo sic: Deus & natura nihil faciũt frustra, sed homo ordinatus est ad beatitudinem æternam, ergo si non posset eam assequi, fuisset frustra, sed non poterat eam assequi post lapsum; nisi redemptus fuisset. ergo &c. Hoc Anselmus libro 2. Cur Deus, & Homo?

3. de Anima contex. 45.

Secundum probo sic: Dicitur iniustus qui non soluit homini quod debet, ergo multo magis est iniustus qui non soluit Deo quod debet. Sed nullus iniustus admittitur ad uitam æterná. ergo &c. De hoc Anselmus 1. libro: Cur Deus, & Homo? Sed dices non est iniustus, quia excusatur propter impotentiam. Item quia potuit sine satisfactione sibi remitti offensa per misericordiá. Sed his responsionibus obuiat Anselmus: Lib. 1. cap. 5. Lib. 1. ca. 24. & 25.

Ad primam dicit, quòd licet aliqua impotentia excuset, non tamen illa, cui uoluntarie se submersit homo, immo ipsa impotentia est peccatum. Modo autem sic est, quòd homo accepit potentiam à Deo reddendi honorem, quia accepit originalem iustitiam, sed ipse uoluntarie fecit se impotentem ad hoc. ergo.

Ad secundam dicit, quòd aut remitteret Deus debitum homini, quo obligabatur sibi ad reddendum honorem, quia hoc debitum homo nullo modo habere posset,& sic esset derisorium talem misericordiam attribuere Deo. aut remittit. hoc modo, quia uoluit eum præmiare absque eo, quòd reddat sibi debitum, & ita præmiabit eum absque eo, quòd reddat sibi honorem. ergo præmiabit eum de peccato, quod est absurdũ. ergo.

Tertium probo sic: Non potest satisfieri Creatori, nisi reddatur sibi plus, uel tantum, quantum sibi aufertur, sed homo per peccatum abstulit ipsi Deo debitum honorem: honor autem debitus Deo est maior omni creatura, ergo oportebat, ꝙ redderetur, & īmolaretur Deo aliquod maius omni creatura. ergo Deus homo. De hoc Anselmo: Cur Deus, & Homo.

Item probatur minor sic: Quia homo per peccatũ abstulit Deo illud, quod Deus disposuerat de homine facere. disposuerat autem de eo reparare casum Angelorũ, sed creatura reparare non poterat, cum non posset iustificare. ergo. 21. cap. primi libri. cap. 2. & 24. primi libri.

Quartum probo sic: Quia homo peccauit per suauitatem gustus, ergo ille, qui satisfecit, debuit satisfacere per asperitatem; sed nihil asperius morte. ergo. De hoc Anselmus lib. 2.

Tunc ad rationem in contrarium dicunt aliqui, quòd non est simile de Angelis, & Hominibus; quia de Angelis multi remanserunt, de hominibus uero nullus. Lib. 2. cap. 2. D. Tho. dist. præsenti q. 1. in solutione tertii Argumenti.

Sed hęc responsio non ualet maxime illis, qui eam faciunt, quia ipsi ponunt, quòd quilibet Angelus constituit unam speciem. ergo cum multi Angeli ceciderint, multæ ceciderũt species nobiliores, quàm una species ignobilior, sed omnes homines faciunt unam speciem, ergo. Quære Magistrum dist. 21. secundi.

Aliter respondetur, quòd non est simile, quia homo fuit ab alio tentatus, sed Angelus nõ: Sed peccauit ex pura malitia. D. Tho. in 3. dist. 1. q. 2.

Sed etiam hæc responsio non uidetur ualere, quia uerisimile est, quòd Lucifer tẽtauit alios, ut sibi assentirent,& hoc reperitur in Apocalipsi, Apoc. cap. 3.

quando dicitur, quòd factum est prælium in Cœlo inter Draconem, & Michaelem. Ita quòd Draco, idest Lucifer præualuit tentando, & inducēdo alios ad suum consensum, sed Michael cum suis non assensit aliis sic. ergo.

Quare fuerit necesse homini reparari, & nō naturā Angelicam.

Aliter ergo dico, quòd quia homo erat debilioris, & imperfectioris naturæ, ideo eius tētatio fuit sibi uiolentior, & ideo minus imputabatur sibi casus, quàm Angelis, qui erant perfectioris naturæ, clarioris scientiæ, & ideo eorum casus grauior.

DISTINCTIO XXI.

CIRCA DISTINCTIONEM XXI. Quæritur,

VTRVM CORPVS CHRISTI FVISset putrefactum, si resurrectio non fuisset accelerata.

Seraphycus Bona. 3. sent. dist. 21. q. 2. Art. 1.
Scotus 3. sent. dist. 21. q. 1.
D. Thomas 3. parte summæ q. 51. Art. 3.
Ricardus 3. sent. dist. 21. q. 2.
Durandus 3. sent. dist. 21. q. 2.

Quæstio prima.

Magister agit de statu Christi in morte, & de consequētibus corpus Christi post separationē Animæ.

Circa dist. uigesimam primā quæritur, Vtrū corpus Christi fuisset putrefactum, si resurrectio non fuisset accelerata.

Qvod Sic: Natura non incipit motum, quam non potest terminare, ex secundo Metaphisicę & 5. Physicorum in fine. Sed terminus corruptionis hoīs est inceneratio cadaueris, cū ergo Christus fuerit mortuus, fuisset corpus eius incineratum. Et confirmatur, quia istos defectus pęnales, non culpabiles, assumpsit Christus secūdum Damascenum. Lib. 3. cap. 19.

Psal. 15. Contra: In psalmo dicitur: Non dabis Sanctum tuum uidere corruptionem.

Respondeo, & dico quòd effectus futurus, qui habet sufficientes causas particulares naturales non impeditas simpliciter annunciatur euenire, & uerè; sed si suæ causæ particulares impediātur à causa superiori simpliciter, non eueniet, licet secundum quid eueniret. Exemplum: Ezechias Rex debebat mori de illa infirmitate secundum causas particulares, & Ideo Isaias annunciauit sibi mortem, sed, quia propter eius lacrimas, & orationes Deus impediuit causas particulares per quindecim annos; ideo simpliciter effectus mortis non euenit usque ad quintum decimum annum. Isa. cap. 38.

Tunc ad propositum: Corpus Christi cum esset mixtum elementis habuit sufficientes causas naturales particulares corruptionis intrinsecas, ut quatuor qualitates actiuas, & passiuas, & extrinsecas, ex quibus poterat pati, & corrumpi, ut à calido, & frigido, & id genus alijs. Istæ tamen causæ erant impeditæ à causa superiori. s. Deo, qui suspendebat earum actiones miraculosè, & supernaturaliter, ne possent in talem effectum. s. corruptionis. Hucusque benedictum est, & concedo.

Tunc ulterius dicitur, quòd hæc suspensio actionum istarum causarum non fiebat nouo miraculo, sed antiquo modo, eodē scilicet quo corpus uniebatur hypostaticè in uerbo, & ita nō nouo miraculo, quia nō de nouo uerbum assumpsit corpus in triduo. Probatur hoc in exemplo supra dicto Isaiæ. Nam ab æterno præuidit lacrymas Ezechiæ, & uoluit uolitione non noua, sed æterna suspensione illarum causarum. Esaiæ ca. 38.

Sed contra hoc arguo, quia tota humanitas erat unita uerbo, sicut corpus, & tamen uere fuit corrupta in morte. ergo ex uirtute unionis non præseruatur corpus ab inceneratione sine alio nouo miraculo.

Pulchra resolutio Authoris.

Dico igitur, quòd sicut causæ particulares impediebantur post mortem Christi supernaturaliter, & non ante mortem, quia tunc conseruabāt naturaliter ab anima, qua animabatur, ita ꝙ oportet dicere, quòd tunc dependebat illud corpus à Deo speciali dependentia, tanquam à causa specialiter conseruante, & erat dependentia realis, & ita ex parte corporis erat noua relatio realis, ex parte autem uoluntatis diuinæ noua relatio rationis, & ita erat ibi nouum miraculum, & ita dico suo modo de Ezechiele, ut patet consideranti.

Ad rationem principalem in contrarium dico, quòd natura nō potuit terminare illum motum, quia impediebatur supernaturaliter.

Ad confirmationem dico, quòd non oportuit, quòd assumeret defectus pœnales non culpabiles, nisi illos, qui erant aliquo modo nobis necessarij ad salutem, sed ista corruptio non erat de illis, sed potius ad oppositum, quia impedisset fidem resurrectionis. &c.

DISTINCTIO XXII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXII. Quæritur,

VTRVM CHRISTVS FVERIT homo in triduo.

Seraphycus Bonc. 3. sent. dist. 22. q. 1.
Scotus 3. sent. dist. 22. q. 1.
D. Tqomas 3. parte summæ. q. 50. Art. 4.
Ricardus 3. sent. dist. 22. q. 1.
Durandus 3. sent. dist. 22. q. 1.

Quæstio prima.

Magister agit de statu Christi in morte quantum ad tēpus sequēs horā mortis.

Circa dist. uigesimam secundam quæritur, Vtrum Christus fuerit homo in triduo.

Qvod Sic: Christus est homo, Christus in triduo fuit Christus. ergo Christus in triduo fuit homo. Maior patet, quia species prædicatur de indiuiduo. Minor etiam patet, qua idem prædicatur de se.

Item

Item Christus in triduo totam habuit humanitatem, ergo fuit homo. Consequentia patet. Antecedens probatur dupliciter: Primo, quia uerbũ habuit unitam animam, sed anima est forma; forma autem dicit totam quidditatem secũdum philosophum, & Commentatorem 7. Metaphisices. ergo.

7.met. cõtex. 54.35.& inde.

Secundo quia habuit animam, & corpus, sed tota humanitas non est nisi anima, & corpus realiter, & mors est solum ipsorum separatio secundum Dyonisium ecclesiasticæ Hierarchię, & Damascenum. ergo &c.

Cap.5. Lib.3.cap.26.

Item suppositum subsistens in aliqua natura non potest ab illa natura denominari, sed in triduo uerbum subsistebat in natura, quam assumpserat, & non dicebatur animatum, nec corpus, nec corporeum. ergo relinquitur quòd poterat dici humanatus homo.

CONTRA: Homo mortuus non est homo, sed Christus in triduo uere fuit homo mortuus. &c.

RESPONDEO, quòd ista quæstio primo tractãda est Theologicè, quia Theologi non curant de conceptibus uocabulorũ, sed de uirtute realitatis. Secundo tractanda est logicè.

Theologi nõ curãt de conceptibus uocabulorũ sed de ueritate realitatis.

Primo modo tractando eam dicit Vgo libr. primo parte secunda de sacramentis, quòd Christus in triduo fuit homo, quia ad rationem hanc sufficit, quòd tota humanitas, quæ est in anima, & corpus uniantur supposito, absq; eo, quòd anima, & corpus uniantur inter se, sed solum in supposito.

1.lib. cap.ult.

Item in hac cõclusione cõcordat Magister sententiarum. Alii concordant in cõclusione, sed aliter eam probant. Dicunt enim, quòd pro tanto Christus in triduo fuit homo, quia habuit totam simpliciter humanitatem sibi unitam: hoc autem sic probãt: Forma dicit totam quidditatẽ rei, sed Christus habuit unitam totam formam hominis in triduo scilicet animam. Maior probatur multipliciter, primo sic: Materia est illa, secundum quã res potest esse, & non esse. 7. Metaphisices, sed quidditas rei non potest esse, & non esse. eodem 7. Materia non est de ratione quidditatis, sed sola forma. ergo.

Hic cõtra nõ tenetur magister.

Vide D. Thomã 3. part. summæ. q. 50. Artic. 4. Vide D. Bona. distinc. præsenti. q. 1.

7.met. cõtex. 22.

7.met. cõtex. 34.

Item quidquid est potest esse principium cognoscendi rem 7. Met. sed materia secundum se est ignota 1. Physi. ergo non est de ratione quidditatis.

7.met. cõtex. 20. & 21. 1.Physic. cõtex. 69.

Item in separatis à materia idem est quidditas, & habens quidditatem 7. Metaphisices, cap. 4. in habentibus autem materiã differunt, ergo ex quo materia est causa differentiæ inter quidditatem, & habẽs quidditatem; sequitur, quòd materia est extra rationem quidditatis.

7.met. cõtex. 20. & 34. & 41.

Item 7. Met. cap. 2. dicit Philosophus, ꝙ materia est posterior quidditate. ergo extra rationem quidditatis est. Tunc uel ultra dicunt isti, ꝙ intantum forma dicit totam quidditatem, quod si anima in resurrectione alteri corpori uniretur, adhuc esset idem homo numero, quia eadem tota humanitas numero.

7.met. cõtex. 40.

Contra primam conclusionem Aug. 13. de Ciuitate: Nõ totus homo, sed pars melior hoĩs, aĩa est: nec totus homo corpus, sed pars inferior est. Sed quod est utrunque coniunctum simul, habet hominis nomen. Hæc autẽ authoritas est contra maiorẽ illius rationis, quæ dicit, quòd anima est totus homo.

cap. ultimo.

Item in symbolo: Sicut anima rationalis & caro unus est homo, ita Deus & hõ unus est Christus, sed non est Christus nisi uniatur humanitas diuinitati. ergo nec homo nisi uniatur aĩa carni.

Quære ĩ symbolo Athanasii.

Item Damascenus dicit, quòd omnes homines compositi sunt ex anima & corpore.

Libr. 3. cap. 3.

Item contra maiorem illius rationis Damasceni contra hæreticos dicentes, Christum habuisse corpus supercęleste, & sic pertransisse per corpus beatæ Virginis pro eo quòd fuit homo uniuocè nobiscum, sed argumentum nihil ualeret, ut patet, si corpus non esset de ratione hominis.

Libr. 3. cap. 12.

Item si anima sola dicit totam humanitatem, ergo homo est totaliter, & simpliciter creatus. & nullo modo generatus, maximè si non ponatur in homine nisi una forma.

Item si materia est extra rationem essentiæ & quidditatis compositi non est causa intrinseca cõpositi, frustra ponitur materia in composito, immo compositum erit compositum sine materia.

Item quod habet quidditatem completam in genere non facit per se unum cum aliquo, quia si ex duobus debet fieri per se unũ, oportet, quòd neutrum per se præcipuè sit ens completum. Si ergo sola forma dicit totam quidditatem completam. nunquam facit per se unum cum materia, & ita uel omnes rei sunt immateriales, & simplices, uel compositum ex materia, & forma non est unum ens per se, sed aggregatione.

Item quod non includit in se aliquam quidditatem alicuius generis, nec includitur ab aliqua tali quidditate, nec est in genere per se, nec per reductionem. ergo uel est Deus, uel nihil. ergo.

Item 7. Metaphisices uult Philosophus, quòd sicut ex hac materia, & hac forma fit hoc indiuiduum, ita ex hac communi forma in communi resultat quidditas communis, & ratio est, quia ex hac materia, & ex hac forma non fit per se unũ, nisi quia illa est in potentia, & illa est actus, sed materia est potentia per rationem materiæ in cõmuni, & forma est actus per rationem formæ in communi. ergo.

7.met. cõtex. 39.

Quõ ex materia. & forma, fiat p se unũ.

Item scientia naturalis est de rebus materialibus, & corruptibilibus, & est uera scientia: sed uera scientia non est nisi de quidditatibus 7. Metaphisices uersus finem, ergo quidditas naturalis rei est corruptibilis, sed omne corruptibile includit materiam per tuam prædictam rationem, ergo quidditas rei naturalis includit materiam.

Vera scientia est de quidditatibus.

Ad quæstionem ergo dico, quòd Christus in triduo non fuit homo, quia, ut probatum est, sola anima non dicit totam humanitatem, nec anima & corpus præcipuè dicunt totam humanitatem non solum non unita inter se, immo etiam unita, quia formalis ratio humanitatis non consistit in una relatione unionis, quia tunc homo non esset

Asserit Author contra Magistrum, Christũ in triduo non fuisse hominem.

per se unum ens, sed unum aggregatione.

Dico igitur, quòd homo habet unitatem quã dam, & entitatem aliã ab istis partibus simul sum ptis, ut probaui, non quidem alia partialis, quę se habeat per additionem ad illa, quia procederetur in infinitum, ut patet. Sed est alia constituta, & resultans ex his, & per ipsam homo est homo formaliter, sed ipsa in morte fuit uerè corrupta. ergo.

Dist. 2. q. 2. hu ius libri.

TVNC ad rationes, & ad primam probationem maioris illius rationis:

Ad primam sciendum, quòd Philosophus 7. Met. loquitur æquiuocè de his tribus scilicet de specie, simul toto, & materia. Aliquando namque ac cipit pro forma speciem, quæ est altera pars com positi, aliquando pro ultimo abstracto, aliquando pro quidditate totius, quæ est totalis resultãs, similiter simul totum accipit pro hoc indiuiduo existente secundum esse existentiæ, aliquãdo pro toto composito concretiuè absolutè sumpto, & non concreto; similiter materiam aliquando acci pit pro materia non contracta, sed absolute sumptã; aliquando pro materia ultimatè contracta, ut est pars istius indiuidui sensibilis.

7. met. cõtex. 34.

Aequiocatio nominũ multoties decipit. 7. met. cõtex. 87.

His uisis patet solutio. Materia enim primo modo sumpta est de essentia, & ratione quidditatis secũdo modo sumptæ, & materia secundo mo do sumpta est de essentia, & ratione quidditatis tertio modo sumptæ. Et similiter materia primo modo sumpta est de ratione simul totius secũdo modo sumpti, & secundo modo sumpta est de ratione simul totius primo modo sumpti. Nunquã autem materia est de ratione quidditatis primo modo sumptæ.

Qũo materia est de ratione quidditatis.

Tunc ultra dico, quòd omne habẽs materiam primo modo sumptam partem sui, potest esse, & non esse solum in potentia remota, & non in potentia propinqua per eo. s. quòd habet illud, per quod potest corrumpi, nunquam tamen corrumpetur nisi potentia propinqua. Est autem res cor ruptibilis in propinqua materia, quãdo habet ma teriam partem sui secundo modo sumptam. Exẽ plum: Ignis semper est in potentia ad calefaciendum, sed nunquam in potentia propinqua, & nũ quam potest exire in actum, nisi quãdo habet cã lefact. bile approximatum, quãuis relatio approximationis non sit ratio formalis calefactibilitatis, est tamen ratio necessariò requisita. Materia. ergo secundo modo sumpta est in potentia propinqua, ut res, cuius est pars, potest esse, & non esse, sed tali modo sumpta non est pars quidditatis secundo modo sumptæ, & ideo quidditas taliter sumpta dicitur incorruptibilis, quia non est in po tentia propinqua ad corruptionem, nec põt corrumpi, nisi fiat in potentia propinqua, & tunc haberet partem sui materiam secundo modo sumptam, quomodo non est de ratione quidditatis, ut ipse accipit ibi quidditatem.

Speculatio singularis ma ximas difficul tates enucleans, in doctrina Arist.

Exemplum.

An materia sit pars quidditatis.

Ad secundam dico, quòd sicut materia est im perfectior, quàm forma in essendo, ita in causando respectu compositi, & cum similiter in causando cognitionem compositi, & ideo dicitur secun dum se ignota, quia non est potissima in causando cognitionem, benè tamen cognoscitur materia in composito, quando compositum cognosci tur, alias nunquam cognoscentur compositum, sed omnis cognitio est simplicium.

Materia est ignota, quãuis perfectè cognoscerẽ cõpositũ.

Aliter potest dici, quia materia secundo modo sumpta est ignota cognitione scientifica, & illo modo non est pars illius quidditatis, cuius est cognitio scientifica.

Materia est ignota, cogni tione scientifica.

Ad tertium dico, quòd in separatis à materia non est differentia partium realiter diuisarum, sed in rebus materialibus sic, & ideo non sunt idem, partes componentes scilicet materia, & forma, ita quòd habẽs quidditatem accipitur ibi pro ma teria, & quidditas pro forma.

Aliter potest dici, quòd aliqua habent quidditatem per se, & primo, ut homo, & tũc idem sunt quidditas, & habens quidditatem, ita quòd idem sunt homo, & eius quidditas, ut expresse uult Phi losophus ibidem, ita quòd idẽ sunt homo, & eius quidditas, ut uult Philosophus in 7. Met. ita quòd tale dicitur separatum à materia, idest, à materia contracta secundo modo dicta. Alia uero habent quidditatem per se, & non primo, ut hic homo, & in talibus non sunt idem primo, licet sint idẽ per se; & hoc intendit ibi Philosophus, ita quòd accipit ibi materiam pro ratione indiuiduali.

Qũo quidditas, & habens quidditatem sunt idem. 7. met. cõtex.

Expositio te xtualis.

Ad quartam dico, quòd loquitur ibi de materia contracta secundo modo sumpta.

TVNC tractando quæstionem logicè dico, quòd hæc propositio est uerè logicè: Cæsar est homo, etiam Cæsare non existente; Sed tamen hæc non est uera: Christus in triduo fuit homo etiam logi cè. Primum patet, quia logicus considerat concn ptus terminorum, modo aũt sic est, quòd conceptus termini prædicti clauditur in conceptu termini subiecti, & est ibi tertium adiacens non secundũ, ita quòd non requirit actualem existentiam terminorum.

Secundum probatur sic: Quando aliquid prædicatum attribuitur alicui subiecto, quod subiectum non dicit unum conceptum, sed plures, si conceptus subiecti ad inuicem repugnant, propo sitio est falsa. Exemplum: Nullo homine existen te albo, hæc est falsa: Homo albus est homo. quia stante Hipothesi conceptus repugnant, ut patet, si Christus dicit non unum cõceptum, sed duos, quia est unum suppositum subsistens in duplici natura completa secundum Damascenum. ergo ista est falsa: Christus in triduo fuit homo, quia subiectum huius; Christus in triduo includit in se repugnantiam conceptuum, ut patet, quia tunc non erat una natura completa scilicet humana, & quòd non sufficiant conceptus prædicti includi in ista tantũ conceptu subiecti, si cõceptus subie cti inuicem repugnent. Patet alias, hæc esset uera: Aliquid maius Deo est, quia esse includitur in cõ ceptu Dei.

Exemplum.

Lib. 3. cap. 1.

TVNC ad rationes in oppositum: Ad primã pa tet responsio ex modo dictis, quia subiectum includit repugnantiam conceptuum.

Ad secundam patet responsio ex dictis in quæ stione,

ſtione, quòd in triduo non fuit ibi tota humanitas.

Quid ſit mors.

Sed ad authoritates probantes, quòd ſic, quia mors non eſt niſi ſeparatio partium; Dico, quòd mors eſt partium ſeparatio cum corruptione illius totalitatis, quæ ex earum unione, uel unitate reſultabat.

Ad illud uero de Philoſopho dictũ eſt ſupra.

Corpus & Anima sũt partes eſſentiales hominis.

Ad tertium dico, quòd corpus, & anima ſunt eſſentiales partes hominis, & partes non denominant, quando actu ſunt extra totum, quia iam nõ eſſent partes; Ideo in triduo non denominabant uerbum, cui non erant unitæ, ex quo actu erant extra ſuum totum, quod ex eis reſultabat ſcilicet ex humanitate. non ergo uerbum poterat dici corpus, uel anima, ſiue corporeum, uel animatum, quia talia non ſunt partes hominis, potuiſſet tamẽ nominari aliquo alio nomine competenti, ſi non eſſet impoſitum, non tamen nomine hominis, ex quo humanitas non remanſit &c.

DISTINCTIO XXIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXIII.

Quæritur,

VTRVM DE CREDIBILIBVS NObis reuelatis neceſſe ſit ponere fidem infuſam.

Seraphicus Bona. 3 ſent. diſt. 23. q. 2. Art. 1.
Scotus 3. ſent. diſt. 23. q. 1.
D. Thomas ſecunda ſecundæ q. 6. Art. 1.
Ricardus 3. ſent. diſt. 23. q. 2.
Durandus 3. ſent. diſt. 23. q. 2.

Quæſtio prima.

Magiſter agit de uirtutib. & primo de fide, quantum ad eius eſſentiã quæritur unum.

CIrca diſtinct. uigeſimam tertiam quæritur, Vtrum fides infuſa ſit nobis neceſſaria.

Qvod non: Ad omnem actum credendi, quem habemus de credibilibus reuelatis, poſſumus attingere per fidem acquiſitam, ergo non eſt neceſſaria fides infuſa. Conſequentia patet, quia habitus non ponitur niſi per actum. antecedens probatur, quia unus Hæreticus quandoque ita fortiter credit articulos, in quibus ipſe errat, ſicut unus fidelis, & ita pro eis exponeret ſe morti, & tamen patet, quòd nõ habet fidem infuſam, ex quo Hæreticus eſt, & maxime qui eſſet natus inter hæreticos, ita quòd nunquam fuiſſet fidelis, nec baptizatus.

Item habitus, quem non poſſumus acquirere ex propria uirtute, ex puris naturalibus, cuiuſmodi eſt omnis actus infuſus, alias fruſtra infunderetur, eſt perfectior omni habitu acquiſito, quia ex eius perfectione prouenit, quòd non poſſimus ex nobis eum acquirere; ſed perfectioni habitui correſpondet perfectior actus, quia per actũ eſt habitus; poſſumus autem naturaliter acquirere habitum principiorum, qui eſt intellectus, & concluſionum, qui eſt ſcientia. ergo actus credendi in nobis erit perfectior, quàm actus ſciendi, & quam intelligendi primum principium, ſi ponatur fides infuſa, quòd uidetur ualde abſurdum, cum actus credendi ſit cum ænigmate, & obſcuritate.

Contra: Apoſtolus enumerat fidem inter uirtutes theologicas, ſicut charitatem. ergo eſt uirtus infuſa, ſicut charitas, & quòd iſta ſit nobis neceſſaria, patet, quia ad Hebreos dicitur: Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. ergo. &c. Heb. cap. 11.

Respondeo, & primo dico de fide acquiſita. Secundo de infuſa. Tertio ad quæſtionem.

In nobis eſt fides acqſita.

De Primo dico, quòd manifeſtum eſt in nobis eſſe fidem acquiſitam circa credibilia nobis neceſſaria ad ſalutem. Quod patet, quia exiſtente uno fideli, & contingat, quòd incipiat errare circa unum tantum de articulis, manentibus in eo aliis, certum eſt, quòd in iſto corrumpitur tota fides infuſa, alias ſtarent ſimul fides, & Hæreſis, & tunc etiam non eſt diſpoſitio ad fidem acquiſitã. ergo fides, quæ ſibi remanet de articulis, etiam in quibus non errat in eo, & illa non eſt infuſa, quia tota infuſa eſt corrupta. ergo ſequitur, quòd iſta acquiſita, quam ſibi primo acquiſierat ex auditu; Hoc etiam patet, quòd ſi puer Iudæus nutritus inter Chriſtianos, & non baptizaretur, ita firmiter cum eſſet adultus crederet omnia, ſicut Chriſtianus: hoc etiam patet per Apoſtolũ ad Rom. Quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo audient ſine prædicante? ergo ſecundum eum fides eſt ex auditu, & auditus ex prædicatione. Sed patet, quòd argumentum non tenet niſi de fide acquiſita. Quòd autem firmiter credantur alia non neceſſaria ad ſalutem ſolum per fidem acquiſitam ex auditu, patet. Certiſſime enim credo Angliam eſſe, quam tamen nunquam uidi, ſed credo illis, qui eam uiderunt, & ita de aliis. Rom. cap. 10.

Sequitur unũ corollarium.

Ex his dictis ſequitur unum corollarium, ꝙ, ut firmiter credantur articuli, & alia neceſſaria ad ſalutem, & ita firmiter, quòd omnino ſine formidine ad aliam partem contradictionis non præciſè. Propter hoc eſt neceſſaria fides infuſa, quia ſola fides acquiſita ex auditu ſufficeret, ut patet ex dictis, ita enim quandoque hæreticus exponet ſe morti propter ea, quæ credidit, ſicut unus fidelis.

Quõ fides infuſa aliquãdo eſt ſimilis fidei acquiſitę.

De Secvndo dico, quòd fides infuſa ſimilis eſt in aliquo fidei acquiſitæ, quia ſicut fides acquiſita innititur ueritati aſſerentis hoc, quod credo, ita quòd ex hoc iſtud Credo, quia credo eſſe ueracem illum, qui hoc aſſerit; ita fides infuſa innititur ueritati Dei reuelantis, ita quòd pro tanto hoc credo, credo enim eſſe ueracem Deum, qui hæc reuelat. Quia Deus ſupernaturaliter talia reuelat, ideo fides infuſa eſt habitus ſupernaturalis, & ex hoc patet, quòd eſt cum ænigmate, non habens euidentiam ex obiecto credito, ſed innitẽdo ueritati reuelantis, & ſecundum hoc poteſt dici, quòd fides eſt una omnium credibilium, quia non fertur per ſe, & ultimate in credibilia ſub propriis rationibus, ſed in ueritatem reuelantis, ita ꝙ eodem habitu, quo credit Deum reuelantem ueracem eſſe, credit et uera eſſe oĩa, quæ reuelat.

Quid ſit fides infuſa.

Maximum dubium.

Sed est hic magnum dubium. Nam dicam tibi: Quare credis Deum esse uerum trinum, & unum? Tu dices: Quia Deus reuelauit, qui est uerax. Est autem uerax, quia Deus est Deus, & ibi est status. Sed ego dicam tibi: Quare credis, quòd Deus hoc reuelauit, non enim tibi reuelauit. Si dices: Credo; quia ipse reuelauit se esse trinum, & unū, quia hoc reuelauit illud reuelasse, & sic procedit in infinitum, sicut patet. Si dicas, quòd hoc credis ex fide acquisita, quia Ecclesia tibi dicit, quia Deus reuelauit se esse trinum, & unum, tunc sequitur, quòd fides infusa dependeat essentialiter ab acquisita, quod est inconueniens. Si dicas: Ideo credo, quia reperio sic scriptum in Euangelio, non euadis, quia tunc quæram: Quare credis euangelio? & sic redibimus ad idem.

Articuli fidei sub propriis rōnibus sunt nobis ignoti naturaliter, sub conceptibus cōibus sunt nobis no

Et ideo potest aliter dici de fide infusa. Dicam ergo sic: Termini articulorum fidei sub proprijs rationibus sunt nobis ignoti naturaliter, & iā eorum complexio est nobis naturaliter ignota, quia termini, qui nobis sunt ignoti sub proprijs rationibus sunt nobis naturaliter noti sub conceptibus generalibus, & communibus, ideo eorum cōplexio, quæ est nobis naturaliter ignota, est nobis naturaliter neutra, & non nota naturaliter ne gatio complexionis, quia tunc falsitas esset nobis falsitas nota.

Tunc ergo dico, quòd fides infusa facit, quòd adhæream firmiter complexioni terminorū, quæ tamen complexio erat nihil naturaliter ignota, & ita cessabit dubium supradictum; quia non dico, quòd fides infusa faciat me credere articulos, qa sunt reuelati à Deo, quem scio, uel credo esse ne racem. Sed dico, quòd fides infusa immediatè inclinat ad credendam complexionem terminorū, quæ naturaliter erat mihi neutra. Sed in quo genere causæ, se habeat fides infusa respectu istius actus credendi, Dico, quòd in genere causæ efficientis partialis, & secundum istam uiam patet differētia inter fidem acquisitam, & fidem infusam, si alicui magis placeat primus modus, soluat dubium supradictum.

De tertio articulo, dicó, quòd oportet ponere fidem infusam propter authoritates Sanctorum, & scripturæ, sed hoc non potest demonstrari nolenti credere, sed ex fide tenendum est, ita quòd sicut credo Deum, trinum, & unum, ita credo me habere habitum fidei infusum, quo credo. Potest autem hoc sic manuduci: Nam Deus est medicus perfectissimus ita quòd quem curat, perfectè curat. ergo totam rationem imaginis in nobis per peccatum deformatam reparauit. ergo sicut reparauit uoluntatem per habitum charitatis infusum, ita reparauit intellectum per fidem.

Ad primum principale patet responsio ex dictis. Nam & si possumus omnem actum credendi habere per fidem acquisitam, non tamen ita infusum, & perfectum: Vnde dicō hoc, quòd sicut per uoluntatem, sine charitate infusa potest diligi Deus, & aggenerari intelligendi habitus, per quem poterit uoluntas in omnem actum delectationis, in quem potest cum charitate, non tamen in actum ita intensum, & perfectum, ita etiam est ex parte intellectus, & habitus fidei, habitus enim cum sit causa partialis respectu actus, facit ad substantiam actus, & ad eius intensionem; ergo si habitus perfectior, & actus erit perfectior.

Habitus est causa partialis respectu Actus.

Sequitur etiam sicut dilectio sine charitate nō est meritoria, ita nec actus credendi sine fide infusa.

Actus pōtest siderari duobus modis.

Ad secundum Dico, quòd actus potest considerari dupliciter, uno modo in se secundum suā substantiam, & sic concedo, quòd actus elicitus ab habitu supernaturali, & perfectiori est perfectior. Alio modo in comparatione ad obiectum, & tūc dupliciter dicitur actus perfectior, uel quia est circa perfectius obiectum, & hoc modo etiā actus credendi est perfectior, quàm actus noster sciendi, uel intelligendi principium, quia obiectū eius, Deus est, uel quia perfectius intelligit totā attingibilitatem obiecti, & hoc modo actus intelligendi principium sciendi conclusionem est perfectior, quàm actus credendi. Sed hoc nō accidit propter imperfectionem habitus fidei, sed propter excellentiam obiecti. Exemplum: Oculus Aquilæ, uidet Solem, & ego uideo unum lumen cā delæ. Dico, quòd in se, & simpliciter uisio Aquilæ est perfectior uisio, quàm mea, quia à perfectiori organo elicita, & circa perfectius obiectū.

Exemplum uisio Aquilæ sit nobilior uisione nostra.

Tamen secundum, & secundo modo dicto, uisio una est perfectior, quia plus attingit totam uisibilitatem obiecti. Ad hoc etiam ualet, quòd Philosophus dicit libro de Animalibus, quòd melius est parum attingere de nobili, obiecto, quàm de alio multum.

11. lib. de Animalibus.

DISTINCTIO XXIIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXIIII. Quæritur,

VTRVM DE CREDIBILIBVS Reuelatis possit aliquis habere simul scientiam & fidem, loquendo de scientia, ut accipitur pro omni notitia certa accepta ex euidentia rei.

Seraphycus Bona. 3. sent. dist. 24. q. 3. Art. 2.
Scotus 3. sent. dist. 24. q. 1.
D. Thomas 1. parte summa. q. 1. Art. 12.
Ioannes Bacconitanus 3. sent. dist. 24. q. 1.

Quæstio prima.

Magister ...
de fide. quæ cum ad obiectum, & naturam.

Circa distinct. uigesimam quartam quæritur, Vtrum de eodem obiecto possit simul esse fides, & scientia accipiendo scientiam pro omni scientia creata, quæ habet causam rei ex obiecto.

Qvod sic: Quia ut ait Ioannes. Vidisti me Thoma, credidisti, ergo Thomas simul habebat de resurrectione Christi fidem, & uisionem intuitiuam. Sed uisio intuitiua est certior, quàm scientia. ergo.

Ioan. cap. 20

Item

Item de eadem conclusione potest haberi sciẽtia,& opinio. ergo multo fortius fides, & sciẽtia. Consequentia patet, quia opinio plus deficit à scientia, quàm fides, cum sit adhæsio ad unam partem contradictionis cum formidine ad aliam partem: Antecedens probatur, quia ad eandem quæstionem potest haberi medium demostratiuum, quod causat scientiam,& dialecticum, quod causat opinionem.

1. Cor.ca.13.

Contra id est Apostolus ad Corinthios dicens: Per fidem ambulamus, non per speciẽ. Glosa: In uia non habemus scientiam de credibilibus, sed fidem.

D.Tho.1. par. summæ. q.1. Art.12.

Respondeo, quòd scientia subalternans, quæ est notitia habens euidentiam ex obiecto, nõ resoluit principia sua in terminos superioris; qui ex natura rei sunt euidentes. Ista non potest stare simul cum fide de eodem obiecto, cum fides sit notitia ænigmatica,& obscura; & ideo theologia Sãctorum non stat simul cum fide in beatis, quia illis est clara notitia dicens propter quid de credibilibus nobis. Theologia autem nostra, quæ est illi.s. scientiæ Beatorum subalternata, stat in nobis simul cum fide de eisdem. Quia scientia subalternans nõ resoluit sua principia in terminos simplices sibi notos ex natura rei, sed supponit sua principia, quia accipit ea à scientia subalternãte, in qua illa principia sunt conclusiones. Non ergo principia scientiæ subalternatæ habent euidentiã rei ipsius scientiæ subalternantis, sed adhæret eis firmiter supponendo ea esse probata in scientia subalternante, & ideo potest stare simul cum fide, ut patet.

Rõnes sũt aliquãtulum ſte diosæ in forma.

Alia argumẽta contra D. Thomã quære.3.q.prologi.& in reportatis.

Contra,& primo contra opinantem, ꝙ scientia subalternata sit uera scientia, quia theologia nostra est uera scientia, sed secundum eum in secunda secundæ ubi ex intentione mouet quæstionem, Utrum fides, & scientia stent simul in eodẽ de eodem obiecto: non stant simul, ut ibi dicit. ergo nec theologia Sanctorum, nec nostra poterit simul stare cum fide de eodem obiecto.

Item contra hoc, quod dicit, quòd theologia nostra subalternatur illi Beatorum, in eodem lumine potest haberi scientia subalternans, in quo habetur scientia subalternata, sicut patet de perspectiua,& Geometria; & de omnibus aliis, quia omnes habentur in lumine naturali. ergo uiator in lumine fidei, in quo habet theoricam nostram, posset habere theologiam Beatorum, & tunc simul esset uiator,& beatus.

Item contra conclusionem in se: scientia subalternãs simul stat in eodem cum subalternata. Unde idem potest esse perspectiuus, & Geometra, sed per te simul stat scientia subalternans cum fide,& de eodem. ergo fides & scientia subalternãs stãt simul. ergo in Beatis staret fides cum eorum Theologia. Prima propositio patet, quia conclusiones unius sunt principia alterius.&c.

Hẽricus quolib. 8.q.14.& quolib.12.q.2.& in sũma.

Aliter ergo dicitur, quòd triplex est lumen, scilicet lumen gloriæ, in quo Beati habent de credibilibus à nobis uisionem intuitiuam, & uident de eis illo lumine propter quid. Aliud est lumen fidei, quod est in nobis. Aliud est lumen medium infra lumen gloriæ, & lumen fidei, à quo nos habemus scientiam abstractiuam scilicet theologiã de eisdem credibilibus, & istud lumen fidei medium innititur lumini fidei,& supponit ipsum.

Opinio multũ colorata.

Tunc ad propositum: Licet lumen gloriæ non stet cum lumine fidei,& per consequens uisio intuitiua Beatorum de credibilibus à nobis nõ stet cum fide, tamen lumen medium stat cum lumine fidei, cui innititur; immo necessariò supponit lumen, & ita theologia nostra stat cum fide de eisdem credibilibus. Minus enim repugnat mediũ, & extremum, quàm extrema inter se. Hoc confirmatur per Glosam Augustini, & per Glosam interlinearem super illud Ioãnis: Erat lux uera.&c. Ubi uolunt ꝙ maiores in Ecclesia habent lumen fidei, & aliud lumen; Minores uerò solum habeant lumen fidei.

Ioan.cap.1.

Contra: Nulla scientia speculatiua depẽdet essentialiter à uoluntate, immo de se est naturaliter prior omni uolitione. ergo lumen, in quo habetur theologia nostra, cum sit scientia abstractiua,& speculatiua, si sit aliud à lumine fidei, & supra ipsum, ut dicit, non dependet essentialiter à uoluntate. ergo hoc nec ab eo quod essentialiter dependet à uoluntate; sed lumẽ fidei, cum sit euidentia obiecti essentialiter, dependet à uoluntate in causando assensum, nõ enim cogit intellectum ad assentiendum articulo, nisi uoluntas cogat eũ. ergo non potest dicere, quòd illud lumen mediũ innitatur lumini fidei, & necessariò præsupponat eũm, immo dico, quòd si tale inde esset, ꝙ possemus per eum habere theologiam sine omni fide, quod tamen est impossibile. Aliter ergo dico, ꝙ si accipiatur scientia propriè, sicut accipit eã Philosophus primo posteriorum, ut est clara notitia causata ex obiecto euidenti intellectui, sic impossibile est, quòd stet simul cum fide de eodẽ obiecto,& maxime quantum ad actum, quiquid sit de habitu. Ratio est, quia actus fidei attingit obiectum obscure uisum, ita quòd illa obscuritas in actu adeo est annexa actui, quòd ipsa remota non esset actus fidei, sicut præteritio est relatio adeo annexa memoriæ, quòd ipsa remota, nõ esset memorandi actus scientiæ propriè sumptæ attingitur obiectum, ut clarè uisum, ita quòd remota tali claritate ab actu nullo modo esset actus sciẽtiæ, sed impossibile est, quòd eadem potentia simul attingat idem obiectũ clarè,& obscurè, sicut nec præsens,& ut præteritum. ergo &c. Et licet illę rationes: Obscuritas, quæ est priuatio claritatis. Claritas præteritio præsentialitatis,& aliæ huiusmodi, nõ sint formales rationes obiectales, sunt tamen necessariò annexæ, ut dictum est. Aliter accipitur prout distinguitur contra opinionem, ut scilicet dicit firmam adhęsionem ad unam partẽ contradictionis sine formidine,& ut sic accipitur ab Augustino, & ab Arist.6.Ethic. & sic accepta non solum potest stare cum fide, immo potest esse idem, quod fides, ut patet.

1. post. cõtex.5.

15.de tri. cap. 12. uel 32. & 1 retractatio num cap. 13. 6.ethi. cap.4. & 7.

Sed ultra hoc est sciendum de habitu nostro theologico, ubi sciendum est, quòd habitus Theo

Quid sit habitus theologicus. logicus potest appellari ille, qui causaretur in aliquo ex frequenti lectione, & meditatione scripturæ intellectæ solum superficialiter, & ad litterã: sicut iacet, & talis habitus non esset certæ notitiæ ex euidẽtia rei, sed potius creditua ex testimonio scripturarum, cui adhibetur fides. Esset tamen alius habitus ab habitu fidei, quia non est in omni habenti fidem, ut patet; Esset tamen causatus in lumine fidei alius habitus perfectior, ut non solum sciatur scriptura, ut sonat, inmò quòd sciatur exponi, & declarari, & sciantur solui dubia, & contrarietates, quæ ibi apparent, & hoc dupliciter de clarando locum magis obscurum, per alium magis obscurum, & tunc etiam est habitus purè creditus, ut patet, quia præmissæ sunt creditæ, sicut conclusiones, uel declarando eam per alias scientias, sicut communiter modo faciunt Doctores miscendo philosophiam, & tũc etiam dico, quòd est habitus creditua, quia semper altera præmissa tum est credita, licet altera sit necessaria ex euidẽtia: Nam conclusio sequitur naturam illius præmissæ, quæ minus est euidens, sicut patet in mixtione. Syllogismus enim, cuius est altera pars necessaria, & altera contingens, nunquam cõcludit, nisi propositionem contingentem, ita quòd conclusio talis Syllogismi semper est contingens. Talis ergo habitus est etiam acquisitus in lumine fidei, & stat cum fide, licet sit alius ab habitu fidei.

Præmissæ sunt creditæ sicut conclusiones.

Habitus theologicus perfectior pôt haberi etiã in uia.

Alius habitus theologicus perfectior potest haberi etiam in uia per infusionem à Deo, quem habuerunt Prophetę, & Apostoli, & aliqui Sancti; & talis habitus in tantum est perfectus, quòd ipso stante intellectu; intellectus non potest non assẽtire ueritati ac si haberet euidentiam rei ex obiecto. Quòd hoc sit possibile, patet, quia quicquid potest Deus in genere causæ efficientis per causam secundam, potest per se immediatè. ergo potest immediate causare habitum scientiæ in intellectu, quem causaret obiectum euidẽs. ergo. Sed attende, quòd si iste habitus faceret obiectum clare uisum, iam esset habitus gloriæ, non ergo sic facit.

Item si faceret cognoscere obiectum sub propria ratione, sicut facit scientia propriè dicta: tũc non staret simul cum actu fidei; sed si solum cogat intellectum ad assentiendum ueritati, sicut cogit scientia propriè dicta, & non plus faciat tunc stabit simul cum fide.

Tunc ad rationes in contrarium. Ad opiniones alias non oportet respõdere, ut patet, nisi ad Glosas adductas pro secunda opinione, ad quas dico, quòd accipitur ibi lumen illud in maioribus pro habitu theologico, uel infuso, uel acquisito; quẽ habent ultra habitum fidei.

Ad primum principale secundum Gregorium in homelia in octaua Paschæ, ubi dicit, ꝙ Thomas aliud credidit, quia uidit hominem, credidit Deum.

Ad secundum dico, quòd & si uiderunt hominem pati, non tamen nisi ex fide uiderunt Deum pati. Articulus autem est, qu òd Deus homo passus est, & quamuis Beata Virgo, uel alius Sanctus habuerit de aliquo Articulo aliquam uisionem intuitiuam, non pro tunc habuit fidem de eodem, saltem quantum ad actum, sed potuit habere de aliis.

Ad tertium dico, quòd Antecedens est falsum, quia si effectus sunt incompossibiles in eodem, & causæ in actu sunt incompossibiles, & si ad eãdem conclusionem habeatur medium demõstratiuum, & dialecticum, nihil operabitur, & si prius fuerat aggenerata opinio, corrumpetur adueniente scientia.

DISTINCTIO XXV.

CIRCA DISTINCTIONEM XXV.

Quæritur,

VTRUM ANTE CHRISTI ADuentum fuerit fides necessaria de his, quæ modo credimus.

Seraphycus Bona. 3. sent. dist. 25. q. 2. Art. 1.
Scotus 3. sent. dist. 25. q. 1.
D. Thomas secunda secundæ.
Ricardus 3. sent. dist. 25. q. 2.
Durandus 3. sent. dist. 25. q. 1.

Quæstio prima.

Circa distinct. uigesimam quintam quæritur, Vtrum ante aduentum Christi fuerit necessaria ad salutem fides de his, modo non credimus. — Magister agit de fide, quantum ad eius sufficientiam.

QVOD NON: Ipsi non tenebantur plura credere, quàm Angeli possunt intelligere, sed Angeli non intellexerunt Christi incarnationẽ, nisi postquam Ecclesia eam prædicauit, ergo. Maior patet, quia intellectus Angeli est supra intellectum nostrum: Minor patet per Paulum ad Ephes. Sacramentum incarnationis Christi absconditum fuit principibus, & potestatibus cœlestib. & per Ecclesiam eius innotuit. Isaia sic ait: Quærũt Angeli: Quis est iste, qui uenit de Edon tinctis uestibus de Bosra? — Ephe. cap. 3. — Isa. cap. 63.

CONTRA: Tenebantur diligere omnia diligibilia ex charitate, quia pro omni statu fuit necessaria ad salutem charitas, sed omnia, quæ nos diligimus sunt diligibilia ex charitate. ergo tenebantur omnia credere, quia non poterant diligi, nisi credetentur.

RESPONDEO, & primo uidendum est de fide Antiquorum, quantum ad habitum. Secundo quã tum ad actum. Tertio quantum ad obiecta credibilia. — Videndũ est de fide Antiquorum.

DE PRIMO dico, quòd sicut semper fuit necessaria charitas infusa, per quam reprobatur uoluntas per peccatum deformata; Ita semper fuit necessaria fides infusa, per quam reformaretur intellectus, ut scilicet tota imago deformata, reformaretur, & sicut nullus est Deo acceptus sine charitate, ita nec sine fide, & hoc dico pro statu in uia; non quidem, quòd sit contradictio ea ab inuicem

In uia manet fides informis sine charitate, in patria manet charitas sine fide.

uicem separari, quia de facto modo separantur in uia, ubi manet fides informis, sine charitate; & in patria manet charitas sine fide; Sed quia Deus sic instituit ab æterno, q̀ nullus possit in charitate perficere sine fide.

De secundo dico, quòd nullus adultus poterit saluari sine aliquo actu uirtutis moralis, ita multò minus sine aliquo actu uirtutum theologicarum, & ideo tenebantur habere aliquem actum fidei explicitum, non quidem semper, sed aliquando, loco, & tempore debitis, quia hoc cadit sub præcepto affirmatiuo.

De tertio, dico, quòd simplices homines, & communes, non oportebat explicitè tot credere, quot Moyses, & alij credebant, quibus plura credibilia reuelabantur, oportebat autem eos omnes aliqua credere explicite, ut Deum esse unum Creatorem Cœli, & terræ, & saluari debebant in fide uenturi, nec forte Moyses, & maiores tot credebant explicite, quos nos modo, quia forte non tot credibilia eis reuelabantur.

Veteres nostri saluabantur in fide uenturi.

An ueteres tenebantur ad fidem trinitatis explicitã.

Ad fidem autem trinitatis explicitam non tenebantur tunc, nisi illi soli, quibus Deus reuelabat, qui erant magis capaces, non autem potest determinare scientia, quæ credibilia, & quot illi maiores credebant explicite, quia non habebant infixum terminum credibilium, nisi quia Deus plura uel pauciora illis reuelabat, uel per se, sicut Moysi, & prophetis, uel per alium, ut maioribus populi per Moysem, & Aaron.

Speculatio subtilissima de Articulorum fidei sufficientia.

De nobis etiam sciendum est, quòd non omnes tenentur explicitè credere omnes articulos. Sed principaliores, ut, Deum esse unum, & trinũ, Creatorem omnium, Increatum natum, Passum, Resuscitatum, & id genus alios, qui pertinent ad opus redemptionis. Nec ista oportet scire cum difficultatibus, sed sufficit, quòd absolutè credantur, sicut tenet Ecclesia: Et si aliquis esset ita rudis, quòd non posset capere terminos naturæ, & personæ, tunc non oportet, quòd esplicitè credat trinitatem, quia Deus nec obligat aliquem ad impossibilia, sed sufficit, quòd credat ea, quæ potest capere, cum hoc addito, quòd ipse credit, & uult credere quiquid credit Ecclesia. Curatos uerò oportet scire articulos explicitè, saltem in communi sine difficultatibus, ut sciant populum sibi commissum instruere de rudimentis fidei. Episcopi uerò cum sint Sponsi Ecclesiæ tenentur sic scire ea, quæ sunt fidei, quòd sciant ea defensare contra uolentes ea impugnare, quia ad eos hoc spectat secundum Augustinum 14. de trinit. Ex dictis potest patere, quid sit dicendum de alijs, secundum diuersos gradus, quos in Ecclesia óbtinent.

Doctrina notabilis.

Deus nõ obligat ad impossibilia.

Episcopi sunt spõsi ecclesiæ.

14. de tri. ca. 1.

Ad principale dico, quòd licet de communi lege prius illuminentur Angeli, quàm homines de scibilibus, tamen Deus põt aliter facere. Non ergo sequitur, quòd si Angelis fuit cęlatũ mysterium incarnationis, quòd homines non tenentur credere, quia obligantur illud credere, quod pro eorum salute fiebat. Angeli non, ex quo eis celabatur, nec tamẽ forte omnibus fuit cęlatum: Gabriel enim incarnationis mysterium annunciauit Virgini. &c.

Mysterium incarnationis nõ latuit Angelum Gabrielem.

DISTINCTIO XXVI.

CIRCA DISTINCTIONEM XXVI.

Quæritur,

UTRUM SPES SIT VIRTUS theologica, distincta a fide, & charitate.

Seraphycus Bona. 3. sent. dist. 26. q. 3. Art. 1.
Scotus 3. sent. dist. 26. q. 1.
D. Thomas secunda secundæ q. 17. Art. 5. & 6.
Ricardus 3. sent. dist. 26. q. 2.
Durandus 3. sent. dist. 26. q. 1.
Ioannes Bacconitanus 3. sent. dist. 26. q. 1.

Quæstio prima.

Circa istã distinctionem 26. in qua Magister agit de spe quæritur unum.

CIrca dist. uigesimam sextam quæritur, Vtrũ spes sit uirtus theologica distincta à fide, & charitate.

Quod non. Spes est media duarum malitiarum, ergo non est uirtus theologica, sed moralis. Antecedens patet, quia mediat inter præsumptionem, & desperationem. Consequentia probatur, quia in alijs uirtutibus theologicis extremum nõ est malitia, non enim potest Deo minus credi, uel potest Deus minus diligi. ergo.

Contra: Ad Corinth. Apostolus enumerat eas inter uirtutes theologicas: Nunc autem manent Fides, Spes, & Charitas. &c. *1. Cor. ca. 13.*

Respondeo, quod fundamentum istius quęstionis est prædicta authoritas Apostoli, cui innituntur authoritates Sanctorum ponentes spem, distinctum habitum à fide, & charitate. Si quis autem uellet contemnere dictum, & uellet sequi uiam naturalem, secundum quam pluralitas est uitanda, ubi non apparet necessitas ex primo Physicorum, diceret, quòd sicut intellectus sufficienter perficitur supernaturaliter per unum habitũ infusum scilicet fidem; ita uoluntas per charitatẽ, & èconuerso, & ita non est necessarium ponere spem, distinctum habitum alium ab istis. Et ideo. Sequendo hanc uiam, posset dici, quòd non est habitus separatus alius ab istis, sed est habitus cõprehendens, & complectens utrunque istorum. Nam non est aliud spes nisi desiderium beatitudinis, quam beatitudinem mihi fieri tibi posse donari à Christo Deo; & ita complectitur desiderium meritorium, quod est actus charitatis, & credere, quòd est actus fidei. *1. Phys. contex. 50.*

Sed hoc stare non põt, quia secundũ Sanctos, & Doctores, spes põt esse informis. ergo põt remanere in anima sine charitate, & patet, q̀ remanet in aĩa peccatoris, quia nõ omnis peccator desiderat. ergo non cõplectitur charitatẽ, tãquã partẽ suam constitutiuã. & ideo sequẽdo eam uiam posset dici, quòd spes non est nisi quædam particularis fides, & firma credulitas de beatitudine

T mihi

Quid sit sperare.
Quo distinguatur spes à fide.

mihi ad futura, ita quòd non est aliud sperare, nisi firmiter credere beatitudinem mihi esse à Deo concedendam; & ita distinguitur à fide, sicut pars subiectiua à toto uniuersali, & nõ aliter, ita quòd fides respicit absolutè omne credibile præsens, præteritum, & futurum, non necessariò referendo ipsum ad aliquem. Sed spes respicit præcipuè futurum credibile referendo ipsum ad se sperantem, & non etiam respicit omne credibile futurum, sed tantum beatitudinem, nec ex hoc potest tamen inferri, quòd sit distinctus habitus à fide, quia habet illud obiectum formaliter, cum non sit formalis ratio ipsius, sed relatio communicans, & annexa eo modo, quo approximatio est annexa inter actiuum, & passiuum, si debeat se qui actio, & tamen non est illa relatio formalis ratio agendi, & patiendi.

Hæc uia posset probari per oppositum, quia desperatio non est odire beatitudinem, immò etiam desperans, ut Iudas, desperasset beatitudinem, si non credidisset posse eam adipisci, quia cogitauit esse maius suum peccatum, quàm Dei misericordiam. ergo sperare non est desiderare, sed firmiter hoc partiale credere. Sed nec iste modus placet, quia obuiat dicto Apostoli, & Sanctorum, & ueritatis, ut patet desideranti, quia sperare licet necessario præsupponat credere aliquid, tamen aliud dicit, ultra credere, puta quandam assurgere ad beatitudinem adipiscendam, posset etiam quis credere beatitudinem à Deo posse sibi dari, & tamen non speraret, quòd sibi daretur, & non assurgere, quia forte non credit sibi finaliter agere, quòd sit eam dignus recipere, & certe hoc manifeste patet; quia quilibet quasi fidelis habet intensissimam, & firmam fidem, quòd Deus potest sibi dare beatitudinem, & tamen nõ habet ita firmam spem, immò uacillat multi, & timet sibi. ergo formaliter est alius actus sperare, quàm credere. ergo & alius est habitus.

Actus fidei sunt multi.

Sed forte posset responderi ad instantias, & posset dici, quòd actus fidei sunt multi, etiam de credibili futuro. Exemplum: Credo beatitudinem esse, Credo eam mihi posse dari à Deo; Credo, quòd dabitur mihi à Deo. Licet autem primi duo actus non sint formaliter spes, sed supponatur tertius, tum erit formaliter spes. Instantię autem currebant contra secundum actum.

Hoc non obstante, non teneo illam uiam præcipuè, quia repugnat dictis Apostoli, & Sãctorũ.

Aliter potest dici, quòd est passio animæ, quæ est spes absolutè, indiget moderamine pro eo, quòd potest in ea esse extensus, sicut apparet in desperantibus, & ideo infunditur ab eo una uirtus, quæ est moderatrix istius, & appellatur spes theologia.

Sed hoc non ualet. Primo, quia tunc non esset uirtus theologica, & infusa, sed moralis, & acquisita; quia quilibet moralis indiget omnibus habitibus moderatoribus passionum, quæ natæ sunt esse in eo extensiuè, & defectuosè, & potest eos naturaliter acquirere, alias non posset esse bonus moraliter,

Item quia adhuc non apparet, quòd spes sit fides quædam, quia illa extrema possent dici infidelitas, & nimia credulitas.

Hẽricus quodlib. 8. q. 15. ut de D. Bona. dist. in. præsenti. q. finali.

Aliter ergo dicit Henricus, quòd spes est uirtus theologica, quę habet Deum pro obiecto, qui Deus est beatitudo nostra obiectiue, & causaliter, & est habitus distinctus à fide, & charitate, non ex parte obiecti, cum omnes tres sint uirtutes theologicæ, & ideo, oportet, quòd non habeant Deum pro principali obiecto, sed ex parte subiecti. Nam spes est in uoluntate subiectiuè. ergo distinguitur à fide quæ est in intellectu & etiam distinguitur a charitate, quia charitas est. Ponit enim & concupiscibilem non solum in appetitu sensitiuo, sed etiam in intellectiuo.

Spes est distinctus habitus infusus à charitate.
Spes est in uoluntate subiectiuè.
Quo sit charitas in uoluntate.

Aliter uidetur hic dicere Scotus, quòd spes est distinctus habitus infusus à charitate, & fide, & distinguitur non ex parte obiecti formaliter, sed ex parte actuum, & ex parte subiecti. Nam spes est in uoluntate subiectiuè, ut effectata amore commodi, & eius proprius actus est amor desiderii; Charitas uero est in uoluntate; ut affectata amore iusti, & eius proprius actus est amor amicitiæ. Hoc autem sic persuadetur, quia experimur in nobis hunc actum de desiderare nobis infinitum bonum dandum nobis scilicet ipsum Deũ in ratione ultimi finis, & perfectissimi obiecti. Sed iste actus est bonus, quia debito modo circũstantionatus. ergo est dare habitum uirtuosum, qui sit principium istius actus, est spes, & est habitus theologicus, quia habet Deum pro obiecto.

Duo dubia.

Sed hic sunt dubia. Primum, quia uideor desiderare bonum mihi fieri, ac formalem rationem obiecti, quia commutat bonum honestum in bonum utile. ergo distinguitur à charitate in formali ratione obiecti, & ita nõ erit uirtus theologica.

Item amicitia acquisita sine alio habitu sufficit ad omnem actum amoris circa amicum, tam ad amorem desiderij, quàm ad amorẽ amicitiæ. ergo charitas, quæ est amicitia specialis lõgè perfectior sufficit ad amorem desiderij, & ad amorẽ amicitiæ circa Deum.

Itẽ, ꝙ desiderare sit actus spei, probatur, quia etiam desperans de beatitudine, desiderat eam, quod patet, quia tristatur de eius amissione.

Item quilibet desiderat beatitudinem naturaliter secundum Augu. 13. de trin. ergo non oportet propter istum actum ponere habitum infusum supernaturalem. 13. de trin.

AD PRIMVM istorum dico, ꝙ nulla conditio, & consimiles non uariant naturalem rationem obiecti, sed sunt quædam conditiones annexæ, sicut dictum est supra de fruitione.

Ad secundum dico, ꝙ desiderare infinitum bonum mihi eo mõ, quo dictũ est supra, est ita excessiuus actus, ꝙ requirit actum supernaturalem.

Ad tertium dico, quòd sicut ille, qui proijcit merces in mari propter tempestatem, habet uelle absolutum de proiectione; uoluntariè. n. proiecit, & habet uelle conditionatum in proiectione. Nollet. n. eas proijcere, si posset aliter euadere; Ita desperãs habet nõ desideriũ absolutè de beatitudine,

titudine, sed habet de ea desiderium conditionatum. Ita quòd uellet eam, si crederet ad eam posse attingere. Sed quia nullo modo credit posse; Ideo non simpliciter desiderat eam. ergo desperate non est desiderare, sed priuatio desiderij simpliciter.

Quo desidere mus beatitudinem.

Ad quartum dico, quòd naturaliter desideramus beatitudinem absolutè, & in generali, & non in particulari sub propria eius ratione, quod patet, quia Philosophi naturalea diuersimode locuti sunt de ea, ergo desiderare eam in particulari sub propria ratione, ut desiderare mihi dari in ratione finis ultimi, & obiecti bonum infinitum scilicet ipsum Deum, non est desiderium naturale; immo est desideriū ita altū, φ præsupponit fidē, & requirit speciale habitū supnaturaliter infusū.

Virtus moralis cōsistit in medio.

Ad primum principale dico, φ uirtus moralis consistit in medio, & ratione modi in actu, & ratione obiecti. Virtus autē theologica nō ratione obiecti, sed bene ratione medii intēdendi in obiectum.

Exemplum quid sit intēperatus.

Exemplum: intemperatus est, qui nimia comedit, quantumcunque suauiter comedat, & qui nimis rapaciter quātumcunque parum comedat, & simile est de alio extremo, ut patet, sed non potest minus obiectum credere, uel sperare, uel diligere, quàm Deum. pōt aūt in illum tēdere inordinato modo; Vnde secundum hoc fides mediat inter leuitatē, & pertinaciā, iuxta illud: Qui cito credit, leuis est corde. Actus autem uirtutum theologicarum non possunt esse nimis intensi. ergo, &c.

DISTINCTIO XXVII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXVII. Quæritur,

VTRVM CHARITAS SIT ALIquis habitus inclinans uoluntatem ad diligendum Deum super omnia.

Seraphicus Bona. 3. sent. dist. 27. q. 2. Art. 1.
Scotus 3. sent. dist. 27. q. 1.
D. Thomas secunda secundæ q. 23. Art. 4.
Ricardus 3. sent. dist. 27. q. 1.

Quæstio prima.

Magister agit de charitate qua diligimus Deum.

Circa dist. uigesimā septimā quæritur, Vtrū sit aliquis habitus charitatis inclinans uoluntatem ad diligendum super omnia.

QVOD NON: Quia talis habitus esset amicitia, ut patet, quia talis habitus esset amor amicitiæ, sed secundum Philosophum. 8. Ethico. Amor nostri ad Deum non est amicitia, quia ipse est infinitus, excedit nos, & amicitia debet esse inter aliquos aliquo modo æquales. 8. Ethi. cap. 7.

Item nullus habitus inclinat ad actum impossibilem, sed talis actus esset impossibilis, ergo. Minor probatur dupliciter, Primo, quia ex 9. Ethicorum, Amicitia ad alterum mensuratur ex amicitia ad se; sed impossibile est, quòd mensuratum excedat mensuram. ergo. 9. Ethi. cap. 4.

Secundo fundatur super unitatem amicitia, sed impossibile est uoluntatē magis uniri Deo, quàm sibi ipsi. ergo.

CONTRA id est Magister in littera, & Augustinus 5. de doctr. Christiana. De doct. Christiana ca. 4. & 5.

RESPONDEO, & primo uidendum est de tali actu. Secundo de habitu, qui est eius principium. Tertio de formali obiecto istius actus & habitus. Quarto Vtrum uoluntas possit in hūc actum ex puris naturalibus. Ordo dicendo, doctrinalis maxime speculatiōis.

Da PRIMO dico, quòd recta ratio naturalis dictat Deum esse super omnia diligendū. ergo summè bonum, summè diligendū, quia magis bonū, magis diligendum. Sed qđ superabundantiam dicit uni soli conuenit. ergo summum bonū, quod est Deus, est super omnia diligendum, ex dictamine rectæ rationis naturalis, & hoc dico non solum extēsiuē. i. plusquam omnia alia diligibilia, immò etiam intensiuē, ita quòd actu intensiori, & dico, φ talis actus est bonus ex se moraliter, quia debito modo circumstantiōnatus, & circa primum finem. Qūo Deus sit diligendus.

De secundo Dico, φ cum talis actus possit esse summè meritorius, est dare habitum supernaturalē infusum, qui sit principiū talis actus, à quo trahat rationem meriti, & hmōi habitus est charitas; & est uirtuosus habitus, & Theologicus uirtuosus quidem, quia principium actus uirtuosi, theologicus quia habet Deum pro obiecto, sicut habere dēt omnis habitus theologicus, siue speculatiuus, siue practicus, & siue sit in intellectu, siue in uoluntate, alias non esset theologicus. Charitas est uirtuosus habitus, & theologicus.

De tertio dico, quòd formale obiectum talis actus, & habitus est Deus sub ratione diuinitatis. Ratio est, quia uoluntas positiuè ultimate non quietatur nisi in obiecto, in quo reperit rationem suam obiectiuam in summo: sed ratio obiectiua uoluntatis est ratio entis, ut dictum est in primo libro. Sola autem ratio diuinitatis est ratio summæ entitatis. ergo. Qūo Deus sit habitus, & actus. Quæ sit ratio obiectiua uoluntatis. In 1. q. de obiecto theologiæ.

De quarto dico, quòd sic. Ratio est: Quicquid dictat recta ratio naturalis, uoluntas potest exequi, alias non esset moralis. sed naturaliter mala, uel nō esset libera, sed recta ratio naturalis dictat Deum esse super omnia diligendum, ut patet ex primo articulo. ergo.

SED est hic dubium, quia secundum prædicta, In uia poterit impleri illud præceptum datum: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex totis uiribus tuis, cuius contrarium dicunt Sancti. Dicit enim φ in patria implebitur, ut patet p Magistrum in littera, & adducit Augustinum. Dubium. Deut. cap. 6. & Matth. cap. 22.

RESPONDEO, & dico, quòd in uia potest impleri, & debet quātum ad firmitudinem actua, quia ita firmiter, debet quilibet Deum diligere, quòd nihil cū deliberatione euellat eū ab eius dilectione, sed nō oportet, φ impleatur quātū ad teneritudinē, & dulcedinē dilectionis, sed sic implebitur in patria, ubi summè delectabit in Dei dilectione.

Quõ charitas possit dici Amicitia.

Ad primum principale dico, quòd charitas potest dici amicitia aliquo modo, & cum dicitur, quod amicitia debet esse aliquomodo inter æquales, dico, quod oportet, quod sit talis æqualitas in uera amicitia, quod ex parte utriusque sit redamatio: & quia Deus summè redamat, nec ideo ex parte eius potest dici super amicitia.

Aequalitas requiritur inuenta Amicitia.

Ad secundum nego Minorem. Ad primã eius probationem dico, quòd illud debet intelligi quantum ad innotescentiam: innotescit.n. amicitia ad alterum, quando eadem uolumus sibi bona, quæ uolumus nobis, & hoc quantum ad amicos inter, quos non est talis excessus ex parte altera, sed quando ex parte altera est talis excessus in bonitate, sicut est in proposito, non est mensurata talis amicitia ad se. Ad aliam probationem dico, quod excessus extremi in bonitate superat illum excessum uirtutis.

DISTINCTIO XXVIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXVIII.

Quæritur,

VTRVM EODEM HABITV SIT diligendus proximus, quo diligitur Deus.

Seraphycus Bona. 3. sent. dist. 27. q. 3. Art. 2.
Scotus 3. sent. dist. 28. q. 1.
D. Thomas secunda secundæ q. 25. Art. 1.
Ricardus 3. sent. dist. 28. q. 1.

Quæstio prima.

Magister agit de diligendis ex charitate.

Circa distinctionem uigesimam octauã quæritur, Vtrum eodem habitu diligatur Deus, & proximus.

Qvod non: Vnius habitus est unum obiectũ formale, sed formalis ratio bonitatis est alia in proximo, quàm in Deo.

Item charitas, qua diligitur Deus, est habitus theologicus, sed habitus, quo diligitur proximus, non est theologicus, quia respicit pro obiecto aliquod temporale.

Contra: Eodem habitu potẽtia respicit finẽ, & ea, quæ sunt ad finem, sed proximus est diligendus propter Deum, ergo.

Quõ Deus sit diligendus.

Respondeo, & dico, quòd Deus est diligendus ultimate propter se diligendo sibi bonum, & suas perfectiones, & complacendo in eis, licet diligatur consequenter à creatura rationali propter beneficia recepta, & propter præmiũ, quod ab eo expectat. Ratio est, quia ratio bonitatis est ratio diligibilitatis. ergo quod est bonum ex se, & non est ab alio, est diligendum ex se, & propter se, primo, & principaliter, & non propter aliud.

Quõ proximus sit diligẽdus.

Proximus autem est diligendus non propter se principaliter, & præcipuè, quia non est ex se habens bonitatem, sed propter Deum, & in Deum, tum quia à Deo creatus, tum quia à Deo ordinatur, ut ad finẽ, tum quia in eo relucet bonitas Dei, & ex hoc patet, quo ordine creaturæ sint diligendæ. Nam pp primum tum omnia sunt diligenda æqualiter, quia omnia à Deo creata. Propter secũdum creatura rationalis magis, quia speciali modo tendit in Deum, scilicet, ut in finẽ, quo beatificet. Propter tertium illa creatura est magis diligẽda ex charitate, quæ habet plus de perfectione, & bonitate, ut animali, uel meritoria. Sed in istis est diuersus ordo, de quibus forte dicitur infra. Ex his patet, quòd eodem habitu est diligendus proximus, & Deus, quia Deus propter se, & alius propter eum, & in eum. Notandũ uerò est, quòd Deus non est diligendus amore Zelotipiæ, & priuato, uel proprio, sicut quandoque uir diligit uxorem, quam non uult diligi nisi à se ipso. Talis enim est amor inordinatus circa Deum, quia cum Deus sit bonum communissimum debet sic diligi, quod diligens Deum, uelit, quòd à quolibet diligatur.

Speculare diligenter.

Deus non est diligendus amore priuato.

Ad primum dico, quòd obiectum primum, & principale, in quo ultimate sistitur, est Deus tantum, sed proximus diligitur eodem habitu propter Deum, & in Deum, ut dictum est. & per idẽ patet responsio ad secundum. &c.

DISTINCTIO XXIX.

CIRCA DISTINCTIONEM XXIX.

Quæritur,

VTRVM QVILIBET TENEATVR maxime diligere se post Deum.

Seraphicus Bona. 3. sent. dist. 29. q. 2. Art. 1.
Scotus 3. sent. dist. 29. q. 1.
D. Thomas secunda secundæ q. 26. Art. 1.
Ricardus 3. sent. dist. 29. q. 2.
Durandus 3. sent. dist. 29. q. 2.

Quæstio prima.

Circa distinct. uigesimam nonam quæritur, Vtrum quilibet maximè debeat diligere se propter Deum ex charitate.

Magister agit de ordine diligendi, ex charitate.

Qvod non: Quia secundum Gregorium in Homelia super Lucam, nemo propriè dicitur habere charitatem ad se; sed charitas semper tendit in alterum.

Super illud Lucæ cap. 10. misit illos bi nos.

Contra: Mensura non est maior mensurato, sed dilectio sui est mensura dilectionis proximi iuxta illud Matthæi: Diliges proximum tuum, sicut teipsum.

Respondeo: Sicut patet ex præcedenti quæstione, & primo, & principaliter & maximè diligendus est Deus actu directo, & charitas, quæ est mediatum principium istius acti directi, quo diligitur Deus, est etiam principium uolendi, quòd quilibet potens Deum diligere, eum diligat,

diligat, ut dictum est ibi, & ita principium diligendi omnem actum, quo diligitur Deus, & etiã diligendi omnem diligentem Deum. Sed immediatius est principium tale respectu actus, quem quis diligit, & super eum immediatiua reflectitur. ergo post Deum immediatius, & prius diligit se, & suum actum, quo diligit Deum, & uult se diligere Deum, & ita diligit se charitate; quia uoluit sibi bonum iustitiæ. ergo. &c.

Post Deũ quilibet ex charitate dēt plus diligere se.

Confirmatur, quia Deus sicut est super omnia diligendus, quia summè bonus; ita seipsum debet quilibet post Deum plus diligere, quia sibi ipsi est magis unum, quàm alicui. Ratio unitatis est prima ratio diligibilitatis, post rationem bonitatis. nullus autem excedit post alium Deum in ratione bonitatis, quam ipse excedit ratione unitatis. Ita quòd maior est unitas eius ad se respectu unitatis eius ad alium, quàm sit excessus alterius respectu bonitatis propriæ, nisi bonitas Dei, quæ est infinita. ergo post Deum quilibet ex charitate debet plus diligere se, quàm alios.

Ad Gregorium dico, quòd diligens se ex charitate, non diligit se, præcipuè propter se, sed propter Deum, uolendo se diligere Deum. & ideo est actus charitatis in alterum, scilicet in Deum.

DISTINCTIO XXX.

CIRCA DISTINCTIONEM XXX.

Quæritur,

VTRVM NECESSE SIT EX CHAritate diligere inimicum.

Seraphycus Bona. 3. sent. dist. 30. q. 4. Arti. 1.
Scotus 3. sent. dist. 30. q. 1.
D. Thomas secunda secundæ q. 45. Art. 8. & 9.
Ricardus 3. sent. dist. 30. q. 1.
Durandus 3. sent. dist. 30. 4.

Quæstio prima.

Magister agit de charitate quātū ad perfectionē meriti.

Circa distin. trigesimam quæritur, Vtrum necessarium sit diligere inimicum.

11. Reg. cap. 7.

QVOD NON: Quædam Glosa super illud tertij Regum: Fecit quoque mare; dicit, quòd decem præceptis legis omnia, quæ facere debemus, Deus expresslit, sed in illis non continetur dilectio inimici. ergo. Confirmatur per illud Saluatoris in Matth. Qui iuueni petenti, ab eo quomodo posset saluari, dixit; Serua præcepta. ergo sola obseruantia præceptorum ad salutem sufficit.

Matth. ca. 16.

Lucæ cap. 6.

Item Lucæ: Dicit Glosa quædam, quòd diligere inimicum est perfectorum, non paruulorum. & August. super illud Psal. Reuela oculos meos; dicit, quòd diligere inimicos est mirabilissimum, sed non tenentur homines ad uitam perfectam, nec ad mirabilissimam. ergò.

Psal. 118.

Matth. cap. 5.

CONTRA id est Matth. Ego autem dico uobis: Diligite inimicos uestros.

RESPONDEO, quòd sic dicitur inimicus pro illo; qui monstè te odit, uel offendit, & etiam pro omni peccatore, qui est inimicus Dei. Talis potest considerari uel inquantum peccator, siue quantum inimicus, & sic est odiendus. Hoc enim modo odiebat Dauid, quando dicebat: Deficiant peccatores à terra, & iniqui, ita, ut non sint. Vel inquantum talis homo, qui est inimicus, & tunc si intelligatur, quòd sit necessario diligendus actu positiuo distincto elicito, dico, quòd non oportet. Posset enim tantum uacare contemplationi, quòd nunquam haberet de inimico distinctam memoriam, si uerò ueniat in memoria, eũ uellet sic diligere actu positiuo distincto supererogationis, & perfectionis, & non necessitatis, sed actu indistincto; & habitualiter, tenetur, quia tenetur rogare pro tota Ecclesia, quæ est corpus mysticum; & nullum debet excludere; immo omnes includere tanquam membra. Iustos autem, ut conseruentur, & augumententur in gratia, & peccatores, ut reuocentur ad gratiam.

Quo inimicus sit diligendus est odiendus.

Psal. 103.

Ecclesia est corpus misticum.

Si autem intelligatur de actu necessario id est, Vtrum teneatur non odire; tunc distinguenda sunt in inimico bona gratiæ, naturæ, & bona fortunæ. Bona gratiæ sunt omnino non odienda; non enim debet nolle sibi gratiam, & correctionem, & alia huiusmodi. Bona uerò naturæ, puta sanitatem, fortitudinem, uitam, pulchritudinem, & scientiam & id genus alia, nolitione absoluta non debet sibi nolle scilicet positiuo nolle, & elicito, sed sufficit sibi non uelle nolitione conditionata. Potest ea sibi nolle, puta hoc supposito, quòd probabiliter crederet, quod non esset sibi ad correctionem, sed potius ad peiorationem; excepto, quòd de uita corporali habet specialem difficultatem, quia post ipsam non est locus pœnitentiæ, & correctionis, ut patet. Sed tamen uideret, quòd ipsius uita corporalis esset in Dei offensione, sine spe correctionis, uel in detrimentum iustorum, tunc posset eam sibi nolle, ut uidetur; Quod probatur ex legenda Sanctæ Anastasiæ, quæ scribebat sancto Grisogono, ut oraret pro matre uiri sui, pro eo, quòd eam molestabat in seruitio Dei, pro eo, quòd filium Dei blasphemabat.

Bona gratiæ nõ sunt odiēda.

Hoc habetur in legenda S. Grisogoni.

Probatur etiam, quòd iudex recta uolitione potest uelle mortem malefactoris, ut scilicet ponat finem suis peccatis, & sit filijs in exemplum. Rectè etiam potest quis uelle mortem illius, qui persequitur Ecclesiam Dei, uel destruit bonum Ecclesiæ.

De bonis uerò fortunæ, ut de diuitijs, & huius modi consimiliter dicendum est, sicut de bonis naturæ. excepto, quòd de his bonis potest dici, quòd absolutè potest sibi uelle paupertatem uoluntariam, quia esset sibi meritoria, & similiter persecutionem, uel tribulationem, uel etiam infirmitatem uoluntariam, ut ex ipsius patientia, ex quo uoluntariè substineret, mererentur.

Vt fuit pater Franciscus.

Ex dictis patet quod dicendum est de consimilibus, quę possunt occurrere circa istam materiã.

Ad argumenta utriusque partis patet ratio ex dictis.

dictis: Dico etiam, quòd omnia præcepta secundæ tabulæ explicant præceptū de dilectione Christi, quia prohibent ne lædatur in se, uel in sua uxore, uel in suis bonis.

Mat. cap. 5.

SED hic est dubium de eo, quod dicit Saluator Matth. Audistis (inquit) quia dictū est Antiquis: Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis, &c. Ergo in legalibus præceptis includebatur odium inimici.

Vide D. Bona. dist. præsēti q. 4. & 5. & alios. 8. Topi. cap. 30. & inde.

RESPONDEO, & dico, quòd nō est uerum, sed Iudæi male intelligentes scripturam arguebant à contrario sensu dicentes: Amicus est amandus, & inimicus odiendus, sicut arguitur in secundo Topicorum, & ita erat prouerbium apud Iudæos. Ideo Saluator non dixit audistis, quia scriptum est. Sed quia dictum est. Sed quia declarabat intellectum scripturæ, uerum subiunxit; Ego autem dico uobis.

DISTINCTIO XXXI.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXI. Quæritur,

VTRVM CHARITAS MANEAT in patria quantum ad eius durationem.

Seraphycus Bona. 3. sent. dist. 31. q. 2. Art. 3.
Scotus 3. sent. dist. 31. q. 1.
D. Thomas secunda secundæ q. 24. Art. 11.
Ricardus 3. sent. dist. 31. q. 3.
Durandus 3. sent. dist. 31. q. 6.

Quæstio prima.

Magister agit de charitate quantum ad eius durationem.

CIrca distinctionem trigesimam primam quęritur, Vtrum charitas remaneat in patria.

QVOD NON: Fides euacuatur in patria, quia habet obiectum latens, sed circa idem obiectum latens est charitas in uia, non enim habet pro obiecto Deum clarè uisum, sed creditum.

Corin. ca. 13.

CONTRA id est Apostolus ad Corinth.

RESPONDEO, quòd nullus habitus superfluus est in patria, sed fides est habitus inclinans ad obiectum latens, & spes est habitus inclinans ad obiectum futurum, in patria uerò obiectum beatificum erit clarum, & præsens potentiæ, ergo nec fides, nec spes remanebunt in patria, quia essent ibi superfluæ, sed succedit eis uisio, & tentio.

Duo dubia notanda.

Sed sunt hic duo dubia. Primum, Vtrum dicti habitus euacuentur, quia succedunt eis alij incompossibiles, uel solum quia essent superflui. Secundum, quia cum formaliter sit idem obiectum fidei, & uisionis, & similiter spei, & tentionis, uidetur, quòd credere, & uidere, & tenere non sint differentes specie; sed solum per perfectum, & imperfectum.

QVOD sit idem obiectum formaliter patet, quia tunc non essent fides, & spes habitus Theologicus, ea quo haberent pro formali ratione obiectali aliquid non æternum.

Responsio ad primū dubiū.

Ad primum istorum dico, quòd uisio, & tentio non sunt habitus, sed actus, quia habitus non ponitur, nisi ut inclinet potentiam, Intellectus autem, & uoluntas de se sunt summè dispositi respectu obiecti beatifici præsentis clarè uisi; & ideo superfluum esset ponere ibi habitus; sunt ergo præcipuè actus. Tales autem actus non essent incompossibiles uel habitibus exclusis; Quod patet, quia Paulus in raptu non perdidit fidem, & spem, & tamen habuit actus uisionis, & tentionis. non ergo euacuantur propter primum, sed præcipuè propter secundum.

D. Paulus in rapta nō perdidit fidē, & spem.

Responsio ad secundum dubium.

Ad secundum dico, quimmo differunt specie, quamuis obiectum formaliter sit idem. Nam differentiam specificam in actibus causat non solū diuersitas formalis obiectorum, sed etiam quandoque rationes necessariæ annexæ. Quod patet, nam credere sicut uidere causatur à duabus causis partialibus scilicet ab obiecto, & potentia, sed uidere causatur ab eis ut perfecte approximatae per se, & clarè. Credere autē ut approximata per accidens, quia obiectum non semper est præsens in ratione obiecti potentiæ, & realiter; sed intentionaliter per aliquid aliud, & simile est suo modo de sperare, & tenere.

Tunc uidendum est de habitu charitatis. Dico, quòd habitus charitatis inclinat uoluntatem ad actum dilectionis Dei absolutè, & accidit actui charitatis, ut est eius, quòd sit perfectus, uel imperfectus; & ideo idem habitus charitatis potest esse principium actus imperfecti in uia, & actus perfecti in patria, & ideo non oportet, quòd sibi succedat alius habitus; sed quod ipse idem perficiatur; sed non sic erat de fide & spe, quia ipsi inclinabant ad actus imperfectos, & non perfectos.

Actus dilectionis nō differunt in uia & in patria.

Ex his dictis uidetur sequi, quòd nec actus dilectionis differūt in uia, & in patria nisi sicut perfectum, & imperfectum infra eandem speciem, quia nec uariatur formalis ratio obiecti, nec potentia, nec habitus, nec aliqua conditio est ibi necessariò annexa; sed solum per accidens. Accidit enim quòd Deus in uia sit absens, & obscure uisus, ut diligitur ex charitate. Sed utrum in patria posset esse actus dilectionis sine habitu quemadmodum est ibi uisio, & tentio, uideas ibi.

Ad rationem in contrarium responsio patet ex dictis. Accidit enim, quòd obiectum charitatis sit creditum, uel non creditum. &c.

DISTINCTIO XXXII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXII. Quæritur,

VTRVM DEVS DILIGAT EX charitate omnia aequaliter.

Seraphicus Bona. 3. sent. dist. 32. q. 3. Art. 1.
Scotus 3. sent. dist. 32. q. 1.
Ricardus 3. sent. dist. 32. q. 1.

Duran-

Durandus 3. sent. dist. 32. q. 1.

Quæstio prima.

Magister agit de charitate qua Deus diligit creaturam.

CIRCA distinct. trigesimam secundam quæritur, Vtrum Deus omnia æqualiter diligat ex charitate.

QVOD non: Nam nõ omnia æqualiter sunt diligenda ex charitate, quia non omnia æqualiter bona. ergo.

CONTRA: Omnia æqualiter diligit, intelligit ergo & diligit.

Dist. 2. primi libri q. 1.

Respondeo, & primo dico, quòd Deus ab æterno omnia uoluit, Nam ipse est intelligens, & uolens, ut patet, sed in eo potentia non præcedit actum, quia iam esset potentia imperfecta, & expectaret perfici. ergo quæcunque uoluit ab æterno, uoluit, quia primo suam essentiã, quæ est eius obiectum primum, & adæquatum, consequenter omnia, quæ relucent in ea, relucent autem in ea omnia. ergo.

Secundo dico, quòd iste actus, qui uoluit omnia est unus, quia est infinitus adæquans totalem potentiam, & est realiter idem, quod essentia.

Tertio dico, quòd est communis tribus personis, & nõ proprius alicuius, quia est actus beatifi cus, beatitudo aut est una trium. ergo.

Ex his patet quartum, quòd comparando actũ ad agens omnia æqualiter diligit, sed est inæqualitas ex parte conuocatorum obiectorum secundorum, super quæ transit dilectio. Vbi sciendum, quòd licet unico actu uelit se, & omnia, tamen illo actu aliquo ordine primo uult se, & in illo signo est perfectè beatus, secundo uult ea, quæ immediatius ordinantur ad ipsum, ut creaturas rationales. Tertio uult eis ipsa, quæ protendunt ad ipsum, ut bona gratiæ, & in quarto signo uult eis ea, quæ eis sub seruiunt ad hunc modum sensibilem. (Speculatio notabilis.)

Ad rationem in contrarium, patet responsio ex dictis.

DISTINCTIO XXXIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXIII. Quæritur,

VTRVM VIRTVTES MORALES *sint in uoluntate sicut in subiecto.*

Seraphycus Bona. 3. sent. dist. 33. q. 3. Art. 1.
Scotus 3. sent. dist. 33. q. 1.
D. Thomas 3. prima secunda q. 50. Art. 5.
Ricardus 3. sent. dist. 33. q. 1.
Franciscus de May. 3. sen. dist. 37. q. 3.
Ioannes Bacconitanus 3. sent. dist. 33. q. 3.

Quæstio prima.

Magister agit de uirtutibus moralibus, uel Cardinalibus.

CIrca distinc. trigesimam tertiam, quæritur, Vtrum uirtutes morales sint in uoluntate, uel in appetitu sensitiuo subiectiuè.

QVOD in appetitu sensitiuo, Tertio Ethicorũ ponit phylosophus fortitudinem, & temperantiã in appetitu sensitiuo. Confirmatur, quia fortitudo, quæ respicit bonum arduum, est in irascibili. Temperantia uerò, quæ respicit bonum delectabile, est in concupiscibili. Ista autem proprie non distinguntur in appetitu sensitiuo. (3. ethic. cap ultimo. uel penultimo ad finem.)

CONTRA: Virtus est habitus electiuus ex diffinitione eius secundo Ethycorum. Electio autem non est nisi uoluntatis, uel rationis. ergo. (2. ethic. ca. 6.)

Item uirtus habet pro se obiectum bonum, honestum, sed tale est per se bonum uoluntatis. (9. ethic. ca. 3.)

Item uirtus est principium actus laudabilis ex secundo Ethycorum, sed nulli debetur laus proprie, nisi intellectualiter, & uoluntariè agenti. ergo. (2. ethic. ca. 5.)

RESPONDETVR, quod dicitur quod secundum doctrinam phylosophi uirtutes sunt in appetitu sensitiuo. Vbicunque enim loquitur de eis, ponit eas in appetitu sensitiuo, ut dicunt, excepta iustitia, quam ponit in uoluntate 5. ethic.

Ad hæc sunt rationes, Prima: Voluntas de se est determinata ad bonum simpliciter, tanquam ad suum proprium obiectum. ergo non indiget uirtute determinante. (5. ethic. c. 1. de iustitia.)

Item ibi est medium, ubi sunt extrema, sed passiones extremæ, quæ indigent moderamine, non sunt in uolũtate, sed in appetitu sensitiuo. ergo uirtus media, quæ est earum moderatrix, est ibidem. (D. Thomas in 3. scripti præsenti dist. Art. 1. q. 4. Et dius de Roma quolib. 4. q. 18.)

Item uoluntas est libera. ergo potest se ipsam determinare, & non indiget alio determinante. & confirmatur, quia habitus inclinat per modum naturæ, & ideo repugnat libertati uoluntatis, si esset in ea. (Vide etiã D. Thomam prima secundæ. q. 50. Art. 5. aliqualiter ad hoc.)

Item quia tunc uirtutes morales possent esse in angelis, quod est inconueniens:

CONTRA: Phylosophus aiet nunquam ponit eam in uoluntate, & tamen rationes eorum cõcludũt ita de iustitia, sicut de aliis; Quòd non sit in uolũtate, patet intuenti. (Primo politi. c. 2. ca. 1. & ic. ethic. ca. 1. & aliis in locis.)

Item per oppositum rationis primæ: Voluntas est determinata ad agendũ. ergo indiget habitu determinante. Consequentia patet per oppositum locum suæ consequentiæ. Antecedens probatur, quia respicit indifferenter omne obiectũ, in quo inuenit rationem boni, sed ibi potest agere non rectè, circa bonum apparens, nec sufficit sibi iudicium rationis ad terminandum eam ad unam partem, cum sit libera, & quamuis nec per habitum cogatur, tamẽ delectabiliter inclinatur.

Item habitus ponuntur non solum, ut determinent potentiam ad agendum, immo, ut per eos faciliter, & delectabiliter operetur secundum rectũ iudicium rationis, esto quòd determinaret uoluntatem sufficienter, non tamẽ per hoc delectabiliter ageret, & faciliter. Quod patet, quia peccator de nouo conuersus sequebatur rectum iudicium rationis, & tamen non delectabiliter, & faciliter, immo difficulter recte agit.

Item conceditur, quòd ex frequentia actuum generatur prudẽtia in intellectu. ergo ex frequẽ-

tia rectarũ uolitionum generatur in uoluntate habitus uirtuosus.

De moribus ecclesiæ c. 15. Item ad huc sunt multæ authoritates Augustini de moribus Ecclesiæ, dicit enim, quòd quatuor uirtutes morales sunt ordinatæ ad mores.

14. de tri. ca. 30. & 6. Item 14. de Trinitate.

9. met. c. ulti. Item Auicenna 9. Met.

Ad quæstionem igitur dico, quòd licet uoluntas sine habitu posset in actum rectum moraliter bonum. Nam primus actus rectus præcedit omnem habitum uirtuosum, cum ex solis rectis actibus generetur, & simile est ex parte intellectus; tamen dico, ꝙ sicut ex multis rectis iudicijs generatur in intellectu habitus prudẽtię, ita ex multis rectis uolitionibus generatur in uoluntate habitus uirtuosus, secundum, quòd sunt actus. Hoc probatur: Nam electio in uoluntate pręcedit omnem rectum actum imperatum in appetitu sensitiuo. ergo ex multis rectis electionibus primo generatur uirtuosus habitus in uolũtate, quã ex multis actibus imperatis generetur in appetitu sensitiuo uirtuosus habitus moderator passionum; tamen concedo etiam, quòd in appetitu sensitiuo generantur tales habitus uirtuosi, qui sunt quędã qualitates damnantes passiones indebitas ipsius, sed non ex hoc excluditur, quin uirtutes sint in uoluntate generatæ ex rectis electionibus, immo ex redundantia quadam ex uoluntate generatur in appetitu sensitiuo, ex quo modo dictum est.

Ratio efficacissima.

Ex his patet responsio ad phylosophi dicta, quæ adducunt alij pro se, quia ita ponit cap. 5. fortitudinem, & temperantiam in appetitu sensitiuo, quod tamen non excludit uoluntatem quin principaliter sint in ipsa modo dicto.

Ad primam rationem alterius opinionis patet responsio ex dictis, quòd maior est falsa.

Ad secundum dico, quòd passiones appetitus sensitiui principalissimè moderantur per uoluntatem imperantem oppositos actus illis passionibus, ergo habitus uirtuosus existens in uoluntate principalius est moderator passionum existentium in appetitu sensitiuo, quàm habitus existens in ipso appetitu sensitiuo, licet uterque concurrat, ut patet dictis.

Ad tertium dico, quòd licet uoluntas possit se determinare, ut patet, quòd determinat se in primo actu recto, non tamen quòd faciliter, & delectabiliter agat siue appetitu, nec etiam quòd eliciat ita perfectum actum, si habitus sit partialis causa, respectu actus. Et ad confirmationem dico, quòd quando causa principalis est libera, & causa minus principalis est naturalis respectu eiusdem actionis, ad quam concurrit tota actio, dicitur libera, & effectus dicitur liber productus. Non enim naturalis causa minus principalis, cogit ad agendum causam principaliorem.

Ad quartum concedo, quòd si Angeli essent creati in puris naturalibus, & non essent à Deo imprimente in eis uirtutes perfectiores, potuissent sibi acquirere actus uirtuosos morales; & cõfirmatur hoc, quia Angeli mali acquisiuerunt sibi actus uitiosos. Item hæc opinio confirmatur, & opposita impugnatur, quia secundum illum Doctorem in statu innocentiæ homo non habuisset in appetitu sensitiuo passiones indigentes moderamine, & tamen habuisset perfectiores uirtutes morales, quàm modo habet, ut patet per Magistrum in littera & per D. Augustinum.

Ad principale igitur patet responsio ex dictis de dicto phylosophi. Ad confirmationem dico, quòd irascibilis, & concupiscibilis sunt etiam in uoluntate &c.

DISTINCTIO XXXIIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXIIII. Quæritur,

VTRVM VIRTVTES DONA, ET beatitudinis & fructus sint idem habitus inter se.

Seraphycus Bona. 3. sent. dist. 34. q. 1. Art. 1.
Scotus 3. sent. dist. 34. q. 1.
D. Thomas prima secunda q. 68. Art. 1.
Ricardus 3. sent. dist. 34. q. 1.
Durandus 3. sen. dist. 34. q. 1.
Ioannes Bacconitanus 3. sent. dist. 34. q. 1.

Quæstio prima.

Circa distinct. trigesimam quartam quæritur, Vtrum uirtutes, dona, & beatitudines, & fructus sint distincti habitus. — Magister agit de septem donis.

Qvod non Per Gregorium super illud Iob: Nati sunt ei septem filij, & tres filiæ. — Libro primo cap. 8. in tertia expositione.

Item quia donum, & uirtus est fortitudo, ut patet, ergo & alia pari ratione.

Præterea si essent distincti, unus ex una parte esset idẽ, alij ex alia parte. Antecedẽs est falsum; quia fortitudo est donum, & fortitudo est uirtus.

Contra: Quia habent alium & alium numerum, ut patet. Nam uirtutes sunt septem, beatitudines octo. Matth. Dona septẽ, Isai. fructus duodecim ad Galath. ergo. numerata sunt alia. — Math. cap. 5. Isaiæ cap. 11. Galath. ca. 5.

Respondeo, & dico, quòd sunt idem, sed dicuntur uirtutes, in quantum perficiunt modo humano dona, ut perficiunt modo super humano, beatitudines, ut perficiunt modo in humano; de fructibus non facit mentionem ista opinio. — Hericus quo lib. 4. q. 18.

Contra: Ista sunt uerba metaphorica. Nam formaliter omnia perficiunt modo humano, quia informant hominem causaliter, perficiunt modo super humano, idest super naturali, non tantum dona, sed etiam uirtutes theologicæ, ut patet; nullum enim donum est perfectius charitate, quæ est uirtus modo in humano, perficere non est aliquid dictum nisi Metaphoricè. — Nullũ donũ est perfectius charitate.

Aliter dicitur, quòd contingit per uirtutes uoluntatem rectè agere per dona perfectè, per beatitudines expeditè. — D. Bona. Art. 2. q. 1. præsentis distinctionis.

Contra: Virtus est, quæ habẽtem perficit, ut ait Phylosophus in ethicis, Et etiam cum sit habitus, facilitat, & habilitat potentiam, ut expeditè agat, — 2. ethic. ca. 5.

agat, ergo distinctio assignata nulla est, quia omnia competunt primo membro.

D. Thomas prima secundæ q. 68. Ar. 1. & ricardus Art. 4. q. 1. præsentis distinctionis.

Aliter potest dici sine assertione, quòd præter habitus speculationis, & practicos acquisitos, qui pertinent ad scientiam, uel ad artem de quibus nihil ad præsens, non est necessarium ponere in uiatore alios habitus uirtuosos præter septem uirtutes theologicas, & quatuor morales; sed istæ sufficientes sufficiunt, & perficere possunt uiatorem. Quod probatur sic: Viator non potest habere actum nisi circa obiectum creatum, uel increatũ.

Ordo notabilis qualiter uirtutes Animam perficiant respiciendo obiectum, increatum siue creatum.

CONTRA: Obiectum increatum potest habere triplicem actum. s. intelligendi, & ad istum sufficit sibi fides, quæ quidam si sit perfectissima sufficienter perficit quantum ad omnem actum intelligendi, qui est necessarius de Deo in uia diligendi Deum. Cum in se, & ad istum sufficiat charitas, & diligendi eum, nabonum mihi secundum affectionem commodi, & ad istum sufficit spes, ita quòd spes, & charitas sufficienter si sint perfectissimæ perficiunt uoluntatẽ, quantum ad omnẽ actum amandi, & desiderãdi. Circa obiectũ creatum sufficienter perficitur per prouidentiam, ut sit pfectissima siue sit acquisita, siue infusa, quia prouidentia sufficienter perficit, & ordinat intellectum circa omne agibile secundum omnem rationem agibilis appetitus uerò tam intellectiuus, quàm sensitiuus sufficienter perficitur per tres alios habitus morales, si sint pfectissimi siue sint acquisiti, siue sint infusi. Nam iustitia perficit uoluntatem, quantum ad omnem actum, quem habere potest circa bonum honestũ, & utile, & hoc tam ad se, quàm ad alterum. Temperantia uerò perficit cõcupiscibilem circa omne delectabile, bonum, arduum. Sufficienter ergo perficitur Viator istis septem uirtutibus Theologicis, & moralibus acquisitis, & infusis, quantum ad omnem actum ordinatũ, quem habere potest circa quodcunque obiectum.

Prouidentia perficit, & ordinat intellectum.

Iustitia perficit uoluntatẽ.

Temperantia perficit concupiscibilẽ.

EST autem diligenter notandum, quòd dictæ quatuor uirtutes morales, non sunt quatuor habitus singulares, immo sunt quatuor genera communia, sub quorum quolibet continentur multa alia genera subalterna, quamquam descendant ad species specialissimas. Et ideo quando dicitur: sufficienter perficitur, est intelligendũ, quòd uerum est, quòd omnis habitus uirtuosus particularis, qui est in Viatore naturaliter acquisitus, uel infusus est sub aliquo dictorum septem.

Diuisio habituum.

Omnis habitus est intellectualis, uel appetitiuus.

Vnde sciendum, quòd habitus habet duas diuisiones generales, & immediatas. Nã oĩs habitus, uel est intellectualis, uel appetitiuus, & qlibet istorum membrorum est acquisitus, uel infusus intellectualis acquisitus diuiditur in speculatiuum, & practicum. Speculatiuus per realem, & rationalẽ. Qualis diuiditur 6. Met. in Metaphysicam, Physicam, & diuinam. Et adhuc forte quodlibet istorum diuiditur multis diuisionibus, antequam descendat ad species spẽcialissimas. Habitus rationis diuiditur in Grammaticam, Logicam, & Rethoricam. Practicus uerò acquisitus diuiditur in ea, quæ sunt circa factibile, & circa agibile. Et ille,

6. Met. cõt. 2.

Habitus rationis diuiditur.

qui est circa factibile, plurimas habet diuisiones, quia quidam est nauifactiuus, quidam domificatiuus, & sic de aliis multis. Ille etiam, qui est circa agibile, multas habet diuisiones, ut patebit in quæstione de connexione uirtutum. In omnibus istis diuisionibus de habitu intellectuali non cadunt nisi duæ uirtutes ex septem. s. fides, & Prudentia, ut patet. non autem alii habitus intellectuales prædicti tam practici, quàm speculatiui numerantur inter uirtutes morales, nec sunt necessarij homini ad bene operandum, & ad rectè uiuendum.

Ex hoc patere potest uanitas phylosophiæ communiũ phylosophantium de diminutis cognitionũ suarum diuisionibus.

Habitus autem infusus habet sub se duas species. s. Charitatem, & Spem. Acquisitus uerò primo diuiditur in duo. s. in uirtutem, quæ disponit appetitum ad se, & alterum uocatur iustitia, quia ipse est uirtus, qua redditur unicuiq; quod suum est. Illa uerò, quæ disponit ad se, non habet commune nomen, & ista forte est ratio, quare non sistitur in numero ternario in uirtutibus moralibus . s. sed in quaternario, quia ista, quę disponit ad se, immediatè diuiditur in duas nominatas, scilicet in Fortitudinem, & Temperãtiam. Nam appetibilia sunt in duplici differentia, quædam, quæ ex se statim sunt nata appeti, uel fugi, sicut bona delectabilia, uel indelectabilia, & circa ista est Temperantia, quæ moderatur appetitũ, ne statim prosequatur appetibilia, nisi modo debito; nec statim fugiat in appetibilia: Nam quandoque in appetibilia sunt prosequenda. Exemplum de medicina amara. Quædam autem, quæ non sunt ex se appetibilia in appetitu primo modo, sed secundario, ut bonũ arduum, quod si sit appetibile, ut bonũ, est tamen inappetibile, ut arduum, & circa ista est fortitudo. Ponitur autem fortitudo in irascibili, quæ respicit arduum. Temperantia uerò in concupiscibili, quæ respicit delectabile, & ita omnea species contentæ sub fortitudine, sunt in irascibili subiectiuè. Et species contentæ sub Temperantia sunt in concupiscibili. Et species contentæ sub Prudẽtia, sunt in intellectu, siue ratione. Species autem contentæ sub iustitia, ita sunt in uoluntate, quòd non in appetitu sensitiuo, & ideo nõ oportet dicere, quòd sint in cõcupiscibili, uel irascibili, sed absolutè in uoluntate. Species autẽ contentæ sub habitu infuso, Vna ut fides, est in intellectu: Aliæ duæ in uoluntate, & in concupiscibili, quia Deus, qui est eorum obiectum, & bonum delectabile: & nullo modo haberrationem fugiẽdi. Vt autem sciantur species Temperantiæ, notãdũ est, quòd concupiscibilia sunt duo prima. s. honor, & delectatio. Temperantia circa honores dicitur Humilitas. Sed illa circa delectationes, & uoluptates, rectum nomen sui generis. s. temperantiæ, sed ista est muliplex secundum quòd quædã delectabilia sunt comestibilia, quędam potabilia, quędam lasciuia, & hæc circa sensum tactus. Et circa ista est alia, & alia Temperantia; ut Sobrietas circa potabilia; Abstinentia circa comestibilia. Castitas circa lasciuia, & sic de multis aliis speciebus tam temperantiæ, quàm aliarum uirtutũ, quæ, Deo dante, alibi explicabuntur.

Quæ sit iustitia.

Appetibilia sunt in dupli ci differentia.

Exemplũ de Medicina amara.

Fortitudo ponitur in irascibili.

Temperantia ponitur in cõcupiscibili.

Duo sunt cõcupiscibilia, honor, & delectatio.

TVNC

Doctrina mirabilis qualiter Salvator dedit in evangelia intelliste virtutes.

Tunc ad quæstionem prædictam potest dici, quòd dona beatitudinis, & fructus non sunt distincti habitus à prædictis, & uirtutibus, sed sunt earum species. Vnde prima beatitudo, s. Paupertas est species Temperantiæ, ut patet. Secunda. s. Comitas, uel, ut ita dicam; mititas est species iustitiæ secundum Scotum, quia accipitur hic pro affabilitate, qua quis communicat se alteri per bonum amicitiæ. Tertia. s. luctus cōtinetur sub spe, quia accipitur hic lugere pro desiderare. Quarta. s. esuries iustitiæ, uel est etiam desiderium, & continetur sub spe, uel, ut dicit Scotus, est actus diligēdi Deū in se, & pertinet ad Charitatem uiæ, & ideo dicitur esuries, quia nō est ita completa dilectio Dei in uia, sine desiderio ammixto, ut patet. Quinta scilicet Misericordia est perfectissima species iustitiæ, communicare. s. proximo se, & sua. Sexta. s. Munditia cordis est species Temperantiæ, Moderatum illicitarum uoluptatum. Septima. s. pax est species iustitiæ. Nam pax seruatur quando Rector iustitiæ regit, & subitus iuste obedit, & ita pax in subdito est quædam obedientia, & per cōsequens iustitia. Octaua. s. Patientia est perfectissima species fortitudinis, & ita Saluator omnes beatitudines locauit sub uirtutibus appositis, & nullam sub prudentia, & fide. Nominauit autem istas, plusquam alias species, quamuis sint multę aliæ species uirtutum, ad excludendos errores multorum phylosophorum ponentium beatitudinem in oppositis passionibus. Vt, aliqui in diuitijs, aliqui in honoribus, aliqui in uoluptatibus, & & in aliis alii.

Quādo seruetur pax.

Quæ sit pax in subdito.

Vbi posuerint phylosophi Beatitudinem.

Consimiliter dico de donis. Nam donum sapientiæ est charitas, quia in scriptura Sapiētia dicitur à sapere, Donum intellectus pertinet ad fidem, & scientiam, & est quintum donum. Dicitur autem intellectus fides terminorum articulorum fidei. Scientia uerò fides conclusionum. Donum consilii est prudentia, quę est habitus cōsiliarius de cōclusionibus practicis. Quartum donū est ipsa fortitudo proprio nomine nominata, ut patet. De quinto dono iam dictum est. Donum sextum scilicet pietatis, idem est, qđ est Misericordia, quę est quarta beatitudo nominata à Christo, & ideo est species iustitiæ, ut ibi patuit. Donum septimū scilicet timoris idem est quod humilitas, & ideo est species temperantiæ, ut patet supra.

Donum sapiētiæ est charitas. Vnde dicatur sapientia.

De fructibus spiritus, quos enumerat Apostolus ad Galathas, patet, quòd ibi nominatur fides, & Charitas sub propriis nominibus, quæ quidem sunt duæ uirtutes Theologicæ. Gaudium & pax sunt delectationes consequentes ad charitatem. Patientia est species fortitudinis. Longanimitas est spes, ut patet. Vnde Patriarchæ dicuntur longanimes fuisse, quia diu expectauerūt promissionem iam eis factam à Deo de Christo. Et ita longanimitas est perfecta spes. Bonitas est idem hic, quod Misericordia. Et ideo est species iustitiæ, ut patet supra, Mānsuetudo idē est quod obedientia, & ideo species est iustitiæ, ut patet supra. Modestia est species Temperantiæ. Modestus est, qui est temperatus in gestibus, & in aliis id genus rebus. Continentia, & Castitas sunt duæ species Temperantiæ. ita. quòd Continentia sit temperantia respectu aliorum delectabilium, & Castitas præcipuè respectu lasciuium. Modestia posita sub temperantia potest poni sub prudentia; ut ille dicatur modestus, qui prudenter se habet in agibilibus, Patet igitur totum.

Galath. ca. 5.

Longanimitas est perfecta spes.

Quis sit modestus.

Ad argumenta principalia ad utranque partē patet respōsio ex dictis. De uirtutibus moralibus habetur in libro Sapientiæ.

Sapiētia c. 8.

DISTINCTIO XXXVI.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXVI. Quæritur,

VTRVM VIRTVTES MORALES SINT connexæ.

Seraphicus Bona. 3. sent. dist. 36. q. 1.
Scotus 3. sent. dist. 36. q. 1.
D. Thomas prima secunda. q. 65. Art. 1.
Ricardus 3. sent. dist. 36. q. 1.
Durandus 3. sent. dist. 36. q. 1.
Franciscus de May. 3. sen dist. 37. q. 2.
Ioannes Bacconitanus 3. sent. dist. 36. q. 1.

Quæstio prima.

Circa Distinct. trigesimam sextam, omissa dist. trigesima quinta, in quę agitur de differentia Donorum, quæ differentia patet ex quæstione præmissa; Quæritur, Vtrum uirtutes morales sint connexæ.

Magister agit de uirtutum connexione.

Quod non: Religiosus potest habere opportunitatem circa passiones temperantiæ referendas, & non circa passiones, quæ pertinent ad fortitudinem, puta circa bella, & alia huiusmodi. Et ita aggenerabitur in eo uirtus Temperantiæ, & non uirtus fortitudinis. habitus enim generantur ex actibus.

Item uoluntas potest eligere contra rectum iudicium rationis sibi ostensum. ergo ex multis rectis iudicijs poterit generari in intellectu habitus prudentiæ, & in uoluntate non generabitur uirtus, immo potius uitium ex illis multis primis electionibus contra rectum iudicium rationis.

Item Castitas uirginalis est uirtus, & Castitas coniugalis simul, & utraque est species temperantiæ, & non solum una potest esse sine alia, immo non stant simul, ut uidetur.

Item Magnanimitas est uirtus, & non stat simul cum humilitate, ut uidetur, nec Liberalitas cum paupertate, nec Magnanimus dignificat se in magnis honoribus. Humilis uerò in paruis. Similiter pauper nō potest excitari in actubus liberalitatis, & ita non potest aggenerare sibi habitum.

Contra id est phylosophus 6. ethic. & Augustinus 6. de Trin.

6. ethic. & 6. de trin. cap. 9.

Respondeo, quòd primo uidendum est de connexione trium uirtutum moralium inter

se, Se-

se. Secundo de connexione earumdem cum prudentia. Tertio de connexione uirtutum moraliū cum Theologicis. Quarto de conneaione Theologicarum interse.

Hēricus quolib.5.q.26. & 19.quere ochamquol.4. q.6.& in 3. & q.12.

De primo dicitur, quòd Virtutes morales in esse impfecto nō sunt cōneaæ necessariò, sed in esse perfecto sic. Primum probatur, quia potest se aliquia eaercere circa actus Temperantiæ, non eaercendo se circa actus fortitudinis. Et ita generabitur in eo habitus Temperantiæ, & non fortitudinis.

Secundum etiam probatur, quia non est uirtus perfecta in eo, qui potest deuiare à suo proposito, & debito fine, sed siquis sit temperatus, & non fortis potest deuiare à debito fine temperantiæ. ergo. Minor probatũr: Nam non posset cogi ad actus intemperantiæ timore mortis, et tunc ipse assentirer, ex quo non haberet nirtutem fortitudinis, quæ est necessaria ad aggrediendam morté propter bonnm uirtutis.

Pulchra opinio D. Thomæ prima secundæ. q. 65. Art.1.

Aliter dicitur, quòd secundum nullum gradũ perfectum, nel imperfectum sunt connexæ secũdum esse naturale; quod habent tales habitus, immo perfectè potest haberi unus sine alio. Sed tamen sunt connexæ secundum omnem gradum, quantnm ad esse morale, & ad esse nirtutis, Primum probatur, quia prius potest esse sine posteriori secundum omnem gradum sui, & similiter eorum, quæ sunt essentialiter ordinata, unum potest esse sine alio secundum omnem gradum sui. Sed ita est in proposito. Nam prudentia est in intellectu, & ita actus, quibus generantur aliæ uirtutes, aliæ etiam non habent essentialem ordinẽ inter se, ut patet ex dictis.

Secundũ etiam probatur, quia ratio nirtutis moralis formaliter consistit in conformitate ad aliam nirtutem moralem, uel saltem talis conformitas est necessariò requitita ad boc, quòd sit uirtus moralis.

Qõo nirtutes morales sint cõnexæ ad inuicem.

Aliter dico, quòd Virtutes morales secũdum nullum esse ipsarum sunt necessariò conneaæ, sed tamen dico, quòd sunt connexæ, in quantum aliquo modo sunt principium merendi. Primam partem probo: Nam nirtus moralis non perficit hominem in esse morali totaliter, sed partialiter. Alias nna sola sufficerer, secundum quòd uirtus uisiua non perficit hominis sensitiuam totaliter, sed partialiter ĩ esse sensibili, & uisibili; Alias sola ipsa sufficeret, sicut ergo homo potest perfectè esse uidens secundum quencunque gradum absq; eo quòd participet aliquem gradum de auditu; immo omnino si sit surdus, potest homo esse perfectè temperatus absq; omni gradu fortitudinis. Sed sicut ille non est perfectus sentiens, sed perfectua uidens; ita iste non esset perfectus moralis, sed perfectus temperatus. Et dico, quòd potest hoc esse uel per infusionem à Deo, de potẽtia absoluta ipsius Dei, quia de congruo non infundit unam sine alia, uel naturaliter non essentialiter, quia generatur ea diuersis actibus, non essentialiter ordinatis, immo disperatis, & circa diuersa, & disperata obiecta.

Tunc ad probationem secundæ partis primæ opinionis dico, quòd sicut ad uisum non pertinet dirigere hominem in finem auditus, ita ad Temperantiam non pertinet dirigere hominem ad finem fortitudinis. ergo nō accidit ea imperfectione Temperantiæ, si talis non aggreditur mortem propter bonum uirtutis. Et cum dicit, quòd ipse facit contra temperãtiam; Dico, quòd aliquo modo in noluntarie hoc faciet, & tristatur. Sed eligit istud minus triste, ut effugiat aliud magis triste. s. mortẽ. Eaemplũ: Perfecte auarus projciet merces in mari timore mortis.

Exemplum.

Ad probationem secundæ partis opinionis secundæ dico, quòd illa conformitas nec est formalis ratio uirtutis moralis, nec est necessariò requisita, nisi in quantum uirrus moralis est aliquo modo principium merendi, & hoc modo intelligende sunt omnes aothoritates Sanctorum de cõnexione ulrtutum moralinm loquentium.

Tunc ergo probo secundam partem meæ opinionis, quæ ponit hanc secundam partem connexionis, quia ratio meriti est Charitas: Charitas autem præexigit omnes alias nirtutes aliquo modo, nt patebit.

Qdid sit ratio meriti.

Secundus articulus habet tres difficultates. Prima, Vtrum quælibet uirtus moralis appetitiua sit connexa cum propria prudentia, hoc est, Vtrum stante intellectu in apice rationis, uoluntas possit eligere oppositum cõtra illum rectum rationis iudicium, & prudentiæ. Secunda, Vtrum tres uirtutes morales appetitiuæ ita necessariò sint connexæ cum prudentia, quòd exigant intellectum, quantum ad habitum. Tertia Vtrum prudentia sit una.

Gotfredus quol.5.q.12. quol.8.q.16. quol.19.q.13. quol.12.q.2. quere Albertum & alios, & Henricom infra.

De primo dicitur à multis, quòd sic, ita quòd noluntas non potest eligere oppositum eius, quod actu iudicat intellectus, sed necessaria malitia uoluntatis eacæcat rectum iudicij intellectus. Quod probatur per phylosophum 3. ethic, ubi dicit, quod Omnis malus est ignorans.

3.ethic.ca.3. 6.ethic.ca.15 Ps.2.c.3.

Item 6. ethi. uult phylosophus, quod si uolũtas est mala, intellectus malè dictat.

Item Augustinus super illud Psal. Loquetur ad eos in ira sua; ait; Obumbratio mẽtis sequitur eos, qui legem Dei transgrediuntur.

Item Dionysius de diuinis nominibus: Nullus operatur bonum, ad malum aspiciens.

Cap.3.

Item per rationem sic; Si prima praua electio uoluntatis non excæcat intellectum, pari ratione nec secunda, nec aliqua alia, & ita poterit esse uoluntas summè praua absque aliquo errore in intellectu, quod est ualde ablurdum, & cõtra omnẽ sententiam Sanctorum omnium.

Ad articulum autem, qui dicit, quòd stante intellectu uoluntas non potest elicere oppositum; dicunt, quòd nerum est, si intelligatur, quòd rectitudo in intellectu causet rectitudinem in uoluntate, quia tunc uoluntas nō liberè uellet bonum, sed cogeretur. sed si intelligatur consecutiuè, ita quòd ad reductionẽ unius sequatur reductio alterius, & è conuerso, & de errore similiter; Tunc dicunt, quod non est error, hoc dicere, immo uerum,

nec ſic intelligitur Articulus,

Pſ. 123. Quære Henricum quolib. 10.q.10. Pſal. 68.

CONTRA: Auguſtinus ſuper illud pſal. Forte uiuos deglutiſſent nos; Viui abſorbentur à morte, qui ſciunt malum eſſe, & conſentiunt.

Idem dicit ſuper illud pſalmi: Fiat menſa corũ coram ipſis,

Pſal. 118. Gimel ſermone. 8.c.3.& 4.

Item ſuper illud pſalmi: Concupiuit anima mea.

Item per rationem ſic: Volũtas nõ poteſt peccare, ſtante intellectu in apice recti iudicii, nunquam peccabit ex pura ignorantia, quæ excuſat peccatum. Sed conſequens eſt falſum, quia uolũtas in uia nõ eſt impeccabilis, nec omne peccatũ eſt ex pura ignorantia, immo quandoq; ex malitia, immo alias nullum eſſet mortale. Sequitur ergo illud Antecedens, ex quo ſequitur, ꝙ ſit falsũ. Nunc probo conſequentiam, ꝙ ſequatur ea illo Antecedẽte: Si uoluntas excæcat intellectũ, quãdo debet peccare, hoc eſt, quia cauſat in eo errorem oppoſitum illi recto iudicio, in quo erat, uel quia aduertit eum per ſuum imperiũ, ne actu conſideret. Sed non poteſt dari primum, quia ille error eſſet ꝗdã falſa intellectio. Nulla aũt Itellectio cauſatur in intellectu à uoluntate, ſed ab obiecto.

SI dabis ſecundum, ꝙ magis uidetur.

Cõtra: Omnis actus uoluntatis neceſſariò præexigit actum intellectus prius natura, & ſimul tẽpore; Ille ergo actus, per quem uoluntas imperat intellectui, quòd non actu conſideret, præexigit actum intellectus, tũc ſic: Si talis actus eſt rectus, uoluntas per te non poterit auertere intellectum per ſuum imperiũ ab illo recto iudicio, quia tũc contra iudicium rectæ rationis, ſi non eſt rectus, ergo faciendo contra eum, non erit peccatum, niſi puræ ignorantiæ, & totum, quod ſequitur, erit ex pura ignorantia.

Si dicas, ꝙ non præexigit, tunc uoluntas aliũ actum in intellectu, niſi illud rectum iudicium, à quo eum auertit. Tunc ſequitur per te, quòd poſſit eum auertere, quia iam faceret contra rectum iudicium, cum auertere tale ſit male uelle: igitur ex hac ueritate patere põt intuenti diligenter, ꝙ ad ſaluandum, non eſſe peccatum, eſt ex pura ignorantia, immo ignorantia non eſt imputabilis, niſi malitia ſit cauſa illius ignorantię aliquo modo, & ſic neceſſariò oportet dicere, ꝙ uoluntas poteſt uelle, & eligere oppoſitum eius, quod dictat iudicium rectæ rationis, ſtante etiã tali iudicio in ſua rectitudine.

Confirmatur etiam iſte modus, quia damnati odiunt Deum, nec tamen ſunt ita excæcati, ꝙ iudicent Deum eſſe odibilem, immo oppoſitum iudicant, & ideo ſemper habent remorſum conſciẽtiæ. Nam ut dicit Iſaias, Vermis eorum non exinguetur,

Iſaiæ ca. ulti.

DICO ergo, ꝙ ſtante recto iudicio in intellectu, uoluntas poteſt uelle oppoſitum; & ex hoc ſequitur unum Corollarium, ꝙ poteſt ex illis rectis iudiciis aggenerari in intellectu prudentia, abſq; eo, quòd in uoluntate generetur bonus habitus moralis: immo uitium poteſt in ea generari ex illis malis electionibus, ut patet.

Corollarium.

AD authoritates omnes Sanctorum, & Phyloſophorum pro alia opinione, dico, ꝙ malitia in uoluntate dupliciter excæcat intellectum, poſitiuè. ſ. & priuatiuè, quia uolente eligere contra rectum iudicium rationis, auertit intellectũ, ne diu ſiſtat in illo iudicio. Nam iudicio ſtante, remorſus conſcientiæ ſurgit, & ita uoluntas aliquo modo triſtatur. Et ideo ad faciendam talem triſtitiã auertit intellectũ à tali iudicio, & ita excæcat eũ priuatiuè, quia tollit ei lumen, ut patet. Poſitiuè ẽt poteſt eum excæcare, quia facta electione illius praui finis contra iudicium intellectus, qui iudicabat illum non eſſe eligẽdum, ſed fugiendum; tũc uoluntas auertit intellectũ ab illo recto iudicio, & imperat ei, ꝙ intelligat ea, quæ faciunt ad illũ malum finem conſequẽdum. Et ita excæcatur intellectus, & poſitiuè per intellectionem eorum, quæ faciunt ad malum finẽ, & etiam per inueſtigationem alicuius rationis probabilis, & apparentis, probãtis illum finem iam electum eſſe bonũ.

Malitia in uoluntate duobus modis excæcat intellectum.

Speculatio ſingularis, & reſolutiſſima.

Per hoc patet, ꝙ ratio opinionis alterius eſt falſa, quia nõ poteſt diiudicare rectum iudicium, facta praua electione, ut patet ex dictis.

DE ſecũda difficultate dico, ꝙ omnes tres uirtutes morales appetitiuæ ſunt connexæ in Prudẽtia, quia ipſam neceſſario ſupponunt, Nam nõ poteſt eſſe appetitus rectus, niſi ſit conformis rectę rationi, ex 6. ethic. Habitus etiam moralis uirtuoſus non generatur in appetitu, niſi ex rectis actibus appetitiuis. ergo non generatur uirtus moralis in appetitu, niſi prius ſaltem natura generetur in intellectu habitus prudentiæ ex illis rectis rationibus.

D. Thomas prima ſecũdæ q.65. Art. 1. & Henricus quol.5.q. 16. & quol. 13.q. 14. 6.ethic. ca. 3.

Nũc igitur diligẽter ex iſtis duabus difficultatibus dictis, & ſolutis, attende, ꝙ licet prudentia nõ ſit neceſſariò connexa cum aliis uirtutibus moralibus appetitiuis, poteſt tamen aggenerari ſine ipſis, ut patet ex ſolutione primæ difficultatis. Ipſæ tamen ſunt connexæ in ea, quia quælibet ipſarum neceſſario ipſam præſupponit, ut patet ex modo dictis.

Sed eſt hic unum dubium, quia ex 6. ethic. Prudentia eſt ratio recta confiſsè ſe habens appetitui recto. ergo nõ eſt prudentia in intellectu ſine uirtutibus moralibus in appetitu.

Dubium. 6.ethic.c.3.

Dico tamen, ꝙ cum prius, ut ſit, non neceſſario dependeat à poſteriori, & prudentia ſit natura prior appetitu recto cum diffiniat ipſum. Ideo &c,

AD phyloſophum dico, ꝙ eſt cõfiſsè ſe habẽs &c. quia quantum eſt ex ſe eſt relatiuum ipſius praxis elicitæ, uel imperatæ à uoluntate, ut patet ex quæſtione de ſcientia practica in prologo primi libri ſent,

Vide quæſtionem de praxi & practica in prologo primi ſent.

DE tertia difficultate dico, ꝙ ſicut Ars reſpicit factibilia, ita prudẽtia reſpicit agibilia, nec eſt maior connexio hic, quàm ibi. Sicut ergo diuerſa factibilia reſpiciunt, & requirunt diuerſas artes proprias, ita diuerſa agibilia requirunt diuerſas prudentias proprias.

Confirmatur, quia ſicut affectus poteſt eſſe bene ordinatus circa aliqua agibilia, & mala circa

alia

alia in eligendo, ita intellectus in dictando. Nam quælibet uirtus moralis appetitiua præexigit proprium rectum dictamen intellectus.

6.ethi.ca.ult. Ad phylosophum ergo in 6.ethicorum dico, quòd ponit unam prudentiam unitate generis, sicut & unam temperantiam, & non quòd sit unus habitus unitate formali, & specifica.

Dubium. SED est dubium, Vtrum sint connexæ uirtutes infra idem genus, puta, utrum posiit dici prudens, qui est prudens circa aliqua agibilia, & circa aliqua non. Et temperatus, qui est temperatus circa aliqua, & circa aliqua non, puta circa commestibilia, & non circa alia, puta circa honorem, &c. Videtur, quòd sic, quia simpliciter saluatur in una specie, unde homo simpliciter est animal.

CONTRA: Qua ratione una species denominat, etiam alia opposita denominat. ergo simul erit prudens, & non prudens, temperatus, & non temperatus.

Responsio ad quæstionem, Scoti. RESPONDEO secundum Scotum in solutione ultimi articuli principalis istius quæstionis, quòd nec species uirtutis moralis infra idem genus sunt necessariò connexæ secundum aliquod esse perfectum, uel imperfectum. Quod probatur eodem modo, quo probatus est primus Articulus principalis.

Ad instantiam dico, quòd aliter fiunt denominationes secundum esse morale, quàm secundum esse logicum; Non enim proprie diceretur prudens, uel temperatus absolute & simpliciter, sed cum determinatione, ut in tali materia; immo potius absolutè denominaret uitium oppositum, quia ad hoc, quòd homo sit prauus sufficit unum uitium, sed ad bonitatem moralem non sufficit una uirtus, maximè, si insit positiue uitium.

Quo uirtutes morales non sint connexæ cum aliis. DE tertio Articulo principali dico, quòd uirtutes morales, nec quantum ad actum, nec quantum ad habitum sunt necessariò connexæ cum Theologicis. Quod patet, quia ex puris naturalibus possunt acquiri etiam ab uno Pagano. nec è conuerso est necessaria connexio. Quod patet, quia Puero in baptismo infunduntur Theologicæ uirtutes, & tamen non habebat morales acquisitas.

SED dices, quòd tunc infunduntur sibi.

DICO, quòd non est necessarium, quòd infundantur morales distinctæ à Theologicis. Quod patet, quia unus peccator conuersus habebit theologicas uirtutes, & non morales; Probo id quia si infunderentur sibi habitus morales uirtuosi in quocunque gradu, statim tollerentur oppositi habitus uitiosi, quos sibi acquisierat, ut patet, ergo statim delectabililer eliceret actus moraliter uirtutes, uel saltem non delectabiliter, & difficulter, cuius tamen contrarium experimur, immo difficulter abstinet talis ab actibus uitiosis, donec per exercitium aggeneret habitus corruptis oppositis uitiis, sed bene pro tunc remanent habitua uitiosi, ita quòd habitualiter adhuc est uitiosus, sed nō actualiter, quia cessant actus, sed quia Charitas uirtualiter est omnia uirtus, quia ipsa existente statim adultus potest elicere omnem actum moraliter uirtuosum circa quamcunque materiam, uel saltem fugere oppositum actum uitiosum. Ideo habens Charitatem diceretur quodammodo habere omnem uirtutem, & ideo dicit Gregorius in sermone de Apostolis, uel in homelia, quia etiam ipsa est preciosa ratio merendi; ideo ipsa dicitur forma, omnium uirtutum, & sine ipsa omnes dicuntur informes, quia ipsa per suam præsentiam omnibus dat rationem merendi, & per eius absentiam tollit eandem. Et ideo dixi superius in primo Articulo, quòd omnes uirtutes sunt connexæ in ueritate, quantum ad rationem merendi. Et dixi, quòd Charitas aliquo modo uel exigit omnes uirtutes morales, quia est uirtualiter omnis uirtus mō dicto. Dico autem, quòd de facto Deus tanquam Medicus perfectissimus, & liberalis infundit habitus morales pueris beatificandis, & peccatoribus conuersis, si prius moriantur, quàm eos sibi acquirant in instanti, quo eos beatificat.

Charitas uirtualiter est omnis uirtus.

Charitas est forma omnium uirtutum.

DE quarto Articulo principali dico, quòd nec uirtutes theologicę per se inter se sunt necessario connexæ, quod patet quia in patria manet Charitas sine fide, & spe, saltem quantum ad actum, & etiam quantum ad habitum secundum multos, uel saltem potest, in uia autem possunt manere fides, & spes informes, & sine Charitate, licet non è conuerso, ut patet.

In patria manet charitas sine fide.

TVNC ad argumēta dico, quod principalia duo prima uerum concludunt, & sunt pro me, ut patet.

Tertium etiam uerum concludit proprie accipiendo Virginitatem, sed largo modo post dici, quòd Castitas coniugalis stat cū Virginitate mētali, licet non corporali.

EODEM modo posset dici ad quartum, quia magnificus in actibus, & ubi oportet, potest esse humilis in mente, & ubi oportet, & similiter pauper in opere, uel in rebus, etiam uoluntarie pauper potest etiam mentaliter esse liberalis aliquo modo.

Concedo tamen quòd in summo non solum non sunt connexæ, immo sunt incompossibiles, quamuis sint species eiusdem generis uirtutis.

Authoritates D. Augustini & Phylosophi patent ex dictis.

DISTINCTIO XXXVII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXVII Quæritur,

VTRVM OMNIA PRAECEPTA decalogi sint de lege natura.

Seraphicus Bona. 3. sent. dist. 37. q. 3. Art. 1.
Scotus 3. sent. dist. 37. q. 1.
D. Thomas prima secundæ q. 100. Art. 1. & 8.
Ricardus 3. sent. dist. 37. q. 1.
Durandus 3. sent. dist. 31. q. 1.

Quæstio prima.

Magister agit de præceptis.

CIRCA distinct. trigesimam septimam quæritur, Vtrum omnia decem præcepta Decalogi sint de Legè Naturæ.

QVOD NON: Quæ sunt de Lege naturæ, sunt naturaliter nota. ergo. Maior probatur, quia sunt secundum dictamem rectę rationis. Minor patet per Apostolum ad Ro. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi Lex diceret: Non concupisces.

Roma. ca. 7.

Item in his, quæ sunt à Lege Naturæ, Deus non potest dispensare, sed dispensauit in aliquibus de istis, ut de Homicidio. sic habetur in Genesi. Vbi præcepit Abrahæ, quòd sibi immolaret Filium. Et in furto, quãdo præcepit filiis Israel quòd exspoliarent Egiptios. ergo. Maior probatur, quia quidquid dictat recta ratio naturalis, est iustum, & licitum naturaliter ex natura rei. & oppositum est illicitum; Sed Deus non faceret licitum esse illud, quod est de natura rei, & ex se illicitum. ergo.

Gen. cap. 22.

CONTRA: Quia omnia sunt secundum dictamen rectæ rationis, ut patet consideranti.

RESPONDEO, quòd aliquid potest dici de Lege Naturæ dupliciter; Vno modo strictè, & propriè, & hoc modo ea, quæ sunt de Lege Naturæ, sunt, uel principia practica non ex terminis, uel cõclusiones necessariò sequentes ex talibus principiis practicis, & ex terminis notis. Alio modo largè sunt aliqua de Lege Naturæ, quæ pro eo. s. quòd multum sunt consona talibus principiis practicis, uel conclusionibus. In his, quæ sunt de Lege Naturæ primo modo per nullam potentiam possunt dispensari, quia tunc fieret licitum illud quod de natura rei, & ex se est illicitum. In his autem, quæ sunt de Lege Naturæ secũdo modo possunt dispẽsari, quia ipsis recognitis, uel immutatis ad huc posset haberi ultimus finis, & intentus.

Aliquid põt dici de lege naturæ duobus modis.

Exemplum in politia cõmunitatis. Istud principium iuris supponitur per se uerum, quòd in tali politia sit pacificè uiuendum, sed ut pax ista melius cõseruetur, ordinatur, quòd possessiones omnium sint distinctæ, nam si omnia essent communia, infirmi, qui plus curarent de bono proprio, quàm de communi, possent turbare pacem in politia. ergo ista ordinatio est multum cõsona illi principio per se uero, sed tamen non est omnino necessaria, quia & si omnia essent communia, adhuc, si homines uellent, possent pacifice uiuere in politia.

Exemplum.

Tunc ad propositum dico, quòd præcepta primæ Tabulæ. s. Non habebis Deos alienos, non assumas nomen Dei in uanum, & memento, ut diẽ sabbati santifices. Ista tria, & maxime prima duo negatiua, sunt de Lege Naturæ primo modo. Et ideo nunquam Deus posset in eis dispensare. Nũquam enim posset permittere, quòd adorarentur plures Dii, aut alius Deus falsus, quia sibi fieret irreuerentia, sed de hoc est dubium, quantum ad illud, certum est, quòd non est de Lege Naturæ, nec alicuius Legis, quòd Deus sit colendus, & diligendus actualiter omni tempore, quia pręcepta affirmatiua nõ obligãt ad sẽper, nec est de Lege Naturæ, quòd colatur, & diligatur actu elicito in tali die, uel in tali tempore determinato.

Nota de pręceptis primæ tabulæ.

Præcepta affirmatiua nõ obligant ad semper.

ALIVD dubium est, quia uidetur, quòd non. Quia ex quo nõ tali vel tali tpe determinato, ergo pari ratione nec in tali, & ita in nullo per inductionem ab omnibus singularibus ad unũ uniuersale.

Dubium.

SED contra: Videtur ꝙ tunc Deus posset dispensare permittendo, ꝙ Creatura rationalis nunquam eũ diligeret actu elicito, quod uidetur ualde inconueniens. Credo, quòd sit de Lege Naturæ, ꝙ Creatura rationalis in aliquo determinato tempore colat, & diligat actu elicito, & cum dicitur non in isto, nec in isto; Dico, ꝙ quãdo actualiter occurrit sibi intelligere ratione ultimi finis Creatoris omnium, uel Redemptoris, & talium, ita ꝙ ratio dictat, ꝙ tunc est diligendus, & non occurrit sibi impedimentum, tunc dico, ꝙ nisi actu elicito eũ diligeret, sed ex sua prauitate, & malitia resiliret, dato, ꝙ non odiret, faceret contra Legẽ Naturę.

Opinio Authoris.

Præcepta autem secundæ Tabulæ sunt de Lege Naturæ secundo modo, quia licet nõ sint principia practica ex terminis notis, uel conclusiones ex his necessariò sequentes, sunt tamen eis multũ consona, & hoc secundum magis, & minus, secundum ꝙ patere potest. Et ideo in aliquibus de his potest Deus dispensare, exclusis tamen malis circunstantiis. Non posset. n. permittere furtum, uel homicidium faciendum cum praua intentione, & si praua intentio, uel alia praua circunstantia sit formalis ratio in pręcepto negatiuo, puta furtum, uel homicidium, uel concupiscẽtia, &c. huiusmodi: tunc potest dici, ꝙ dispensare potest in materiali, & non in formali.

Quę pręcepta secundæ tabulę sint de lege naturæ.

TVNC ad argumenta principalia dico: Ad primum, dimissa maiori, quæ posset distingui secundum prædictam distinctionem, ut patet; dico, ꝙ ad probationẽ Minoris. s. ad authoritatẽ Apostoli, quòd ipse tractat in parte illa de peccato originali, & tũc uult dicere, ꝙ nisi lex diceret: Nõ cõcupisces, nesciret concupiscentiã, quã experiebatur in se ipso esse sibi innatam naturaliter, uel inflictam propter peccatum, Quia Lex non prohibet naturalis hominis concupiscentias ideo nescientis, non refertur ad concupiscentiam præsertim cum alibi ipse dicat: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Sed refertur ad causam. Attamen, quia hoc non uidetur sufficere, quia ad huc sequitur, ꝙ non erat per se notum naturaliter concupiscentiam esse illicitam, ita potest dici, ꝙ istud præceptũ est secundæ tabulę, & ideo non est de Lege naturæ primo modo, & tunc erit respondendum ad maiorem per distinctionem.

Ad Rom. c. 7.

Ad secundum patet responsio per eam dist. Tunc potest dici, ꝙ tunc cum filiis Israel non dispensauit in furto, quia cum ipse sit Deus omniũ potuit eis concedere spolia egiptiorum, transferẽdo dominium ad eos.

Ad aliud oppositum dico, quòd non omnia sunt secundum dictamen rectæ rationis, tanquã

principia

principia practica nota ex terminis, uel conclusio nes, sed alia tanquam eis consona.

DISTINCTIO XXXVIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXVIII. Quæritur,

VTRVM OMNE MENDACIVM *sit peccatum.*

Seraphycus Bona. 3. sent. dist. 38. q.
Scotus 3. sent. dist. 38. q. 1.
D. Thomas secunda secundæ q. 110. Art. 3.
Ricardus 3. sent. dist. 38. q. 2.
Durandus 3. sent. dist. 38. q. 1.
Ioannes Bacconitanus 3. sent. dist. 38. q. 1.

Quæstio prima.

Magister agit de quibusdam peccatis pertinentibus ad explanationẽ quinti præcepti, puta de mendacio, & periurio, quæ in illo præcepto prohibentur.

CIRCA dist. trigesimam octauam quæritur, Vtrum omne mendacium sit peccatum.

QVOD non: Genesis cap. 22. Dixit Abrahã pueris suis, quãdo uolebat immolare Isaac: Expectate hic: Ego, & puer illuc properãtes, post quã immolauerimus reuertemur ad uos. Sed credebat occidere Isaac, & per consequens non credebat se reuersurum cum eo. ergo dixit contra illud, quod credebat in mente, & tamen non est uerisimile, quòd tunc peccauerit, quando debebat exercere illum actum obedientiæ, pro quo tantũ commendatur in scriptura.

Gen. ca. 42. Item Gen. dixit Ioseph Fratribus suis: Per salutem Pharaonis, exploratores estis. Similiter fecit

Gen. cap. 43. poni Scyphum in sacco Beniamin, & dixit, quòd auguratus est Scyphum, & tamen non dicebat uerum, quia non erat ei licitum augurari.

Exodi. cap. 1. Iudith. c. 10. Item de obstetricibus Pharaonis, & de Iudith coram Oloferne, & multa alia exempla sunt in scriptura.

Primo Regũ. cap. 21. Item simulatio in factis non est minus peccatum, quàm in uerbis, & tamen Dauid fingebat se fatuum coram Acchis.

CONTRA id est Augustinus in libro de mendacio in multis locis.

RESPONDEO, & dico, sicut cõmuniter dicitur, quòd omne mendacium est peccatum. Ratio est: Omnis actus substractus deformitati, ut sic, est

Quid sit mendacium. peccatum; sed omne mendaciũ est tale. ergo. Maior patet. Minor probatur, quia mentiri est cõtra mentem ire, & ita de sua ratione includit intentionem fallendi, & per consequens deformitatem, quia intentio fallendi est circunstantia mala. Sciẽdum est autem, quòd actus substractus non includit formaliter deformitatem semper, sed bene aliquis, ut odire Deum, &c. huiusmodi, & talis actus non potest separari à deformitate, & ideo nõ potest esse non malus. Sed actus substracti, qui pertinent ad præcepta secundæ tabulæ non includunt deformitatem semper, & ideo potest ab eis tollere Deus deformitatem, & ideo potest in illis præceptis dispensare. Hoc modo, potest elici actus sine deformitate, puta occisio hominis, acceptio rerum, idque genus alia. Sed tunc nõ proprie posset dici homicidium, uel furtum, quia hoc nomen furtum nõ significat præcipue actũ substractum, sed totum aggregatum ex actu, & circunstantia mala, scilicet deformitate, & ita mentaliter significat mentire totũ aggregatũ ex uerbis prolatis, & deformitate scilicet intentione fallendi, & ideo dixi, quòd hoc totum mentiri includit deformitatem, quod uerum est, ut patet. Sed quia actus substractus, puta prolatio uerborum de se non includit, ideo eadem uerba possunt proferri sine mendatio, ut patet.

In quibus præceptis potest Deus dispensare.

Triplex est mendacium.

SECVNDO uidendum est, quale peccatum sit mendacium. Vbi distinguẽdum est, quòd triplex est mendacium. Perniciosum, officiosum, & iocosum. Perniciosum est, quòd nocet uel ei, cui mentior, uel ei, quo, siue contra quem mentior, & tale mendacium semper est peccatum mortale; & secundum quòd magis, uel minus nocet; ita est magis, uel minus peccatum, puta, si nocet sibi contra fidem, uel contra mores, secundum quòd nocent falsi Prædicatores, & Hæretici, uel contra uitam corporalem, uel contra bona temporalia, sicut faciunt falsi testes, uel falsi accusatores, & inuidi, uel contra famam, sicut faciunt detractores, & sic de aliis. Et sic iudicandum est peccatum maius, uel minus, secundum quòd magis, uel minus nocet, & secundum quòd sit maius uel minus praua intentione, & secundum alias circunstantias personales, tam personæ mentientis, quàm personæ, cui mentitur, quàm etiam personæ, contra quam mentitur, sicut patet intuenti.

Quò nocent falsi concionatores, & falsi hæretici.

Quid sit officiosum mẽdacium.

Officiosum mendacium est, quod alicui prodest, & nulli nocet. Verbi gratia: Si furiosus uellet occidere quanquàm, & à me peteret gladium, & responderem, non habere, supposito, quòd haberem.

Iocosum est, quod uerè à mentiente dicitur, cum intentione fallendi, nec ipsum de se est aptũ natum fallere, immo statim apparet esse mendacium, nec per consequens per ipsum aliquis fallitur, immò audiẽtes statim animaduertũt, quòd ioco sè dicitur, & propter solatium. Ista duo mendacia semper sunt peccata uenialia in hõibus cõibus, in Viris autẽ perfectis possunt esse peccata mortalia dupliciter. Primo, si ex hoc scãdalizetur proximus, quia Vir perfectus debet cauere à scandalo proximi, non solum propter substractionem, cui de se est annexa aliqua culpa, scilicet uenialis, immò etiam propter substractionem actus neutri. Secundo, si Prælatus, cui ex officio suo conuenit alios iudicare, & etiam prędicare, si esset assuetus dicere talia mendacia in iudicijs, & in prędicationibus, uel etiam coram illis, quos habet iudicare, & prædicare; talis posset peccare mortaliter, quia redderet se suspectum de ueracitate illis, qui bus debet esse uerax, & ita posset cessare fructus prædicationis ex sola occasione.

Nota, & bene

Vir perfectus debet cauere à scandalo proximi.

Viri perfecti qui nam sint

In primo casu accipitur Vir perfectus: Religio

 sus,

Nota de concionatorib. & de nostris prælatis. sus, qui est perfectus ui suæ professionis. In secūdo soli Prælati, quibus ex officio conuenit prædicare, & iudicare, nec tamen excluduntur à primo casu, ut patet.

Ad principalia argumenta, siue Authoritates. Ad primam de Abraham, dicitur, quòd nullo modo fuit mentitus, quia firmiter sperabat, quòd Deus resuscitaret eum post immolationem. Erat enim in nullo dubitās de promissione sibi facta à Deo: In Isaac uocabitur tibi semen. (Gen. cap. 21.) Vnde dicit Iosephus in libro Antiquitatum, quòd per uiam eundo Abbraham cum Isaac dixit, quomodo miraculose fuit conceptus, & natus, & quòd Deus resuscitaret eum, si permitteret eum immolari; erat enim tunc Isaac. 33. annorum. Et ideo non potuisset eum immolare, si noluisset. (Nota hic pluta meditādo. Isaac erat triginta Aonorū.)

Opinio Scoti. Ad illud de Iacob uidetur Scotus concedere, quòd dixerat mendacium, sed fortè, quòd fuit mēdacium officiosum, quia debebat prodisse populo Dei futuro. Et licet noceret Esau; iste tamē profectus proponebatur ei nocumento, licet posset dici, quòd non fuit mentitus, quia ipse erat Esau primo genitus, & si non quantum ad personam, tamen quantū ad ius primogenituræ, quam alias sibi emerat ab Esau, ut patet. (Gen. ca. 25.) Et etiam quia Deus sic uoluit eum præscire descensurum ex eo populum suū, & ita mater eius Rebeccha diuinitus inspirata forte ad hoc eum induxit.

Ad illud de Ioseph cōceditur, quòd fuerint mēdacia iocosa.

Quære Nicolaum. de lyra ubique. Ad illud de Obstetricibus aliqui dicunt, quòd peccauerunt mortaliter, & ideo earum actus non meruerunt retributionem æternam, sed temporalem. Sed longè probabilius dicitur, quòd earum mēdacia fuerunt officiosa, quia pietate motæ mentiebantur, ut prodessent pueris iudæorum.

Ad illud de Iudith dicitur, quòd fuit mendacium officiosissimum, quo ad Iudæos, quos ex hoc saluare uolebāt, licet fuerit perniciosum ad Olofernem. sed ista officiositas præponebatur illi perniciositati.

Ad illud de Dauid potest etiam dici, quòd fuerit solatium officiosum, ut patet.

DISTINCTIO XXXIX.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXIX. Quæritur,

VTRVM OMNE PERIVRIVM SIT peccatum mortale.

Seraphycus Bona. 3. sent. dist. 39. q. 1. Arti. 1.
Scotus 3. sent. dist. 39. q. 1.
D. Thomas secunda secundæ q. 98. Art. 2.
Ricardus 3. sent. dist. 39. q. 1.
Durandus 3. sent. dist. 39. q. 5.
Ioānnes Bacconitanus 3. sent. dist. 39. q. 1.

Quæstio prima.

Circa dist. trigesimam nonā quæritur, Vtrum omne periurium sit peccatum mortale.

Quod non: Aliquando iuratur implendum aliud, quod ex se est illicitum, & peccatum mortale. sed nullum illicitum fit licitum per iuramentum. ergo tale iuramentum non est implendum, quia peccaret mortaliter, implendo. ergo periurare tale iuramentum non est peccatum mortale. Alias esset talis perplexus, quod non est dicendum in lege Christiana. 22. q. 4. in malis.

Item magis uidetur iurare per Deum, quàm per Euangelium, sed durum esset dicere, quòd iurare per Deum, & periurare sit peccatum mortale cum tota die homines sic faciant.

Item potest esse iuramentum incautum ex parte iurantis, dolosum, uel coactum ex parte faciētis iurare, sed talia iuramenta non uidentur obligare mortaliter ad impletionem. ergo.

Contra illud Exodi: Non periurabis, sed reddes Domino tuo iuramenta tua. Cap. 20.

Respondeo, quòd iuramentum est ultima assertio humana de dicenda ueritate, adducendo Deum in testem. (Quid sit iuramentum.) Propterea, quòd homo propter peccatum incurrit in istū defectū inter alios, quia non est sufficienter uerax, sed pronus ad decipiendum; ideo admuentus est modus iste iuramenti, ubi adducitur, & innocatur Deus in testē, qui nullo modo potest falli, & ex hoc statim patet, quòd periurium est peccatū mortale, quia in periurio fit irreuerentia Deo, ac si esset uerax. & posset falli & decipi. & ideo periurium est contra illud præceptum primæ tabulæ: Non assumes nomen Dei tui in uanum. (Per iuriū est peccatū mortale. Periurium est contra præceptum primæ tabulæ.)

Sed sunt hic duo dubia, Primum est: Vtrum in deliberatio excuset à peccato mortali. Secūdum: An iurans asserēdo illud, quod credit esse uerū per opinionē, & nō per uerā scietiā, peccet mortaliter.

Ad primum dico, quòd nullū periurium indeliberatum, & quotiescumq; iteratum est peccatū mortale. Sed tamen est diligenter attendēdum, quòd sicut dictum est de actu meritorio; ita suo modo dicendum est hic. Dicebatur. n. supra, cum ageretur de uirtutibus, quòd quis ita potest se exercere in bonis actibus, quòd aggeneratur in eo habitus inclinans ad bene agendum, ita quòd statim qn̄ præsentabitur sibi materia debita, eliciet actum laudabilē, nec tamen dicēdum erit, quòd talis actus nō sit meritorius, quia nō cum deliberatione elicitus, immo erit meritorius, & deliberatè elicitus, sed deliberatio in sic habituato fit tpe imperceptibili sicut ponebat exemplū de Cithareda, qui nunquā laudabiliter pulsaret, si semper die deliberaret, qn̄ dēt tangere chordā. (Pulchrū exemplum.) Ita in proposito pōt quis ita se exercere in malis actibus, quòd aggeneratur in eo habitus uitiosus, ita pfectè inclinās ad male agēdū, quòd statim, quòd accidit sibi materia, eliceret malū actū. Vnde talis non excusatur propter indelectationem; immo deliberatè malè agit; sed indeliberatio sit in tempore imperceptibili propter malam consuetudinem, & habitū indeliberatū, supposito quòd periurium, uel quicunque alius sit uere, & proprie indeliberatus nunquam est peccatum mortale.

Ad

Ad secundum Dubium dico, quòd cum iuramentum sit ultima assertio humana, ut dictum est supra, nunquam debet fieri de certo; Vnde siquis ex deliberatione iuret de aliquo absolutè, & asser tiuè affirmando uel negando illud, de quo nô est certus, quamuis illud credat probabiliter per aliquas coniecturas, peccat mortaliter; hoc patet, quia asserit se habere scientiam ex quo absolute iurat de eo, dc quo habet opinionem.

Pro Confessoribus. Item quia ex hoc possent sequi multa pericula, puta, si petatur ab eo testimonium, ut puta, Vtrum talis interfecerit talem, & q ipse credat, q sic; & iuret absolute, q sic. Ille forte ex testimonio huius punitur pœna mortis, & tunc posset contingere, quòd esset innocens.

Dubium. Est aliud dubium, quia periurium non uidetur esse contra præceptum primæ tabulæ, ut dixisti supra, sed potius contra præceptum secundæ tabulæ, ubi dicitur: Non reddes contra proximũ tuum falsum testimonium.

In periurio duplex peccatum. RESPONDEO, & dico, quòd in periurio est duplicitèr peccatum, & si non in omni, saltem in aliquo potest esse, sed mendacium cõtra proximũ, & illud est ibi materiale, & hoc est contra præceptum secundæ tabulæ, & hoc intendit Magister in littera. Et falsa inuocatio Dei in testem, sicut dictum est supra, & hoc est ibi formale, & hoc est assumere nomen Dei in uanum, & irreuerenter, Et hoc est q est contra præceptum primæ tabulæ, ut diai.

De speciebus iuramenti. SECVNDO est hic uidendũ principaliter de speciebus iuramenti. Vbi est sciendum; quòd quoddam iuramentum est assertorium, & de isto dictũ est iam. Et quoddã est promissorium, & illud semper est de futuro;

Triplex est iuramentum. Sed illud potest esse triplex: Coactum, Incautum, & Dolosum, & quartum potest esse carens omnibus istis circunstantijs. De iuramento coacto promissorio, Vtrum obliget ad obseruandũ, uidendum est, quæ coactio potest cadere in uirũ perfectum, & quæ in uirum alium, & de hoc sunt opiniones. Quære de hoc alibi in summis.

Iuramentũ incautũ est duplex. IVRAMENTVM incautum est duplex, uel quod cadit super materiam illicitam, puta iurare fornicari &c. huiusmodi, & talem non est seruandum, quia iuramentum nõ facit licitum, quod de se elt illicitum; tamen in actu iurandi peccauit mortaliter; Quia uel non intendebat facere, & tunc adducebat Deum in testimonium falsi, uel intendebat & tunc est peccatum mortale, quia uelle peccare mortaliter, est peccare mortaliter.

Quid sit iuramentum promissorium. ALIVD est iuramentum promissorium incautum, ut ab iurare opera perfectionis, puta non intrare Religionem, &c. huiusmodi, & tale etiam iuramentum non est seruandum, quia licet liciũ sit stare sine operibus perfectionis, non est tamẽ licitum cum opposito proposito, quia tunc poneretur obex gratię Spiritus sancti, & ideo in tali actu iurandi peccauit mortaliter, nisi adimpleat.

Quid sit iuramẽtum dolosum. Iuramentum dolosum est uerbo aliquid asser tiuè cum iuramento promittere, & mente opposi tum proponere, & tale iuramentum, esto, quòd sit de re licita, non est tamen obligatorium, quia nemo obligatur ad illud, cuius oppositum proponit, nisi forte alia iura obligarent eum. Sed dico, quòd non ex ui iuramenti. In actu autem talis iuramenti peccatur mortaliter, quia adducitur in testimonium Deus falsi propositi secundũ uerba.

Quartum autem iuramentum promissorium carens istis dictis circunstantijs, est obligatorium in tantum, quòd quandoq; iurans cum determinatione determinat non implere, peccat mortaliter. Sed circa istam materiã possunt multa dubia fieri, sed hæc in summis.

Ad argumenta principalia. Ad primum respõsio patet ex dictis; nam licet tale iuramentũ nõ sit implendum, peccatur tamen mortaliter in actu iurandi. Require hos casus in summis.

Ad secundum dico, quòd cęteris paribus maius iuramẽtum, quod esse põt, est iurare per Deũ, immo nullum aliud est magnum, nec licitum in quantum in illo, per quod iuratur relucet Deus, & quanto speculatius, & perfectius in eo relucet tanto iuramentum est maius. sed iuramẽtum per Euangelia est maximum, quia ex communi consuetudine approbata ab ecclesia tale est iuramentum solemne. Et ita semper præsumitur, quòd sit cum deliberatione. sed iurare per Deum, & per id genus alia ex usitato modo loquendi frequenter sit sine deliberatione, sed si quis solemniter, & cum deliberatione iurat per Deum, nec posset facere maius iuramentum, & periurare esset maximum peccatum, quantum ad culpam. periurãs autem per Euangelia esset magis infamis ex institutione ecclesiæ, non ex quantitate culpæ, non enim semper infamia sequitur quantitatem culpæ, sicut potest patere in multis exemplis. An iuramẽtũ iurare per Deum sit maius. An iurare per euangelia sit maximum iuramentum.

Ad tertium patet responsio ex dictis.

DISTINCTIO XL.

CIRCA DISTINCT. XL. ET VLTI. Quæritur,

VTRVM LEX NOVA SIT GRAuior ueteri.

Seraphicus Bona. 3. sent. dist. 40. q. 3. Art. 1.
Scotus 3. sent. dist. 40. q. 1.
D. Thomas prima secunda q. 107. Arti. 4.

Quæstio prima.

CIRCA distinc. quadragesimam, & ultimam quæritur, Vtrum Lex noua sit grauior lege ueteri.

QVOD sic: Noua includit totam ueterem, & addit aliquid plus. ergo est grauior. Consequentia patet: prima pars antecedentis probatur. Matth. Non ueni soluere legem, sed adimplere. Secunda pars probatur ibidẽ: dictũ est antiquis: Nõ occides, ego aũt dico uobis, q irascit fratri suo. &c. Matth. cap. 5.

Contra Matth. Venite ad me omnes qui laborati estis &c. Et infra: Iugũ.n. meũ suaue est. &c. Matth. ca. 11.

Grauitas legis ex duobus pendet.

RESPONDEO, quod ex duobus pendet grauitas Legis. s. ex onere imposito, & ex defectu adiutorij ad sufferendum onus impositum; ista ergo duo sunt hic uidenda. De primo dico, quòd in Lege ueteri fuerunt præcepta moralia, ceremonialia, & iudicialia.

Dubium.

DE moralibus dictum est supra, quòd illa eadem, quæ fuerunt in Lege ueteri, sunt in noua. s. decem præcepta. Sed dubium est, in qua Lege eorum obseruantia fuerit difficilior, & si uera fuit expositio Pharisæorum, qua docebant diligendum esse amicum, & licitum esse odire inimicum per locum à contrariis arguentes, & similiter, quod non essent prohibita præcepta actualiter, & huiusmodi. Tunc nostra essent difficiliora, hoc est, quod illa eadem tenemur obseruare difficiliori modo, & perfectiori, ut patet Matthei. Sed forte Pharisæi malè exponebant illa præcepta, ut tactũ fuit in præcedentibus. & ideo dixit eis Christus: Audistis, quia dictum est antiquis: & nõn dixit, quia scriptum est.

Mirabilis doctrina doctoris subtilis de conditionibus utriusque testamenti, & legis.

Matth. cap. 5.

Matth. cap. 5.

Quanã sint nostra ceremonialia.

DE ceremonialibus non est dubium, quòd illa fuerunt quasi incomparabiliter plura, & difficiliora; nam nostra ceremonialia non sunt nisi septem sacramenta, quorum ritus, & obseruantia facile potest impleri, ut patet; nec sunt ipsa omnia necessaria omnibus, sicut patet de matrimonio, & ordine, nisi forte dicas de confessione, cuius obseruantia uidetur multum difficilia reuelare. s. propria, & secreta peccata nota soli Deo, & sibi, quod est ualde uerecũdum, & pœnosum, ut uidetur, sed hic oppositum est remedium; Quia ne confidens ex hoc possit confundi; Confessor obligatur ad maximum sigillum secreti, & etiam rationabile est, quod quilibet in hac uita erubescat de propriis peccatis, ut ex hoc fugiat pœnam futuram pro eis debitam. Sed illa Lex habebat tot præcepta ceremonialia, quòd sicut dicit D. Augustinus ad inquisitiones Ianuarii, & ponitur in canone; Omnia Rabbi Moyses enumerat plusquam sexcenta præcepta ceremonialia, ad quæ omnia obligabantur & aliqua erant ualde grauia, ut quòd tribus uicibus in anno omne masculinum cõuenirer in Hierusalem, quantumcunque distarent, & quod tolleret septimum Annum propter quod duobus annis per debant fructus, & alia munera; unde dicebat Petrus secundo Actuũ. Quare uultis imponere nobis onus graue, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus?

Ad quid obligetur Confessor.

Tangitur in Canone dist. 12.

Exodi ca. 5. & uit cap. 25. & Deut. cap. 15.

Actuũ. c. 15

DE præceptis iudicialibus non est dubium, quod Lex Christiana in quantum à Christo immediate tradita, est leuissima, & illa erat grauis. Nam ibi dicebatur: Dentem pro dente, Oculum pro oculo, Pedem pro pede, & id genus alia. Debebat autem lapidari mulier de depræhensa in adulterio, & multa talia. Verum est, quòd eis non erat licitum aliquid addere ad præcepta iudicialia, sed nobis sic. Et ideo modo sunt tot addita per Rectores populi Christiani, tam spirituales, quàm temporales. Hinc hodie nostra præcepta indicialia sunt multo plura, & forte grauiora, sed factum est ad obseruandum bonum pacis propter discolos.

DE secundo Articulo principali dico, quod adiutorium collatum nobis ad portandum onus est longè maius, & perfectius, quia propter merita passionis Christi iam posita in effectu nobis datur longè perfectior gratia, cęteris paribus. Est. n. unum ualde notandum, quòd nobis pro isto onere promittuntur cęlestia, & ęterna. Vnde Faustus & Manichæus hæretici dixerunt Legem illã non esse ab uno Deo, pro eo, quòd non promittebat nisi terrena. Multò ergo leuius est nobis portare onus, quàm eis erat. Non est etiam omittendum de adiutorio, quòd nos habemus ex meritis Beatæ Virginis Mariæ, & Patris Nostri Francisci, ac Diui Antonij, nec non aliorum innumerabiliũ Sanctorum. Omnibus ergo pensatis, longè facilior & melior est lex nostra, quàm uetus.

Nota.

AD rationem principalem in contrarium dico, quòd & si Lex noua contineat omnia præcepta moralia ueteris Legis, & forte aliqua addat, uel saltem explicationem aliquorum de illis, alleuiatur tamen magis ex alia parte, quantum ad præcepta cęremonialia, ut patuit, & propter alia, quæ dicta sunt in secundo Articulo principali.

Et hæc de Tertio. Deo Gratias.



FRATRIS ANTONII ANDREAE MINORITAE CONVENTVAL.

SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORIS, ET EXPLORATORIS PROFVNDISSIMI IN QVARTVM SENTENTIARVM.

DISTINCTIO. I.

Circa Distinctionem primam Quæritur,

VTRVM CREATVRA POSSIT HABERE actionem respectu termini creationis.

Scotus 4.sent.dist.1.q.1.
D.Thomas prima parte summa q.45.Art.5.
Ricardus 2.sent.dist.1.q.4.Art.4.
Durandus 2.sen.dist.1.q.4.

Quæstio prima.

Vide Varronem, & alios côiter in principio secundi, ubi hanc qôné disputant.



IRCA distinct. primam quarti libri sentétiarum consueuit quæri, Vtrum Sacraméta nouæ legis habeant aliquam emicantiam respectu gratiæ; & quia gratia tantum creatur; Ideo quæritur sub hoc titulo: Vtrum potentia creandi possit communicari creaturæ aliquo modo, saltem, quòd creatura possit Creatori coagere.

Homilia 80. & ponitur in Canone 1.q. 1.Detrahe. QVOD SIC. Augustin.super Ioan.ait: Quæ est ista uirtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat? Sed cor non abluitur nisi per gratiam, ergo aqua baptismi creat in corde gratiam.

83.q.78. Item Augustinus ait: Ideo creatura non potest creare, quia agit per corpus, sed si ista est bona, consequentia patet, quòd Angeli, qui non agunt per corpus, potuerunt creare.

Item creatura potest anihilare, ergo pôt creare. Consequentia patet, quia eadem est distantia affirmationis ad negationem, quæ est èconuerso. Antecedens probatur, quia uoluntas ex se potest peccare, si peccatum corrumpit gratiam, sed gratia non corrumpitur nisi per anihilationem, sicut non producitur nisi per creationem.

PRAETEREA corrumpendo formam naturalē anihilat eam. Probo, quia non manet nisi in potentia materię, uel ergo manet eadem numero, & poterit duci eadem numero per agens naturale, quod est impossibile, uel solum manet eadem specie, & tunc habetur propositum; quia eadem numero uel est anihilata, uel transubstantiata.

Item effectus, qui non adæquat causam superiorem, potest produci à causa inferiori; sed gratia non adæquat primam causam, & eius causalitatem. ergo.

CONTRA id est Augustinus super Gen. dicēs: Ita Angelus non potest creare, sicut nec seipsum producere; sed patet, ꝙ nulla creatura potest seipsam producere. ergo. Lib.9.cap.21.

RESPONDEO, quòd in ista quæstione imponitur Magistro sententiarum, quòd ipse tenuit partem affirmatiuam; sed hoc nō credo esse uerum. sicut patet consideranti eius litteram. Concedunt communiter Doctores partem negatiuam, quam quidem probant sic: Primus terminus creationis est esse, ut patet per Authorem de causis. tunc sic: Effectus uniuersalissimus non potest esse nisi à cā uniuersalissima, sed esse est huiusmodi. ergo nō pôt esse nisi à Deo, qui est uniuersalissima cā. D.Tho.1.parte summæ q.45.Arti.5. 2.Physi. & 5 Met.

SI QVIS dicat, quòd effectus uniuersalissimus est, qui est ab uniuersalissima causa principali, sed non oportet, quòd sit ab uniuersalissima causa instrumentali, & sic creatura poterit creare, non sicut causa principalis, sed sicut causa instrumentalis.

CONTRA: Instrumentum habet aliquam actiuitatem respectu effectus principalis agentis, aliter frustra adderetur, & frustra esset diuersitas requisita inter instrumenta à diuersis agentibus in diuersis actionibus. ergo si creatura posset creare, sicut causa instrumentalis, haberet actiuitatem respectu ipsius esse, ꝙ est primus terminus creationis; sed hoc non potest fieri, iā probatum fuit, quòd respectu effectus uniuersalis causa quæcunque non uniuersalis actiuitatem aliquam habere non potest. ergo nec sicut causa principalis, nec sicut instrumentalis, potest creare, & per consequens nullo modo.

Hēricus quo lib. 4 q. ulti. & Ricardus in 2. dist. 1. Art. 4. q. 4. quære D. Bona.

ALII probant eandem negatiuam sic: Omnis causa secunda præsupponit primam, aliter non esset causa secunda in creando, & effectus primæ præsupponit effectum causæ secundæ, & etiam patet in exemplo. Nam uidemus, quòd effectus artis præsupponit effectum naturæ, sed omnis creatura est causa secunda respectu Dei: ergo præsupponit effectum Dei in materia, sed creatio nihil præsupponit. ergo,

Item distantia infinita non potest tolli per uirtutem finitam, sed inter contradictoria, quæ sunt extrema creationis, ut esse, & non esse, est distantia infinita. ergo nō poterit tolli per aliquam creaturam.

Opinio Authoris.

DICO, quòd conclusio uidetur mihi uera, sed rationes non uidentur mihi concludere, ideò soluam eas. Ad primam dico, quòd uniuersalissimū est æquiuocum, uel ibi accipitur pro perfectissimo, & tunc est uerum, quòd uniuersalissimus effectus est ab uniuersalissima causa, & perfectissimus effectus est à perfectissima causa; sed talis effectus non est nisi à causa principali, quem concedo non posse produci nisi à Deo. Si uero accipitur pro communissimo; tunc ratio nō ualet, quia effectus cōmunissimus est perfectior omni contento sub eo, & ita si creatura potest producere effectum determinatum particularem ipsum producendo primo, & per se producit consequenter omne superius, sicut in sex principijs dicitur, ꝙ natura in his latēter operatur, idest in uniuersalibus.

Perfectissimus effectus est à perfectissima causa.

Ad illud quòd additur de causa instrumentali dico quòd est falsum, quia non oportet quòd instrumentum per suam causalitatem attingat effectum principalis agentis, sicut patet quòd serra non attingit formam domus, est autem necessarium, & non frustra instrumentum, quia sibi debetur aliqua operatio propria quæ est necessaria ꝑuia ad effectum principalis agētis, ut patet. multæ enim actiones sunt sibi præcise quinque. &c.

Instrumētum est necessarium.

Ad primum alterius opinionis dico, quòd causa secunda præsupponit primam, & effectus effectum, quia actio secundæ causæ oportet quòd præsupponat effectum causæ primæ in quo recipiatur eius actio, & eius effectus, & hoc est, ꝙ quæritur quod tu non probas.

Quinq. sunt actiones instrumenti.

Ad illud quod dicit de arte, & natura non ualet quia ars est solum circa formas accidentales; accidentia autem requirunt subiectum, & ideo actio artis præsupponit effectum naturæ in quo recipitur; Ideo hoc non accidit propter ordinem causarum.

Ars est circa formas accidentales. Accidentis requirūt subiectum.

Ad secundum dico, quòd inter contradictoria non est aliqua magna distantia positiua nisi quanta est entitas alterius extremi, & ideo solum inter creaturam, & Deum, uel inter nihil, & Deum, est distantia infinita propter infinitatem alterius extremi. Dicitur autem inter contradictoria distantia infinita negatiue siue priuatiue iam determinata, quia negatio negat omne ens, & non hoc determinatum, & ideo pro quocūque ente tollitur, quòd inter contraria non est distantia determinata. Vnde albedo contrariatur soli nigredini, positiue uero maior est distantia inter contraria, quàm inter contradictoria, quia quāta est entitas utriusque extremi. Vel possumus dicere, quòd est duplex infinitas scilicet positiua, & permissiua. Dico, quòd inter Deum, & non Deum est distantia infinita positiua, quia unum extremorum, est infinitum; sed inter ens, & non ens est distantia permissiua.

Inter creaturam, & Deū, est distantia infinita.

Duplex est infinitas.

Ad quæstionem igitur dico, quòd creatio potest intelligi dupliciter, uno modo pro productione alicuius ab aliquo agente, non coexigente alia causa nec intrinseca nec extrinseca, nisi forte causa finali, nam finis mouet efficiēs, & ideo prior, & illo modo solus Deus potest creare, quia ipse solus est, qui non coexigit aliquam aliam causam nec conseruantem suum esse, cum sit necesse esse nec coagentem sibi, cum eius uirtus sit infinita, non autem excludit eius finis intētionem, cum sit agens non naturale, sed uoluntarium, & a proposito, immo agit propter seipsum tanquam propter finem, non quidem, quia ipse, qui est efficiēs sit finis sui ipsius, quia iam esset se ipso nobilior, sed est finis operati, ita ꝙ agit propter se tāquam propter finem actus sui operati ab ipso,

Creatio duobus modis intelligi potest

Solus Deus pōt creare.

Deus est agēs uolūtarium.

Deus agit ꝑ seipsum tanquā propter finem.

Alio modo potest accipi creatio pro productione alicuius effectus ab aliqua causa non excludente nisi causam materialem, ita ꝙ producat aliquid non de materia, & isto modo quæstio habet difficultatem.

De agente autem materiali quātū patet, quòd non, quia tale agens agit propter contactum, ergo oportet præsupponere passum in quo agit, & quod tangat, sed de Angelo, est difficile uidere, qui est agens immaterialis, & non quantum saltē quantitate mobili, licet uirtuali, & dico, quòd nō potest adduci demōstratio. sed fide tenemus Deū solum esse creatorem. sed propter authoritates sanctorum adduco unam rationē si ualet, ualeat, quòd scilicet Angelus non potest creare, arguo sic: Omnis actio Angeli, est accidens. ergo nō potest creare substantiam. antecedens probatur, quā omnis actio Angeli uel est intellectio, uel uolitio, uel operatio potentiæ motiuæ: secundum eos, qui

Quō Angelus nō possit creare.

ponunt

Intellectio Angeli est accidens.

ponunt eam distinctam ab alijs duabus operationibus, sed probo, quòd intellectio Angeli est accidens, & pari ratione erit accidens omnis euis operatio uel actio. hoc probo sic; Angelus potest intelligere infinita successiue distinctè, quia quodlibet indiuiduum continetur sub per se obiecto sui intellectus scilicet sub ente, & talia possunt esse infinita successiue, sed si eius intellectio esset substantia, & non tunc transiret, sed permaneret, eo quòd substantia tunc sequeretur, quòd per unicā intellectionem possent simul intelligere infinita distinctè, si darentur, & tunc oporteret, quòd talis actus esset infinitus intensiue ergo, sed tunc probo consequentiam, quia omne accidens depēdet a subiecto, & sic intellectio, uel actio Angeli intrinseca ex quo est accidens dependet ab ipso tanquam a subiecto; ita passio correspondens extra habebit dependentiam ab aliquo subiecto, quia esset accidens, & ita oportet supponere passum in quo agat. hic non bene uide intentionem Scoti, quia in diuersis libris diuersa legi.

Oē accidens dependet a subiecto.

Est autem punctus quæstionis: Vtrum Angelus possit dici creare posse, uel tanquā instrumentale agens: ita quòd esset instrumentum primæ causæ, uel principale agens, ita tamē, quòd sit causa secunda in agendo dependens a causa prima. Ita quòd primo modo quasi ipse coageret primo agenti in creando secundo modo quasi ipsum primum agens coageret sibi secūdum, quòd uniuersalissima causa coagit agenti in omni actione.

Sed utrum eliciendo omnem actum eundem, quem elicit causa secunda uel solum conseruando esse ipsi causæ secundæ, ita quòd secunda causa propter esse sibi datum, a prima causa, & actualiter conseruatum possit ex se totaliter, elicere actum, & producere effectum, ita quòd non oportet eundem actum elicere, & eundem actum elicitiue producere causam secundam, sed solum conseruare illum actum elicitum a causa secunda, & effectum prædictū de his sunt multæ opiniones.

Ad argumenta in contrarium. Ad primū principale dico, quòd aqua baptismi abluit cor, quiā causat in anima dispositionem ad quam necessaria creatur a Deo gratia ex eius ordinatione, eo modo quo dicitur hominem generare homines, quia introducit ultimam dispositionem, quæ uocatur necessitas.

Responsio domini Aureoli.

Aureolus dicit nullum positiuum causat in anima, sed solum applicat actiua passiuis.

Ad secundum dico, quòd Augustinus assignat unam causam qua creatura corporalis nō potest creare, sed non assignat ibi causam de creatura spirituali, uel solum unam causam tantum, sed non alias.

Ad tertium, quòd creatura non potest anihilare; ad primam probationem dico, quòd peccando non anihilat gratiam ipsa uoluntas creata nisi occasionaliter, quia ipsa peccante Deus subtrahit conseruationem gratiæ, & tunc gratia anihilatur, est ergo anihilatio non conseruatio licet non conuertatur, quia non omnis non conseruatio, est anihilatio.

Quæ sit Anihilatio.

Ad secundam probationem dico, quòd hic esset uidendum quid est forma esse in potentia materiæ, quia si aliquid positiuum, est in materia, ꝙ fiat forma esset aliter dicendum. Sed si nihil positiuum sit in materia, quòd fiat forma tunc non oportet, quòd cedat forma in eadem potentia numero nec spetie, quia nec unitas specifica nec numeralis competit ei, quod non dicit aliquid positiuum nec tamen forma anihilatur, cum corrumpitur nec creatur cum generatur, quia nec generatio incipit a termino formali per se ipsius formæ, nec terminatur per se ad ipsam formam, sed incipit a per se termino a quo ipsius compositi, & terminatur per se ad compositum, & quia aliquid essentiale ipsius compositi scilicet materia supponitur ideo generatio non est creatio, quia creatio nihil præsupponit cuius, & per se, & primo creatur, similiter, & corruptio incipit a composito, & terminatur ad non compositum, & quia remanet materia, quæ est pars cōpositi, non est anihilatio.

A quo incipiat generatio.

Generatio nō est creatio.

Ad quartum dico, quòd id quod creatur, & si non adæquat potentiam producentis quantum ad esse productum cum sit finitum adæquat tamen quantum ad modum producendi, qui producitur modo infinito, & ratione istius modi excedit omnem potentiam agentis inferioris.

VTRVM HAEC SIT RATIO DIFfinitiua, quam ponit Magister: Sacramentum est Inuisibilis gratiæ, uisibilis forma.

Scotus 4. sent. dist. 1. q. 2.
D. Thomas 3. parte summæ q. 60. Art. 2.
Ricardus 3. sent. dist. 1. q. 2. Art. 1.
Durandus 4. sent. dist. 1. q. 1.

Quæstio secunda.

Si sacramētū propriè non sit diffinibile, tamen aliquo mō pōt diffiniri utpote p quid nois.

SEcundo quæritur, Vtrum sacramentum possit proprie diffiniri. Videtur, quòd non, quia diffinitio non est entis, quòd non est per se unum 7. Met. sed sacramentum est huiusmodi. ergo. Probatio minoris: Accedit uerbum ad elementum, & fit sacramentum, sed patet, quòd ex uerbo, & elemento non fit per se unum, cum unum sit permanens. scilicet elementum, & alterum successiuum. ergo.

CONTRA id est Magister in littera, qui diffinit ipsum.

RESPONDEO, ꝙ primo uidendū est cuius est diffinitio, & cuius non est. Secundo Vtrum sacramenti sit diffinitio. Tertio Vtrum diffinitio Magistri sit propria.

Duplex est definitio.

Circa primum, est sciendum, quòd diffinitio duplex est, scilicet quid nominis, & quid rei, tunc aliquis habet quid nominis quando scit resoluere in suum significatum nomen. Tunc aliquis habet quid rei quando scit resoluere significatū in principia sua, ut diffinitū in principia diffinitiua; Tunc de primo dico, quòd omne quod potest concipi, & per nomen significari potest aliquo modo de-

scribi

scribi in qua descriptione explicetur, quod impli cite dicebatur per nomen, siue id tale sit ens rea le, uel secundum rationem, siue non ens, sed diffi nitio proprie dicta secundum Philosophum, est tanquam oratio longa uerum significans, & uerã quidditatem, uel essentiam diffiniti,

1. Topic. c. 4.

Quinque excluduntur a diffinitione proprie dicta.

Dico ergo, quòd quinque excluduntur a diffi nitione propriè dicta primum est non ens, & hoc habet ueritatem, siue sit non ens cui repugnat es se, siue sit pura negatio, uel priuatio, nullum enim tale habet ueram quidditatem, cum non habeat entitatem. Secundum, est ens non per se unum, ut dicitur 7. Met. Sed hoc est duplex, uel quòd sit u num, sed non per se, quia est ex rebus pluribus, eiusdem generis, & tunc dicitur quoddam totum aggregatum sicut aceruus lapidum, uel ex rebus diuersorum generum, & tunc dicitur unum per accidens sicut homo albus, neutrum horum po test proprie diffiniri, quia neutrum habet ueram quidditatem, sed plures. Accipitur autem hic unũ per se, uel quod est realiter compositum ex per se actu, & ex per se potentia.

7. Met. cõtex. 16. & inde. Ricard. lib. 4. dist. 1. Artic. 1. q. 2.

Tertium est ens diminutum. accipitur autẽ hic ens diminutum non omne, quòd est in anima su biectiue, quia etiam in anima sunt uere res de ge nere qualitatis, ut scientiæ, uirtutes, fides, & talia, nec omne, quod est in anima obiectiue, quia hoc modo uniuersale est in anima, & tamẽ diffinitur, sed illud, quòd est in anima non primo modo cõ sideratum secundum modum rectum, ex hoc est prima intentio, uel pertinens ad aliquid de gene re primæ intẽtionis, quod est, uel sit uera res, sed secundo modo consideratum ab anima per actũ reflexum hoc est, quod sit secũda intentio cuiusmodi sunt relationes rationis, talia enim cũ non habent realem entitatem, ex quinto Met. ideo non pro priẽ diffiniuntur. Quartum est ens simpliciter, uel simplex, quia secũdum Philosophum 8. Met. c. 3. diffinitio est oratio longa habens plures con ceptus, ergo quod nõ habet plures conceptus nõ potest proprie diffiniri, quia non potest explicari per sermonem longum, qui fit ex pluribus conce ptibus. Quintum est singulare nam cõceptus sin gularis aliquid plus dicit, quam sit quidditas, & positiuum, ut patet libro secundo q. de indiuidua tione, ergo non potest explicari per solam quiddi tatem. De secundo dico, quòd secunda conditio de illis quinque prædictis non tollit quin sacra mentum non sit diffinibile, quod sic ostendo: Sa cramentum secundum communem usum loquẽ di de ipso est sacra rei sensibilis infallibile signũ scilicet rei pertinentis ad salutem uiatoris, sed pa tet quod Deus per suam omnipotentiam potest creare talem rem sacram scilicet gratiam pertinẽ tem ad nostram salutem, ut patet, quòd isti rei sa cræ potest imponere aliquod sensibile infallibile signum signans ipsam ostensam potentialitatem ex parte Dei. Quapropter dico, quòd de facto est ita; Sed hoc non potest demonstrari, sed fide tenemus, & ex dictis, hoc igitur tale signum, est sacramẽtum; sed patet ex quo est sensibile signũ, quod est aliquid positiuum, ergo.

Scientia & uirtutes, sunt in Anima subiectiue.

5. Met. cõtex. 14.

8. Met. cõtex. 9.

2. lib. dist. 3. q. de indiuiduatione.

Nota & bene.

Secunda conditio secundum aliquos tollit a sacramento diffinitionem propriam, quod ut di cunt est unum, non per se, sed aggregatum ex ele mento, & uerbo, sed dico, quòd non tollit, quia si unum accidens esset in diuersis subiectis non es set minus diffinibile, quàm si esset in unum tantũ. Ita dico, quòd sacramentum non est formaliter elementum, & uerbum, sed est formaliter quidã respectus, ut patebit. Cuius respectus elementum & uerbum est fundamentum, gratia autem, quam signat est terminus, ergo sicut paternitas, quæ est in uno fundamento ad unum terminum est diffi nibilis, ita esset diffinibilis, si esset in duobus fun damentis, tamen ad eundem terminum, sed mate rialiter, & fundamentaliter, ut patet.

Tertia conditio uidetur aliquantulum impedi re cum non sit uera res extra animam existẽs, sed respectus rationis. Dico enim, quòd iste respe ctus, qui est sacramentum, non est realis, quia nõ consurgit ex natura fundamenti, ut patet, non. n. elementum, & uerbum de sui natura significant gratiam supernaturalem, sed ex Dei institutione significãt huiusmodi gratiam, ergo est respectus rationis, non ergo diffinitur diffinitione propria, qua diffinitur res extra animam, sed tamen, quia habet uerum conceptum, per quem potest expri mi, & explicari, iõ potest diffiniri, hoc enim mo do diffiniuntur intentiones omnes logicæ, non. n. habent esse extra animam, & tamẽ hæc diffinitio est propria, quantum sufficit ad rationem sciẽtiæ, alias logica non esset scientia.

Quõ diffiniãtur secundæ intentiones.

Quarta conditio non tollit, quia nullum acci dens potest sic impediri à diffinitione sibi debita, cum omne accidens diffinatur per additamentũ, & per consequens non habet conceptum simpli citer simplicem, quia conceptus accidentis, & su biecti non est idem, multo etiam minus in relatio nibus, ubi additur terminus. Circa quintam con ditionem nõ oportet immorari, quia patet quòd non habet conceptum singularem, sed uniuer salem.

De tertio articulo principali dico, quòd diffi nitio Magistri est uera tam prima, quam secũda, sed prima est quasi præcipua Metaphysica, quia non concernit, nec explicat nisi formalitatem sa cramenti, scilicet terminum, & signũ, ad quod est; non enim respectus potest formaliter diffiniri si ne comparatione ad terminum, cum relationis es se, sit ad esse. Secũda uero diffinitio est quasi Phy sica, quia etiam addit materiam scilicet uisibiliter esse, sic ad esse. Completa autem diffinitio sacra menti est ista: Sacramentum est signum sensibile gratiam Dei, ex institutione diuina significans, or dinatum ad salutem hominis uiatoris. Signum po nitur pro genere. Sensibile notat fundamentum, gratiam Dei; Ecce terminus; ex institutione diui na significans, Ecce formalitas sacramenti: ex in stitutione diuina, & efficaciter sunt differentiæ. Vna significans hoc diffinitũ esse respectũ ratio nis; alia specificans ipsum ultimatè, sed ordina tum &c. hic tangitur finis.

Quõ diffinitio Magistri sit uera.

Speculatio notabilis de diffinitione sacramenti.

AD ARGVMENTVM principale responsio patet ex

ex dictis, ꝙ illa sunt materialia in sacramento scilicet elementum,& Verbum &c.

VTRVM PRO TEMPORE CVIVS cunque legis à Deo datę debuerit institui aliquod Sacramentum.

Seraphycus Bona.4.sent.dist.2.q.1.Art.1.
Scotus 4.sent.dist.1.q.3.
D.Thomas 3.parte summę q.61.Art.3.
Ricardus 4.sent.dist.1.q.2.Art.2.
Durandus 4.sen.dist.1.q.2.

Quæstio tertia.

Sacramenta propter quinque esse instituta, unde ad hoc D.Bona. distinc.presenti parte.1.q.1. Contra Faustum.19.

TERTIO quæritur, Vtrum in omni tempore cuiuscunque legis fuerit à Deo institutum aliquod sacramentum saltem contra originalem culpam.

QVOD NON: Quia tempore legis naturæ non legitur fuisse institutum aliquod sacramentum.

CONTRA id est D. Augusti. In nullum nomen religionis possunt homines coagulari, seu uerum, seu falsum, nisi aliquorum signorum uel sacramentorum consortio colligentur.

RESPONDEO, & dico, quòd omni tēpore post lapsum fuit homini necessarium remediū,& nullo tempore dimisit Deus humanam naturam sine necessario remedio ad salutem, sed deletio originalis culpæ erat necessaria ad salutem.ergo signū aliquod dimisit ad sciendum quando culpa esset deleta; & si ad deletionem culpæ sufficeisset in adultis aliquis bonus motus intrinsecus contritionis, non tamen in paruulis, qui non poterant talē motum habere.ergo ad sciendum pro certo, quādo originalis culpa esset dimissa, necessariū erat aliquod signum sensibile. ergo in omni tempore cuiuscunque legis,est dicendum, ꝙ fuit à Deo aliquod sacramentum constitutum,saltem cōtra originalem culpam, & hoc dico post lapsum. Patet enim, quòd tempore innocentię non erant necessaria sacramenta,quia nō erat morbus, cōtra quē essent habenda sacramenta, tanquam spirituales medicinæ,& etiam ad salutem. Illi autem sunt in termino certo salutis.

Deus nūquā reliquit genus humanū sine remediis.

Ad argumentum principale dico, quòd non omnia scripta sunt,nisi necessaria ad salutem.

VTRVM SIT POSSIBILE ALIquod sacramentum quantumcunque perfectum habere causalitatem actiuam respectu gratiæ conferendæ.

Seraphicus Bona.4.sent.dist.1.q.4.Art.1.
Scotus 4.sent.dist.1.q.4.
D.Thomas 3.parte summæ q.62.Arti.4.
Ricardus 4.sent.dist.1.q.2.Art.4.
Durandus 4.sent.dist.1.q.5.

Quæstio quarta.

QVARTO quæritur, Vtrum sit possibile aliquod sacramentum nouæ legis habere causalitatem actiuam respectu gratię conferendæ.

QVOD SIC: Augustinus super Ioan.homil.loquens de aqua baptismi dicit sic: Quæ est ergo tāta uirtus aquæ baptismi, ut corpus tangat, & cor abluat. Sed patet,quòd cor idest anima non abluitur nisi per gratiam.ergo uirtus aquæ baptismi aliquam causalitatem actiuā habet respectu gratiæ.

Homel. 80. Vide Varronem de hac materia in 4. q.1.

CONTRA id Augustinus: Quædam sunt, quæ Deus efficit per seipsum, sicut est illuminare animas,non autem illuminatur anima à Deo,nisi gratiam infundendo. ergo nullam habebunt actiuitatem.

83.q.53.

RESPONDEO, & dico, quòd ab aliquibus dicitur,quòd necesse habemus dicere, quòd sacramēta nouæ legis habeant aliquam causalitatem actiuam respectu gratiæ, tū propter authoritates Sanctorum,quæ hoc sonant, tum propter ecclesiæ dictum, tum propter distinctionem ipsorum à sacramentis ueteris Legis. illa enim significabant gratiam.ergo ista,quæ sunt perfectiora,non tantum significant,sed aliquo modo causant. Dicunt tamen isti,quòd non causant gratiam,ita ꝙ gratia sit terminus actionis,uel causationis ipsorū, quia ipsa creatur.sed causant dispositionem ad gratiā, quæ gratia est forma supernaturalis, & per consequens dispositio ad eam est aliquo modo supernaturalis,& ideo consequenter dicunt, quòd in sacramēto est aliqua uirtus supernaturalis,qua mediante sacramenta causant dispositionem ad gratiam.

D.Tho. in 4. dist.1.parte illius qōnis.

Quō sacramēta nouæ legis causent gratiam.

CONTRA: Vel ista dispositio ad gratiam educitur de potentia subiecti,uel non; si sic, igitur non est ibi necessaria illa uirtus supernaturalis indita sacramentis, quia sola uirtus naturalis sufficit ad educendum de materia, uel de potentia materiæ. Vel dicas,quòd forte educatur de potentia obiectali subiecti omne, quod est ibi in potentia naturali.

PRAETEREA hoc non potest dari, quia quando subiectum respectu formæ est in pura potentia obiectali; non est in potentia naturali ad eius dispositionem,si non;ergo causatur, sed non conceditur,quòd aliqua uirtus finita potuit creare,ut fuit habitum in prima quæstione.

Dico ergo, quòd sacramenta nouæ legis causalitatem actiuam non habent respectu gratiæ. Vbi sciendum est, quòd necessitas eorum, quæ sunt ad finem,sumenda est à fine. Finis autem sacramenti secundum omnes loquentes de sacramento est gratia, Gratia autem secundum omnes supernaturaliter creatur. Igitur nulla necessitas est, quòd sacramentum habeat aliquam necessitatem respectu gratiæ, uel respectu dispositionis ad gratiam aliam ab ipso sacramento,quia talis dispositio non requiritur,ex quo gratia creatur,ubi autem non est necessitas multitudinis, multitudo est euitanda secundum doctrinam Philosophi 1. Physi.

Hanc opinionē in sequuntur D. Bona. Scotus Durādus,& Ricardus.

Phyſi, ergo nec per conſequens ponenda eſt in ſacramentu aliqua ſupernaturalis uirtus actiua; ſed propter authoritatea Sanctorum, quæ ſunant, ꝙ ſacramentum uerè eſt aliquo modo cauſa gratiæ inſtrumentalis, & per ipſum uerè dicitur, quòd inducitur gratia, Ideo primo declaro, quod probabiliter poteſt ſuſtineri, quòd uidelicet inſtrumenta non habent aliquam actiuitatem reſpectu effectus inſtrumentalis, ut uerbi gratia; Serra, probatio illius: in ſerra ſunt quantitas figurarum, & motus localis, Sed patet, quòd neutrum eſt forma actiua; nec ualet, ſi dicatur, quòd durities, quæ eſt ibi, eſt qualitas actiua reſpectu ſectionis, quia ſi Deus ſepararet duritiem in omittendo, hoc eſt in dimittendo ſerram, quo ad alia, & non induceret mollitiem, adhuc ſequeretur idem effectus, ſcilicet ſectio; ſectio igitur effectiue eſt à ſolo ſecante, ſed requiritur ſerra ad expellendas partes ligni ſecum proportionem partium in ſerra; Ita quòd inter ſerram, & Lignum, ſiue inter partes ſerrę, & inter partes ligni non eſt repugnantia actiui ad paſſiuum, ſed formalis, ſcilicet, quòd duo corpora non patiuntur ſe in eodem loco, ſicut etiã ſuo modo, inter albedinem, & nigredinem reſpectu eiuſdem ſubiecti non eſt repugnantia actiui, & paſſiui, ſed formalis, ut patet, Quia albedo nõ agit in nigredinem, nec èconuerſo, ſic igitur ſequitur, quòd cauſa inſtrumentalis nõ dicitur pro eo, ꝙ reſpectu actus habeat actiuitatem, ſed quia recipit in ſe ab agente principali unum effectum neceſſariò primum, ſecũdum naturam ad effectum principaliter intẽtum, ſicut ſerra recipit in ſe motum localem, qui eſt effectus primus ad ſectioné. Ita ſuo modo in propoſito ſacramentum, reſpectu gratiæ, eſt cauſa inſtrumentalis. Vel poteſt dici iſto modo; Cauſa inſtrumentalis non ex hoc, quod habeat reſpectu gratiæ aliquam actiuitaté, ſed quia eſt quidam effectus primus ad gratiam, & neceſſario primus, quia ex Dei pacto. Et ſi dicatur, quòd non eſt ſimile, quia ſacramentum in ſe non ſuſcipit effectum ab aliquo præuiũ ad gratiam, ſicut ſerra recipit motum localem. Dico, ꝙ ſicut ſerra ſuſcipiens motum localem dicitur inſtrumentum, ita motus localis ſuſceptus poteſt dici inſtrumentum. Vnde uerè dicitur, quòd ſecans ſecat per motum localem ſerræ, ſicut per inſtrumentum ſuum, ita in propoſito poteſt dici, ꝙ Deus inducit gratiam per ſacramentum, tãquam per ſuum inſtrumentum ſuppoſita ſua ordinatione, hoc eſt, quia ſic ordinauit,

Doctrina ſingularis peripatetica pluri mos latẽs philoſophantes.

Ex ultimo dicto patet aliqualiter ſecundum, quod eſt declarandum ſcilicet; Vtrum per ſacramentum inducatur gratia. Quod ſic declaro aliqualiter; Sicut enim per meritum inducitur præmium, & meritum eſt cauſa præmij, non quòd effectiuè, nec quòd meritum ſit ſuſceptiuum præmij, tanquam ſubiectum; ſed quia eſt effectus prę uius ad præmium, ita eſt in propoſito, quòd ſacramentum non cauſat gratiam effectiuè, nec per uirtutem aliquam exiſtentem in ſe, cauſat diſpoſitionem ad gratiam; ſed dico, quòd ipſum ſacramentum eſt quædam diſpoſitio ad gratiam, nec ex natura rei hoc eſt, ſed ex Dei pacto; uel eſt effectus præuius, ſicut dictum eſt, uel applicãs actiua paſſiuis, ut dicit Aureolus.

Explicatiſſime iſtũ modo in Cõci. Trid. ſeſſ. 7. in prologo, Canone 5. decretũ eſt ſacramẽta cõferre gratiã, non ponentibus obicem.

Opinio domini Aureoli.

Ex dictis patet ad duo motiua opinionis alterius ſcilicet ad authoritates Sanctorum, & ad commune dictum, quomodo ſcilicet ſacramenta nouæ legis efficiant, quod ſignificant.

Ad tertium uero motiuũ dico, ꝙ diſtinctè iſta ſacramenta, & illa ſignificãt. Nam iſta modo prædicto efficiunt gratiam perfectiorem meritis, ſcilicet paſſionis Chriſti.

Aliqui dicunt hic, quòd ſacramenta ueteris legis ordinata principaliter ad delendam culpam, & ex conſequenti ad collationem gratiæ. Sacramenta uerò nouæ legis èconuerſo, & in hoc diſtinguuntur.

Varro in 4. diſt. 1. q. 2.

Contra: Agens ſecundum rectam regulã prius intendit finem, & quod èſt melius; ſed gratia eſt finis deletionis, & illud, quod melius eſt, & Deus agit ſecundum rectam regulam, ergo.

Magiſter ſẽt. in 4. diſt. 1. ca. ultimo.

Alij dicunt, quòd in ſacramento ueteris legis non conferebatur gratia, ſed tollebatur culpa, & poſtea conferebatur propter alia bona opera, & hoc dicunt eſſe tenendum propter authoritates Sanctorum, quæ negant gratiam. à ſacramentis ueteris legis,

Contra: Tunc purè circunciſus, & immediatè mortuus, non fuiſſet ſaluatus, quia nemo ſaluatur ſine gratia. Quod eſt inconueniens dicere.

Alij Dicunt, quòd Deus nec de potentia abſoluta, nec de potẽtia ordinata poteſt tollere ab anima culpam, ſine infuſione gratiæ. Ratio auté eorum eſt, quia ſtante ſubiecti conſtantia, ſecũdum eos dico, ꝙ non poteſt tolli priuatio niſi infundatur habitus, ſed peccatum eſt priuatio gratiæ; gratia autem habitus in anima, ergo.

Item omnis mutatio terminatur ad aliquã formam abſolutam, ſed cum anima mundatur, à culpa mutatur. ergo debet ad aliquam formam abſolutam terminari.

Contra: Deus poteſt hominẽ reparare, qualem creauit; ſed creauit eũ ſine culpa, & ſine charitate, ſed ſolum cum rectitudine originalis iuſtitiæ. ergo poteſt eum reparare ſine culpa, & ſine charitate. Minor patet, ſaltem de poſſibili, quia neutrum eſt de eſſentia hominis, nec culpa, nec gratia.

Dico ergo quantum ad hoc, quòd Deus de potentia ordinata non poteſt, ſed de potentia abſoluta poteſt, quia ordinauit ſic diuina potentia, ꝙ homo poſt lapſum, uel eſſet ſub culpa, uel eſſet ſub gratia.

Ad primum in contrarium dico, quòd Gratia, & culpa non ſunt immediate contraria circa animam abſolute, & ex natura animæ, quia mediat originalis Iuſtitia, ſed ſunt immediatè ſolum ex ordinatione diuina poſt lapſum. Per idem reſpondetur ad ſecundum, ad authoritatem Auguſtini. Ad principale dico, quòd eſt potius pro me, quia patet, quòd nulla uirtus creata collata aquæ poteſt gratiam creare, quia creatur, ſed cor, ideſt anima abluitur per gratiam, igitur illa uirtus aquę, de

Quõ gratia & culpa ſint immediata contraria.

qua

qua loquitur Augustinum, non est uirtus aquæ insistens, sed uirtus Dei assistens. &c.

DISTINCTIO. II.

CIRCA DISTINCTIONEM II. Quæritur,

VTRVM SACRAMENTA NOVAE legis habeant efficaciam a Christi passione.

Scotus 4. sent. dist. 2. q. 1.
D. Thomas 3. parte summæ q. 62. Arti. 5.
Ricardus 4. sent. dist. 1. q. 3. Art. 4.

Quæstio prima.

(In hac 2. dist. Magister incipit agere de sacramentis nouæ legis. 2. phys. com. 17.)

CIRCA dist. secundam quæritur primo, Vtrum sacramenta nouæ legis habeant efficaciam à passione Christi.

VIDETVR quòd non, quia causa in actu, & effectus in actu simul sunt, & non sunt secúdo Physic. Sed passio Christi non est modo in actu, & sacramenta. ergo.

CONTRA id est Magister in littera. & August. 15. de Trin. (15. de tri. ca. 16.) In ista quæstione primo per ordinem tria declarabo: Secundo respondebo ad principale quæsitum. Primo dico, quòd cognitum fuit in noua lege habere perfectissima sacramenta. Secundo, quòd omnia sacramenta nouæ legis fuerunt instituta à Christo. Tertio, quod omnia habent efficaciam à passione Christi.

(Vide D. Bon. & alios Antiquos hic.)

Primum probo sic: Quando in aliquibus est processus de imperfecto ad perfectum, ultima hábent maiores perfectiones prioribus, sed in legibus est dictus ordo, ergo Lex noua, quæ est ultima, habet, & habere debet pfectiora sacraméta.

Confirmatur, quia perfectior est scientia de præsenti, quam de futuro, sed sacramenta nouæ legis Christus instituit, qui erat præsens in re, illis autem de alijs legibus christus affuit in spe tantum, & per fidem, ergo. Et quòd ista lex sit ultima, etiam ultra quam nulla erunt perfectiora sacramenta, patet per Matthæum: (Matt. cap. 26.) Hic est calix noui, & æterni testamenti, id est post quod nullum aliud erit.

(De sacramentorum institutione.)

Secundum probo per singula sacramenta, nã patet de Baptismo, quòd à christo fuit institutú, quia Apostoli baptizabant, ipso uiuente, ut patet per Ioan. (Ioan. cap. 3.) Vnde uenit Iesus in Iudæam, & morabatur cum eis, & baptizabant, & ipse præcepit eis, quòd baptizarent, cum dixit: (Matt. cap. ulti.) Euntes docete omnes gentes, baptizantes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Quando autem fuerit institutum, patebit suo loco. De Eucharistia etiam patet, nam fuit prolixè prædicata, & prædicta per Ioan. (Ioan. cap. 6.) ubi dicitur: ego sum panis uiuus, si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum, & in eodem: Caro mea, idest corpus meum, uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. Et instituta fuit in Matthęo: (Mat. cap. 26.) Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit. &c. De confirmatione patet per Ioan. (Ioan. cap. 20.) Accipite Spirituum sanctum, uel in die Penthecostes (Actuum. 2.) quando datus est Apostolis Spiritus sanctus. De Matrimonio patet per Matthæum, (Matt. cap. 19.) ubi christus approbat matrimoniú. De ordine patet per Ioannem: (Ioan. cap. 20.) Quorum remiseritis peccata. extra & per Matthæum: (Matt. cap. 26.) Hoc facite In meam commemorationem. Ista autem facere pertinet ad Sacerdotem, idest peccata dimittete, & corpus christi conficere. De prima & extrema Vnctione dicitur, quòd instituta sunt, cũ per Iacobum dicitur: confitemini alterutrum peccata uestra. Et cum infirmatur quis in uobis. &c. (Iaco. cap. 5.) Sed hoc non ualet. Iacobus enim non habebat authoritatem instituendi sacramenta, ibidem enim subdit: Et orate pro inuicem. &c. Sed certum est, quod tunc non instituit aliquod sacramentum, ideo nec quando dixit: confitemini. Dico igitur, quòd à christo sunt instituta. Patet de pœnitentia per Ioannem: (Ioan. cap. 20.) Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis, & cætera. Patet etiam, quòd promissa fuit à christo per Matth. (Matt. cap. 16.) Tibi dabo claues. Patet de extrema Vnctione per Marcum, (Marc. cap. 6.) qui dicit, quod Apostoli ungebat, oleo multos infirmos, sic igitur patet, quòd omnia sacramenta nouæ legis instituta sunt à christo, sed magis patebit suis locis.

Tertium sic ostendo: Deus, qui fuerat offensus per primum peccatum, statuit, nec reconciliari ei potuit perfectè humana natura, nisi per oblationem alicuius ei tantum, uel plus accepti, quantum primum peccatum fuerat ei inacceptú. Sed tale quidẽ non fuit nisi paslio christi, & patet, quod per sacramentum nouæ legis homo Deo perfectè reconciliatur, quia Deus aperuit hoi Ianuam, quod non faciebat ante. ergo & sic Deus. s. christus sua passione nos sibi reconciliauit. Nam ipse s. christus est pax nostra, (Ephe. cap. 2.) qui fecit utraque unum. Nam non corruptibilibus, auro, & argento redépti estis Deo uestro, (Primo petri cap. 1.) non cóuersatione patriæ traditionis, sed pręcioso sanguine Iesu christi.

Ad argumenta in contrarium dico, quod si passio christi nõ sit modo in actu, est tamẽ in acceptatione diuina, & hoc sufficit, ut Deus per eam conferat gratiam in susceptione sacramentorum, ut patet, quod quis confert alicui bona propter aliquod opus sibi acceptum, quod non est tunc in actu, (Pulchrum exemplum.) sed in memoria, & quando etiam solum est in opinione pro futuro. &c.

DISTINCTIO III.

CIRCA DISTINCTIONEM III. Quæritur,

VTRVM BAPTIZATVS BAPTISmo Ioannis necessario tenebatur baptizari baptismo Christi.

Seraphycus Bona. 4. sent. dist. 2. q. 3. Art. 2.

eam mutare, nec inuenitur in aliquo casu Decretalium de prohibitione. Forma autem Latinæ Ecclesiæ dicit. Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti, quam formam Minister istius Ecclesiæ tenetur obseruare, nec potest mutare.

De Trina autem immersione, uel una; idem dico obseruandum, quod in latina Ecclesia est consuetum, & concessum à Romana Ecclesia. Patet igitur quid dicendum sit de mutatione uerborum accidentaliter pertinentium magis ad hanc formam, Oportet enim exprimere, & baptizatum, & baptizantem iuxta illud Matthæi: Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, sed in secunda, & tertia persona non est determinata. Matth. ca. ult.

De mutatione essentialiter pertinentium ad hanc formam dico, quòd secundum Philosophũ quinto Physicorum. Mutatio est quadruplex scilicet ad substantiam, ad qualitatem, quantitatem, & ubi, & hoc erit, uel uariando uocem, & non significatum, uel uocem, & significatum uariando in substantia, quantitate, qualitate, & ubi. 5. Phys. con. tex. 7. 9. & 18. Mutatio quadruplex.

Potest ergo fieri mutatio istorum uerborum, in substantia, & hoc dupliciter, uel mutando uocem, & non significatum, uel uariando uocem, & significatum. Primum non tollit debitam formam, quia in qualibet lingua potest celebrari Baptismus, Forte tamen, quòd non esset licitum in lingua Latina Ecclesiam baptizare solemniter, nisi in Latino sermone, quia institutum est à Romana Ecclesia, quòd sacramenta ministrentur in Latino sermone. In qualibet lingua potest celebrari Baptismus.

Secundum potest esse tripliciter, uel uariando uocem, & significatum, uel secundum rem, uel secundum proprietatem, uel secundum modum primum: In nomine Patris, ponendo lapidem, uel alia huiusmodi, & sic patet, quod tollitur debita forma. Secundum dicendo genitoris, & geniti, & spiriti, & huiusmodi, & sic dico, quòd tollitur debita forma, quia Christus uoluit determinare, & exprimere illas proprietates, quas expressit per Matthæum. Matth. ca. ult.

Tertium potest fieri scilicet dicendo tres personas implicitè, & hoc sub nomine Trinitatis, puta dicendo: In nomine Trinitatis, uel in nomine Christi, nam in nomine christi implicantur tres personæ, scilicet Vngens, Vnctus, & Vnctio. Primum tollit debitam formam. Voluit enim christus explicari tres personas, ut patet Matth. secundum facit dubium. Nam in primitiua Ecclesia Apostoli baptizabant in nomine christi, ut patet actuum secundo, sed hoc dispensatiuè factum est, ut publicarent nomen christi, sed modo Minister, qui sic baptizaret, peccaret mortaliter, quia nulli licitum est mutare formam à superiori institutam. Matth. ca. ult.

Vtrum autem talis esset baptizatus, non audeo assentire contrarium, quia non inuenitur retractata illa dispensatio, nec adeo assentire, quod sic; quia nulli licitum est mutare formam, qua utitur modo Ecclesia, & ideo talis rebaptizandus est sub conditione. Nota pulchrũ dictum. Notabile documentum.

Mutatio uerò in quantitate potest fieri dupliciter scilicet addendo uerbum, uel subtrahendo primum dupliciter, uel scilicet addendo uerba cõ decentia illis, ut dicendo: In nomine Patris omnipotentis maioris, & Filij minoris, & huiusmodi, tunc dico, quòd tollitur debita forma, uel addendo uerba impertinentia, & hoc dupliciter uel omnino impertinentia, ut in nomine Patris, lapis est albus, & alia huiusmodi. Adhuc tollitur forma debita, uel non omnino impertinentia, ut dicendo: In nomine Patris, & tunc diceretur circunstantibus silere, & alia huiusmodi, & postea non replicando Patrem, sed subiungendo, & filij, & cætera, & tunc dico, quòd non tollitur debita forma, nec talis esset rebaptizandus. Subtrahendo uerò, dupliciter hoc potest fieri; uel subtrahendo totum unum uerbum, uel plura, & tunc patet, quòd tollitur forma debita, uel subtrahendo non totaliter, sed per sincopem, & tunc dico, quòd non tollitur, quia Deus non instituit uerba nisi signata. ergo sufficit ex quo audientibus caperentur signata, & dico, quòd talis non peccat, ex quo hoc non facit ex malitia, sed ex impotentia, nisi faceret ea contemptu.

De mutatione uerò in qualitate patet per illud: Retulerunt de consecratione. Si enim Minister faciat non ex malitia, sed ex ignorantia Grãmaticæ, dicendo: In nomine Patria, & filia, & spiritua sancta, uere baptizat. Sed mutatio uerborũ omnino corrumpens sententiam, ut: Ego patris te baptizo, Filij, & spiritus sancti; tũc patet, quòd tollitur debita forma, quia tenetur in proferendo indebitus ordo, & licet sit necessarium ex parte Ministri, cui nec licet uariare, non tamen uidetur necessarium ex parte sacramenti. De consecra. dist. 4.

De tertio principali dico, quòd materia dicitur respectu formę. Forma autem duplex est, ut dictum est in principio secundi articuli. Materia ergo respectu formæ primo modo ibi sumptæ est elementum, & uerbum. Materia autem respectu formæ secundo modo ibi sumptæ, est duplex, scilicet proxima, & hæc est ablutio, & remota, & hoc est elementum, & de ista materia quæritur hic. Forma duplex. Materia duplex.

Dico igitur quantum ad tertium principale, quod debita materia est aqua, quæ sit in specie aquæ, & apta ad abluendum; per primum excluditur uinũ, & acetũ, & omnis liquor alius ab aqua.

Sed si quæratur Vtrum brodium carnium, uel hmõi uel ceruisa, uel hmõi sit debita materia: Dico, q si sint in specie aquæ elementaris, quod sic. Sed dico, q nõ, si non sint in specie aquæ elementaris, & idẽ dico de alijs artificialibus, puta de aqua rosacea deq; alijs hmõi. Determinate aũt utrum talia sint in specie elementaris aquæ, uel non; hoc non pertinet ad Theologum, sed ad Physicum, cui licet scire naturas rerum, & si in talibus occurreret dubium, confugiendum est ad cautelam. s. ad baptizandum iterum sub conditione, si quis huiusmodi esset baptizatus. Quære Ricardum dist. præsenti q. 3. Ar. ti. 3.

Per secundum excluditur aqua imbibita spongiæ, uel in farina, sed luto multum spisso, &

etiam glacies, aut nix, aut grando. talia enim dum sunt in dicta dispositione, non sunt apta ad ablutionem, aqua uero turbulenta, uel turbida nō impedit, ex quo potest abluere.

VTRVM SACRAMENTA SINT solum ex institutione diuina.

Seraphycus Bona. 4. sent. dist. 1. q. 1. Art. 1.
Scotus 4. sent. distin. 2. q. 1.
D. Thomas 3. parte summa q. 63. Art. 2.
Ricardus 4. sent. dist. 2. q. 3. Art. 2.
Franciscus de May. 4. sent. dist. 2. & 3. q. 1.
Durandus 4. sen. dist. 2. q. 1.
Ioannes Bacconitanus 4. sent. dist. 2. q. 1.

Quæstio quarta.

De quarto principali dico, quòd sunt duo uidenda, primum est de tempore ordinato institutionis Baptismi. Secundum de euacuatione circuncisionis. De primo dico, ꝙ à Christo fuit institutum, uiuente ipso. sed tempus determinatum, & certum non legitur. Aliqui uolunt, ꝙ sit institutum, quando Ioannes Christum baptizauit. Sed hoc non potest esse, quia Ioannes Christum baptizauit, & nō in forma baptismi Christi. Tum quia institutor non fuisset Christus nisi materialiter, & passiue; Tum quia Christus disposuit materiam, quando fuit baptizatus à Ioanne, quia sanctificauit aquas per suum sacrum contactum. Aliqui dicunt fuisse institutum, quādo dixit Christus Nicodemo: Nisi quis renatus. &c. Nec uidetur uerisimile, quòd fuerit institutū, quando Christus dixit Nicodemo: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare Regnū Celorum; Quia iam solemne sacramentum non debebat institui sic occulte, sed publicè, & solemniter, saltem coram omnibus Apostolis.

Vocatur Baptismus Ioannis quia fuit primus promulgator.

Ioan. cap. 3.

Aliqui dicunt fuisse institutum in Ascensione, cum in die Ascensionis dixit: Baptizātes eos. Sed hoc non potest esse, quia Christo uiuēte Apostoli baptizabant, ut patet per Ioan. Vbi discipuli dixerunt ad Ioā. Ecce hic baptizat, & ueniūt ad eu,

Mat. cap. ulti.

Ioan. cap. 3.

De secundo dico tamen, quòd duplex est tempus baptismi, unum in quo fuit Baptismus sub cōsilio, & aliud, in quo fuit sub præcepto. Primum tempus incæpit ab illa hora, in qua fuit institutū, Secundum uero tempus non incœpit uniformiter apud omnes. Credo tamen quòd in Hierusalem in die Penthecostes incœpit. Nam usque adhuc Apostoli non prædicabant iuxta Christi mandatum: Sedete, inquit, in Ciuitate, donec induamini uirtute ex alto: Aut in die Penthecostes prædicarunt solemniter in Ciuitate, & conuersi sunt ad eos circiter tria millia, & baptizati sunt. Ex tunc autē exierunt ad alias Ciuitates uicinas, & postea per totum Mundum iuxta illud Isaiæ: Ex Syon exibit lex, & uerbum domini de Hierusalem. Et ideo aliquibus incœpit illud tempus ad mensem post Penthecostem: Aliquibus ad annum: Aliquibus ad decem annos, secundum ꝙ citius, uel tardius prædicabatur Euangelium.

Duplex est tēpus Baptismi

Luc. cap. 24.

Actuum. 2.

Isa. cap. 2.

Tempus autem circuncisionis distinguit quatuor tempora. Aliquando enim Iudæis fuit necessaria. s. à tempore suæ institutionis, ut habetur Gen. Circuncidetur in uobis omne masculinū, & circuncidetur caro preputij uestri usq; ad horam Baptismi. s. qū fuit Baptismus institutus. Aliquando fuit eis non necessaria, sed utilis. s. toto tēpore Baptismi supradicto. s. tempore, cum Baptismus fuit sub consilio. Tunc enim qui uolebant baptizari baptismo Christi non tenebantur circūcidi, sed quid non oportebat eos non esse circuncisos. Aliqū uerò non fuit utilis, sed inutilis. s. in principio secundi temporis Baptismi. s. in principio primitiuæ Ecclesiæ. s. qū fuit sub præcepto. Tunc, n. tenebantur baptizari, quia tunc baptismus iā erat sub præcepto, ut patet, & non prohibebantur adhuc legalia, ut patet: Nā Paulus circuncidit Timotheum satis post illud tempus, ut patet, qūo Paulus, & Barnabas ascenderunt Hierusalē super illā qōnem, & qūo terminata est per Apostolos, qui erant Hierusalem, & præcipuè per Iacobum, qui ibi erat Episcopus, ut dicit Magister Historiarū, ꝙ ipse sententiando respondit, ut patet, qūo ipse prohibuit aliqua illicita legalia, & licet aliqua essent simpliciter illicita. s. fornicatio prohibita ex lege, & ita patet, ꝙ tunc temporis non erāt omnia legalia illicita, sed paulatim ordinata processu, & cum honore fuit sepulta Sinagoga cum suis ceremonijs. Aliquando uerò, sicut modo, & hoc est quartum tempus, & postquam Euangeliū Christi fuit plane prædicatū; Circūcisio fuit oino illicita, Vnde Apostolus ad Galatas: Dico, n. uobis: Si circūcideritis, Christus in hoc uobis nihil proderit,

Gen. cap. 17.

Actuum cap. 16. & 21.

Galat. cap. 5.

Sed contra hæc arguitur, & primo cōtra illud. quod dictū est de tpe tertio Circuncisionis: Nam hoc non uidetur uerū, quia Apostolus ad Gal. dicit, ꝙ ipse in faciē restitit Petro, qui timens offendere Circuncisos seruabat cum eis aliqua legalia, subtrahens se. &c. & in hoc dicit eum fuisse reprehensibilem. ergo.

Galat. cap. 2.

Itē contra illud, qđ dictū est de quarto tpe circuncisionis, ꝙ est illicita. Nam Gen. data fuit Habrahæ in fœdus sēpiternū. ergo nunq̄ euacuabitur.

Gen. cap. 17.

Itē Christus nō uenit soluere legē, sed adimplere, & confirmatur, quia ipse seruauit circuncisionem in seipso. Et omnis christi actio est nostra instructio secundum Augustinum.

Matt. cap. 5. Luc. cap. 2.

De uera Religione.

Ad primū dico, ꝙ de illo de facto uī esse controuersia inter tā solēnes Apostolos, Petrum, & Paulū, & iā egregios Doctores Hieronymū, & Augustinū. Sed, salua reuerentia aliorum, teneo cū Paulo, & Aug. Nā licet Apostoli, uel Prophetæ errare potuerint in factis, & uerbis, in quātum hoies, nunq̄ tñ errauerunt in quantum Scriptores sacri canonis. Vnde Aug. in Epist. ad Hieronymum, & ponitur in canone; His solis libris, qui canonici nominantur, hanc didici ferre reuerentiam, ut nullum illorum in scribendo errasse credam. Sed patet, quòd Epistola ad Galat. est de sacro canone, igitur necessariò habemus credere quicquid ibi scribitur uerū esse. Sed ibi dicit, quòd Petrus repre-

Dist. 9.

reprehensibilis erat, & subditur: quòd non rectè ambularet ad ueritatem euangelij. Ergo inquiren da est causa illius reprehensionis. Sed patet, quòd causa fuit obseruantia legalium absolutè, quia ita post illud tempus Paulus circuncidit Timotheū, & purificauit se in templo, ergo argumentum nō concludit. Potuit esse causa, quia cum Petrus cū Gentilibus conuersis non obseruaret legalia, & obseruaret ea cum eisdem in præsentia Iudæorū, quasi ex timore Iudæorum, poterit esse occasio Gentilibus, quod obseruarent ipsi legalia, uel huiusmodi alia.

Actuum cap. 16. & 21.

Ad secundum dico, ꝙ circuncisio fuit fœdus sempiternum, inter Deum & hominē partim in se, & partim in alio æquiualente, uel perfectiori. s. Baptismo, qui ei successit, cuius ipse erat figura, qui quidem baptismus durabit usq; ad Iudicium.

Ad tertium dico, quòd in lege Moysi erāt præcepta Legalia, Iudicialia, & Ceremonialia. Legalia Christus non soluit, sed adimpleuit & perfecit ut patet Matth. ubi præcepta decalogi perfectius exposuit, quàm Iudæi intelligerent. Iudicialia etiā non soluit, quātum ad uirtutem sed perfecit, quia talia instituta erant ad pacem seruādam, sed perfectius seruatur pax percutienti unam maxillam præbendo aliam, ut docuit Christus, quam eruendo oculum pro oculo, & dentem pro dente secundum legem. Ceremonialia etiam perfecit, quia sacramenta perfectiora instituit; quæ continent illa in uirtute, & ita eorum uirtus non est euacuata. bene dicit Christus: Nō ueni soluere, sed adimplere, idest perficere.

Matt. cap. 5.

Nota hoc pas sus mirabilis ad obstādum perfidiæ Iudaicæ.

Ad confirmationem dico, quòd non seruauit, ut necessaria, qui est nouæ legis lator, sed in alijs erat tunc licita circūcisio, immò necessaria, quia non erat Baptismus institutus, sed non Christo necessaria.

DISTINCTIO. IIII.

CIRCA DISTINCTIONEM IIII. Quæritur,

VTRVM PARVVLI SINT baptizandi.

Scotus 4. sent. dist. 4 q. 1.
D. Thomas 3. parte summæ q. 68. Arti. 9.

Quæstio prima.

Magister agit de suscipientibus Baptismum.

CIRCA dist. quartam quæritur primo, Vtrum paruuli baptizandi sint.

QVOD NON: In baptizato in baptismo requiritur cōsensus. Probo per oppositum, quia dissentiens non recipit effectum Baptismi, sed puer non potest consentire. ergo.

CONTRA id est August. de fide ad Petrum: Firmissime tene, & nullatenus dubites, quia pueri, qui sine Baptismo recedunt, æterno supplicio cruciabuntur. ergo.

Circa istam quæstionem sic procedam: Primo per ordinem septem declarabo. Secundo ponam quosdam casus. Tertio respondebo ad principale quæsitum.

QVANTVM ad primum, Vtrum puer sit baptizandus. Secundum, Vtrum puer baptizatus recipiat gratiam. Tertium, utrum puer possit baptizari in utero matris. Quartum, utrum adultus non consentiens sit baptizatus. Quintum, Vtrum recipiat effectum Baptismi. Sextum, Vtrum iā iustus teneatur Baptizari. Septimum, Vtrum omnes baptizati æqualiter recipiant effectum baptismi. Vltimo ponam quosdam casus.

DE primo dico, ꝙ in hoc fuit error Pelagij, qui dixit, ꝙ pueri non contrahunt peccatum originale, & ideo non sunt baptizandi. Iste error im probatus est supra libr. 2. Dico igitur, quòd cum pueri contrahant originale peccatum, & baptismus sit remedium contra illud peccatum, & dele tio illius peccati sit omnibus necessaria ad salutē, ut patet Ioan. Nisi quis renatus fuerit. Et per Augustinum, ubi supra, sequitur necessariò, ꝙ pueri sint baptizandi.

Vide Augustinum in Epist. 23. ad Bonifacium. Lib. 2. distin. 30.

Ioan. cap. 3.

VTRVM PARVVLI BAPTIZATI recipiant effectum baptismi.

Seraphicus Bona. 4. sent. dist. 4. q. 2. Art. 2.
Scotus 4. sent. dist. 4. q. 2.
D. Thomas 3. parte summæ q. 69. Art. 4.
Ricardus 4. sent. dist. 4. q. 1. Art. 1.

Quæstio secunda.

DE secundo uidetur, ꝙ non, quia gratia non infunditur sine fide, sed pueris non infunditur fides. Probatio, quia habens habitū potest eo uti, nisi sit impeditus. Sed puer ueniens ad annos discretionis non potest uti habitu fidei, nisi fuerit datus. ergo in baptismo non fuit fides infusa sibi, ergo nec gratia.

Dico igitur, quòd sicut creditum est, & naturali ratione ostendi non potest, per baptismum remitti culpam originalem; ita in baptismo infundi gratiam. Nam, ut dictum fuit supra pro statu naturæ lapsæ, Deus nulli dimittit culpam, nisi cui dat gratiam. Nullum enim liberat à perditione, nisi quem ordinat ad beatitudinem. Sed in baptismo puer liberatur à perditione, ergo ad beatitudinē ordinatur. hoc autem non est sine gratia. ergo.

AD rationem in cōtrarium dico, ꝙ licet Deus possit infundere gratiam sine fide, posito, ꝙ sint actus absoluti realiter distincti, tamen quia Dei perfecta sunt opera, dico, ꝙ nulli dat gratiam sine prævia fide, & spe.

Deut. ca. 32.

Tunc ad rationem dico, ꝙ ex Dei ordinatione est, ꝙ nullus naturaliter possit cognoscere certitudinaliter se habere aliquem habitum infusum, quia iam minueretur in nobis meritum fidei, sed posito illo casu. s. ꝙ non esset ex ordinatione diuina, sed naturaliter cognosceretur talis habitus infusus, posset in actu uti illo habitu. ergo.

VTRVM PARVVLVS EXISTENS in utero Matris possit baptizari.

Seraphycus Bona. 4. sent. dist. 6. q. 1. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 4. q. 3.
D. Thomas 3. parte summæ q. 68. Art. 11.
Ricardus 4. sent. dist. 5. q. 1.
Durandus 4. sent. dist. 6. q. 1.
Franciscus de May. 4. sen. dist. 4. & 5. q. 1.
Ioannes Bacconitanus 4. sent. dist. 5. q. 2.

Quæstio tertia.

DE Tertio principali dico, quòd pueri in utero possent habere baptismum flaminis, ut ut patet de Ioãne Baptista, & de Hieremia Propheta, & forte baptismũ sanguinis, ut si occideretur mater Christiana, non solum pp se, sed intuitu filii nascituri christiani. Credẽdũ est enim quòd tũc Deus acceptaret eius martyrium, sicut Deus acceptauit martyrium puerorũ interfectorum ab Herode. Tamen non potest habere Baptismum fluminis, cuius ratio est, quia baptismus fluminis nõ est sine corporis ablutione facta per aquam, sed puer in utero non potest sic ablui, ergo nec baptizari. Si uero extra mitteret partem principaliorem puer baptizandus esset, & posset simpliciter baptizari, nec esset rebaptizandus, nõ enim est uerisimile, quòd in die Penthecostes tot millia fuissent submersi in aqua. Si uero mitteret extra partem minus principalem, ut pedem, uel manum, si de morte timeretur, esset baptizandus, & creditur, quòd Deus acceptaret, si moreretur, quia in quolibet membro est tota anima, & ita si moreretur sepeliendus esset in Cimiterio. Si uerò uiueret, rebaptizandus esset sub conditiune. Ex dictis patet, quòd inuolutus in corio, uel in alijs rebus hmõi, non esset baptizatus, ex quo non abluitur ab aqua. Proiectus etiam de ponte, uel ex aliis huiusmodi, non esset baptizatus, quia hoc nõ ordinatur ad uitam, & ad ablutionem, sed ad mortem. ergo.

Quod aliqui nascantur, alii qui uero noo nulla est red deoda causa, nisi qđ Deus Iacob dilexit. Esao autẽ odio habuit.

Actuũ cap. 2.

VTRVM ADVLTVS NON CONsentiens possit recipere effectum baptismi.

Seraphyrus Bona. 4. sent. dist. 4. q. 1. Arti. 2.
Scotus 4. sent. dist. 4. q. 4.

Quæstio quarta.

DE quarto principali, distinguo de adulto, & etiam de consensu, & dico, quòd adultus aut est utens ratione, aut em non, sicut furiosus, uel fatuus; & tunc aut semper fuit talis, aut aliquando fuit usus ratione. Consensus autem, aut est habitualis actualis, aut uirtualis. Dicitur autem habitualis, aut uirtualis in toto tempore, in quo habet actum negatiuum. potest tamen habere actum affirmatiuum, consensui autem dissensus opponitur contrariè, quia. s. actus positiuus circa obiectũ negatum, uel contradictorium, quia. s. puta negetur consensus, & dissensus est cõtrarie oppositus, dissensus est uel habitualis, uel uirtualis, uel actualis, ut patet ex dictis.

Consensus moltiplex.

Dissensus opponitur consensui contrarie.

His præmissis dico, quòd de adulto, qui nunquam fuit usus ratione, idem est iudiciũ, sicut de pueris, & debet baptizari, & talis sic baptizatus recipit effectum Baptismi, excepto, ꝙ si probabiliter crederetur, ꝙ posset breui tempore curari, esset expectandum tempus liberationis ad baptizãdum propter reuerentiam sacramenti.

DE adulto uerò, qui aliquando fuit usus ratione, non tamen actu utente; Dico, quòd si talis uirtualiter, & habitualiter consentiens secundum prædictam expositionem de uirtuali, si baptizatur, recipit uerè effectum baptismi, licet tunc non sit actualiter consentiens; immo dico etiam utente ratione, consensus uirtualis & habitualis non requiritur necessariò actualis, non enim oportet, quòd in toto illo tempore habeat actum elicitum de consensu, quia posset esse ad alia distractus. non enim Deus obligat nos ad impossibile, uel nimis difficile, sed secundum Augustinũ, non est in potestate nostra quibus uisis tangamur. Vnde, & Sacerdos uerè conficit ex quo accedit ad altare cum debito proposito, quanquam in uerbis cõsecrationis esset distinctus. Si uerò esset actualiter dissentiens, & si quando utebatur ratione fuit actualiter etiam dissentiens actu proposito, nec postea reuocauerit, dico quòd si baptizatur non recipit effectum baptismi, nec ualeret sibi aliquid. Si uerò esset neuter, ꝙ scilicet nũquam habuisset actum positiuum de consensu; dico, ꝙ talis non est capax baptismi, & dico, ꝙ in adulto utente ratione requiritur consensus actualis, uel uirtualis, sufficeret tamen cõsensus simpliciter ex eo, ꝙ secundum quid dissentiret. Exemplum in adulto non utẽte ratione necessariò requiritur aliqua dominatio præuia, tamen posset quis cogi ad susceptionem baptismi per tormenta, talia tunc posset dicere intra se: Si possẽ aliter effugere tormenta, nollem baptizari, & intendo, ꝙ intẽdit ecclesia, tunc dico, ꝙ talis uerè baptizatur. Quòd patet, ꝙ tunc peccaret mortaliter, quia isto modo fornicaretur, licet minus peccaret, & ita iste uerè baptizatus esset, si non reciperet gratiam ad minus tantam. Si uerò dissentiret in corde, quanquã consentiret in ore, nihil ualeret. Tamen ab Ecclesia cogendus esset ad obseruantiam Legis Christianæ, si tunc non reclamaret, uel protestaretur.

3. de lib. arbi.

Exemplum.

VTRVM ADVLTVS FICTVS REcipiat effectum baptismi.

Seraphycus Bona. 4. sent. dist. 4. q. 3. Art. 2.
Scotus 4. sent. dist. 4. q. 5.
D. Thomas 3. parte summæ q. 69. Art. 10.
Ricardus 4. sent. dist. 4. q. 2.
Durandus 4. sent. dist. 4. q. 4.
Franciscus de May. 4. sent. dist. 4. & 5. q. 3.

Quæ-

Quæstio quinta.

DE quinto principali dico, ꝙ fictus pót esse dupliciter, uel ꝙ fingat se cōsentire in ore, & dissentiat in corde, & de hoc dictum est in præcedenti Articulo, quòd non recipit sacramentum, & absolutè est rebaptizandus. Alio modo dicitur fictus, non quòd ipse dissentiat in corde, sed quia habet aliquod peccatum mortale præsens, uel præteritum, cuius non pœnitet, uel de eo non est cōtritus, immo placet sibi fecisse. Tūc dico, quòd talis forte peccat mortaliter, faciendo irreuerentiam sacramento substituendo ipsum fictè cum peccato mortali, & ita non recipit gratiā baptismalem, recipit tamen sacramentum, nec est rebaptizandus, sed si uult esse filius Dei, oportet eum pœnitere primi peccati, de quo non fuit cōtritus, & de illa fictione, siue irreuerentia. Sed nūquid in baptismo fuerint dimissa omnia illa peccata mortalia, de quibus habuit contritionem, si qua alia habuit. Dico, ꝙ uidetur, ꝙ nō, quia secūdum Augustinum nō dimittitur unum peccatum mortale sine alio, ergo oportet eum iterum in pœnitētia habere contritionem de illis omnibus, uerum est, quòd diuersi diuersimode loquuntur. Nam ab aliquibus uno modo dicitur, quòd prima contritio, & statim in pœnitētia datur sibi gratia Pauli. s. gratia cōtinens illā uirtutē, quę sibi data fuisset in baptismo, si attribuisset hic illam fictionem, & illam, quam meruit in pœnitentia, & illam de illis, de quibus in baptismo contritionem habet, modo in pœnitentia plenariam remissionē, ita ꝙ pro eis non obligatur ad aliam pœnam de illo peccato, de quo non habuit contritionem, & de illa fictione, siue irreuerentia, sicut pro aliis peccatis, quæ commisit post baptismum. Alio modo dicitur, quòd oportet in pœnitentia iterum habere contritionem de omnibus, & pro omnibus æqualiter obligatur ad pœnam, quia omnia ista sunt dimissa in pœnitentia, & non aliter, & gratiam recipit, quam meretur in hac pœnitentia, & non ampliorem. Scotus uidetur determinare alteram partem expresse; uidetur tamen secundam uiam magis securam reputare.

VTRVM IVSTIFICATI TENEANtur ad susceptionem baptismi.

Scotus 4. sent. dist. 4. q. 6.
D. Thomas 3. parte summa. q. 68. Art. 2.
Ricardus 4. sent. dist. 4. q. 3.
Durandus 4. sent. dist. 6. q. 1.

Quæstio sexta.

DE sexto principali uidetur, quòd non, quia nō legitur de beata Virgine, nec de Apostolis, quòd fuerint baptizati.

Item baptizatus baptismo sanguinis est absolutus à baptismo fluminis, ergo nec baptizatus baptismo fluminis tenetur ad illud. Antecedens patet, quia talis euolat ad patriā. Dico, quòd à Lege uniuersaliter data nullus excipitur, nisi ex singulari Priuilegio. Sed preceptum de baptismo datum est uniuersaliter omnibus uiatoribus, ut patet. ergo omnis uiator, quantumcumque sanctificatus, tenetur ad baptismum fluminis, nisi forte ablueretur à Legislatore ex priuilegio speciali. Hoc autem est congruum, quia principaliter in baptismo recipimus signum, in quo Christiani omnes inter se assimilantur, & ab aliis distinguuntur.

Ioannis ca. 3. Matth. c. ult.

Ad primum dico, quòd quædam Glosa super illud Ioannis: Qui lotus est. &c. uidetur dicere, ꝙ Apostoli omnes fuerunt baptizati, & hoc potest manu duci probabiliter, quia saltem de congruo Sacerdotiū supponit baptismum. Ipsi autem fuerunt Sacerdotes. nam acceperūt à Christo authoritatem conficiendi: Hoc facite in meam commemorationem. Et absoluendi: Quorum remiseritis & cætera. Et baptizandi uniuersaliter. ergo idem dicendum est de beata Virgine, nisi forte cum ipsa fuerit dispensatum, & ratio dispensationis autē forte fuit, quia in baptismo semper confertur gratia, si modo debito suscipiatur, ipsa autem forte in conceptione filii sui recepit gratiam in ultimo gradu, ad quam Deus disposuit eam peruenire. ergo.

Ioannis c. 13. Ioannis c. 20. Matth. c. ulti. An iustificati teneantur ad susceptionem Baptismi, uide Ricardū in 4. dist. 4. q. 3.

Ad secundum dico, quòd consequentia non tenet, quia baptizatus baptismo sanguinis euolat ad cœlum, & non manet nihilominus uiator, quia si remaneret uiator, esset hic nobiscum uiator, & sic baptizandus baptismo fluminis. ergo.

Ad tertium etiam dico, quòd consequentia nō ualet.

VTRVM OMNES BAPTIZATI recipiant æqualiter effectum baptismi.

Seraphicus Bona. 4. sent. dist. 4. q. 3. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 4. q. 7.
D. Thomas 3. parte summa q. 69. Arti. 8.
Ricardus 4. sent. dist. 4. q. 3.
Franciscus de May. 4. sent. distin. 4. & 5. q. 2.

Quæstio septima.

DE septimo principali dico, quòd præcipue uirtute baptismi Deus ordinauit dare gratiā in aliquo gradu determinato, ita quòd nec maiorem, nec minorem. Potest autem hic effectus baptismi, scilicet gratia, comparari ad causam principalem scilicet ad Deum, & ad causam meritoriam. s. ad passionem Christi, & ad causam susceptiuam, & ex utraque comparatione potest sequi æqualitas, sed æqualitas istius baptismi non erit præcipue causa principalis, sed erit causa, sine qua non. Ex prima ergo comparatione potest sequi inæqualitas, quia Deus huic baptizato, quem ordinauit ad maiorem gloriam, potest ex sua liberalitate dare maiorem gloriam. ex secunda cōparatione potest sequi idem, quia Christus, qui scientia uisionis nouit omnia, quæ nouit, uerbum potest efficacius offerre meritū passionis suæ pro

Dictum subtilissimæ speculationis.

illo baptizato, quem Deus præordinauit ad maiorem gloriam. De Tertia comparatione dico, quod si baptizati sint paruuli, non potest ex parte eorum esse inæqualitas, quia nullum habent uoluntatis motum bonum, uel malum; potest tamen esse in eis inæqualitas propter inæqualitatem fidei meritorum in parentibus, uel assistentibus pro eis respondentibus, uel Sacerdotum, & Ministrorum eorum baptizantium. Et ideo attendendum est in talibus, quando pueri traduntur ad baptizandum, ne forte merita parentum meruerunt bono uiro illam gratiam in pueritia. Si uerò adulti baptizati patet esse in eis inæqualitas secundum quòd magis & minus pœnitent de commissis, & magis deuotè suscipiunt, & intensius, & minus intensè differunt. Comparando uero adultum puero quantum est ex parte suscipientis præcipuè adultus maiorem accipit gratiam, si aliquam recipit. Posset enim ponere obicem, ut patuit supra, ita quod recipiet baptismum, & non gratiam, si ratione illius est, quia ex quo non ponit obicem patet, quod aliquid meretur, est autem alius effectus baptismi & magis essentialis, qui dicitur Caracter, de quo dicetur in sexta distinct.

Exemplū sit de ipso D. Nicolao. uide Scotum dist. præsenti. q. 7.

QVID FACIENDVM SIT DE paruulo exposito.

Scotus 4. sent. dist. 4. q. 8.
Ricardus 4. sent. dist. 4. casu secundo.

Quæstio octaua.

DE ultimo principali, quid faciendum est de puero exposito, dico, quòd si cum inueniatur signum, quòd non sit baptizatus sicut mulierculæ facere consueuerunt cum eo ponere sal, & huiusmodi tum absoluè est baptizandus, si uero non, & non possit sciri, baptizandus est sub conditione.

Cum isto tenet etiam Ricardus distin. præsenti.

SED nunquid pueri Iudæorum, uel aliorum infidelium baptizandi sint inuitis parentibus? Dico, quòd licet hoc facere non pertineat ad homines communes, tamen si principes sub cuius dominio cōstituti hoc facerent cautè, ne illi præscientes, eos interficerent, & faceret eos religiosè, & honestè eruditi in fide Christi, commendandi essent tales etiam si ipsos pueros per minas cogere ad baptismi susceptionem, quia quanquam ipsi fortè non perfectè conuertentur, in corde tamen minus malum esset si imperfectè seruarent legē Christi, quàm si liberè seruant eorum illi legem, quia eorum filii in tertia, uel quarta generatione essent perfectè fideles.

Et si dicas, quòd oportet impleri prophetiam Isaiæ, quam recitat Paulus ad Ro. Reliquiæ Israel conuertentur in fine. Ista oportet quòd saltem à Iudæis dimittantur usque tunc in lege sua. Dico, quòd tempore Antichristi nō tantum perfectū facient Iudæi, qui conuertūtur ad Christum, quòd propter hoc oporteat eos tanto tempore sustinere. Et ideo dico, quòd propter illam Prophetiam sufficeret substinere aliquos in aliqua separata Insula, ne tot essent in tot mundi partibus dispersi.

Isaiæ. cap. 9. Romanorum cap. 10.

Contra obstinatos Hebreos.

Ad argumentum principale quæstionis in oppositum dico, quod in pueris baptizandis sufficit cōsensus parentum, & aliorum assistentium.

Alexander in 4. parte summæ. q. 1.

CONTRA: Esto quod omnes assistentes, & parentes essent infideles, adhuc puer esset baptizatus, si Minister intenderet, quod intendit Ecclesia.

Dico ad hoc, quod sibi sufficiunt merita passionis Christi.

DISTINCTIO V.

CIRCA DISTINCTIONEM V. Quæritur,

VTRVM MALITIA MINISTRI impediat conferri uerum baptismum.

Seraphycus Bona. 4. sent. dist. 6. q. 1. Art. 2.
Scotus 4. sent. dist. 5. q. 1.
D. Thomas 3. parte summæ. q. 69. Art. 9.
Ricardus 4. sent. dist. 6. q. 2.
Durandus 4. sent. dist. 6. q. 2.
Ioannes Bacconitanus 4. sent. dist. 5. q. 1.

Quæstio prima.

CIRCA distinct. quintam quæritur, Vtrum malitia ministri pueri baptizandi impediat effectum baptismi in baptizato.

Magister hic agit de ministro.

RESPONDEO, & primo dicam de proposito. Secundo, Vtrum recipiens baptismum a malo ministro scienter peccet mortaliter. Tertio, Vtrum quis debeat baptizare illum de quo præsumit, quòd baptizatio sit ei in præiudicium mortis.

De primo dico, quod Christus ita baptismum instituit, quod siue baptizās sit infidelis, siue hæreticus uel huiusmodi si intendat facere quod facit ecclesia uerè baptizat nec est adhuc alia ratio propter quid, nisi quia Christo placuit sic instituere ex sua liberalitate: Ordo tamen congruentiæ est quia cum hoc sit sacramentum necessitatis, Christianus esset ualde per plexus, si oporteret suscipere à bono ministro, quia cum nullus sit certus de bonitate propria, minus potest esse de bonitate ministri, & si dicas, quòd non est certus, Vtrū intendat minister talis facere quod facit Ecclesia & tamen recta intentio ministri est de necessitate huius sacramenti, Dico quòd non est simile. satis enim est uerisimile, quod minister exercens actū ecclesiasticum intendat, quod intendit ecclesia.

Nullus est certus de bonitate propria.

Confirmatur ista congruentia, quia iniustum uidetur, quod alicui noceat malitia alterius, cum ista malitia non consentit. cum ergo baptizandus non consentiat malo ministro, ergo. Si aliquæ Sancto rū authoritates sonāt cōtra, hęc sūt exponēdę, quia uerum est, quod suscipiēs baptismū à prauo ministro in cuius prauitate consentit, si est prauitas infidelitatis non recipit sacramentum, si est alia prauitas recipit sacramentum, sed non rem. i. gratiam.

VIRVM

VTRVM RECIPIENS BAPTISMVM scienter à malo ministro mortaliter peccet.

Scotus 4.sent.dist.5.q.2.
D.Thomas 3.parte summæ q.64.Art.5.
Ricardus 4.sent.dist.5.q.4.Art.5.
Durandus 4.sent.dist.5.q.2.

Quæstio secunda.

Ricardus dist. præsenti Art. 144.

DE secundo dico, quòd malus Minister aut est totaliter præcisus ab Ecclesia publicè, quasi scismaticus, uel excõmunicatus, uel huiusmodi, aut nõ; si est totaliter præcisus ab Ecclesia, dicunt aliqui, quòd cum baptismus sit sacramentum necessitatis à quolibet est suscipiendus quãdo alius haberi non potest. Alij dicunt non.quia baptizandus, aut est adultus, aut paruulus. si adultus sufficit sibi baptismus flaminis, & non debet communicare cum illo cum sit prohibitum ab ecclesia, quòd cum talibus nullus com municat, maximè in actibus ecclesiasticis, & ita si scienter recipiat à talibus baptismum peccat mor taliter: si sit paruulus, nullus debet paruulum suũ tali tradere, quia ut dictum est, cum tali non potest communicare. Sed quid debet facere, dico, q̃ baptizet eum ipse, si alium meliorem ministrum habere non potest.

D.Dhomas § senti dist. Art. 14.2. Solutio ad secundi Argumenti de uito simonæ quæ masculæ.

CONTRA secundum modum arguo, quia magis obligatur quis ad legem superioris, quàm inferioris. Sed præceptum de baptismo uniuersale est datum à Christo Ioan. prohibitio autem illa est ab Ecclesia. ergo non intendit Ecclesia, nec potest prohibere Christi præceptum.

Ioannis ca. 3. Matth. ca. ult.

Notabile singulare.

Confirmatur: Nam plus tenetur quis alere alios, quàm alii ipsum, sed si ipse sciret puerum nõ baptizatum moriturum teneretur baptizare eũ, quia teneretur subuenire ipsi de cibo in casu necessitatis extremæ, ergo multo magis de cibo spirituali, quia uita eterna est preponenda uitæ temporali, ut dicit Gregorius.

Dico igitur, quòd licet adulto, qui uellet eum uitare propter irreuerentiam Ecclesiæ forte sufficeret baptismus flaminis, omnibus tamen compensatis, securius esset, quòd à tali susciperet baptismum in casu necessitatis, quãdo aliunde habere non posset, & ita etiam tradendus esset puer in casu necessitatis, esto, quòd ille, qui puerum traderet esset adhuc dignior illo, cui traderetur, si nõ sit totaliter præcisus ab ecclesia, sed sit alio modo malus, tũc uel esset notorie malus, uel non, si nõ, nullo modo est uitandus si sibi incumbit ex officio, puta si sit eius Prælatus uel huiusmodi, nec alias esset uitandus publice, quia non debet eius peccatum publicare, ex quo occultum sit. Sed dico, quòd si sit eius curatus, id est curam habens, nec habeat subcuratum, non est uitãdus, quia nullus peccat soluendo debitum suum. Sed quia curator eius, in hoc est debitor Parochiæ suæ; si uero non incumbit sibi ex officio, dico, quòd scienter non est suscipiendus à tali baptismus non pro se, nec pro paruulo suo, nisi in casu, in quo alius melior haberi non possit.

Sed nunquid præeligendus est bonus secularis malo sacerdoti? dico, quòd non. sed èconuerso propter reuerentiam sacerdotij, ad quod spectat collatio sacramentorum.

Dubium notabile & curiosum.

De tertio dico, quòd talem non debet quis tali modo baptizare, q̃ ex hoc acceleretur mors, sed oportet eum baptizare modo debito puerũ balneando. s. aliqualiter caput cum aqua calida, uel tepida, nulli enim ex hoc esset periculum mortis. &c.

DISTINCTIO VI.

CIRCA DISTINCTIONEM VI. Quæritur,

VTRVM SOLVS SACERDOS POSSIT Baptizare.

Seraphicus Bona. 4.sent.dist.5 Art.1.q.1.
Scotus 4.sent.dist.6.q.1.
D.Thomas 3.parte summæ.q.67.Art.2.
Ricardus 4.sent.dist.5.q.1.

Quæstio prima.

CIRCA distinct. sextam quæritur, Vtrum solus Sacerdos possit baptizare.

Magister hic determinat de statu, & gradu ministri.

VIDETVR, quòd sic per Isidorum, qui ait: Constat baptismum solis Sacerdotibus traditum esse eiusque ministerium non ipsis: Diaconibus implere est licitum absque Episcopo, uel Presbytero, ergo alteri, quàm Sacerdoti nõ licet, sed soli Sacerdoti.

Libro 2.c.25.

CONTRA hoc idem Isidorus: Laicis fidelibus etiam permittitur. ergo non Sacerdotibus tantũ. Et infra: Mulier enim sancta baptizare non præsumat, nisi necessitate cogente.

Libro 2.c.15.

RESPONDEO, quòd in baptismo requiruntur tria. s. ablutio facta cum aqua debita, prolatio uerborum, & recta intentio, ergo oportet, quòd baptizans habeat uirtutem motiuam, quam possit abluere, uel in mergendo, uel aspergendo, & quòd habeat loquelam, & quòd habeat usum rationis, & quia ista non reperiuntur in supposito, nisi intellectuali, ideo solus homo potest baptizare, & quia hæc tria etiam reperiuntur in non Sacerdote, ideo potest baptizare etiam non sacerdos. De congruo autem spectat ad Sacerdotem sacramentum conferre, & baptizare, quia ipse in talibus actibus præsidet, nec quis ab alio baptizandus esset, nisi in casu necessitatis.

In Baptismo tria requiruntur.

Nota de laico Baptizante.

SED nunquid Angelus in corpore posset baptizare? dico, quòd de congruo, & de lege communi baptizare debet solus homo, tum quia Christo baptismo institutum fuit hoc, tum quia præceptum de baptismo dictum fuit hominibus. s. discipulis Math. ultimo ergo tamen si bonus Angelus baptizaret, esset baptizatus, nec esset rebaptizandus, quia bonus Angelus nunquam hoc taceret, nisi

nisi ex speciali precepto Dei. Si uero Angelus ma lus baptizaret, nisi cõstaret q ex pcepto Dei hoc faceret, talis esset rebaptizandus, quia præsumen dum esset, quòd hoc faceret fraudulenter, non cũ debita intentione. Sed propter inuidiam, quam habet ad salutem hominis.

AD principale patet responsio. &c.

VTRVM PLVRES POSSINT VNUM baptizare.

Scotus 4. sent. dist. 6. q. 2.
D. Thomas 3. parte summæ q. 67. Art. 6.
Durandus 4. sent. dist. 3. q. 3.

Quæstio secunda.

SECVNDO quæritur, Vtrum unus possit à pluribus baptizari.

RESPONDEO, quòd si intelligatur successiuè, dico, quòd non potest unus à pluribus baptizari, quia est sacramentum irreiterabile, ut patebit. si uerò intelligatur, q simul ambo baptizantes faciunt totum. s. uterque abluit, & dicit uerba, aut non, sed unus abluit & alius dicit uerba. Si primo modo, sic dico, q talis est baptizatus, quia effectus agentis non impeditur per consimilem actionem alterius consimilis agentis, sicut patet, quòd si unus tantum baptizasset, esset baptizatus, ergo.

CONTRA: Effectus non potest esse totaliter, à duabus causis totalibus. Probatio est, quia una tantum causante, ita eueniret effectus, sicut si ambo causarent, & tunc posset esse effectus sine causa totali. quod est impossibile. sed quocunque illorum duorum baptizantium substracto alius baptizaret. ergo utraq; simul concurrente non eueniret effectus baptismi.

Dico, quòd quia effectus baptismi, puta gratia uel etiam creatio gratiæ non est administratio acta ab homine, sed à Deo, qui est unus. ergo sequitur effectus.

CONTRA: Saltem ablutio, & uerborum prolatio sunt effectiuè à ministro. *Quid sit effectus baptismi.*

RESPONDEO, & concedo hoc, quia sic ordinabit Deus ad suam gratiam tribuendam, & si Deus uult unam, & aliam uult ad gratiam, erit illa relatio, quæ patuit supra, nec est inconueniens, quòd respectus rationis habeat plura fundamenta. si secundo modo, dico, quòd non baptizant, nec alia ratio est propter quid nisi quia sic instituit Christus, quòd totalis baptizatio esset ab uno ministro qui sic instituit ex forma, qua Romana ecclesia utitur. Cõuincitur etiam sic; In sacramento uirtutis nõ debet dici mendacium, sed ille, qui diceret uerba non abluendo diceret mendacium, ergo. &c.

VTRVM VNVS POSSIT SIMVL plures baptizare.

Scotus 4. sent. dist. 6. q. 2.

Quæstio tertia.

TERTIO quæritur Vtrum unus possit simul plures baptizare. Cõter sic dicitur, tamen peccaret mortaliter, quia oportet eum mutare formam ab ecclesia institutam, oportet enim eũ dicere: Ego uos baptizo. nisi esset casus necessitatis. puta si plures deberent statim mori, tunc enim posset, & deberet eos simul baptizare, nulli enim præcluditur uia salutis, sed si non possent plures simul baptizari intellige sine peccato mortali, baptizatis iam præcluderetur uia salutis. ergo.

Sed quid de monstro, de quo dubitatur utrum habeat unam animam, aut duas, Dico, quòd sienda est diligens inquisitio antequam baptizetur, & si certe reperitur, quòd habeat duas animas baptizari debet utraque pars principalis per se, puta caput si habeat dua capita, unum plusquam aliud; si autem reperiatur quòd non habeat nisi unam animam semel tantum baptizandum est; signum probabile esset de duabus animabus, quando partes principales essent diuersæ, puta, quando haberet duo capita, uel duas spinas dorsi, uel huiusmodi. signum autem infalibile esset quando essent adulti tunc uideretur, Vtrum semper uellent, uel nollet idem, & si idem intelligerent. Nam si essent duæ animæ non oporteret, quòd idem scirent, & idem uellet, sed qđ uellet unus, alius posset nolle, & q unus sciret, alius posset ignorare, sicut de illo, qui fuit in regno Franciæ de duabus puellis in uno corpore, & una mortua fuit antequã alia, & mortua contaminauit uiuam, quæ postea parum uixit. &c. *Causa notabilis monstruositatis duorũ capitum.*

VTRVM REQVIRATVR SIMVL esse ablutionem, & prolationem uerborum.

Scotus 4. sent. dist. 6. q. 3.

Quæstio quarta.

QVARTO quæritur, Vtrum oporteat simul proferre uerba, & facere ablutionem.

QVOD NON: Quia Eucharistia est unũ sacramentum tãtum, & tamen potest esse interruptio temporis inter uerba consecrationis panis & uini. ergo.

RESPONDEO, & dico, quòd Christus sic instituit baptismũ, quòd nec aqua nec ablutio per se, nec uerba per se, fundarẽt illum respectum supra dictum signi ad gratiam quod baptismus dicit formaliter, sed utrumque simul esset unum fundamentũ, ut patet per Augustinum super Ioan. accedit uerbum ad elementum, & fit sacramentum, ergo oportet esse simul, tamen non sic, ut reperiatur falsitas, ita quòd oporteat simul incipere, & simul terminare utrumque, non enim uoluit nos Christus obligare ad tam difficile simultatem, quæ nix posset impleri. Sed sufficit, quòd ante terminationem uerborum incipiat ablutionem, uel ẽconuerso; *Homilia 80. & c. 1. 1. d. 3 ... he.*

Actuum c. 7. è conuerso: Non enim uerisimile est, quòd Apostoli, qui in uno die baptizarunt tot millia, quòd baptizando potuerunt seruare totam simultatem.

Ad argumentum dico, quòd non est simile, quia pro tanto Eucharistia est unum sacramentum, pro quanto est ibi unum corpus Christi, tamen illud uerè totum est ibi sub speciebus panis ante consecrationem uini. sed baptismus non est in altero eorum tantum, ergo. &c.

VTRVM SACERDOS POSSIT baptizare se ipsum, uel idem homo.

Scotus 4. sent. dist. 6. q. 4.
Ricardus 4. sent. dist. 5. q. 3.

Quæstio quinta.

QVINTO quæritur, Vtrum Sacerdos, uel quicunque possit bapzare seipsum.

QVOD sic: Quia idem Sacerdos conficit in Missa, & sumit corpus Christi, quod conficitur.

RESPONDEO, & dico, quòd non, quia extra de baptismo, & eius effectum debitum dr ibi. adhuc adducit figuram, quia Christus non baptizauit se; sed à Ioanne uoluit baptizari, & Dixit Christus Discipulis suis: Ite baptizate omnes Gentes. Ita quòd distinxit personaliter inter baptizatum, & baptizantem; quia unum posuit in secunda persona, & alium in tertia.

Matth. c. ult. AD rationem dico, quòd non est simile, quia corpus Christi summere non est formaliter sacramentum, sed conficere est sacramentum, & illud est sumere in baptismo, aut non sic, quia non primo consecratur aqua, & fit sacramentum, & postea sumitur, sed simul fit sacramentum, & conficitur. ita quòd baptizatus essentialiter consistit in usu. Eucharistia autem non, ergo. &c.

VTRVM IN BAPTIZANTE REquiratur intentio baptizandi.

Scotus 4. sent. dist. 6. q. 5.
D. Thomas 3. parte summæ. q. 64. Art. 8.
Ricardus 4. sent. dist. 6. q. 2. Art. 1.
Durandus 4. sent. dist. 6. q. 2.

Quæstio sexta.

SEXTO quæritur, Vtrum in baptizante requiratur intentio.

QVOD NON: Quia Minister non efficit, ut patet supra, sed instrumentum non intēdit, ut patet, de securi. ergo.

Homelia. 5. Item Augustinus super Ioan. Homil. uoluit, ꝙ Ebrius possit baptizare, sed talis non intendit, ꝗ non utitur ratione. ergo.

Cap. 1. CONTRA id est Magister in littera.

RESPONDEO, & primo dicam: An requiratur intentio. Secundo qualis intentio. De primo communiter conceditur, quòd sic. Ratio est, quia baptizare est actus humanus, qui est intentio. ergo. Et dico, quòd intentio dicitur quandoque actus elicitus, quandoque respectus finis, propter quē intendens, operatur, & propter quem elicit actū. Quid sit Baptizare.

Ad propositum dico, quòd ablutio id est baptizatio cum prolatione uerborum est operatio baptizantis. Finis autem baptismi est duplex scilicet unus remotus, sed principaliter intentus, scilicet gratia, propter quam baptizatus fiat filius regni. Quid Baptizatio. Finis Baptismi ē duplex.

Alius propinquus, sed minus principaliter intentus scilicet, ut baptizatus fiat ex hoc membrū Christianum, & de populo Christi. Tunc dico, ꝙ in Ministro non requiritur intētio respectu finis ultimi, & remoti intenti tamen principaliter, quia infidelis potest uere baptizare solum quòd intendat, quod ecclesia intendit, & tamen patet, quòd intendit alium finem, immo credit, quòd nihil ualeat sibi ad uitam eternam, & quòd infidelis possit baptizare patet. Intentio autem respectu finis propinqui supra dicti requiritur, nō tamen necessario imparticulari, sed sufficit in uniuersali intentione scilicet, quòd ecclesia, uel Christiani intendunt. Intentio uero respectu actus requiritur etiam imparticulari alias ille actus esset casualis, & fortuitus, & non humanus, sed patet, quòd nō debet esse, quia super tales actus non potest esse præceptum, & obligatio. Sed Christus præcepit Apostolis, ut baptizarent. ergo. An infidelis possit Baptizare. De consecratione dist. 5. Matth. c. ult.

VTRVM IN BAPTIZANTE REquiratur intentio actualis.

Scotus 4. sent. dist. 6. q. 6.
Ricardus 4. sent. dist. 6. q. 3. Art. 1.

Quæstio septima.

DE secundo principali communiter distinguitur de intentione habituali, & dicitur communiter, ꝙ habitualis intentio sufficit. Vnde dico, quòd inter ista cadit medium scilicet intentio uirtualis, quæ est minor actuali, & maior habituali, est enim intentio habitualis habere habitum, ad hoc inclinantem scilicet ad actum, & istam habet dormiens, est aūt actualis, quæ cōsistit in actu actualiter elicito. Sed uirtualis dicitur, quę non consistit in actu elicito in principio operauonis postquam non interueniet alius actus sibi cōtrarie oppositus, & ita ille remanet in uirtute. Exēplum de illo, qui assumit sibi aliquem laborem propter Deum, tota operatio dicitur illi meritoria, quamuis nō semper cogitet Deum pro fine, sed distrahatur ad alia, ut patuit supra. Dico igitur, quòd sola habitualis non sufficit, sed uirtualis etiam sufficit sine habituali accipiendo semper, ut dictum est in primo articulo, non respectu finis remoti scilicet gratiæ; sed respectu finis propinqui, saltem uniuersali modo prædicto. Triplex. intētio sedm Scotum. Quæ sit intētio habitualis. Quæ sit intētio actualis. Quæ sit intētio uirtualis. Exemplum.

Ad primum oppositum dico, quòd instrumentalis causa accipitur quinque modis: Vno modo pro

pro causa particulari, & secunda respectu causæ uniuersalis, & primæ. Alio modo pro forma actiuali, & dispositiua respectu generationis. Tertio modo pro causa, quæ non præbet formam ad agendum, sed accipit eã pro motione principalis causæ. Quarto modo pro parte totius. Quinto modo Pro instrumento propriè dicto in artificialibus. primo modo instrumentũ habet propriam actionem, sed non attingit eundem effectum, sed dispositionem ad eum. Secundo modo patet. Tertio modo, sicut primo; Quarto modo non habet aliã actionem ab agente principali attingit tamen eũdem effectum, non actiuè. Exemplum secundi: Ignis, & calor, in generatione ignis. Exemplum Tertii: Calor illuminatus, & species in medio respectu motionis nisus. Exemplum quarti: Homo, & manus, uel alia pars organica per quam agit. Exemplum quinti. Artifex, & serra.

Tunc ad propositum dico, quòd Minister respectu gratiæ dicitur esse instrumentum, quia nullam actionem habet respectu gratię, sed respectu baptizationis, & ablutionis, & prolationis uerborum, se habet in primo modo, & ideo oportet intendere actum.

Ad secundum dico, quòd Augustinus accepit ibi ebriosum non in actu, sed pro consueto inebriari.

VTRVM BAPTISMVS POSSIT reiterari.

Seraphicus Bona. 4. sent. dist. 6. q. 6. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 6. q. 7.
D. Thomas 3. parte summa q. 66. Art. 9.
Ricardus 4. sent. dist. 6. q. 1.
Franciscus de Mayronis 4. sent. dist. 4. & 5. q. 4.
Ioannes Baconitanus 4. sent. dist. 6. q. 2.

Quæstio octaua.

Septimo quæritur, Vtrum baptismus possit reiterari.

Respondeo, & primo dicam, quòd baptismus non est reiterandus. secundo quæ pœna deberetur iterantibus.

Alexander Alesis quarta parte summæ. q. ultima de baptismo. D. Thomas in 4. dist. 6. Art. 2. q. 1. Damascenus lib. 4. cap. 1.

De primo dicitur, quòd non. Ratio congruentiæ ponitur, quia in eo imprimitur Character, qui est signum indelebile.

Item quia Passio, & Mors Christi non fuit iterata. Sed prima ratio nihil probat. Probat enim ignotum per ignotum, quia æquè ignotum est, & forte magis imprimi characterem in baptismo, sicut baptismum non debere reiterari. Nam non potest reiterari baptismus per multas authoritates Sanctorum. Sed de charactere, sicut nos utimur, Sancti non loquuntur, nec etiam Magister, nisi in secundo cap. determinat de eo. Secunda autem ratio non concludit. Nam omnia sacramenta habent efficaciam à morte Christi, & tamẽ aliqua reiterantur, sicut Eucharistia, & extrema unctio. Dico igitur, quòd ratio propter quid nõ est alia, quia Christo sic placuit instituere. Fuit tamẽ hoc rationabile, tum quia cum in baptismo fiat totalis remissio, & pœnę, & culpæ, iam daretur occasio delinquendi, si iteraretur, & etiã quia in baptismo quis regeneratur, ut dicit Augustinus, & Chrysostomus super Ioan. Vnde, sicut non potest, quis renasci causa naturaliter, sic nec spiritualiter. s. baptismo, nisi per pœnitentiam.

In 2. ca. huius distinctionis.

Super Io. c. 3.

IVXTA HOC QVAERITVR QVAE sit pœna reiterantium Baptisma.

Scotus 4. sent. dist. 6. q. 8.

Quæstio nona.

De secundo dico, quòd baptismũ reiterans, uel suscipiens, uel conferens baptismum, Item scienter, uel ignoranter reiterat: Si scienter uel publicè, uel occultè, si occultè irregularis est iste. Si scienter reiterat, uel sit consentiens, uel suscipiens, forte tamen, quòd posset cum eo dispensari per Episcopum. Si uero publicè irregularis est. Si scienter reiterat nec potest dispensari cum eo nisi per Papam. Si uero ignoranter, uel est ignorantia iuris uel facti. prima in nullo excusat, quia quilibet tenetur scire, quòd iura prohibent reiterari baptismum. secundo autem est dubia, aut probabilis, prima non excusat. Secunda uerò si probabiliter dubitatur, Vtrum iste sit baptizatus, & debet iterari saltem sub conditione. & nota, quòd idem iudicium est per omnia de conferente, & suscipiente.

Extra de Apostatis, & iteratis.

VTRVM IN BAPTISMO IMPRImatur character.

Seraphicus Bona. 4. sent. dist. 6. q. 4. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 6. q. 9.
D. Thomas 3. parte summa q. 63. Arti. 1.
Ricardus 4. sent. dist. 5. q. 4.
Ioannes Bacconitanus 4. sent. dist. 6. q. 2.

Quæstio decima.

Octavo quæritur, utrum in baptismo imprimatur character.

Qvod non: In circuncisione non imprimitur character. ergo nec in baptismo. Consequentia patet, quia baptismus successit Circuncisioni, & est contra eundem morbum. Antecedens probatur, quia si Circuncisus non erit baptizandus, ex quo incircũcisione imprimetur character, cum character impressus in circuncisione & baptismo sit eiusdem rationis, quia accidentia eiusdem rationis, quia non sunt simul in eodem, sed patet, quòd circuncisi erant baptizãdi, ut Apostoli, & alii Iudęi, & conuersi. ergo.

Dionysius de ecclesiastica Hierarchia. cap. 2.

Contra id est Damascenus qui ait, quòd per baptismum fit nobis regeneratio, & sigillum; per sigillum intellige characterem.

Libro. 4. c. 1

Respondeo, & primo dicam: Si character imprimatur in baptismo. Secũdo: Si character est aliqua

aliqua forma absoluta. Tertio: In quo est, ut in proximo subiecto.

De primo dicitur communiter, quòd sic, & ponitur ad hoc quadruplex cõgruentia, prima quia character est dispositio ad gratiam baptismalem. Secunda quia per characterem distinguuntur fideles ab infidelibus. Tertia, quia per charactere cõformatur Christos. Quarta, in signum rememorationum ipsius sacramenti quod est irreiterabile.

D. Thomas in 4. dist. 2. q. 4. & 3 parte summæ q. 63. Art.

CONTRA conclusionem, & congruentias arguitur sic: Sicut in naturalibus est uitanda pluralitas, ubi non est necessitas, ponendi plura. Ita in Theologia est uitanda pluralitas, ubi non est necessitas fidei, uel authoritatum Sanctorum. Sed ponere istum characterem baptismalem non cogit aliquis Sãctus nec etiam ex aliquo articulo fidei iste ponitur character, nõ.n. ex formali rõne baptismi q baptismus formaliter est respectu signi ad gratiam, non ad istum characterem. ergo non est ponendus.

Item authoritates Sanctorum non cogunt. Augustinus.n. qui tam diligẽter tractauit de baptismo in diuersis libris, in sexto libro de baptismo contra Donatistas, & in libro de baptismo paruulorum, & in tertio libro de unico baptismo, & in Homiliis super Ioan. & in aliquibus capitulis de fide ad Petrũ, Nunquã fit de isto charactere quòd fecit mẽtionẽ, quo nos utimur, semper pro effectu baptismi accepit gratiam. Et si dicas, q nõ negat, dico, q sufficit in proposito, quòd tantus Doctor, qui tam diligenter quæsiuit naturam baptismi ipsum non posuit.

Item hoc est non immerito ponderãdum, quia nec Magister in toto tractatu de baptismo sed fecit mentionem de charactere, nisi in loco supra dicto, & ibi non ad istam intentionem, ut uidetur.

Congruentiæ quatuor non cogunt.

Nec etiam congruentiæ prædictæ cogunt. Non quidem prima, quia aut esset dispositio ex parte animæ, quia anima eo ipso, quòd est line peccato mortali, est summè disposita ad gratiam, nec ex parte Dei agentis, quia ipse est infinitæ uirtutis agentis. Nec secunda congruentia cogit, quia professi in ordine uerè distinguuntur à secularibus, & assimilantur aliis professis, & tamen non per charactẽrem impressum ex professione, sed tantum ex actu professionis iam præterito remanente in uirtute, ita in proposito. Nec tertia, quia professus confirmatur, & assimilatur suo prælato ex ui suæ professionis sine aliquo charactere impresso. Nec etiam quarta, pari ratione, quia etiam nec professio iteratur; siue in comparatione ad Deum & hoc nõn, quia sine signo cognoscit baptizatos: sut in comparatione ad bonos, & hoc etiam non, pari ratione, ac in comparatione ad uiatores, & hoc non quia uiator non cognoscit talem signum. ergo. Dico tamen, quòd licet fides non cogat, nec expresse aliqua authoritas Sãctorum, ut dictum est, tamen ponendus est character, potentialitas ponendi apparet, quia nec repugnat animæ suscipienti, nec Dei infundentis. Necessitas etiam apparet, quia Ecclesia cogit. Unde Innocentius extra de baptismo & eius effectu, maiores, qui fictè accedunt ad baptismum charactere non suscipiũt Christianitatis impressum. Cõgruẽtiæ possunt esse ad hæc quatuor supra dictæ licet non demonstrent. Non.n. oportet, quòd congruetiæ sint omninò insolubiles, nõ tamen est accipiẽda prima congruentia simpliciter, quia character non est necessaria dispositio ad gratiã, sed quòd sit congruentia dispositionis cuiusdam, & quasi cuiusdam reuerentiæ; potest etiam addi quinta congruentia, ut per hoc distinguatur baptismus ab aliis sacramentis iterabilibus.

Quò character nõ sit dispositio ad gratiam.

VTRVM CHARACTER SIT FORMA absoluta.

Seraphycus Bon. 4. sent. dist. 6. q. 1. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 9. q. 10.
D. Thomas 3. parte summæ. q. 63. Art. 2.
Ricardus 4. sent. dist. 5. q. 1.
Durandus 4. sent. dist. 4. q. 1.

Quæstio decimaprima.

DE secundo principali communiter dicitur quòd sic. ratio quia ad aliud. s. ad relationẽ nõ est motus nec mutatio, ut patet. 5. phys. sed ad characterem potest esse motus per se, ut patet in ficto baptizato. s. in illo, qui accedit cum peccato mortali, qui nullum aliquid absolutũ recipit nisi characterem.

D. Thomas in 4. dist. 4. q. 1. uide Alexandrum Alensẽ & D. Bonauẽt. hic.

Item per characterẽ anima conformatur Christo. Confirmatio autem est relatio, sed relatio nõ fundat relationem. ergo character non dicit aliquid ultra relationem.

Item in quolibet sacramento acquiritur nuuus respectus animæ sic sacratæ ad Christum. sed nõ in quolibet sacramento imprimitur character. ergo Character non est præcisè respectus.

CONTRA: In diffinitione Characteris ponitur signum pro genere, etiam secundum ipsos, quia impossibile est, quòd ind finitione alicuius absoluti ponatur respectus loco generis, quia illud diffinitum esset formaliter absolutum, & relatiuum ad se, & nõ ad esse. Signum autem formaliter est respectus. ergo. Maior patet, quia character est signum sanctæ communionis fidei datum animæ à Deo, & à sũmo Hierarcha, ita diffiniũt Isti. ergo.

Vide D. Thomam. 3. parte summæ. q. 63. Arti. 2.

RESPONDEO, & dico, q rationes istorum non cõcludunt. Ad primam dico, q maior eius est falsa. nam respectus quidam dr intrinsecus adueniẽs & de isto negat Phylosophus motum, & mutationem per se. Quidam est extrinsecus aduenens & istum nõ negat phylosophus motũ p se, nã ad ubi est motus p se, & tñ ubi est formaliter respectus quidã scdm eum, patet autẽ, q character nõ dicit respectum intrinsecus aduenientẽ, quia non consequitur animam ex natura animæ. ergo.

Duplex est respectus.

Arist. non negat ad ubi esse motum localem uide Auer. 8. phys. comm. 32.

Sed probo etiã per rationẽ, q pôt esse motus p se, ad respectũ extrinsecus aduenientẽ, nã respectus potest magis extrinsecus aduenire, quàm q consurgat ex natura fundamenti posito termino. nam si consurgeret ex fundamento, siue termino, iam non esset respectus, quia nun esset ad terminum, ergo nullus erit respectus extrinsecus adueniens,

Nota & bene quicquid dicat Caietanus 3. parte summæ q. 63. Ar. 2

niens,& hoc est negare communia concessa; uel oportet dicere, quòd respectus extrinsecus adueniens non statim consurgit ex fundamento po sito termino,sed aduenit aliter. ergo potest adue nire non adueniente nouo fundamento, nec nouo termino.

Ad secundum dico,quòd uel accipitur in maiori,ꝙ per characterem anima cōformatur Christo formaliter, & tunc est cōtra te,& est pro me, uel fundamentaliter,& tunc petis principium.

Ad tertium dico, quòd hæc tertia ratio repugnat primæ. Concedit.n.ꝙ aliquibus sacramentis aquiritur respectus sine charactere. ergo uel dices,quòd ad respectum est motus per se, quòd negabit prima,oportet te dicere uel fingere in alijs sacramentis aliquod aliud absolutum quod requiratur.Si dicas, quòd acquiratur gratia. Cōtra: Quia potest fieri matrimonium uerū sine gratia, ut patet,& sic de alijs. Ratio autem in hōc non plus concludit,nisi quia character est aliquid alterius rationis ab eo,qnod imprimitur in aliis sacramentis:Sed hoc non tollit characterem esse respectū, potest tamen esse respectus alterius rationis. Ponendo igitur,quòd character sit respectus extrinsecus adueniens,ut ostensum est,restant duo dubia. Primum,quòd eius est fundamentum. Secundum quomodo distinguuntur characteres indiuersis sacramentis. Ad primum posset dici, quòd est actus sacramentalis transiēs, sicut ponitur ab aliquibus, quòd paternitas fundatur super generasse,& tunc pateret. Ad secundum quia distingueretur per aliud & aliud fundamentum.sed cō tra hoc,ꝙ proximum fundamentum relationis,& relatio sunt in eodē subiecto,sed actus ille sacramentalis est transiens in corpore,ut patet. character uerò in anima.ergo.

Hæc uidetur esse intentio D.Thom.q.5. Met.ca.de ad Aliquid. Assignādo fundamenta secundi modi.

Item nō ens nō pōt esse fundamentum entis, sed actus postꝗ transit, non est ens.ergo.

Ad primū pōt dici,qđ realitas animæ nuda est eius proximum fundamētum,quia ex qno est respectus extrinsecus adueniens non potest ex hoc concludi,quòd oriatur ex principiis ipsius animæ ita quòd naturaliter consequeretur ad ipsam, sed præcise aduenit sibi extrinsecus ex uoluntate cōstituentis. Vtrum autem in esse,uel in potentia,de hoc dicetur in tertio articulo.

Ad secundum pōt dici,ꝙ sicut si essent, ita si sint respectus distinguuntur se ipsis formaliter.

Ad quæstionem uel ad Articulū istum dico,ꝙ nec ex authoritatibus Sanctorum, nec ex principiis fidei,nec ex ratione euidenti potest probari, quòd character sit forma absoluta in anima, nec quòd sit respectus. Sed utrumque potest sustineri,quia neutrum est impossibile.

VTRVM CHARACTER SIT IN essentia Animæ,ut in proximo subiecto.

Seraphicus Bona. 4. sent. dist. 6. q. 3. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 6. q. 11.
D.Thomas 3. parte summa q. 63. Art. 4.
Ricardus 4. sent. dist. 5. q. 2.
Durandus 4. sen. dist. 4. q. 1.

Quæstio decimasecunda.

De tertio principali uidetur,quòd esset in intellectu,quia character est signum fidei,fides autem est in intellectu.

D.Thomas in 4. dist. 44. Art.1.q.3. hoc idem Alexander Alensis. D.Bona.& Ricardus etiam D. Thomas prima parte summæ.q.77 Art.6. Lib.2.dist.26.

Item ex alio uidetur ꝙ esset in uoluntate,quia character est dispositio ad gratiam, gratia autem est in uoluntate, & ideo potest dici, ꝙ est in uoluntate,tanquam in proximo subiecto, quia communiter ponitur, quòd character est dispositio ad gratiam sacramentalem, ut declaratum est in lib. 2.quòd gratia & charitas sunt idem, & quòd charitas est in uoluntate.Sed patet, quòd dispositio est in eodem subiecto,in quo est forma.ergo.

Itē character est signum obligationis ad Christū.ergo est in illa potentia, p cuius actū oīa obligantur principaliter,huiusmodi est uolūtas.ergo.

Opinio Scoti quod character sit in uoluntate.

Ad rationem incontrarium dico, quòd nō est ita proxima, & per se dispositio ad fidem, sicut ad gratiam.

Ad primum principale potest cōcedi, quòd in Circuncisione imprimatur character,nisi Theologus hoc neget, quia sicut Baptismus in lege noua, est prima lanua salutis,ita Circuncisio in lege Mosayca erat prima lanua salutis, & tūc ultra potest concedi,quòd ille character,& iste sunt eiusdem rationis,nec differunt, nisi ut perfectum, & imperfectum:Tunc ulterius dico,ꝙ Circuncisus esset rebaptizādus,& ad probationem dicitur, ꝙ non:quia plura accidentia,&c. Et dico, quòd Circuncisus primo recipit characterē, & postea quādo baptizatur non suscipit alium characterē, sed primus perficitur. Vel etiam potest concedi, ꝙ imprimat in baptismo alius character pfectior, nec hoc est inconueniens,ex quo educetur de potentia subiecti,& ab intrinseco;pro tanto.n.subiectum non suscipit aliā formam eiusdem rationis cum præhabita, quia non est in potentia tunc respectu illius,sed habet in actu.&c.

DISTINCTIO VII.

CIRCA DISTINCTIONEM VII. Quæritur,

VTRVM CONFIRMATIO SIT SAcramentum.

Scotus 4. sent. distinct. 7. q. 1.
D.Thomas 3. parte summa q. 72. Art. 1.
Durandus 4. sent. dist. 7. q. 1.

Quæstio prima.

Circa distinct. septimā quæritur, Vtrū confirmatio sit sacramentum nouæ Legis.

Magister agit de sacramento confirmationis.

Respon. Cōfirmatio pt sic describi:Cōfirmatio est sacramētū unctionis hoīs uiatoris consentiētis,uel libero arbitrio nunꝗ usi,facta ī frōte in signum crucis,cum Chrismate sanctificato à Mi

aistro

nistro idoneo, cum intentione debita simul ungẽ te, & uerba debita proferente, significans efficaci ter ex institutione diuina unctionem animæ per gratiam roborantem ad conficiendum cum fidu cia fidem Christi.

Quæ nam sit materia propinqua huius sacramenti. Quæ nam sit materia remota.

In hac descriptione tangitur materia propinqua istius sacramenti: s. Vnctio, & prolatio uerborum, & materia remota. s. Chrisma consecratũ. Componitur autem ex oleo oliuæ, & balsamo, & sanctificatur ab Episcopo. Tangitur etiam hic susceptiuum, quia homo uiator. cõsensus autem est conditio requisita in susceptiuo, si sit adultus, eo modo per omnia, ut dictum est de baptizãte. Sed frons tangitur pars determinata in susceptiuo, tã gitur etiam modus benedictionis, quia in signum crucis tangitur. Minister qui debet esse Episcopus. Tangitur conduio requisita ex parte Ministri: s. recta intentio. Tangitur etiam forma secun do modo accepta, sicut accipiebatur in baptismo. Tangitur etiam forma principalis istius sacramẽ ti, signum efficax, est n. forma his respectus ratio nis fundatus in illis tribus. s. in oleo, balsamo, & uerbis. uel in materia eius, & fundamentum in unctione, & uerborum prolatione, sicut dicebatur in baptismo, suo modo. Tangitur finis, uel respectus illius. s. gratia. Et forma uerborũ est istas Signo, uel consigno te signo crucis, confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

Quæ nam sit forma principalis sacramenti confirmationis.

VTRVM SACRAMENTVM CONfirmationis sit necessarium.

Seraphycus Bona. 4. sent. dist. 7. q. 2. Art. 3.
Scotus 4. sent. dist. 7. q. 2.
Ricardus 4. sent. dist. 7. q. 1.

Quæstio secunda.

De consecratione dist. 5.

SED nunquid hoc sacramẽtum est necessariũ? Videtur, quòd sic de cõsecratione: Omnes fi deles per manus Episcoporum impositionẽ post baptismum. s. cõfirmationẽ, suscipere debẽt, ut pleni Christiani inueniantur. Sed patet, quòd necessarium est ad salutem, quòd quilibet sit ple nus Christianus. ergo. Dico, ꝙ non est simpliciter necessariũ ad salutẽ iuxta illud Marci: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. ergo solus baptizatus de sacramentis nouæ Legis sufficit ad salutem, absolutè loquendo. hoc etiam dicitur de consecratione.

Marci ca. ult.

De consecratione dist. 5.

Respondeo, & Dico, quòd est necessarium ad salutem habenti tempus debitum, & locum suscipiendi eum, quia tunc, si non susciperet, uideretur rectè ex contemptu hoc facere. & ita peccaret mortaliter, & ita esset extra statum salutis, & hoc modo intelligitur distinctio præallegata.

VTVM ISTVD SACRAMENTVM possit iterari.

Scotus 4. sent. dist. 7. q. 4.

Ricardus 4. sent. dist. 7. q. 1.
Franciscus de Mayronis 4. sent. dist. 7. q. 5.

Quæstio tertia.

SED nunquid est reiterabile? Videtur, quòd sic, quia morbus, contra quem est possibilitas, est reiterabilis. Dico, quòd non est reiterabile, & reiterando scienter, siue sit conferens, siue suscipiens, peccat mortaliter, nec habet efficaciam. Ratio propter quid non est alia, nisi Christi institutio.

AD rationem dico, quòd morbus, ut est contra eum illud sacramentum, non iteratur, quia tunc secunda iure non haberet efficaciam. Potest autem iterari aliter.

SED quæ pœna debeatur iterantibus? Dicunt canonicæ sanctiones, quòd similis pœna debetur iterantibus illud sacramentum, & iterantibus baptismum. Quod per locum à simili probatur per idem capitulum distinct. 4. Qui bis. Dico, quòd pœna irregularitatis infligitur pro aliquo peccato. cum ergo non inueniatur in iure canonico ex presse pœna irregularitatis inflicta pro iteratione confirmationis, sequitur, quòd nõ incurratur, ut patet de consecratione præallegata. Iterantibus autem baptismum infligitur talis pena expres sa. & ideo propter eorum dispositionem per locum à simili, uel per locũ à cõtrario sensu nõ est infligẽda talis pęna: Vbi à Legislatore nõ est inflicta. Sciuisset. n. hoc exponere, si noluisset, sicut expressit de baptismi iteratione. Et confirmatur, qa pęnę à Lege nõ sunt amplandæ, se restringẽdę.

De consecratione dist. 4. Arti. 4. q. 2.

Innocentius pótifex exponendo ius canonicũ; ab ipso tális pœna non fuit inflicta iterãtibus sacramẽtum confirmationis.

SED nunquid imprimitur character in hoc sacramento? Dico, quòd sic: sed non potest aliter probari, nisi sicut de baptismo.

VTRVM SACRAMENTVM CONfirmationis sit dignus sacramento Baptismi.

Scotus 4. sent. dist. 7. q. 3.
Ricardus 4. sent. dist. 7. q. 2.
Franciscus de May. 4. sen. dist. 2. & 3. q. 3.

Quæstio quarta.

An confirmatio sit nobilior baptismi

SED nunquid hoc sacramẽtũ sit nobilius baptismo? Vr dicere Magister in littera, quòd sic. Item habet digniorem materiam, & confi citur à digniori Ministro.

RESPONDEO, & dico, quòd accipiendo utrumque per se, & seorsum, baptismus simpliciter nobilior est; tũ quia maioris necessitatis, tum quia in ipso fit remissio totalis, & à culpa, & à pę na, tum etiam quia in ipso uirtute sacramenti infunditur maior gratia. Non tamen habet ita dignam materiam, quia cum sit sacramentũ necessitatis multis esset occasio perditionis si non esset materia sic cõis. Nec oportet, ꝙ aqua sanctificet sicut chrisma, tũ pp ipsam cãm, qa nõ haberet materia semp pparata, tũ quia sanctificauit christus oẽm aquã ex contactu suæ mundissimę carnis, tũ

propter etiam dictam causam non fuit necesse ita digno ministro prō eo ꝙ patet ad illa in oppositū de nobilitate Ministri,& materiæ.

Qūo unū sacramentum posſit dici maius alio.

Sacramentum potest dici maius alio propter dignitatem rei subsistentis, & sic Eucharistia est maius sacramentū. Aut propter maioritatem effectus,& sic baptismus, aut pp rei significantē maioritatem,& sic est confirmatio. Vnde uersus;

Carmina.

Maior in effectu Baptismus, Corpus in esse.
Coniugium signo, maiori Chrisma Ministro.

Ad Magistrum in littera dico, ꝙ accepit cōfirmationē nō excludendo baptismum, sed ut supponit eū.s. augumentū uirtutū,& gratiæ, ut dicit Magister, licet plus baptismus ad remissionē ualeat. Additur autē in isto augumēto gratiæ, & ita sunt perfectiora ambo simul, quàm alterū tm̄. Hoc.n. modo accipitur de consecratione. Sed sunt hic duo dubia: Primum, quia Christus nō sic instituit cū Chrismate,& hmōi Vnctione, ut patet Ioan. ubi cōfirmauit discipulos per insuflationē dicēs: Accipite Spiritū sanctū, & etiā ipsum in actibus, quia Apostoli dabant Spiritū sanctū per impositionem manuum sine Chrismate.

Duo dubia.

Ioānes. c. 20. Actuum c. 2.

Secundū dubium est, ꝙ non vr̄, ꝙ solus Episcopus posſit confirmare, immo ēt Sacerdos, ut patet Canone: Peruenit. Vbi Papa concessit illis Sacerdotibus, ꝙ possent confirmare sine tali materia. Potuit ēt iam Apostolis dispensare in primitiua Ecclesia, ut confirmarent sine tali materia, & maximè, quia ad eorū manuū impositionē cōiter descendebat Spiritus sanctus, ut patet in Actibus. sed cessantibus his miraculis, ꝙ Ministri uteretur hac materia,& hac forma, qua modo Ecclesia utitur. Supponitur.n. ꝙ ita fuerit institutum à Christo, licet nō reperiatur expressè in scripturis; non .n. omnia facta,& dicta Christi fuerūt scripta. Cōgruentia aūt istius materiæ assignatur, quia oleū significat uirtutē, & quia supereminet omnibus liquoribus, quibus admiscetur, significat charitatē. Et balsamum propter redolentiam, significat castitatem. Ad Cor. Christi bonus odor sumus.

Dist. 95.

Actuum c. 2.

Ioānes. c. ult.

Corinth. c. 2.

Ad secūdū dico, ꝙ Christus forte cōmisit dispēsandū istud sacramentū oībus Sacerdotibus sicut Eucharistiā,& licet soli Apostoli legātur cōfirmasse,& nō discipuli, tñ hoc potuit esse, uel forte, qa soli Apostoli erant Sacerdotes. Vnde Stephanus qui dicitur maximus inter eos, nō legit̄, ꝙ fuerit nisi Diaconus, & Ecclesia ita tenet, uel esto, ꝙ fuerint Sacerdotes aliqui, tñ ī isto actu cedebāt Apostolis. tum quia ipsi tunc sufficiebant; tū ēt pp tantū miraculū, quia in confirmatione cōiter descendebat spiritus sanctus. Alio modo, quia pp casum allegatū dico, ꝙ in casu illo prǣallegato pp necessitatem illius patriæ instituit illos sacerdotes Episcopos, quantum ad istum actum, tamen de Confirmatione intendendo primam solutionem, esset dicendum, quòd pro tantomodo Sacerdotes communes non confirmant, sed soli Episcopi, quia ita ordinatum est à Papa, & ab Ecclesia, non quòd absolute loquendo Sacerdos non posſit.

Ex cōmisſione pape sacerdos potest sacramentū cōfirmationis exhibere.

DISTINCTIO. VIII.

CIRCA DISTINCTIONEM VIII.
Quæritur,

VTRVM EVCHARISTIA SIT SAcramentum nouæ legis.

Scotus 4. sent. dist. 8. q. 1.
D. Thomas 3 parte summa q. 73. Art. 1.
Durandus 4. sent. dist. 8. q. 1.

Quæstio prima.

Circa distinc. octauam, in qua Magister incipit agere de sacramento Eucharistiæ; quæritur primo, Vtrum Eucharistia, sit sacramentum nouæ Legis.

Magister agit de sacramento eucharistiæ quo nutrimur & in bono confirmamur.

Qvod non: Quia, ut patet de præcedentibus sacramentis; sacramentum est signum efficax gratiæ. Sed Eucharistia est signum corporis christi, & non gratiæ, ut patebit. ergo.

Contra: De consecratione distinct. 2.

Resondeo, ꝙ primo, uidēdum est de eius descriptione. Secūdo de eius unitate. Tertio de eius excellentia ad alia sacramenta. De primo dico, ꝙ potest sic describi: Eucharistia est signū sensibile ex institutione diuina post consecrationē materiæ debito ritu factam corporis & sanguinis christi ueraciter contētiuum. In hac descriptione ponitur implicitè fundamentum materiale, s. panis & uini species, quæ sunt fundamentū istius signi, quod notatur per materiam debito ritu factam in debita prolatione uerborum, & debita intētione Ministri,& ita idoneitas tangitur causa efficiens, unde habet efficaciam hoc sacramentum. s. diuina institutio tangitur. & finis etiam significatur istius sacramenti. s. corpus,& sanguis christi.

Descriptio sacramenti eucharistiæ.

De secundo Dico, ꝙ unitas istius sacramenti nō ē unitas indiuisibilitatis, sicut aliorum sacramētorum, sed unitas integritatis. Vnde sciendum, ꝙ corpus hominis aliquando sumitur proprie pro corpore animato, & isto modo sanguis nō est de corpore, quia non est animatus, licet sit in potētia propinqua ad aiam pro tāto, pro quanto est in potentia propinqua, ut cōuertitur in carnē. Alio modo accipitur corpus hoīs proprie nō solū pro corpore animato, sed pro oī eo, ꝙ est in potentia propinqua ad corpus aiatū, & isto modo sanguis est de corpore. Tunc dico, ꝙ solæ species panis fundāt signū ad corpus, primo mō dictū,& solæ spēs uini fundāt signū ad sanguinē, & ideo potest esse unum istorum sine altero; Sed species panis,& uini simul integrant unum fundamentū,& fundant signū ad corpus secundo modo dictum, qđ quidē signum integratur ex illis duobus signis dictis. Ita ꝙ quodlibet illorum per se habet unitatē indiuisibilitatis, sed simul ambo habent unitatem integritatis. Est autem hoc conueniens, quia istud sacramentum est completa refectio animæ. sed completa refectio corporis non consistit in solo cibo,& potu. ergo habet integritatem, & nō indiuisi-

Quæ sit unitas huius sacramenti.

Corpus hominis duobus modis sumi potest.

An sanguis sit aliquid corporis.

indiuisibilitatem. ergo consimiliter est dicendum de defectione animæ.

Hoc sacramẽtũ excedit oĩa alia sacramẽta in quattuor.

De Tertio dico, quòd hoc sacramentum excedit alia in quatuor. Primo, quia alia sacramenta significant gratiam accidentalem inhærẽtem. Hoc autem significat gratiam subsistentem, quæ est perfectior. s. ipsum Christum, per hoc patet solutio argumenti principalis.

Secundo, quia alia sacramenta licet ex se sint signa efficacia gratiæ, quandoque tamen non habent suum significatum. s. quando susceptiuũ est indispositum, istud uerò semper habet suum significatum. s. maiorem gratiam, quandoque maiorem, & minorem dispositionem suscipit. Tertio, quia istud sacramentum, quod signat, realiter continet. Quarto, quia alia sacramenta solum cõstant in usu, ita quòd ipsorum esse est in usu & fieri, hoc autem manet, ut patet. Vltimo dico, quòd hoc sacramentum fuit institutum à Christo, & ab eo collata est authoritas Apostolis de conficiẽdo quando dixit: Hoc facite in meam commemorationem.

Matth. ca. 26. Lucæ ca. 21.

AN FORMA SIT QVAE PONItur in Canone missæ.

Seraphycus Bona. 4. sent. dist. 8. q. 1. Art. 1. parte 2.
Scotus 4. sent. dist. 8. q. 2.
D. Thomas 3. parte summa. q. 78. Art. 2.
Ricardus 4. sent. dist. 8. q. 1. Art. 3.
Durandus 4. sent. dist. 8. q. 2.
Ioannes Bacconitanus 4. sent. dist. 8. q. 3.

Quæstio secunda.

SECVNDO quæritur, Vtrum forma uerborum, qua Ecclesia utitur in hoc sacramento, sit competens.

QVOD non: Quia istud pronomen: Hoc, non demonstrat nisi pro instanti in quo profertur. Probatio est, quia in nullo alio instanti habet esse, sed in nullo instanti, in quo profertur: Hoc, nondum est corpus Christi: ergo, uel demonstrat substantiam panis, uel accidẽtia, uel nihil. & utroque mõdo demonstratio falsa. sed in sacramẽto ueritatis non debet esse falsitas. ergo.

Item de forma consecrationis sanguinis arguitur, quòd non sit illa, qua utimur, quia illa non inuenitur tradita à Christo, cũ in nullo Euãgelio reperiatur.

CONTRA id est Innocentius Papa extra de celebratione Missarum, ubi ponit hanc formã, quã asserit sic esse traditam à Patribus.

Extra de celebratione missæ cum Marthæ. Idem Ricardus dist. lectione præsenti. q. 2.

RESPONDEO, sicut dictum est in alia quæstione, quòd hoc sacramentum non est unum unitate indiuisibilitatis, sed integritatis. ergo nõ habet unã formã uerborum unitate integritatis, & ideo primo uidendum est de forma uerborum consecrationis corporis. Secundo uidendum est de forma uerborum consecrationis sanguinis. Vterque eorum habet efficaciam per se, aliter fideles adorãtes hostiam, quando ostenditur à Sacerdote, essent idolatræ. Quod absit.

Duo dubia.

De primo dico, quòd forma præcisa est hæc: Hoc est corpus meum. Sed sunt hic duo dubia:

Primũ dubiũ.

Primum est, quia illa nõ est præcisa forma uerborum consecrationis corporis Christi, ex cuius ui non fit præcisè conuersio. ergo. Minor probatur, quia in uirtute falsorum uerborum non fit cõuersio, sed ista uerba à Sacerdote præcisè dicta essent falsa. Probatur, quia tunc ex ui uerborum nõ haberetur, quòd loqueretur in persona Christi illa uerba: Qui pridie, quàm pateretur. Quæ uerba ex ui uerborum dicuntur de Christo, & tunc poterit dicere in persona Christi ex ui uerborũ, hoc est istorum, quæ uerba ex ui uerborum dicuntur de Christo, sicut patet. omnia illa uerba. ergo. Et confirmatur: Prophetæ quando recitabant uerba Domini, dicebant: Hæc dicit Dominus.

Scd̃m dubiũ.

Secundum dubium est, quare additur: Enim, cum non ponatur ab aliquo Euãgelista, nec Christus posuit eam dictionem.

Ad primum communiter dicitur, quòd si Sacerdos diceret solum illa uerba cum debita intentione uerè conficeret. sed hoc nõ assero, nec eius oppositum. Certus sum, quòd si Sacerdos cum intentione debita dicat distinctè, & completè uerba, quæ ponuntur in Canone Missæ, uerè conficit: Sed utrum sola illa uerba, quæ sunt de forma sufficerent sine aliis præcedentibus, ita etiam, quòd præcedentia non dicantur, nisi propter reuerentiam, & consecrationem, ut dicunt, hoc non determino. Nõ enim sine causa uerba Canonis sunt ita connexa ab illo loco: Communicantes, usque post consecrationem ad illum locum: Supplices. Sunt enim omnia uerba illa cõnexa, ut patet, uel per copulationem cum præcedentibus uerbis, ut patet de illa oratione: Quam oblationem. Et: Qui pridie, uel per relationem, uel per nomen relatiuum, ut ibi: Simili modo. Quid ergo esset faciendum, si Sacerdos proferret super panem absolutè sola illa uerba: Hoc est enim corpus meum, sine præcedentibus; Dico, quòd illa hostia esset adorãda sub cõditione, nõ & absolutè. s. sic intendendo, ut si est corpus Christi adoro eam, & si non est, non adoro.

Sed nunquid essent uerba iteranda. dico, quòd nõ, quia nõ est tantum periculum dubitare hic, sicut in baptismo, quod est necessarius ad salutem. & ideo quãdo ibi dubitatur est iterandum sub cõditione.

Sed nunquid esset ista hostia sumẽda? Dico, quòd sumenda est à Sacerdote post communionem ante uini resumptionem cum intentione conditionata, ut dictũ est. Nec hoc est periculũ, quia tũc Sacerdos adhuc est ieiunus, ut patet, & si non est corpus Christi, nõ fit ẽt irreuerẽtia sacramẽto sũpto. Sumimus. n. purũ uinũ, ut patet, post cõmunionẽ.

Ex his patet, quòd periculosum est uelle præsumere de propria scientia, ut cum Sacerdos celebrat, dicat intra se ista uerba præcisè: dico. n. cum intentione consecrandi, & nõ plura. Sed securius est sic intendere ista & alia dico cũ illa intentione, cum qua Christus instituit esse dicẽda, ut Ecclesia tenet. Patet ẽt, quòd nõ est uerbũ, quod aliqui dicunt quòd oportet nos præcisè scire, quæ est præcisa forma

uerborum omnium sacramentorum, ex ui quorum uerborum præcisè fit sacramentum. Dico, quòd non oportet, sed sufficit, quòd sciamus omnia uerba instituta ad dicendum, & illa distinctè, & complete dicantur. Scire autem, utrum omnia sint de necessitate, uel quæ præcisè sunt de necessitate, & quæ sunt de bene esse, nõ oportet; & hoc dico non solum de sacramento Eucharistiæ, sed etiam de omnibus alijs. Vnde non assero, an esset baptizatus, uel non ille, qui mergeretur in aqua à Ministro dicẽte hæc uerba, & non plura: In nomine Patris, & filij, ut Spiritus sancti. Et similiter nõ assero, quòd esset absolutus, cui diceretur à Sacerdote: Absoluo te; & non plura, & sic conferendo ordines nescimus præcisè uerba necessaria. Possunt etiam concurrere non necessaria uerba, quæ non sunt de esse formę principalis, sicut patet per hæc uerba: Ego te baptizo, nõ sunt ita essentialia, sicut ista: in nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti. Quod patet, quia possunt mutari & illa. Nam Græci non ita dicunt, & tamen sine eis forte non posset quis baptizare, uel baptizari.

Nota bene.

Et non intelligo, quid Scotus uelit dicere hic, quia non sumus certi in sacramento altaris de cõuersione facta, nisi completis omnibus superius assignatis connexis. tunc enim quando adoramus hostiam ante consecrationem sanguinis, possemus esse Idolatræ: Quod absit, sed forte uult dicere, quòd ab illo loco: Qui pridie, usque ad: Simili modo. Et in consecratione sanguinis, ut dicitur in secundo articulo ab isto loco: Simili modo, usque ibi exclusiuè: Hęc quotiescunque. Et hoc patet, quia ipse idem in præcedenti quæstione dicit, quòd fiebat conuersio panis ante conuersionem uini, & per hoc probauit, quòd illud sacramentum non erat unum unitate indiuisibilitatis.

Author fatetur se hic non intelligere Scotum.

Hic aperit mẽtem Scoti.

Tunc ad secundum dico, quòd hæc dictio: Enim, non est de essentia formę, sed ponitur secundum unum Doctorem ad copulandum ipsum sacramentum cum ipsius usu, quasi dicat: Accipite, & manducate, i. sit uobis sacramentum in usum æternum; enim, pro quia, hoc est corpus meum. Potest etiam secundum præmissa alia ratio assignari. Dico, quòd illud ponitur ad coniungendum, ne ista uerba, quæ sunt forma, proferantur sine præmissis, ut per hoc innuatur, quia licet præmissa uerba non sint forma, sunt tamen necessariò præmittenda ad formam; & hoc confirmatur per D. Ambrosium de sacramentis, & de consecratione panis, ubi dicit sic: Sermo Christi in altari mutat naturam. Cõsecratio uerò quibus uerbis fiat hic attendite, quæ sint uerba illa: Accipite, & Edite ex hoc omnes, hoc est enim: &c. Ecce ergo, quòd D. Ambrosius uult, quòd de necessitate sint præmittenda uerba illa.

Cõiunctio. enim nõ est de essẽtia formæ.
D. Thomas præsenti dist. Arti. 2. q. 1. in solutione secundi Argumenti.
Opinio Scoti de ly enim.

De consecratione dist. 2.

De secũdo articulo principali. s. de forma uerborum consecrationis sanguinis est maius dubiũ, dicunt enim aliqui, quòd præcisa forma uerborũ est ista: Hic est calix sanguinis mei, & non plus.

Alexãder Alẽsis 4. parte summæ q. 33. & F. Fort. in 4. dist. 8. Arti. 1. q. 2.

Alij dicunt, quòd tota oratio completa usque ibi exclusiuè: Hæc quotienscunque. Et ratio istorum est, quia illa, quæ sequitur immediate, ad sanguinis mysterium, scilicet noui, & æterni testamẽti sunt specificatio præcedentium. Ideo pertinent ad eandem rationem, sicut alia sequentia: Qui pro uobis. &c. quia, ut dicunt, relatiuum implicat antecedẽs, & ita omnia illa uerba sunt partes eiusdem orationis completę. Sed ista ratio non cogit, quia potuisset dicere Christus: Hoc est corpus meum natum de uirgine, suspendendum in cruce sicut dicit de sanguine, qui pro uobis effundetur. & tamen patet, quòd sine istis uerbis illa est forma completa.

Dico hic igitur, quòd ibi est duplex dubium, unum, quod est commune cum forma uerborũ consecrationis sanguinis. Verum: si sint præmittẽda illa uerba de necessitate, simili modo postquã cœnauit dicens, &c. Et quantum ad hoc per omnia dicendum est, sicut dictum est ibi, quia nescitur determinatè, & pro certo, utrum illa uerba, quę sequuntur: Noui, & æterni testamenti sint de essentia formæ, uel non. sunt tamen saltem necessariò subiungenda eo modo, quo dictum est, illa essent necessario prætermittenda, & etiam plus pro quanto de istis dubium est, utrum sint de essentia formę, & si uerba ista non subiungerentur, dicẽdum esset de isto calice, sicut dictum fuit de illa hostia, & de hac dictione, Enim dicẽdum est hic, sicut ibi.

Duplex dubium.

Scotus tenet esse in certũ

Secundum dubium est de illis uerbis: Hęc quotiescunque feceritis: &c. certum est, & esse oportet apud omnes, quòd non de essentia consecrationis sanguinis, quod patet, quia æquè referuntur ad hostiam, sicut ad sanguinem, sed non sunt de essentia consecrationis corporis. ergo. & quia etiam non sunt uerba pertinentia ad consecrationem, si essent, quod absit, de necessitate consecrationis corporis, & tunc essemus idolatræ, quando adoramus corpus ante, ut patet; sed ad usum sacramenti ponuntur. Hic etiam patet intentio Scoti superius posita.

Dubium.

Ad argumenta principalia. Ad primum dicitur, quod sacerdos recitat solum hæc uerba materialiter, quia in persona Christi, Christus autẽ conuertit panem in corpus suum, non quando dixit hæc uerba, sed quandocunque panem benedixit, & tunc uere potuit dicere, accipite &c. & per hoc tollitur difficultas de pronomine demonstratiuo: Hoc, ut patet. Et cõfirmatur hoc per Innocẽtiũ de officio Missæ, sed hoc communiter non tenetur, Videtur enim irrationabile dicere, quòd aliam formam nobis tradit ad conficiendum ab illa, qua ipse fuit usus. Scotus tractat hoc dubium prolixè logicè, & Theologicè, sed breuiter potest dici aliqualiter secundum intentionem eius, licet in completè, quòd oratio uoce prolata non causet conceptum de se in intellectu audientis, nisi in ultimo istanti suæ prolationis, & hoc probatur, quia non habentur omnes illius orationis partes ante illud instans, sed non causatur conceptus orationis antequam habeãtur omnes partes orationis, & hoc confirmatur, quia nulla pars orationis signat totum conceptum completum illius orationis, & tunc tollitur difficultas. s. quòd ista pars

De officio missæ pte tertia c. 6. & 14.
Gotfredus pictauensis 4. parte summę præsenti distinctione.
Vide Scotum in præsen. dist.

Quære Varronem. q. præsenti.

hoc est

hoc est enim non demonstrat suum demonstratiuum in illo ultimo instanti, sed in illo instanti est ibi corpus. Tunc enim demostrat corpus Christi, & per consequens, demonstratio est uera. Sed restat dubium de illa probatione, non enim demonstrat aliqua dictio, nisi quando est, sed non est nisi quando profertur, & non in illo instanti est corpus Christi, ergo. Dico, q dictio, q est pars orationis, quādo profertur causat similitudinem sui in fantasia, & ex illis derelictis in fantasia, & ex singulis dictionibus, quando proferebantur, intellectus per suam collectionem omnium illorū in ultimo instanti, causat in se conceptum complexum illius orationis, & tunc quælibet dictio habet suum significatum in quātum est pars illius orationis, & non ante, quia si ante, ergo non esset pars illius orationis, sed esset dictio per se, & ita nunquam haberetur conceptus complexus alicuius orationis, quod patet esse falsum, ergo..

Dubium.

Ad secundū dicunt aliqui, q forma uerborum consecrationis non est præcipuè illa, quę ponitur in canone. Vnde Græci utuntur alia forma dicendo: Hic est sanguis meus, nec Ecclesia dicit eos non cōficere. Vnde forma Græcorum, & nostra, quæcunque alia posita, & scripta in euangelijs esset sufficiens. Ista tamen, qua utimur, est de necessitate Ministri in Ecclesia Romana. Non dubito tamē istam, qua utimur, fuisse institutam à Christo, & traditam Ecclesiæ ab Apostolis, sicut dicit Innocentius ubi supra, nec obstat, quòd nullus Euangelista eam posuit, quia ipsi intendebant nominare rem gestam, & non ponere formam conficiendi, & hoc patet expresse, quia nec ipsi recitant eandem formam. Congruitas aūt, quare ibi ponit calix, est, quia cōsecratio fit in potu, quia in uino, sicut consecratio corporis in cibo. potus autem cum sit liquidus non est potabile sine uase.

Petrus de Taranto præsenti dist. Art. 3. q. 2.
Vide Ricardū ubi supra Ar. 3. q. 2.
Extra de celebratione Missæ ca. cū Martha.

VTRVM HOC SACRAMENTVM posit recipi à non Ieiunis.

Scotus 4. sent. dist. 7. q. 3.
D. Thomas 3. parte summa. q. 80. Art. 8.
Ricardus 4. sent. dist. 8. q. 3.

Quæstio tertia.

TERTIO quæritur, Vtrum istud sacramentum posit recipi à non ieiuno.

QVOD sic: Quia Christus dedit Apostolis ipsum post cęnam. Item prima ad Cor. Si quis esurit, domi manducet. Vbi Apostolus uidetur innuere, quòd prius sit fames tollenda per cibum, ne. s. immoderate sumatur de illis speciebus.

Matth. ca. 26.
Corint. c. 11.

CONTRA id est Augustinus: Placuit enim spiritu sancto, ut in honore tanti sacramenti prius in os Christiani corpus dominicum intraret, quàm alij cibi, ideo utrobique mos iste seruatur.

De consecratione dist. 2. liquido. & sumitur ab Augustino ad inquisitiones Ianuarij.

Dico, quod aliquis recipit sacramentum, sed non sacramentaliter, nec spiritualiter, sicut infidelis, qui recipit hostiam, consecratam, uel ēt Christianus hæreticus, qui non credit rectè esse ibi corpus Christi, & de talibus dicit Apostolus, ubi supra, ad iudicium sibi manducat, & bibit, nō diiudicans corpus Domini.

Corinth. c. 2.

Aliquis recipit sacramentum sacramentaliter, sed non spiritualiter, quia non recipit gratiam, quæ est effectus, & res sacramenti, sicut fidelis, qui recipit cum conscientia peccati mortalis. Aliquis recipit sacramentum sacramentaliter, & spiritualiter, sicut bonus Christianus. Aliquis solum spiritualiter, sicut deuotus homo, qui deuotè de ipso contemplatur, & tamen ipsum non recipit, uel propter humilitatem quandoque, uel propter infirmitatem, uel propter defectum danis hostiā sacratam. Vnde Augustinus distinguens spiritualem manducationem à sacramentali ait: Quid paras dentem, & uentrem? Crede, & mãducasti. Credere enim in eum est manducare panem, & bibere uinum. Qui credit in eum, mãducat eum. Duobus primis modis pōt accipi bene ante ieiunium. Ieiunium autem duplex est, s. Ecclesiæ, & naturæ. Ieiunium Ecclesiæ non soluitur propter sumptionem aliquarum specierum, nec propter potum post prandium, uel cœnam, & huiusmodi. Ieiunium autem naturę solueretur per omnia ista. Tunc dico, quòd non à ieiuno ieiunio naturæ potest sumi, sumitur enim semper sanguis post hostiæ sumptionem, & in die natiuitatis Domini potest sumi corpus & sanguis Christi, bis, uel ter, ut patet etiam de sumptione. Loquēdo tertio modo dicto, à nō ieiuno ieiunio Ecclesiæ potest sumi in duobus casibus, primo in casu mortis, non esset hoc negandum hoc sacramentum, quod est uiaticum salutis illi, qui esset in articulo mortis, quamuis non esset ieiunus. Secundo occurreret talis casus, quòd Minister poneret in calice aquā pro uino, & Sacerdos non auerteret, nisi quando sumeret liquorem credens sumere sanguinem. Tunc dico, quòd licet non esset ieiunus, quia iam aqua descendisset ad stomachum, omnino tamen deberet, & posset ponere in calicem uinum, & guttam aquæ, & iterum consecrare ab illo loco incipiendo: Simili modo, usque ibi: Vnde & memores. Quo facto debet sanguinem sumere cōsecratum. Hoc probatur, quia ad istam consecrationē, & integritatem sacramenti requiritur, quòd qui conficit corpus, conficiat & sanguinem, & sumat utrumque, & obligatur stricte de præcepto Ecclesiæ, de consecratione: Comperimus. Et licet sit etiam pręceptum Ecclesiæ, q non sumatur nisi à ieiuno, dico tamen q in isto casu non ligat, quia illud præceptum est primum, & superius traditum Apostolis à Christo. Nec ualet argumentum, quòd in Parasceue Sacerdos sumit corpus sine sanguine, quia illo die non conficit corpus, & ideo non tenetur ad istam integritatem, sicut etiam seculares summunt corpus sine sanguine, ut patet.

De consecratione dist. 3.
Duplex Ieiunium.
Quibus non est negādum sacramentum eucharistiæ.
De consecratione dist. 2.

AD primum principale respōdet Augustinus, quòd non sumendum est hoc sacramentum à pransis, pro eo, quòd Christus dedit hoc sacramentū Apostolis post cœnam, quia ipse fecit illud non pro eo, quòd uellet sic à nobis recipi, sed ut ma-

In illo c. liquido.

gis ſacramentum hoc imprimeretur ipſorum memorię. Ideo ultimo ante eius paſsionem dedit eis hunc cibum. Sed tamen ipſe inſtituit per Apoſtolos, & ſucceſſores ſuos, quòd non ſumeretur ex tunc, niſi à ieiunis.

Ad ſecundum etiam patet ſolutio per Auguſtinum, quia Apoſtolus non monet, quòd primo comedant, & poſtea accedant ad ſacramentum, immo iſtos redarguit. Sed ait, quòd poſt ſumptionem ſacramenti, uadant domos, & poſtea ſatisfaciant fami, non in Eccleſia de iſtis ſpeciebus. &c.

DISTINCTIO IX.

CIRCA DISTINCTIONEM IX. Quæritur,

VTRVM EXISTENS IN PECcato mortali peccet mortaliter percipiendo hoc ſacramentum.

Seraphicus Bona. 4. ſent. diſt. 9. q. 3. Art. 2.
Scotus 4. ſent. diſt. 9. q. 1.
D. Thomas 3. parte ſummæ q. 80. Art. 4.
Ricardus 4. ſent. diſt. 9. q. 1. Art. 2.
Durandus 4. ſen. diſt. 9. q. 4.

Quæſtio prima.

Magiſter tractat de perceptione ſacramenti illius.

CIRCA diſtinct. Nonam quæritur, Vtrum quis hoc ſacramentum ſummens cum peccato mortali, peccet mortaliter.

QVOD NON: Quia nullus peccat faciendo illud, ad quod tenetur, ſed quilibet Chriſtianus tenetur communicare ſemel in anno, extra de pœnitentia. ergo.

Omnis utriuſque ſexus.

Item Sacerdos, qui conficit, tenetur ſumere de conſecratione. Sed poſsibile eſt iſtum eſſe tūc in peccato mortali. ergo.

De conſecratione diſt. 2. relatum.

Item nullus tenetur confiteri niſi ſemel in anno ex ipſo præcepto: Omnis utriuſque ſexus. & cætera ubi ſupra. ergo Sacerdos poterit celebrare miſſas ſuas abſque confeſsione aliqua infra annum.

Corinth. c. 11

CONTRA id eſt Paulus ad Cor. Qui indigne manducat, &c. ſed nullus eſt dignus ſine gratia, igitur omnis cum peccato mortali indigne manducat hoc ſacramentum. ergo.

Aliquis poteſt eſſe in peccato mortali tripliciter.

Reſpondeo tripliciter: Poteſt enim quis eſſe in peccato mortali primo actualiter peccando mortaliter actu interiori per actum exteriorem, & talis peccat mortaliter, ſi ſumit hoc ſacramentum: indigne enim ſumit illud. Secundo habitualiter ſcilicet, qui habet peccatum mortale, de quo non eſt cōfeſſus, nec contritus. Tertiò, qui habet peccatum mortale, cuius pœnitet, ſed nondum eſt confeſſus, & abſolutus ab Eccleſia.

De primo dictum eſt, quòd peccat mortaliter. De ſecundo dico, quòd uel ille non eſt confeſſus, uel contritus de illo peccato, quia non recolit, & eſt ignorantia craſſa, & affectata, quia. ſ. non diligenter examinauit conſcientiam ſuam, & tūc non excuſatur, licet minus peccatū habeat, quàm primus, quia tenetur ſe diligenter examinare, ut ait D. Paulus ad Corinth. Probet ſe homo. Si uero diligenter examinauit conſcientiam ſuam, quantum poſsibile fuit eius fragilitati, & tamen non recolit, nō peccat. Quod probatur, tum quia non requiritur hic maior puritas animę, quàm ad bene moriendum, & tamen certum eſt, ſi moritur, quòd ſaluatur, tum etiam, quia alias, quicunque communicaret exponeret ſe periculo, quia nemo ſcit, utrum odio, uel amore dignus ſit. Et in pſalmo: Delicta quis intelligit.

Corinth. c. 11
Eccle. ca. 9.
Pſal. 18.

De tertio dico, quòd ſi habet copiā debet primò confiteri. Quod probatur per illud ubi ſupra: probet autem ſe homo. Non enim eſſet diligens probatio conſcientiæ, niſi de recolitis habendo contritionem confiteatur ex quo habet copiam. Si uero non habet copiam aut poteſt uitare communionem, ſine ſcandalo alicuius, aut non, ſi poteſt debet, abſtinere, quod probatur ex eodem dicto Apoſtoli: ſi non, puta, quia eſt Sacerdos, qui celebrare uel debet communicare cum ſociis ex ordine illius collegii uel huiuſmodi. Tunc dico, quòd ſufficit ſibi ſola contritio cum propoſito confitendi, occurrēte debita opportunitate. Nūc autem dico, quòd debita opportunitas confitendi poſt communionem eſt intelligenda ſtricte. ſ. quando faciliter, & conuenienter tibi occurrere poteſt, cui poſsis confiteri, tunc non debes differre.

Corinth. c. 11

Ad illud principale, quòd illud præceptum de unica cōfeſsione in anno eſt ualde generale, quia in multis aliis caſibus eſt præceptum de confeſſione, puta quādo quis grauiter infirmaretur, uel etiam quando quis exponit ſe periculo mortis, probabiliter timendo de morte. ergo quādo quis debet communicare, debet confiteri, ut patet ex dicto præcepto Apoſtoli.

Ad ſecundum patet ſolutio ex dictis. Si quæras, qua lege teneamur confiteri in iſto caſu communionis, dico, quòd ex dicto Apoſtoli, ubi ſupra.

DISTINCTIO X.

CIRCA DISTINCTIONEM X. Quæritur,

VTRVM POSSIBILE SIT CORPVS Chriſti ſub ſpecie panis & uini realiter contineri.

Seraphicus Bona. 4. ſent. diſt. 10. q. 4. Art. 1.
Scotus 4. ſent. diſtinct. 10. q. 1.
D. Thomas 3. parte ſummæ q. 76. Art. 2.
Ricardus 4. ſent. diſt. 10. q. 1. Art. 1.

Quæſtio prima.

CIRCA diſtinct. decimam quæritur, Vtrum corpus Chriſti ſit ſub ſpeciebus ſacramētis. QVOD non: Non eſt ſub eis ante conſecrationem

crationem. ergo nec qui poſt. Antecedens patet. Conſequentia probatur: nam ſpecies habent eandem habitudinem ad ipſum poſt, ſicut ante, quia ſicut ante nec erãt in ipſo ſubiectiue, ita nec poſt ſunt in ipſo ſubiectiue. ergo in comparatione ad ipſum nullo modo mutantur. ergo ſi corpus Chriſti ſit ſub eis poſt, & non ante, oportet, quod ipſum mutetur, quia aliquid eſt ubi primo non fuit, niſi per mutationem ſui uel illius, ubi prius ſub quo dicitur eſſe, ſed corpus Chriſti permanet in Cęlo immutabiliter ſecundum Auguſtinum de Conſecratione, donec ſæculum finiatur, inquit Chriſtus ſurſum eſt Deus.

De conſec. diſtinc. 2. primo Heretis. — Præterea de Conſecratione diſtin. 2. non hoc corpus, quod uidetis, manducaturi eſtis.

Ioan. cap. 12. — Præterea a. c: pauperes ſemper habebitis uobiſcũ, me autem non ſemper habebitis.

Item quòd eſt alicubi ubi prius non fuit mutatum eſt ſed per uerba quæ dicit ſacerdos Chriſti ſubſtantia non mutatur. ergo.

Matth. ca. 26. Luc. cap. 22. Corint. ca. 11. — CONTRA per Matth. & Luc. & Paulũ ad Cor.

RESPONDEO primo, quòd uidendum eſt, quid eſt credendum. ſecundo uidenda poſsibilitas huius crediti.

Quid ſit ſubſtantia fidei. — De primo dico, quòd credere Chriſtũ eſſe realiter in hoc ſacramento ſimpliciter eſt de ſubſtantia fidei, ſicut ueritas alterius ſacramenti, quod patet ex dictis authoritatibus, & conſecratione. (Diſt. 2.) Vbi acceſsit cõſecratio de pane fit caro. Quapropter habemus dicere, quòd ſubſtantia corporis Chriſti uerè, & realiter continetur ſub ſpecie panis, nec ualeret, ſi dicant illud eſſe dictum ſimilitudinaliter, ſicut dicitur Ioan. ego ſum uitis uera. (Ioan. cap. 15.) Nã falſitas huius hæreſis apparet manifeſto per Auguſtinum 83. (83. q. q. 69.) quomodo ſic ſolet circunſtãtia ſcripturarum illuminare ſententiam. Veritas igitur dictorum Chriſti, quæ intelliguntur, apparet ex præcedentibus, uel ex ſequentibus, uel ex aliis locis ſcripturæ, modo autem ſic eſt, quòd quando dixit: ego ſum uitis uera, ſubiunxit ſtatim, & uos palmites. Sed patet, quòd Apoſtoli non erant palmites niſi figuratiue, & non naturaliter. ergo nec Chriſtus erat uitis niſi figuratiue, ſed quando dixit: hoc eſt corpus meum, ſtatim ſubdit: quod pro uobis tradetur. & de ſanguine ſubiũxit, quid pro uobis effundetur, & hoc etiam declaratur per illã prædicationem Ioan. ergo. (Ioan. cap. 6.)

De ſecundo: quando aliquid, eſt in poteſtate alicuius agentis, quantum ad ſuum eſſe totale, & partiale poteſt illud agens facere totaliter, & partialiter deſinere eſſe, & facere quod ſibi aliud ſuccedit, ſed quælibet ſubſtantia creata, eſt huiuſmodi reſpectu primi agentis. ergo. Hæc ratio probat conuerſionem totalem unius rei in aliam. Sed uidetur implicari multa impoſsibilia ſequendo ſuam Philoſophorum primum, quòd quantum ſimul ſit cum quanto, uel quod quãtum ſit ſine ſua quantitate propriè, & ſic duo corpora ſimul. ſecũdum, quòd etiam maius quãtum ſit ſimul, uel ſub minori. Tertium, quòd corpus Chriſti incipiat eſſe de nouo alicubi ſine ſua reali mutatione propriè dicta. Quartum, quòd illud quantum ſit ſimul in diuerſis locis realiter. Iſta uerò non declarabuntur omnia in quæſtione iſta, quia nimis eſſet prolixa. hic igitur declarabitur tertia difficultas, & alia in aliis quæſtionibus ſequentibus, & una ſeruabitur uſque ad tractatum de reſurrectione quomodo ſit poſsibile duo quanta eſſe ſimul. (In 4. diſt. 49 q. ulti. & in quolib. q. 10)

Sed de primo ſunt duo uidenda, primum quomodo corpus Chriſti incipiat eſſe ſub ſpeciebus ſine ſua mutatione proprie dicta, ſecundum quomodo corpus Chriſti eſt in quanto ſine mõ quantitatiuo. De primo dicitur, quòd hoc ſit per conuerſionem panis, & uini in ipſum, quòd ſic genitum eſt, ubi corruptum fuit, & non niſi per loci mutationẽ ipſius corrupti in ipſum, ita quòd corpus Chriſti, eſt ſub ſpeciebus panis, & non per eius mutationem, ſed per conuerſionem panis, & uini in ipſum. (D. Thom. præſenti diſt. q. 1. ſoluẽdo quartum argumẽtum idem tenet Varro. in 4. q. 1.)

CONTRA: Deus poſſet facere, quòd ſubſtãtia corporis Chriſti eſſet ſub ſpeciebus conſecratis ſine aliquo impoſsibili, ſicut eſt modo manente ſubſtantia panis, & uini. ergo tunc non eſſet præſens ſpeciebus ex conuerſione, uel mutatione alicuius ſubſtantiæ in ipſum. ergo nec modo.

Item quando aliquid cõuertitur in aliquid magis acquirit conditiones, ubi cõuerſi, quam illud in quod conuertitur acquirat conditiones, ubi eius quod conuertitur, ſed panis cõuertitur in corpus Chriſti exiſtens magis ex ui iſtius conuerſionis deberet dici, quòd acquiſiuit eſſe in cęlo, ubi eſt corpus Chriſti in quod conuertitur, quam corpus acquirat ex hoc eſſe præſens, ubi panis erat. Et nota, quòd iſta ratio ualet, quãdo illud in quo fit conuerſio actu præexiſtit idẽ numero, ſed non ualet de eo, quod conuerteretur in id, quod non actu præexiſtet et eo modo, quo corruptum dicetur conuerti in genitum, ſed in propoſito, eſt conuerſio præexiſtentis actu. ergo ratio ualet, & eorum exemplum, ſed probatio de corrupto, & genito non ualet.

DICO igitur quantum ad iſtum articulum, quod quando corpus mouetur expellendo aliud corpus conueniunt ſibi octo termini, quatuor mutationes, duę in corpore expellente, & duæ in corpore expulſo, & ambę cum ſuis terminis. nã corpus expellens mutatur a ſuo ubi, ut ad priuationẽ eiuſdem, & ita mutatio, quæ eſt de termino paſsiuo ad terminum priuatiuum poteſt dici perditiua. Mutatur etiam à priuatione illius ubi, quod acquirit ad ipſum ubi, quod acquiſiuit, & iſta poteſt dici acquiſitiua. Conſimiliter ſunt duæ aliæ mutationes, & quatuor termini in corpore, quod expellitur, ut patet. Si autem mutaretur ſine expulſione alterius corporis, quod poſsibile eſt, ut dicetur in tractatu de reſurrectione tum ibi nõ eſſent niſi duæ mutationes, & quatuor termini. ſi autem mutaretur ſine perditione primi ubi, tunc non eſſet ibi niſi una mutatio, & duo termini; illa quæ dicitur acquiſitiua, quæ eſt a priuatione ipſius, ubi acquirendi ad ipſum. ſed ſi nulla iſtarum mutationum poneretur, nunquam corpus inciperet eſſe realiter, ubi primo non fuit, quia impoſsibile eſt, & contradictio eſt, quòd fiat aliqua realis mutatio (Speculatio ſubtiliſsima)

tio

tio à contradicto modo in contradictorium secundum aliquod prædicamentum reale, nisi fiat realis mutatio in aliquo extremorum. tunc ad propositum patet, quòd ad hoc, quòd corpus Christi sit speciebus, non oportet ponere expulsionem alterius corporis, manet enim quantitas panis, & posset etiam remanere substantia, ut dictum est. ergo non oportet ponere illas duas mutationes cum suis quatuor terminis ex potestate corporis expulsi.

Item non est hic prima mutatio cum suis terminis ex parte corporis expellentis, quæ dicitur deperditiua, quia corpus Christi nō propter hoc descendit de Cœlo aliquid perdendo, ut patet per Augustinum, ubi supra. cum autem corpus Christi de nouo fiat realiter præsens speciebus sacramentalibus quibus primo realiter erat non præsens necessario oportet ibi ponere aliquo modo secundam mutationem, quæ dicitur acquisitiua scilicet a priuatione alicuius, ubi ad ipsū ubi, isto tamen modo potest dici mutatio propriè, tum quia non præcedit, nel concomitatur prima mutatio, quæ dicitur deperditiua, tum quia iste terminus, qui acquiritur non est proprie ubi, sed simpliciter præsentia corporis Christi per unum nouum respectum realem ipsius corporis Christi ad species de nouo extrinsecus aduenientes, qui respectus est talis præsentialitatis.

Duplex mutatio, acquisitiua, & deperditiua.

Et si quæras in quo genere sit iste respectus, uel ista mutatio. Dico quòd proprie nec est in aliquo de assignatis generibus a philosopho, sicut nec mutatio, qua Angelus fit de nouo præsens alicui loco diffinitiue, magis tamē potest reduci ad genus, ubi inter omnia genera, quę cum ipso plus conuenit nec ex hoc sequitur, quòd sint plura, quàm decem, quia potest dici, quòd aliqua ipsorū non sunt, ita generaliter assignata sicut possent assignati.

In quo genere sit mutatio.

5. physic. com. tex. 5.

De secundo articulo dicitur, quòd sic, quia sicut substantia, quæ est de se indiuisibilis quando inest alicui mediāte quantitate, est ibi diuisibiliter modo quantitatiuo eo, quod quantitas, quę de se est diuisibilis, si inesset alicui mediāte substantia esset ibi indiuisibiliter, & non modo quantitatiuo nunc autem sic est, quòd ex ui conuersionis non est ibi nisi sola substantia corporis, & omnia alia sunt ibi per naturalem concomitantiam ad ipsam. ergo est ibi propria eius quantitas mediāte substantia. ergo indiuisibiliter, & non quantitatiue.

Contra: Vnum quodque siue sit primus terminus transubstantiationis, siue secundus, si tamen est habet proprietates suas, quæ ibi necessario cōueniunt. Exemplum si Deus creet substantiā quātam, uel etiam natura generet substantiam, & cōcomitetur quantitas utriusque productionis siue creationis siue generationis primus terminus, est substantia, & quantitas est concomitās, & tamen tam ingenitū, quàm increatū habent suum modū naturalem sicut haberet si primo terminaret aliquam mutationem. Hoc probatur etiam ratione, quia diuina habitudo ad agens non uariat rem actu secundum Augustinum. ergo quòd quantitas propria Christi sit ibi per naturalem concomitantiam, & non primo non tollit, quin esse: ibi quantitatiue sicut expresse patet de substātia quātā generata, ubi quantitas probatur per naturalem concomitantiam. ergo.

Exemplum.

3 de tri.

Aliter dicitur, quòd quantitas Christi non est dinumeratiue, quia substantia corporis Christi non habet partem extra partem, sed partem intra partem.

Contra: Non esset tunc corpus organicum, & quantum, & per consequens nec animatum, tā anima sensitiua, quàm rationalis, quæ omnia sunt falsa.

Dico igitur, quòd sciēdum est positio, quę est differentia quantitatis dicit ordinem partium in toto, & istam oportet ponere ex quo uere, realiter, & ibi totum corpus Christi, quod est in Cœlo. Alia est positio, quæ dicit ordinem locati ad partes loci, & ista est prædicamentum secundum aliquos, sicut ubi dicit ordinem totius locati ad totum locum, tunc dico, quòd Deus potest separare istam a primo faciendo, & insistendo ad primam, & non ad secundam, & hoc modo potest non solum negatiue scilicet faciendo unum quantum extra uniuersum, & tunc non haberet istud quantum corpus locum ex cuius partibus haberet ordinem eius partes, immo posito, quòd quantum existat per præsentiam alteri quanto absque ista secunda posita. hoc probo, quia quādo subiectum respicit contingenter speciem quamlibet alicuius generis dicendum est, quòd totum genus respiciet contingenter non extrinseca, & essentiali eius ratione, sed inquantum respicit contingenter quamlibet eius partem secundo modo dictam. Probo, quia potest mutari de illo loco, & ire ad alium locum tunc habebit aliam positionē. ergo contingenter respicit totum genus illius passionis. ergo potest esse sine tali positione.

Positio dicit ordinem partium.

Positio dicit ordinem locati.

Ad principale patet ex primo articulo, quòd corpus Christi non mutatur mutatione, quæ dicebatur deperditiua, & ideo manet in Cœlo, sicut dicebat Augustinus tamen mutatur secunda mutatione, quæ dicitur acquisitiua, quia acquirit nouum respectum realem præsentialitatis ad species, qui respectus est extrinsecus adueniens, ut patuit.

Ad secundum dico, quòd debent intelligi illa decreta, quòd non manducat &c. idest corpus uisibiliter, sed bene inuisibiliter, ut patet ibidē Ioā. idem ad secundum non habebunt uisibiliter, sed bene sacramentaliter, & uere realiter.

Ad aliud maior habet ueritatem quando perdit primum locum, sed possumus dicere, quòd mutatur, qui acquirit, ut dictum est nouum respectum ad species quibus est præsens nec propter hoc potest inferri, quòd possit moueri localiter, & ratio, quia quòd mouetur tali motu oportet, quòd aliquid perdat, & aliquid acquirat, quia corpus Cristi nihil in Cœlo dimittit, ideo moueri non potest, & talis existentia sub speciebus, est sine motu locali.

Vide Augustinū in epistola ad Ireneum, & refertur canone non hoc. de consecrat. dist. 2.

VTRVM

VTRVM POSSIT ESSE SIMVL localiter in cœlo & alibi.

Scotus 4. sent. dist. 10. q. 3.
D. Thomas 3. parte summæ q. 76. Art. 5.
Ricardus 4. sent. dist. 10. q. 2. Art. 2.

Quæstio secunda.

SECVNDO quæritur, Vtrum idem corpus possit simul esse in diuersis locis.

QVOD NON: quia idem non potest referri ad se realiter oppositis relationibus, sed tunc referretur, quia idem corpus esset superius se, & inferius, dextrum, & sinistrum respectu eiusdem, & huiusmodi. ergo.

CONTRA p Vgonem de sacramētis: Qui fecit, quòd unum corpus esset in uno loco, fecit quomodo uoluit, & si noluisset potuisset aliter fecisse. (Part. 8. c. 11.)

RESPONDEO, quòd si quæratur absolute, quæstio nō habet difficultatem apud Doctores, quia omnes concedunt corpus Christi esse simul in cęlo, & in diuersis altaribus. Sed si quæstio quærit, Vtrum localiter; dicunt multi doctores, quòd nō, & ponunt uarias rationes, quidam arguit sic: si idē corpus esset ex se receptibile esset diuersorum situum. ergo omnium quantum est ex se, sed Deus, cum sit potentiæ infinitę potest sibi dare omne illud cuius ex se est receptibile. ergo idem corpus potest esse ubique, sed hoc est proprium Dei. ergo non alteri. (Hic tenetur à multis conclusio negatiua, sed diuersi diuersimode probant. Hēricus quolib. 9. q. 31.)

Item sequerentur multæ cōtradictiones, quia tunc in uno loco posset moueri, & in alio quiescere, & in uno calefieri, & in alio frigefieri, & in uno infirmari, & in alio sanari propter aliam, & aliam aeris dispositionem, in uno interfici, & mori, in alio resurgere, & mori, sed omnia ista sunt impossibilia. ergo.

Alius arguit sic: Sicut unum suppositum per unam naturam non est nisi in una specie, ita unū corpus per unam dimensionem nō est nisi in uno loco. ergo. (Egidius quolib. 1. q. 1. & quol. 2. q. 17.)

Alius sic arguit: Aut esset in diuersis locis una mutatione, aut alia, & alia, non una & eadem, quia una mutatio non est nisi ad unum terminū, nec alia, & alia mutatio, quia idem non potest simul moueri diuersis mutationibus eiusdem rationis. 3. Physic. sed patet, quòd esset eiusdem rationis. ergo. (3. Physic. contex. 19. & 5. Met. ca. de eodem.)

Item termini motus sunt incompossibiles. 5. Physicorum, sed inter quæcunque duo, ubi potest esse motus, ut patet, ergo duo ubi sunt incompossibilia respectu eiusdem locati. (5. Physic. contex. 26. in principio & ad finem quinti habetur idē.)

Item arguitur sic: Eadem materia non potest simul informari diuersis formis. ergo nec idem corpus in diuersis locis, uel in diuersis ubi, Antecedens patet, Cōsequentia probatur, nam si idem nutrimentum esset simul in diuersis locis poterit a diuersis animalibus recipi, & ita conuerti in eorum nutrimentum.

Sed contra: Illud est possibile Deo, quod non includit contradictionem, nec eius impossibilitas concluditur per manifestam rationem, sed istud, de quo arguitur, est tale, ut patebit in solutione argumentorum. ergo.

Item Deus potest facere duo corpora simul in eodem loco. ergo potest facere idem corpus esse simul in diuersis locis localiter. Consequens patet de corpore glorioso, & Cęlo empyreo. Consequentia patet per philosophum, qui utrunque haberet pro impossibili.

Item sicut Deus potest conuertere substantiā in substantiam, ita potest conuertere quātitatem, sed si conuerteret quantitatem esset ibi quantitas ex ui conuersionis, & per consequens modo quantitatiuo, sed potest esse secundum eos, quod illud, in quod aliud conuertitur illud. ergo aliud quod primo præexistebat erit simul in diuersis locis localiter scilicet ubi primo existebat, & ubi primo erat illud, quod in ipsum conuertitur. (Vide Scotum in 2. distin. 2. q. 8.)

Ad quæstionem ergo dico, quòd cum sit mihi maxima Deum posse facere quidquid non includit contradictionem, & istud sit tale, ut patebit in soluendo rationes, ideo absolutè concedo, quòd Deus potest hoc, dupliciter. Cōfirmatur primo, quia esse in loco localiter non addit supra corpus nisi respectum realem ad quantum locabile extrinsecus aduenientem, sed non est impossibile plurea respectus extrinsecus aduenientes esse eiusdem rationis fundamentaliter. ergo idem corpus in diuersis locis non erit impossibile esse. Maior probatur, quia ubi est prædicamentum, & positio, sunt duo de principiis respectiuis extrinsecus aduenientes, & sunt eiusdem rationis, & possunt fundamentari in eodem fundamento respectus intrinsecus aduenientes fundātur in eodem, de quibus minus uidetur, sicut patet de diuersis similitudinibus eiusdem albi ad diuersa alba, ut probatū est. Et minus sit inconueniens. de illis patet, quia minus uidetur adæquate suum fundamentum scilicet respectus extrinsecus aduenient. Secundo quia ad plurificationem posterioritatis non uidetur necesse sequi plurificatio prioris. sed fundamentum est prius naturaliter ipso respectu. ergo. (Quære Ricardum dist. præsenti Arti. 2. q. 3. nam Scotus sequutus est Ricardum cōtra totam uiam cōem. Libr. 3. dist. 8.)

Ad rationes in oppositum. Ad primam primi Doctoris dico, quòd illud corpus per potentiam Dei potest simul esse ubique, & cum dicit, quòd illud est proprium Dei. Dico, quòd quia Deus est immensus, ideo necessario sequitur, quòd nō sit aliquod ubi, in quo Deus non sit præsens, etiā si infinita ubi essent, & hoc modo est proprium Dei, sed hoc modo non competit corpori, ut illud concesserunt. probo, quia ipsi idem cōcedunt quòd Deus possit conuertere omne corpus esse ubique sacramentaliter non addit nisi unum respectum realem extrinsecus aduenietem scilicet ad corpus locans, sed non est impossibile addere illum respectum. ergo.

Ad solutionem secundæ rationis, quæ implicat multa difficilia imaginationi, dico præmittendo tres propositiones. prima est talis. Quæcūque insunt corpori prius natura, quàm ipsum ubi uniformiter insunt sibi quantumcunque ponantur in

diuersis

in diuersis ubi hoc probatur, quia prius natura nō uariatur propter uarietatem posterioris.

Secunda talis est: quia passum existens in uno ubi non recipit formam absolutam aliam ab agentibus sibi approximatis in illo ubi, quam recipiat ab eisdem agentibus sibi approximatis in duobus ubi, & econuerso. Hoc probatur, quia nō plus requiritur inter agens, & patiēs nisi actiuum respectu passiui habeat potentiam actiuam per quam agat in ipsum non impeditam, & sit approximatio debita, sed quòd approximatio ista fiat in hoc ubi, uel in alio hoc accidit.

Tertia talis est: Sicut actiuum se habet in ratione actiui ad duo passiua sibi approximata in uno ubi ita se habet ad eandem sibi approximata in diuersis ubi, hoc probatur sicut præcedens.

Tunc dico, quòd idem iudicium est si idem patiatur a diuersis agentibus sibi approximatis in diuersis ubi, sed si ponantur duo agentia contraria approximata eidem passio in eodem ubi, uel illa agentia erunt æqualis uirtutis in agendo, & tunc unum impediet aliud, & nullum assimilabit sibi passum perfectè, sed aget in passum ad unum effectum medium, uel forte ad nullum, si uerò non sint æqualis uirtutis passum patietur ab agēte uirtuosiore uiuente uirtutem alterius, & illi assimilabitur licet non ita perfectè propter resistentiam illius agentis contrarii. Illud idem uidendum erit si illud passum, & illa agentia ponantur in diuersis ubi.

Tunc ad propositum, sed si in uno, ubi pateretur a colore, & in alio a frigore, & huiusmodi patet ex dictis quid dicendum est.

Ex dictis etiam patet, quòd si moriatur in uno loco, ubique mortuum erit, & si in uno infirmaretur, ubique infirmum erit, & si hic percutiatur, ubi percussum erit non tamē ubique percutietur, quia percutiens non erit nisi hic, sed ubique erit percussum, ubique dico ubi erat.

Doctrina singularis.

Ad illud de motu, & quiete dico, quòd cū motus, & quies secundum locum supponant ubi, & uariato priori uariatur posterius, non est inconueniens, quòd in diuersis uarietur secundum motum, & quietem, ita quòd in uno ubi quiescat, & in alio moueatur. Et si instes, quòd secūdum hoc sequitur, quòd idem homo de se solo poterit facere choreas, & congregare exercitum in cāpo, & expugnare ciuitatem, & huiusmodi, quæ uidentur mira; dico, quòd ista sunt puerilia, mirum est enim de aliquibus, quæ uidentur posse transcendere imaginationem, quàm esse hoc scilicet in sacramento Eucharistiæ secundum ea, quæ de ipso credimus. Dico, quòd Deo non est impossibile facere, quòd idem homo sit simul in mille ubi, & hoc facto talis homo posset se mouere, ita in illis ubi, à primo quasi faceret choreas & exercitum, & talia; nō tamen haberēt nisi unam uirtutem ad expugnandum uerum est, quòd ex illa uirtute posset simul in nullo, & faceret mille percussiones æquales tamen esset sibi diligenter cauendum, quia si percuteretur in uno, ubi in omnibus esset percussus, & si mortuus in uno mortuus esset in oib.

Me existente parauit, pōt Deus simul statuere Sarnano faciens, ut ambo simul loca repleam.

Ad illud alterius Doctoris nego similitudinem. Nam per ipsam naturam esse suppositum intelligi formaliter specie quantum est in loco localiter per ipsam dimensionem non formaliter, sed fundamentaliter, & per respectum additum extrinsecus aduenientem, est etiam ibi formaliter, sed talis respectus potest multiplicari stante unitate fundamenti, ut dictum est.

Ad aliud alterius Doctoris dico, quòd existente corpore uiuo per diuinam uirtutem simul in diuersis ubi posset seipsum facere ad alia diuersa ubi, & alia, alia mutatione, & illę mutationes essent eiusdem rationis, & tamen in eodem subiecto, sed ad diuersos terminos, nec esset aliquod inconueniens, nam multę similitudines possunt esse in eodem fundamento, ad diuersos terminos ut dictum fuit supra. *Vide D. Thomam quol. 1. Art. 22. & 23.*

Ad secundum dico, quòd primi termini motus sunt incompossibiles, sed tales termini nunquam sunt ambo positiui, sed unus est priuatio alterius, ut patet 5. Physicorum nam per se, & primo fit album de non albo, & non nigro, sed termini positiui non sunt omnino incompossibiles. *5. Physic. com tex. 26.* Exemplum: Natura inducit in embrione secundum aliquos animam sensitiuam, & postea introducitur intellectiua, secundum aliquos mediante prima sensitiua, & tunc termini motus sunt simul in eodem, sed non illi, qui erant primi scilicet non intellectiuum, & intellectiuum. Patet ergo, quòd duo termini non sunt incompossibiles eidem corpori, sed sunt sibi incompossibiles ubi & priuatio eiusdem. *Exemplum.*

Ad ultimum nego antecedēs, nam materia eadem existente in diuersis, ubi miraculosè posset ibi & ibi diuersas formas facere. tamen in proposito non oportet supponere difficultatem. dico tamen, quòd si cibus ille sumeretur in diuersis, ubi à diuersis animalibus idem uidēdum esset ac si stomaci illorum animalium essent simul cum ipso cibo in eodem ubi, & dicendum est sicut dictum est supra de calefieri, & frigefieri.

Ad principale nego maiorem, cuius causa patet ex dictis.

UTRUM CORPORI CHRISTI naturaliter existenti, & eidem sacramentaliter existenti necessario insint eędem partes, & proprietates.

Scotus 4. sent. dist. 4. q. 4.

Quæstio tertia.

Tertio quæritur, Vtrum corpori Christi existenti in hostia sacramētaliter insint omnia absoluta tam essentialia, quàm accidentalia, quæ sibi insunt in cœlo existenti naturaliter.

Quod non: Christus non est in Eucharistia nisi per conuersionem panis, & uini in ipsum, sed panis, & uinum non conuertuntur nisi in præcisam substantiā corporis, & sanguinis igitur non sunt in anima, & accidentia, & Deitas.

Item

Magister dist. 11. in fine.

Item in hostia consecrata est uerum corpus Christi sacramentaliter, & ante conuersionem sanguinis, ut patet ex praecedentibus, sed tunc nõ est ibi sanguis. Probatio; quia iam frustra esset eõ secratio uini. ergo.

Parte 3. c. 10

CONTRA id est Innocentius de officio Missae, parte tertia.

RESPONDEO primo, quòd uidendum est de supposito. Secundo de quaesito. De primo dico, quod supponitur, quod corpus Christi existat naturaliter in coelo, & sacramentaliter in hostia. Primum suppositum patet per Augustinum de consecratione: prima Haeresis donec seculum finiatur, sursum est Dominus; secundum suppositum patet.

Distinct. 2.

Per primam quaestionem huiusmodi distinctionis.

De secundo principali dico tres conclusiones: Prima, quòd sicut possibile est Christum esse in Eucharistia sacramentaliter, ita realiter, & esse sicut modo est, ex eo, quòd nunquam existeret naturaliter. Secunda quòd ex ui sacramẽti praecipue est in hostia sacrata sola substantia corporis Christi, & in uino solum sanguis. Tertia quòd ex cõcõcomitantia utrobique sunt omnia absoluta pertinentia tam ad essentialia, quàm ad accidentalia, quae sunt in coelo in ipso naturaliter existenti. s. quando fit consecratio.

PRIMAM probo: Quòd est indifferens ad duas existentias diuersas, pot est existere in una sine alia, sed corpus Christi est huiusmodi. ergo. minor patet, quia ex utroque modo existit. s. naturaliter in sacramento, ut patet ex primo articulo; sed dicitur ad maiorem, uerum est quando una existentia for me Christi sacramentalis dependet ex existentia naturali, & ideo non potest extrahi ista sine illa.

Sed contra: Non dependet ab illa, quòd scilicet illa sit de existentia istius, patet, quia tunc in hostia, seu in Eucharistia haberet modum essendi naturalem. nec dependet ab ea tanquam à causa prima, quia Deus per se est immediata causa per se istius existentiae sacramentalis. ergo.

Corollarium utile, & notabile.

Ex ista conclusione sequitur corollarium, quo niam scilicet ante incarnationem potuit hoc sacramentum uere institui, & esse sicut hodie.

SED contra: Nihil praehabens esse simpliciter incipit esse simpliciter. Sed incarnatio Christi incipit esse simpliciter, ergo. non potuit praehabere esse sacramentaliter. cum etiam in sacramẽto habeat esse simpliciter, quia ibi est realiter.

Solutio nota bilis, & sapienter dubitanda quali ter fuisset generatio Christi substantia lis, & simpliciter.

Respondeo ad minorem, quòd uerum est, quod Christi incarnatio incipit esse simpliciter in quan tum homo. Dico, & hoc de facto non sic erat, quod praehabuerit esse sacramẽtaliter, sed si praehabuis set, tunc dico, quòd tunc in sacramento incipit esse simpliciter, & incarnatio incipit esse secundum quid. s. solum quantum ad motum naturale existendi, sicut recte modo, & econuerso.

SECVNDAM conclusionem probo primò esse possibilem: Nam corpus, ut est primum factibile ab anima, ast realiter ab anima distinctum, & mul to magis ab accidentibus. ergo & etiam à sanguine, quia sanguis, non est animatus. ergo.

Sanguis non est animatus.

Secundo probo sic esse de facto: Nam in triduo potuisset Sacerdos conficere, sed tunc panis esset conuersus in corpus mortuum, patet ergo, quòd anima non est ibi ex ui conuersionis, uel ex ui sacramẽti, & multo minus accidentia, quae plus differunt à substãtia corporis, nec etiam sanguis, quia possibile fuit in morte, quod sanguis fuerit effusa, & tunc panis fuisset conuersus in corpus sine sanguine. ergo.

TERTIAM conclusionem probo: Nam ut patet ex prima quaestione huius distinct. quando Christus de nouo incipit esse i eucharistia nõ acquirit nisi unum nouum realem respectum extrinsecus aduenientem, sed talis respectus adueniẽs fundamento non tollit ab eo absoluta permanentia, quae naturaliter insunt. ergo quidquid inest corpori in Cęlo naturaliter existẽti quãdo fit cõuersio panis in ipsum totum commutatur ipsum; & ita in hostia consecrata ubi primo erat substantia panis est corpus christi primo per se & ex naturali cõcomitãtia est ibi anima sãguis & accidẽtia absoluta pmanẽtia, ut quãtitas, qualitas, & hmõi. Diuinitas est ibi ex supernaturali concomitantia & ex Dei pacto, & in calice consecrato est solus sanguis christi primo & per se ex ui sacramenti, & concomitanter sicut in hostia. sed sunt hic tria dubia. primum utrum modus essendi ibi sit naturalis. secundum quia uisio & aliae sensationes sunt quaedã qualitates absolutae, & tamen nõ uidẽtur esse in christo, ut in Eucharistia. Probo: Quia tales sensationes nõ recipiunt, nisi in organo extẽso, sed christus hic non hẽt organa extensa. ergo.

Tria dubia notanda. primum dubium. Secundũ dubium.

Item tales sensationes non sunt sine praesentia obiecti, sed patet, quòd obiectum in coelo uisibile, non est ibi praesens, immo est obstaculum hic in medio. ergo.

Tertiũ dubiũ est de motu. Verũ motus qui est in corpore christi in coelo sit hic concomitanter.

Tertium dubium.

AD primum quod modus naturalis essendi corporis, uel est formaliter ipsum ubi, quòd est circunscriptio loci ad locatum, uel necessario concernit & connotatur ipsum ubi sine obiectione, ubi aũt est respectus extrinsecus adueniẽs, respectus aũt non est terminus. Terminus aũt talis respectus est locus scđm ipsum, quod locus coeli, ubi christus naturaliter est, naturaliter est etiã in hostia, quia nõ est hic in loco, nec illum modum, uel alium similem potest hic habere, ut sit formaliter ibi, naturaliter autem sic, quia eadem quantitas, & qualitas, quae est in christo in coelo, naturaliter est in eo, etiam hic, ut hic autem concomitanter.

Eadem quãtitas, quae est in Christo in Caelo naturaliter, est & in eo in sacramento per concomitantiam.

Ad scđm dico, quod cũ sensationis sequitur delectatio, uel tristitia sensitiua. & in dellectatione sẽ situa c onstat beatitudo, quae põt competere corpori, & in tristitia sit miseria illi beatitudini opposita, sicut in corpore christi, ut existit in hostia nõ essent sensationes, quae in eo, ut existenti in cęlo, sequeretur, quod corpus christi, ut existit in Eucharistia non esset beatum, & per consequens esset miserũ, saltẽ priuatiuẽ, sed haec sunt absurda.

Tunc ad instantias, ad scđam dico, quod praesentia obiecti nõ est pp terminationem actus, ut aliqui imaginant, sed solum pp actiuitatẽ, ut s. causet sensationem, sed tunc dico, quod nulla sensatio potest

in sensu Christi, saltem naturaliter, ut existenti in sacramento, sed sensatio, de qua hic agitur; causa in sensu Christi, ut existenti in Cœlo, & tunc patet per præsentiam obiecti. Tunc ad primam dico, quòd extensio organi non requiritur propter esse existens ipsius sensationis. ergo sed solum propter eius fieri, & creari, quia agens in quantũ non agit non est passum extensum. ergo.

Ad tertium dubium præmitto tres distinctiones; unam de motu trimembrem: Motus. n. accipitur propriè, & sic accipitur tantum in tribus generibus, s. quantitate, qualitate, & ubi. Alio modo accipitur communiter, & sic in continuatione im proprie dicta; & sic est in genere substantiæ 5. physicorum.

Motus tribus modis accipitur.

5. phys. cõt. 7. & 9.

Alio modo accipitur communissimè pro acceptione cuiuscunque formæ tã absolutæ, quàm respectiuè: & isto modo dicitur moueri etiam quando de simili fit aliquid simile: Aliam bimembrem de primo, & nõ de primo, Nam aliquid potest moueri primo, & non primo, aliam de agente. te potest enim moueri naturaliter, & supernaturaliter. Et tunc pono sex conclusiones.

Dist. de dupli ci moto.

Distinctio de Agente.

Prima quod corpus Christi, ut in Eucharistia à nulla uirtute creata potest moueri primo motu. hoc probatur, quia uirtus creata nõ agit in corpus nisi sibi approximatum secundum locum, sed corpus Christi non in Eucharistia, ut in loco patet ergo.

Prima conclusio.

Alia conclusio, quòd in sacramẽto potest moueri primo motu improprie dicto hoc probatur, quia calor corporalis potest esse, & creari in anima separata, ut hic supponitur, ergo non minus in corpore Christi in extenso in existenti.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio est, quòd etiam de facto mouetur motu communissime dicto corpus Christi ut in Eucharistia, probatur, quia mota hostia con secrata corpus Christi hic retinet eundem respectum ad species hostię, acquirit tamẽ alium, & alium respectum præsentię ad corpus continẽs hostiam, ut patet.

Tertia conclusio.

Quarta conclusio est, quòd hoc modo dicto in tertia conclusione non mouetur, nisi à Deo, hoc probatur, quia non ex natura Dei, sed ex Dei pactione corpus Christi est ubicunque sunt species illæ.

Quarta conclusio.

Quinta cõclusio est, q nõ primo corpus Christi, ut in Eucharistia mouetur ad omnem formã absolutam permanentem, ad quam mouetur, ut existens in cœlo; & ab eodem agente. Hoc probatur, quia ut dictum est supra respectus extrinsecus adueniens non tollit à fundamento illa absoluta permanentia, quæ sibi insunt. ergo modus essendi, sicut in Eucharistia, cum sit quidam respectus extrinsecus adueniens ipsi substantiæ corporis Christi, ut patuit supra non tollit ab ipsa substantia ea, quæ in sunt sibi tanquam formæ absolutæ permanentes. Dixi in tertia conclusione corpus Christi moueri motũ communissime acceptũ, ut existens in Eucharistia, quia ille respectus præsentialitatis ad corpus continens illas species quæ in eo uariantur ita aduenit sibi, ut existenti in sacramento, q non aduenit sibi ut existenti in cœlo, ut patet.

Quinta conclusio.

Sexta conclusio est, q corpori, ut existenti in sacramento non potest inesse motus localis primo nisi communiter. Hoc probatur, quis motus localis necessario concernit in mobili alium, & alium respectum in toto motu ad aliam, & aliam partem corporis locantis, sed patet, quòd quãdo Christus moueretur in cœlo corpus Christi in pixide non acquireret alium, & alium respectum immo nullum ad partes cœli locantis. Alia conclusio potest addi, quòd Christo, ut existenti in sacramento patet competere primo aliqua operatio, prima; quæ non inesset sibi, ut existenti in cœlo nisi concommuniter.

6. conclusio.

Alia conclusio pót addi.

Hoc probatur duobus suppositis: Primum, q intellectiua cognitio non potest esse in qualicunque distantia obiecti ad potentiam, sed requirit debitam approximationem, secundum quòd intellectus Christus cum sit beatus non requirit cursum ad fundamẽta quando debet intelligere: Tunc dico, quòd corpus, ut in Eucharistia potest intuitiuæ cognoscere animam sacerdotis cõficientis, uel aliud tale ibi præsens; quòd non potest, ut existens in cœlo loquendo de cognitione in proprio genere; quæ conuenit Christo in quantum homo, & quòd hoc possit Christus in Eucharistia patet ex primo & secundo supposito, quòd non possit primo, ut in cœlo patet ex primo præsupposito. Ex hoc sequitur correlarium. q. s instituto sacramenti Eucharistiæ non solum non est ad Christi imperfectionem immo ad aliquã perfectionem ulteriorem accidentalem.

Intellectus Christi nõ requirit phãtasmata ad sui intellectionem.

An Christus in euchari stia possit cognoscere Animam sacerdotis.

Corolarium.

Sed contrà sextam conclusionem sunt duo dubia. Verum Angelus possit moueri localiter, & ut patet ex secundo libr. potest ergo, & Christus, ut in Eucharistia, quia nec angelus est in loco circũscriptiuæ.

Duo dubia.

2. lib. sen. dist 2. q. 9.

Secundum dubium, quòd corpus Christi moueatur in sacramento localiter, quis unum, & idẽ non potest esse continuum, & discõtinuum cum continuitas formã absoluta præcedat ubi, sed corpus Christi in cruce non erat continuum loquimur de diuisione factis per uulnera ergo in pixide non erat continuum. Confirmatur, quia motis nobis mouentur omnia, quæ sunt in nobis motis ergo hostia mouetur corpus Christi in hostia.

1. Thop. c. a t.

Secundum quando Christus fuit afflixus Cruci corpus diuidebatur, & per consequens mouebatur localiter, sed tunc Christus fuit in pixide diuisus, ut conceditur licet tamen ibi cõcõmittatur ergo falsem concommitanter potest moueri localiter, ut in Euchauristia, & idem potest arguide nutritione; & auctumentatione ergo confirmat quia alias cõtradictoria essent simul uera de eodẽ s. q idem mouebitur, & non mouebitur. ergo.

Ad primam dico, q non est simile, quia Angelus licet non sit in loco circunscriptiuæ, cum sit indiuisibilis applicat se tamen toti loco, quãto, ut patet ibi, & hinc est, quòd potest moueri motu locali, sed corpus Christi, ut in Eucharistis nulli loco quanto se aplicat.

Angelus pót moueri motu locali.

Ad

Ad secundum dico, quòd partes corporis locãtis secundum primam comparationem accipitur compositio, quæ est differentia quantitatis secundã, secundam accipitur prædicamentũ ubi, secũdum tertiam accipitur positio, quæ est prædicamentum, quod omnem uariationem, quam recipiũt partes corporis Christi, ut in Cœlo. Primo, ut in ordine ad totum recipiunt concomitanter, ut in pixide aliter essent contradictoria uera de eodem cum sit idem corpus numero, sed in ordine ad corpus locans, uel ad eius partes, non quia in pixide nõ habet illum ordinem, ut patet. ergo corpus Christi in pixide concomitanter fuisset diuisum, augmentatum, uel diminutum, ut talia sumuntur secũdum ordinẽ, & terminum, sed nõ potest dici moueri, quia motus includit uariationẽ in illos duos ordines secundos, & non secundum ordinem primum dictum necessario, ut patet. Ad confirmationem dico, ꝙ motus non informat mobile præcisè, sed in comparatione ad locum, & illud est cõpletum subiectum motus, ibi autem non.

Hoc Argumentum fit ad secundam rõnem primi Articuli.

Per hoc patet solutio unius Argumenti, quòd si idem liquor sit in diuersis ualis in uno integro, & in alio perforato ibi manebit continuum, & ibi effundetur, & discontinuabitur. Dico enim, quòd utrobique habebunt partes eundem ordinẽ ad totum, sed non ad corpus locans, & eius partes.

Ad principale dico, ꝙ maior est falsa, ut patuit supra in aliis quæstionibus.

Ad secundum dico, quòd si sanguis ponatur non esse de essentia corporis, ubi est primum signum specierum hostiæ consecratæ tunc patet, ꝙ non erit frustra consecratio uini, quia in hostia esset sanguis concomitanter, & in uino primo. & non primum signum, si uero ponatur ad hoc non erit frustra, quia hoc non est, ut pars secundũ primum signum, sed ut pars primi significati, ibi autem sic, ut patet, sed nullo est frustra, quia illud sacramentum erat instituendum in cibum, & potum. ergo. &c.

VTRVM CHRISTVS IN EVCHARISTIA existens, possit per aliquem naturalem uirtutem transmutare aliquid aliud à se.

Scotus 4. sent. distinct. 10. q. 7.

Quæstio quarta.

QVARTO quæritur, Vtrum Christus, ut in Eucharistia possit transformare aliquod corpus.

QVOD SIC: Homo uiuens uita corporali, continue indiget cibo, & potu, quo nutriri possit, primo de Generatione. ergo corpus Christi in pixide ante mortem eius fuisset nutritum. ergo conuertisset cibum in carnem. ergo.

1. de genera. contex. 41. & 2. de Anima contex. 47.

CONTRA: Omne agens physicè agendo repatitur 3. physi. sed corpus Christi in Eucharistia nõ potest pati à corpore. ergo.

3. Physic. contex. 2. idẽ 1. de gene. contex. 54. & 55.

RESPONDEO, quòd potentia actiua in hostia est triplex. Vna pure spiritualis sicut est intelligere, & uelle. Alia pure corporalis, sicut patet de illa, cuius principium est totum cõiunctum, & passum etiam, uel terminus istius est formalis sicut est potentia sensitiua, nutritiua, generatiua, augmentatiua, uel huiusmodi, quarum neutra est præcisè spiritualis, sed totius compositi. Alia est spiritualis ex parte principij, & corporalis ex parte termini sicut motiua potentia. ista tñ est duplex in anima, una organica, & ista cadit sub 2. memb. Alia non organica, & ista constituit tertium membrum, & ꝙ ista sit in anima probatur, Nam secundum Philosophum 2. de generatione in fine dignificanda est natura in quantum possibile est. nõ est ergo neganda, ut patet, ꝙ talis uirtus est perfectionis in angelis, nec apparet manifesta necessitas immo contrarium uidetur. Inconueniens. n. esset dicere, quòd anima separata non posset mouere unam paleam.

Potentia motiua est duplex in Aĩa.

2. de Generatione contex. 59. idem 8. physi. contex. 56.

His præmissis dico tres conclusiones. Prima est, ꝙ Christus in Eucharistia potest intelligere, & uelle, hoc probatur, quia nec sibi repugnat ex parte principij istorum actuum, nec ex parte termini nec propter ipsum requiritur situatio, uel aliquid corporale, præcipue si in Christo non sit recursus ad fundamenta.

Vide Ocham pro hoc in 4. q. 9. nam oĩa ista negat.

SECVNDA conclusio, ꝙ propter uirtutem secũdo modo dictam non potest operari Christus, ut in Eucharistia. hoc probatur, quia uirtus organica agens in corpore requirit passum sibi approximatum secundum locum ex 7. Physi.

7. Physic. contex. 8. & 9. & inde.

Tertia conclusio est, ꝙ per uirtutẽ 3. modo dictam, ꝙ Christus in Eucharistia potest agere in corpus. hoc probatur, quia anima Christi habet talem uirtutem motiuam non organicam, ut probatum est. ergo per eam potest agere, quia cum talis potentia non requirat organũ, per consequens tale agens, quod agit per talem uirtutem non requirit talem situationem. ergo.

Confirmatur de Angelo, & Deo, qui immediate possunt mouere corpus, & forte, ꝙ quando hostia uidet mouere, mouetur hoc modo à Christo, ut ibi existit.

Ad primum principale dico, quòd corpus christi in pixide fuisset nutritum, sed non ut in pixide, sed ut habebat existere naturaliter, & hoc sufficiebat, ut patet.

VTRVM INTELLECTVS CREATUS possit uidere corpus Christi, ut in Eucharistia.

Scotus 4. sent. dist. 10. q. 8.
D. Thomas 3. parte summæ. q. 76. Art. 7.
Ricardus 4. sent. dist. 10. q. 1. Art. 5.
Franciscus de May. 4. sen. dist. 11. q. 6.

Quæstio quinta.

QVINTO quæritur, Vtrum forma Christi, ut in Eucharistia possit intelligi ab aliquo intellectu creato naturaliter.

RESPONDEO, & primo declarabo terminos scilicet intelligi naturaliter, & intellectu creato: Intellectus enim siue cognitio est duplex, ut alibi dictum est, idest abstractiua, quæ potest esse rei absentis, & intuitiua, quæ est rei, ut præsentis. Sed quæstio non quærit de cognitione abstractiua. Nam omnis intellectio potens formare cõclusionem intelligit aliquo modo abstractiue terminos cõclusionis, sed intellectus noster format hanc conclusionem; Christi corpus, & esse ibi; naturaliter accipitur hic per puram, & nudam naturam intellectus, quia ut sic, est sicut tabula rasa. 3. de anima. sic accipitur naturaliter causis naturalibus concurrentibus. s. actiuo, & passiuo naturali.

Cognitio duplex est.

3. de Anima contex. 14.

Intellectus creatus quidem est omnino separatus a materia, ut angelicus. quidã sibi similis in operatione, ut intellectus animæ separatæ, & coniunctæ corpori beato, ut hic supponitur, & ita hic declarabitur, & istorũ quilibet intelligit sine phãtasmate, quidam uero est coniunctus corpori quod aggrauat animam, & talis intellectus non intelligit sine phantasmate 3. de anima.

Intellectus Angelicus est separatus à materia.

Sapientiæ. ca. 9. 3. de Anima contex. 30. & inde.

Tunc dico tres conclusiones, prima, quòd intellectus corpori coniunctus non potest naturaliter intuitiue cognoscere corpus Christi in Eucharistia. hoc probatur, quia talis intellectus non intelligit nisi manentibus sensibilibus, sed sensibilia accidentia non uariantur ante consecrationẽ, nec post. ergo nec potest arguitiue intueri ibi illam substantiam plusquam primo.

Secunda conclusio est, quòd intellectus omnino separatus potest hoc naturaliter uidere, quia talis intellectus se habet ad intelligibilia sicut ipsa ex se sunt intelligibilia, ex secundo Met. sicut se habet res ad esse, ita ad intelligi, sed substantia, est prior omni suo modo accidentali. ergo prius intelligit, sed patet, quòd modus, quo Christus existit in Eucharistia, est sibi accidentalis, & non naturalis, quia est respectus extrinsecus adueniens. ergo ille modus non impedit talem intellectum ab intellectione eius, cuius est iste modus, cum igitur uerè realiter corpus Christi sit in Eucharistia, sequitur, quod talis uerè intellectus angelicus ibi existẽs potest diffinitiue in ipsum intueri.

4. Met. tõtex. 4.

Confirmatur, quia totum ens existens creatum est obiectum talis intellectus, & patet, quòd corpus Christi in Eucharistia per se continetur sub tali ente.

Tertia conclusio est, quòd illud idem potest intellectus animæ separatæ, & animæ coniunctæ corpori beato, & sicut præcedens probatur, ita hæc. confirmatur de intellectu ipsius Christi, nã ut in Eucharistia potest intelligere, & uelle, ut patet ex quæstione præcedenti. ergo.

SED contra duas conclusiones sunt duo dubia. Primum, quòd corpus existit in hostia supernaturaliter. ergo non potest cognosci ibi esse nisi supernaturaliter. Secundum, quòd hoc est purè creditum, & est articulus fidei secundum ecclesiam sanctam catholicam, sed purè credita non sunt cognita, nisi supernaturaliter loquendo de cognitione intuitiua. ergo.

Duo dubia. Primũ dubiũ.

Secũdum dubium.

AD PRIMUM dico, quòd supernaturalitas in obiecto, & etiam in potentia non arguit supernaturalitatem in actu, unde cæcus a natiuitate supernaturaliter recipit uisum, & tñ uisu recepto supernaturaliter uidet naturaliter simul, si Deus de nihilo crearet unam albedinem separatam, illa esset supernaturalis quantum ad produci, & quantum ad existere, & tamen naturaliter uideretur, sicut modo patet de accidentibus panis, & uini in Eucharistia.

Ad secundum dico, quòd sufficit, quod credibilia quæ sunt naturaliter intelligibilia a nobis quibus sunt credibilia credantur.

VTRUM EXISTENTIA CORPORIS Christi possit uideri oculo corporali.

Scotus 4. sent. dist. 10. q. 9.
D. Thomas 3. parte summæ q. 76. Art. 7.
Ricardus 4. sent. dist. 10. q. 2. Art. 5.
Durandus 4. sen. dist. 10. q. 4.

Quæstio sexta.

SEXTO quæritur, Vtrum Christus, ut in Eucharistia possit oculo corporali uidere se, uel uidere aliud a se, uel possit uideri ab aliquo oculo corporali.

RESPONDEO primo ostendendo, quòd oculus Christi, ut ibi existens, non potest aliquid uidere, quia in uisione corporali requiritur situatio ex parte oculi uidentis, & ex parte rei uisæ, & ex parte distantiæ, & inter oculum, & rem uisam, ut scilicet situaliter distet. & ratio est, quia talis uisio fit sub piramide, cuius basis est in re uisa, & conus in oculo, sed oculus non est ibi situaliter, nec distat situaliter a se, uel ab alio, ergo. Secũdo dico, quòd Deus de potentia absoluta potest creare uisionem corporis, esto, quòd alibi non esset nisi in Eucharistia in oculo glorioso, uel non glorioso. Ita tamen, quòd licet ille formaliter esset uidens, & uideret tale corpus, non tñ tale corpus, ut ibi existens esset terminus primo illius uisionis, nec terminans illam uisionem. Prima pars istius propositionis probatur. Nam uisio est forma absoluta. ergo non est contradictio, quòd fiat in oculo de obiecto, sine præsentia obiecti, quia non includit essentialiter respectum ad obiectum præsens.

Propositione qõne primæ partis prospectiuæ eiusdem.

Visio est forma absoluta ut patet ex primo libr. distinc. 3.

AD ILLUD, quod ibi dicitur, quod non esset terminus primo illius uisionis propriæ, quia obiectum terminans uisionem corporalem debet adesse oculo situaliter in debita distantia. Ad illud, quod ibi additur: Nec terminans, probatur eodem modo ex probatione primæ partis istius suppositionis arguitur, quod Scotus uidetur uelle, posse esse cognitionem intuitiuam, & sensitiuam sine præsentia obiecti, ergo secundum eum intuitiuam, & abstractiuam non possumus discernere per concernentiam obiecti præsentis, & non cõcernentiam, sed per aliud, & aliud formale.

Vtrùm autem Deus posſit in corpore Chriſti exiſtentis in ſacramento creare uiſionem alicuius obiecti, Scotus hic non determinat nec mouet expreſſe, forte addit, quòd non, quia oculus ad recipiendum formaliter uiſionem requirit ſituationem.

In Solutione illa 6. concluſionum poſitarum in ultima parte tertiæ quæſtionis huius diſt, dictũ eſt in ſolutione ſecundæ concluſionis, ꝙ uirtus poteſt cauſare in corpore Chriſti, ut in euchariſtia calorem exiſtenti primo.

Item in ſolutione ſecundi dubii principalis huius quæſtionis parum ſupra dictum eſt, quòd extenſio organi non requiritur ꝑꝑ in eſſe ipſius ſenſationis, ſed ꝑꝑ creare ab agente quanto ꝙ quidẽ agens non agit niſi in quanto extenſo. Videtur ergo poſſe dici ſecundum intentionem Scoti, ꝙ ſicut uiſio, quæ eſt in corpore Chriſti, ut in Cœlo, eſt & eadem in euchariſtia concomitanter, ita tamen, quòd formaliter Deus poſſet unam uiſionem in oculo Chriſti creare, ut exiſtenti in eucharistia, eſto, quòd alibi exiſteret, tamen ſicut nunc per illam, quæ eſt in eo concomitanter, non uidet, ut hic exiſtens, ita forte nec per illam ſic à Deo creatam, quia non poſſet eius oculus, ut hic exiſtens conum piramidis, cuius baſis exiſteret in re uiſa quanta extenſa eſſet. ergo in eius oculo non, ut hic exiſtenti ſolum illud abſolutum uiſionis, quòd eſt qualitas abſque reſpectu actualis ad oculum.

Capreolus in 4. diſt. 10. q. 4. negat oculũ Chriſti uidere ſe, in ſacramẽto, ſed tamẽ fuit falſo codice ſeductus, legit enim truncã ſolutionẽ ſecundi Argumẽti D. Tho.

Contra: In hac quæſtione dixiſti, quòd oculus, in quo Deus de potentia abſoluta crearet uiſionem huius corporis exiſtentis in euchariſtia, eſto, quòd nunquam alibi exiſteret, eſſet formaliter uidens.

Reſpondeo. Vel illud nõ debet ita addi, quòd eſſet formaliter uidens, & uideret tale corpus cũ hoc non inueniretur expreſsè in Scoto. Vel poſſet dici ſecũdum Aureolum, quòd eſſet uiſio, ſed non uera, immo falſa, ſicut ſuo modo accipit in ludificamentis, ita tamen, quòd licet corpus, cuius eſſet uiſio, uerè exiſteret in Euchariſtia, tamẽ non fundaret baſes illius piramidis, cuius conus eſt in oculo, & ideo uiſio non eſſet uera, ſicut oculo apparet. ergo illam baſem corpus, ut apparens, ut exiſtens, ſed in propoſito non eſt ſimile, quia oculus Chriſti, ut in Euchariſtia non poſſet fundare conum illius piramidis, ſicut poſſet ille oculus.

Reſpõſio domini Aureoli.

DISTINCTIO XI.

CIRCA DISTINCTIONEM XI.

Quæritur,

VTRVM SIT POSSIBILIS *tranſubſtantiatio.*

Scotus 4. ſent. diſt. 11. q. 1.
Franciſcus de May. 4. ſent. diſt. 11. q. 14.

Quæſtio prima.

Circa diſt. undecimam quæritur primo, Vtrum tranſubſtantiatio ſit poſsibilis.

Qvod non: Quia ſic eſſet aliqua mutatio, ſed ſpecies mutationis ſunt quatuor, ex 5. Phyſic. quarum nulla eſt iſta, quia quęlibet iſtarũ manet aliquod commune in utroque termino, ut patet ex 6. Phyſi. ſed in iſto non. ergo.

5. Phyſic. con tex. 7. & inde. 6. Phyſi. contex. 31. 73. & inde.

Contra id eſt Amb. de ſacramentis, & habetur de conſecratione re uera.

5. Phyſic. contex. 7. & 9. & inde diſt. 2.

Reſpondeo & primo uidendum eſt de ſignificato huius nominis: Tranſubſtantiatio. Secũdo, Vtrum talis ſit poſsibilis. Tertio, Vtrum ſoli Deo conueniat. De primo dico, quòd tranſubſtantiatio eſt totalis tranſmutatio de ſubſtantia in ſubſtantiam. Totum autem accipitur dupliciter. Vno modo præcipuè pro illo toto, quod reſultat ex partibus non includendo partes, & iſto modo generatio ſubſtantiæ eſt tranſmutatio totius in totum ſecũdum Philoſophum primo de generatione, quia quando ex aere fit aqua, quia quando totum per ſe quod reſultat ex materia, & forma aeris corrumpitur, & ſuccedit totum reſultans ex materia, & forma aquæ. In alteratione uerò non eſt tranſitio totius in totum niſi totius ſecundum quid in totum ſecundum quid, ut lignum calidum in lignum frigidum, per ſe autem totum manet ibi in prædicto termino. Eſt autem tranſubſtantiatio tranſitio totalis ſubſtantiæ in ſubſtantiam, quia totius in coniungendo partes per ſe, quæ ſunt ſubſtantia, & quia nihil ſubſtantiæ manet, quòd non tranſeat ideo dicitur totalis; generatio non dicitur totalis, ſed magis poteſt dici partialis, dicitur autem tranſitio ſubſtantiæ in ſubſtantiam non includendo accidentia, quæ manent, & non tranſeunt, quia eorum tranſitio non eſſet tranſubſtantiatio, ſed tranſaccidentatio.

Re uera mirabile.

Totũ duobus modis ſumit.

Primo de gene. cõtex. 10. & 24.

De Secvndo dico, quòd tranſitio iſta eſt poſsibilis nam ille tranſitus eſt poſsibilis cuius extremis non repugnat deſinere eſſe totaliter, & accipere totaliter nouum eſſe, ſed ita eſt in propoſito. ergo. probatio minoris, quia neutrum extremorum, eſt neceſſe eſſe nec includit aliquid ex parte ſui, quòd non ſit neceſſe eſſe. ergo. Non quòd hic probatur primo poſsibilitas tranſubſtãtiationis abſolute, ſed in iſta tangetur difficultas illa quomodo eſt poſsibilis tranſubſtantiatio totius in toto actu præexiſtens.

De tertio dico, ꝙ iſta tranſubſtantiatio eſt poſsibilis ſoli Deo, quia ut patet ex primo articulo iſta includit materię in materiam, ſed materia prę ſupponitur in omni actione agentis naturalis nec iſta poteſt deſinere eſſe, uel capere nouum eſſe niſi actione diuina.

Tranſubſtantiatio poſsibilis eſt ſoli Deo.

Ad Principale dico, quòd ſecundum acceptionem philoſophi 6. Phyſic. ubi dicit, quòd illud quod mutatur alteratur, quia aliter nunquam prius, & in omni mutatione præſupponitur aliud commune, ideo tranſubſtantiatio, uel etiam creatio, uel etiam anihilatio non ſunt mutationes ſic acceptæ, quia in nulla iſtarum manet aliquid

6. Phyſic. con tex. 32. & 73.

commune, quòd aliter se habeat nunquam prius nō ergo possunt reddi proprie ad aliquod genus mutationis assignatum per Philosophum. Potest autem dici, quòd sicut per Philosophum 3. Physicorū triplex est mutatio naturalis, una de subiecto in subiectum, alia de non subiecto in subiectum, alia de subiecto in non subiectum accipiendo semper non subiectum pro priuatione, ita suo modo in superioribus est ista triplex mutatio, seu transitus transubstantiatio de subiecto in subiectum, creatio de non subiecto in subiectum, & anihilatio de subiecto in non subiectum. &c.

Triplex mutatio. 5. Physic. con tex. 7.

VTRVM QVODLIBET POSSET conuerti in quodlibet.

Scotus 4. sent. dist. 11. q. 2.
Durandus 4. sen. t. dist. 11. q. 2.
Franciscus de May. 4. sent. dist. 11. q. 15.

Quæstio secunda.

SECVNDO quæritur, Vtrum quodlibet possit conuerti in quodlibet.

QVOD SIC: & primo, quòd creatura in diuinitatem, sicut non repugnat diuinitati terminare, actionem realem, ergo non repugnat sibi, quòd aliquid conuertatur in ipsam. Antecedens probatur, quia uerbum terminat incarnationem, quę est actio realis. Consequentia conceditur.

Item terminus, ad quem conuersionis nō mutatur. ergo. Cōsequentia conceditur. Antecedens probatur, quia potest fieri conuersio in illud, ꝙ actu præexistit, ut patet de facto. ergo.

Item, quòd quælibet creatura in quamlibet creaturam possit conuerti, potest probari per locum à minori. Quia omnis creatura, quantum ad totale earum esse, subest esse diuino.

CONTRA, & primo, quòd non creatura id est Deus non potest conuerti in creaturam. ergo nec ēconuerso.

Item nō quælibet creatura in quamlibet, quia tunc posset conuerti quantitas panis in quantitatem corporis Christi, & per consequens corpus Christi quantum esset, ubi prius panis fuit. Consequens impossibile est, quia tunc corpus maius esset in loco minori.

Item nō absolutum in respectum, primo quia tunc respectus esset sine fundamēto, & termino.

Item Aug. super Genesim, & Boetius de duabus naturis, & una potentia Christi: Corpus conuerti in spiritum impossibile est.

7. super Gen. cap. 4.
De duabus naturis & una persona Christi ca. 7.
Nihil pōtest uerti in diuinitatem.

RESPONDEO primo, & dico, quòd nihil potest conuerti in diuinitatem, ratio tacta est in secundo articulo præcedentis quæstionis, quia termini cōuersionis quantum ad totale esse ipsorum debent subiacere uirtuti conuersiue. Sed patet, ꝙ deitas est necesse esse. ergo. Secundo dico, ꝙ quælibet creatura potest conuerti in quamlibet, & hoc patet per idem conuertendo minorem, nam omnis creatura quantum ad suum totale esse, quàm non esse subiacet potentiæ diuinæ. ergo.

Omnis creatura subiacet potentiæ diuinæ.

Ad primum nego antecedens. Omnia enim repugnant necessitati, & immutationi, & infinito terminatę primo quam actionem realem de genere actionis. Ad probationem dico, quòd uerbū non terminat actionem realem primo, sed respectu unionis ad ipsum unde incarnari non est proprie pati, sed uniri actionem. ergo realem, quę est incarnatio terminat ipsa unio siue respectus ipse.

Incarnari est proprie uniri.

CONTRA: Incarnare est realiter agere. ergo incarnari est realiter pati.

Item, ut dixisti, terminus primus actionis realis est respectus unionis secundum Philosophū.

Ad primum dico, quòd obiectum, uel fundamentum istius actionis, quæ est incarnare, est natura humana, & terminus est unio humanitatis ad uerbum. Incarnari ergo formaliter non est proprie pati, sed uniri. Incarnare est agere, non pro ut respicit uerbum unitum, sed pro ut respicit ipsam unionem.

Incarnare est agere.

Ad secundum dico, quòd licet ibi non fuerit productus solus respectus, sed etiam humanitas Christi, tamen potest fieri, quòd productio terminetur ad solum respectum extrinsecus aduenientem sicut posset assumere naturam actu præexistentē, ut patuit supra, & ex ista conuersione non acquiritur Christo nisi unus respectus realis extrinsecus adueniens, scilicet præsentialitas ad species illas.

Ad principale, nego antecedens. Ad probationem dico, quòd non præexistit ista noua præsentia, quæ acquiritur, unde aliquo modo mutatur, ut patuit supra, quia accipit nouum respectum realem.

CONCLVSIONEM tertiæ rationis concedo. Primam etiam rationem in oppositum concedo.

Ad secundam dico, quòd dato, quòd quātitas esset primus terminus cōuersionis, adhuc tamē Deus posset facere, quòd haberet in sacramento eundem modum existendi, quem habet modo, dum est ibi concomitāter, sicut patuit supra, quia accipit nouum respectum realem tantum.

Ad tertiam dico, quòd si absolutum conuerteretur in respectiuum, respectus caperet de nouo esse sibi debitum, & ideo non debet poni sine fundamento, & termino, quia ad suum esse requiruntur ista, nec ualet probatio, non enim oportet, ꝙ terminus conuersionis sequatur modum existendi eius, quod conuerteretur, ut patet de facto, quòd terminus conuersionis panis habet esse, & tamen non similiter est, si conuertatur in albedinem, illud enim, quòd conuertitur habebit esse subsistens, & terminus conuersionis habebit esse inhærens.

Ad ultimum dico, quòd hi, qui loquuntur in comparatione ad potentiam creatam unde nec corpus in corpus potest conuerti per potentiam creatam. Dico igitur, quòd dissimilis conuersio magis est impossibilis, quantum est de se, quàm in terminos magis similes in comparatione ad creaturam, sed in comparatione ad Deū utraque sit possibilis. Possunt ergo glosari authoritates, quòd

Hēricus quodlib. 1. q. 5. Egidius quodli. 2. q. 4.
Vgo de nouo castro præsenti dist. q. 2. sol uēdo secūdū argumentū.

quòd ex se impossibilius est corpus conuerti in spiritũ, quàm corpus cõuerti in corpus. ergo. &c.

VTRVM PANIS CONVERTATVR in corpus Christi in eucharistia.

Seraphicus Bona. 4. sent. dist. 11. q. 1. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 11. q. 3.
D. Thomas 3. parte summæ q. 75. Arti. 4.
Ricardus 4. sent. dist. 11. q. 1. Art. 1.
Durandus 4. sent. dist. 11. q. 3.
Ioannes Bacconitanus 4. sent. dist. 8. q. 5.

Quæstio tertia.

TERTIO quæritur, Vtrum panis transubstantietur in corpus Christi.

RESONDEO, quòd Innocentius de officio
Parte 1. c. 16. Missæ dicit de hoc fuisse tres opiniones, quarum una est, quòd substantia panis, & substantia uini remanent simul cum substantia corporis Christi.

Altera est, quòd non remanent, sed anihilãtur, uel in aliud resoluuntur.

Tertia est, quòd nec remanent, nec anihilatur, nec in aliud resoluuntur, sed transubstantiãtur in substantiam corporis Christi, & sanguinis. Omnes tamen in hoc concordant, quòd in eucharistia est uerè, & realiter corpus Christi.

PRIMO igitur dico, quòd hoc firmiter tenendum est, sicut necessarium ad salutem, quòd uerè, & realiter in eucharistia est corpus Christi nerum, & etiam sanguis, & hoc tenet ecclesia à prin
Dist. 10. q. 1. cipio, sicut patet.

SECVNDO uidẽdum est, quæ opinio sit uerior. Pro prima opinione arguitur: Sicut pluralitas est uitanda in naturalibus, nisi naturalis ratio cogat,
1. phys. cont. 50. & 8. phys. contex. 48. ut patet 1. phys. ita etiam in creditis est uitãda nisi innuatur expresse, uel per scripturam sacrã, uel per declarata ab ecclesia, uel ex aliquo istorum: sed neutrum istorum cogit ponere substantiam panis non remanere. ergo, Maior patet per locũ à
Ioannes c. 6. sufficienti diuisione. Minor declaratur per Ioan. qui prolixè declarat de eucharistia, ubi non habetur, quòd panis non remaneat, immo habetur oppositũ: Ego, inquit, sum panis uiuus, & si quis mã
Corinth. c. 10. ducauerit ex hoc pane. Et prima ad Corinth. panis, quem frangimus. Et sic discurrendum per singula loca scripturæ non inuenitur ubi hoc Ecclesia declarauerit, nec manifestè sequitur ex aliquo credito. Hoc confirmatur, quia ponendo remanere substantiam panis, pauciora miracula ponuntur, immo quasi omnes magnæ difficultates tolluntur, ut patet, & per consequens oppositum ponendo ipsam. s. non remanere tot difficultates insurgunt, quòd quasi tollitur uia salutis omni uolẽti sequi uiã rationis naturalis, & omnino phylosophis, sed non est conueniens, quòd talia conueniant sacramentis fidei nostræ ordinatis ad salutem.

Item in sacramento ueritatis non debet esse falsitas, sed certum est, quòd species illę similiter significant substantiam, quam effecerũt. ergo est ibi uerum signum.

Item hoc sacramentum significat nutrimentũ animæ spirituale. ergo cõgruum est, quòd sit substantia, quæ corporaliter nutrit. Ita quòd substantia, & eius species figuram rei sacrę. s. corporis, & sanguinis contenti ibi, ostendant.

Item Damascenus in libro 4. uidetur uelle, quòd
sicut aqua abluitur in baptismo, quia aqua est li- Libro 4. ca. 6.
guor aptus ad abluendum ita in eucharistia sumemus panem, & uinum, quia ista sunt conueniens cibus, & potus: sed certum est, quòd in baptismo est uera acqua eiusdem speciei cum aliis acquis. ergo.

Tertia opinio probatur quasi ex prima ratione huius primę opinionis, maximè si teneatur, quòd substantia panis, & uini resoluitur in aliquid aliud: tunc enim erit intelligibilius hoc sacramẽtum, & pauciores erunt ibi difficultates.

CONTRA primam arguit quidam Do- Ocham ubi
ctor, quòd sit inconueniens, falsa, & hæretica. Pri- supra.
mum probat sic: Huic sacramẽto debetur honor Latriæ propter Christum, qui uere cõtinetur ibi: Sed si substantia panis esset ibi, iam non deberetur sibi cultus latrię, & ita tolleretur reuerentia huius sacramenti.

Item primum signum in hoc sacramento debet esse corpus Christi.

Item hoc sacramẽtum est ad refectionem animæ, & non corporis.

SECVNDVM probat sic: Impossibile est, quòd aliquid incipiat de nouo esse, ubi nõ fuit prius nisi per mutationem aliquam, uel sui, uel alterius, sed patet, quòd corpus Christi, quia præexistit, non mutatur. ergo oportet, quòd substantia panis mu-
tetur s. quòd transubstantietur in ipsum. Math. cap. 26.

TERTIVM probatur per illud Math. Hoc est corpus meum. Tunc enim hoc dictum Saluatoris non esset uerum, quia substantia panis non esset corpus Christi.

RESPONDEO, quòd quidquid sit de ueritate; di- Rationes O-
cunt tamen, quòd rationes istæ non concludunt. cham non cõcludunt.
Ad primam dico, quòd sicut modo adorãtur species, quæ sunt aliquid creatum, sed signum specierum, ita tunc non adoratur panis, sed Christus significatus per panem, & eius species.

Ad secundum dico, quòd in quantum sacramẽtum primum signum esse corpus Christi, & eius sanguis esse substantia panis cum suis speciebus, sicut modo sunt solæ species.

Ad tertium patet, quòd potest dici ad oppositum, sicut supra dictum est, cum argueretur pro hac opinione.

Ad aliud patet ex præcedentibus, quòd cõuersio illa non est necessaria ratio existendi corpus Christi in sacramento, immo, si nõ posset esse ibi, patet etiam quomodo Christus aliqua mutatione mutatur, scilicet per acceptionem unius respectus noui.

Ad aliud dico, quòd sicut modo hòc non demonstrat species, sed corpus Christi, quod est ibi in fine prolationis uerborum. Ita tunc nõ demõstraret substantiam panis, sed corpus Christi. Dico

De consecratione dist. 2. tridentinis synodus in decreto de sacramento eucharistiæ canone 2. sedo: Siquis inquit &c.

igitur, quòd quantum ad hæc tertia opinio tenetur communiter, & est tenenda, adhuc sunt authoritates Ambrosij multũ expressę de sacramẽtis, & ponuntur de consecratione. Panis, inquit, est in altari, ubi accesserit consecratio, & fit corpus Christi & ibidem, qui potuit facere, quæ nõ erant, nõne potest mutare ea, quæ sunt, quasi dicat sic.

Adducuntur etiã aliquæ aliæ authoritates Ambrosij, & ponuntur in littera.

Dist. 10. & dist. ista.

Ad hoc Magister uidetur mouere, quia illud est tenendum, quod tenet sancta Mater Ecclesia sed Ecclesia Romana non tenet, quòd panis substantia remaneat, sed transubstantietur in corpus Christi. ergo. Maior patet per Augustinũ, & per illud extra de hæreticis ad abolendam. Minor patet per illud extra de summa Trin. credimus, ubi dicitur sic: Ipse uerus Iesus Christus, & Sacerdos, & Sacrificium corpus eius, & sanguis in sacramẽto altaris sub specie panis, & uini continetur ueraciter. Et postea sequitur statim: Transubstantiatis in corpus pane, & in sanguinem uino potestate diuina. ergo.

Ad primum ergo pro opinione prima concedo maiorem, sed nego minorem, cuius negationis causa apparet per illud: Credimus, ut modo dictum est, ubi Ecclesia declarauit hanc ueritatem expressius, quàm esset declarata in symbolo Apostolorum, Athanasij, siue Niceni.

Dubiũ cutiosum.

Et si quæras, quare Ecclesia elegit hoc ita difficile, & tamen possent saluari scripturæ sine eo, ut patuit; Dico, quòd scripturæ declarantur ab Ecclesia eo spiritu, quo conditæ sunt. Vnde Ecclesia elegit hunc intellectum, quia uerus est; Non. n. fuit in eius potestate facere eum uerum, uel non uerum, sed Dei instituentis. Ecclesia ergo directa spiritu ueritatis, ut credimus, ideo ita declarauit, quia Deus sic instituerat.

Solutio notabilis.

Ad confirmationem dico, quòd Deo fuit possibile facere, quòd esset ibi corpus Christi cũ substantia panis, quo facto essent ibi panciora miracula, sed placuit sibi sic instituere ex rationali causa, ut supponimus, forte ad augumentum meriti nostri in credendo ita ardua captiuando intellectum nostrum propter Christum.

Ad secundum dico, quòd licet illæ species naturaliter significent substantiam sibi diuersam, tamen ad placitum instituentis significant corpus Christi uerum.

Ad tertium patet, quòd non cogit, unde etiam species illæ mutantur aliquo modo, ut suo loco dicetur.

Ad Damascenum dico, quòd ita est aptus cibus, & potus istæ species, ac si esset ibi substantia panis, & uini. & de hoc intelligit Damascenus.

AN PANIS ISTA CONVERSIONE Anihiletur.

Scotus 4. sent. dist. 11. q. 4.
D. Thomas 3. parte summa. q. 75. Art. 3.
Ricardus 4. sent. dist. 11. q. 3. Art. 1.
Franciscus de Mayronis 4. sent. dist. 11. q. 2.
Durandus 4. sent. dist. 11. q. 1.

Quæstio quarta.

SED quantum ad secundam opinionem uidetur, quòd panis anihiletur. Quod probatur sic: Quod præfuit, & non manet, nec in se, nec in alio, anihilatur; sed panis non manet in se, ut patet ex dictis, nec in corpore Christi, quia tunc corpus augumentaretur, & tamen præfuit. ergo.

Henricus quolib. 9. q. quol. 11. q. 4. quol. 12. q. 10.

Item productio, cuius totalis terminus, ad quẽ est tota, & totalitas entitas entis desinẽtis, est anihilatio, sed in proposito est ita, quòd nec manet materia panis, nec forma, sed tota substantia panis desinit esse. ergo.

CONTRA: Si de corpore Christi fieret purus panis, non creatur, quia terminus à quo non esset nihil. ergo si panis transit in corpus Christi non anihilatur, quia terminus ad quem non est nihil.

Tunc dicitur, quòd panis nõ anihilatur pro eo, quòd eius forma manet in potentia materiæ corporis Christi, ita quòd si postea educeretur forma panis de potentia mariæ corporis Christi, nõ crearetur, sed generaretur. ergo nec modo anihilatur, sed cedit in potentiam materiæ corporis Christi, ita quòd si educeretur postea forma panis de potentia materiæ coporis Christi non crearetur, sed generaretur, ergo nec modo anihilatur, sed cedit in potentiam materiæ corporis Christi.

Egidius Theoremate. 1. & 41.

CONTRA: Nihil desinens esse cedit in potentiam alicuius materiæ, nisi per naturalem mutationem illius materiæ; sed patet, quòd ista conuersione, uel transubstantiatione panis, materia corporis Christi non transmutatur realiter. ergo.

Item si forma materiæ in potentia materiæ tollit anilationem, sequitur, quòd nunquam potest anihilari aliquod corpus, nisi anihilentur omnia corpora, quia in potentia materiæ cuiuslibet corporis est omnis forma corporea, quæ nõ actu existit. Dico ergo quantum ad hoc, quòd panis non anihilatur, & quòd nihil eius remanet post Primum probo: Nam præcisus terminus, ad quem anihilationis est nihil, & negatio termini à quo nec ultra est aliquid positiuum, quod terminet illam desinentiam per se ex ui talis mutationis, sed in proposito non est sic, licet per terminos istius conuersionis panis fit negatio termini à quo. s. negatio panis, sic suo modo in omni mutatione tamen ex ui illius conuersionis est ibi terminus positiuus, qui etiam per se, licet non prĩmo, in terminos positiuos mutatur.

Qũo panis non anihilatur quære Varroñẽ in 4. dist. 11. hic.

Secundũ Scoti panis non anihilatur simpliciter, quia terminus anihilationis est purũ nihil

CONTRA: Si Deus anihilaret lapidem, statim ubi erat lapis, ibi esset aer, uel aliud corpus succederet, quia natura non patitur uacuum, & tamen ista esset uera anihilatio; sed ita est in proposito, quòd illam conuersionẽ corporis Christi nõ accipimus esse simpliciter, sed incipit esse hic, ergo.

Responsio patet ex dictis in ratione, nam ibi aer succederet non ex ui illius mutationis. s. ad tollendum uacuum, sed in proposito aliter est, ut patet, & ideo illa mutatio nullo modo esset per se

in ter-

in terminos positiuos.

Secundum probo. s. quòd nihil eius remaneret, quia per istam conuersionem corporis Christi nec acquirit respectum nisi præsentialitatis, ut dictum est. sed patet, quòd ille panis nõ est ille respectus, nec est corpus Christi, ergo. &c.

Tunc ad rationes in oppositum & ad primam patet responsio ex dictis, quòd falsa est maior.

Ad secundum etiam dico, quòd est falsa maior, nã licet non inueniatur de facto, tamen Deus posset unum corpus totaliter in aliud, quod nunquam præfuerit, quo facto, terminus, ad quem nõ acciperet totale esse per illam mutationem & tamẽ nõ crearetur, quia terminus à quo esset nihil.

Opinio uera.

Exclusis ergo duabus opinionibus primis, relinquitur, quòd opinio tertia sit uera, quæ dicit, quòd substantia panis transubstãtietur in corpus Christi, & hoc erit principale quæsitum.

Sunt duo uidenda.

Sed sunt hic duo uidenda. Primum quomodo aliud dicitur transubstantiari in aliud actu præexistens. Secundum, Vtrum trãsubstantiatio fiat primo in aliquod totum.

De primo dico, omissa non intelligibili, uel nõ uera opinione, quòd pluralitas absoluta istius transubstantiationis est ex plenaria obedientia utriusque termini respectu uirtutis diuinæ.

Transubstantiatio potest esse duplex.

Sed propter specialem difficultatem actualis præexistentiæ termini ad quem, potest dici, quòd transubstantiatio, quæ est in terminos positiuos, qui sunt substantia potest esse duplex. Vna propriissima, quæ esset ad entitatem termini ad quem, ita quòd per eam terminus ad quem acciperet simpliciter esse substantiale nouum, & ita esset productiua sui termini, & talis nõ posset esse ad terminum præexistentem. Alia minus propria, quæ esset ad entitatem termini, ad quem, sed magis ad præsentialitatem, ita quòd per ipsam nõ acciperet entitatem nouam sibi specialem, sed solum acciperet nouum esse hic, & talis posset dici adductiua sui termini productiua, sicut & talis unde est ad terminum actu præexistentem, & talis est ista.

Dubitatio difficultatis speculationis.

Contra: Ergo non est transubstãtiatio, quia illa præsentialitas non addit supra corpus Christi respectum. Dico, quòd eius terminus non est ille respectus præcipue, sed corpus substantiale, quod fit panis.

D. Thomas prima parte summæ. q. 76. Art. 3. & 4.

De secundo dicitur communiter, quòd trãsubstantiatio panis fit primo in aliquid compositum sed hic dicitur differenter à diuersis. Quidam. n. dicunt, quòd in humanitate Christi non sunt realiter nisi duo. s. materia prima, & anima intellectiua. Ad quod sunt quatuor rationes fundamentales; prima: unius rei unicũ est esse simpliciter, sed forma substantialis dat esse simpliciter, ergo unius rei unica debet esse forma substantialis, sed anima intellectiua est forma substantialis. ergo.

Hoc cõfirmatur per illud phylosophi 7. Met. c. de unitate diffinitionum & cõt. 43.

Item forma substantialis distinguitur ab accidentali, quia accidentalis aduenit enti in actu, & ideo non dat esse simpliciter, sed secundum quid uel potius inferendo econtra. substãtialis autem, quæ dat esse simpliciter aduenit enti in potentia, sed si simpliciter forma, sequeretur formam secundam, non aduenire enti in potentia simpliciter, sed enti in actu, & ita non daret esse simpliciter, sed secundum quid, & sic esset accidentalis.

Item si in homine essent plures formæ, oporteret dicere, quòd non ad eandem, sed ab alia, & alia, sumitur genus, & differentia. ergo ista prædicatio: homo est animal, non erit in primo modo, sed in secundo modo, quia prædicatũ, & subiectũ non erunt realiter.

1. phy. cõt. 50

Item pluralitas non est ponenda sine necessitate 1. phys. sed hic non est necessitas, quia ultima continet uniuersaliter omnes præcedentes, sicut tetragonum trigonũ secũ de an. Tenentes cõclusionem istarum, rationum sunt diuersi. Quidam eorum dicũt, quòd panis conuertitur in corpus Christi compositum ex materia & anima dante solus esse corporeum, dicunt, n. quòd eadẽ anima dat huic esse hominẽ, essentialiter, corpus, substantia, & omnia talia, materia igitur non recipit ab anima esse, corporeum est per se terminus, in quem transubstantiatur panis.

2. de Anima contex. 32.

Egidius Theoremate 28. 29. & 30.

Alius dicit, quòd a materia efficitur quãtitate, & accidentibus, & post separationem animæ materia remanet affectata. terminus etiam istius affectationis quãtitatiuę dicitur corpus, & in tale corpus transubstãtiatur panis.

Contra primam opinionem: Si hostia consecrata in cœna in triduo reseruata, uel etiã si in triduo Apostoli consacrassent, certum est secundũ omnes Theologos, quòd fuisset ibi idem corpus realiter, quod nũc est per se terminus istius transubstantiationis, sed patet, quòd tunc tota anima erat separata, quia uerè erat mortuus. ergo, uel tunc fieret transubstãtiatio panis in puram materiam, quod est falsum, & ipsi negãt, uel in materiam accidentalem. Nam & ipsi uolunt, quòd sit falsum, uel in materiam formatam à forma substantiali noua, quod est hæreticum, quia tunc non fuisset in triduo corpus Christi non informatum anima intellectiua, & hoc est falsum, quia anima uerè erat separata.

Contra secundam opinionem: Aut iste modus quantitatiuus, qui dat materiæ esse corporeũ, post aiæ separationẽ est aliquid, aut nihil: Si nihil & opinio est nihil; si aliquid uel est substantia, uel accidens; Si substantia, uel idem materiæ, & uerba multiplicãtur sine fructu, uel aliud à materia, & tunc uel anima intellectiua, quod non est uerum, uel alia forma, & tunc habeo propositum. Si autem accidens, arguitur, sicut superius argutum est.

Contra aliam opinionem alius Doctor dicit, quòd quatuor rationes superius assignatæ cõcludunt de omni ente, quod per se producitur ab uno agente, uel à pluribus particularibus integralibus unum formale agens, sed in homine nõ concludunt, quia producitur a generante, & creante, ita quòd anima simpliciter est ab extra. Nam secundũ eum in omni alio ab homine est unica forma substantialis. In homine aũt sunt duæ animæ, uel formæ. Vna intellectiua, quæ continet in

Secundũ Henricum in homine sunt duæ Animæ.

uirtute

uirtute uegetatiuam, & sensitiuam. Alia corporea quæ est forma mixti, quæ non potest contineri in uirtute animæ intellectiuæ, sed ipsa continet omnes alias formas corporeas puta ossium, & huiusmodi. Tunc uerò ad propositum dicit, quòd conuersio panis fit in corpus Christi compositũ ex materia, & forma corporea siue forma mixti, & non compositum ex materia, & anima intellectiua.

CONTRA illud, quod dicit de dualitate formarum in homine arguitur sic: Forma perfectè continens aliam potest perfectè continere contentã ab illa, sed secundum eum uegetatiua cõtinet formam mixtionis, & sensitiua in bruto continet uegetatiuam, & forma mixtionis. in talibus. n. immò in omnibus ab homine secundum eum non est nisi forma substantialis, ergo intellectiua, quæ secundum eum continet perfectè uegetatiuam, & sensitiuam non potest continere formam mixtionis.

Extensio repugnat Animæ intellectiuæ.

Dicit etiam quòd non potest, quia forma mixtionis de se est extensibilis, & ideo repugnat animæ intellectiuæ continentia illius, sed sensitiuę, & uegetatiuę nõ repugnat, quia eis non repugnat extensio.

Contra; Virtualis continentia formę præcedentis est ex perfectione continentis secundum eum & secundum ueritatem. Tunc sic: Perfectio, quæ debetur formæ secundum esse imperfectius non est neganda ab ea secundum esse perfectius: sed uegetatiua, & sensitiua cõtentę in intellectiua habent perfectiua esse, quàm in bruto. ergò si in bruto continent formam mixtionis multo magis continebunt eam, ut contentę ab intellectiua, alias ex tali continentia fierent imperfectiores, uel oporteret dicere, quòd in homine, & in bruto sunt alterius rationis, quorum utrumque est in cõueniens.

An in homine sint plures formæ substantiales nõ se determinat Auctor.

DICO igitur quantum ad istum articulum, non determinando, Vtrum in homines sint plures formæ substantiales, quàm duæ, quòd ad minus est ibi forma substantialis mixtionis, siue corporeitatis, dans quoddam esse partiale materiæ præcedẽti, nam saltem informando ipsam, anima intellectiua, & materia per istam formam est constituta in esse partiali hominis, & est immediate perfectibilis respectu animæ ĩtellectiuę, & istud tale cõpositum fit per se in conuersione panis, & ista forma remansit in Christo in triduo, & ideo fuisset in triduo primum signum institutio sacramenti sicut modo.

Tunc ad quatuor rationes factas.

Quòd unius rei sit unicũ esse.

Ad primam dico, quòd ista propositio potest concedi unius rei est unicum esse ab una forma præcipue. Nam sicut ens diuiditur per simplex, & compositum, ita esse. ergo sicut ens compositum includit plura entia partialia, ita etiam esse compositum, cuiusmodi est esse hominis totius includit plura esse partialia habituata per formas præcedentes. Et si omnino fiat uis in uerbo, cõcedo, quòd unum esse totale, & specificum est principaliter ab una forma ultima, sed sicut illud esse cum sit compositum, & nõ simplex præsupponit plura esse partialia, tunc ista forma præsupponit formas præcedentes dantes illa partialia, sed materia omnibus illis formis præcedentibus correspõdet ultimæ formæ pro uno per se perfectibili, & ita ultima forma est per se actus talis perfectionis, uel perfectibilis.

Ad secundum dico, quòd simplex distinguitur contra compositum secundum quòd omnis forma substantialis dat esse simpliciter ei, quod informat, quia tale esse dat sibi qualis, ipsa ergo dat sibi esse substãtiale, ex quo forma est substãtialis, sed accipiendo esse simpliciter pro esse ultimato & specifico, sola ultima forma non addenit enti in actu. Dico, quòd materia prima cum omnibus formis præcedentibus, si sunt plures, uel cũ una, si non sunt plures est simpliciter in potentia respectu ultimæ formæ, & correspondet sibi propriissimum perfectibile.

Potentia intellectiua uirtualiter continet uegetatiuam, & sensitiuam.

Ad tertiam Scotus non exprimit utrum intellectiua contineat uegetatiuam, & sensitiuam. Nã ponendo, quòd sic ita quòd illę non sint a generante, patet solutio, quia tunc genus, & differentia sumuntur ab eadem forma realiter, & uidetur etiã dicere, & uelle, quòd non tantum genus propinquũ, immò quantumcunque remotum sumatur ab anima. Dicit enim hoc expresse, quòd illa forma mixtionis hominis non est in genere corporum nisi per reductionem, sed tantum soluet istã rationem, ac si concederet, quòd genus propinquum sumatur ab alia forma, quàm differẽtia. Dicit. n. quòd si genus accipitur à forma prima, tũc non habetur plus nisi ista non erit per se in primó modo, aliter est homo, sed hoc concedo. Et si dicas, quòd non è conuerso, etiam quia solùm ista non est per se, in primo modo superficiatum, & coloratum, sed nec etiam coloratum est superficiatũ. Dico, ꝙ præcipue prædicando formã priorẽ de forma posteriori, uel è conuerso prædicatio non est in primo modo, sed non sequitur ex hoc, ergo non prædicatur de specie, per se in primo modo, quia species non solum includit ultimam formam à qua accipitur differentia, sed etiã alias præcedentes, siue earum concepens, ex hoc patet etiam, quòd non differunt ibi subiectum, & prædicatum.

Ad quartam non respondet affirmando, nec negando, quòd intellectiua contineat uegetatiuã & sensitiuam, sed dicit, quòd necessitas est ponere saltem formam corporeitatis aliam ab alia, quia anima separata manet ista, sed contradictio esset, quòd illud esset simul, separatum, & non separatum. hic etiã dicit expresse, quòd homo per illam formam in nullo genere est, nisi per reductionem, sed per eam solum est altera pars compositi.

QVIBVS PROPOSITIONIBVS possit hæc conuersio uerè exprimi.

Scotus 4. sent. dist. 11. q. 3.

Quæstio

Quæstio quinta.

QVARTVM quæritur, Vtrum ista conuersio possit uere exprimi per aliquam propositionem.

RESPONDEO, & dico, quòd ponēdo ambo extrema in recto nunquam poterit formari propositio uera, nec de uerbo est, nec de uerbo fit, Vnde omnes istæ sunt falsæ, panis est, uel fuit, uel erit corpus Christi. Ratio est, quia esse nō uerificatur de extremis nisi inter ipsa sit aliqua identitas realis, uel accidentalis, sed neutra istarum est impro posito, ut patet. Non etiam possunt uerificari rectæ propositiones de uerbo hoc, fit. ratio est, quia fit prædicit de subiecto formam secundum quam subiectum transmutatur, ut patet cum dicitur: homo fit albus, sed patet, quòd in proposito nō est. Ita enim potest dici in recto sine aliquo alio addito, ut panis, uel factus est, uel fiet corpus Christi. Possunt & uerificari propositiones ponendo alteram in obliquo, ut dicendo ex pane, uel de pane fit corpus Christi, uel fuit, uel factum est. Sed adhuc magis proprie additur præpositio, in qua de uel ex, & tunc in obliquo est ponēdus terminus, ad quem, ut dicendo conuertitur siue transubstantiatur in corpus Christi. &c.

VTRVM SOLVS PANIS TRITICEUS cum aqua elementari coagulatus sit conueniens materia conuersionis in corpus Christi.

Seraphycus Bona. 4. sent. dist. 11. q. 4. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 11. q.
D. Thomas 3. parte summa. q. 74. Art. 3.
Ricardus 4. sent. dist. 11. q. 3. Art. 1.
Durandus 4. sent. dist. 11. q. 4.
Ioannes Bacconitanus 4. sent. dist. 8. q. 2.

Quæstio sexta.

QVinto quæritur, Vtrum solus panis triticeus, uel confectus cum aqua elementari sit conueniens materia consecrãdi corpus Christi, uel solum uinum expressum de uua sanguinem.

De consecratione dist. 2. sacramento. RESPONDEO, quòd panis triticeus confectus cum aqua elementari, & coctus solus talis panis est apta materia consecrandi corpus Christi. hoc patet. Sed sunt hic tria dubia. Primum an Tria dubia. sufficiat panis factus de amido. Secundum an de farina triticea pasta confecta non cocta possit cõfici. Tertium an panis fermentatus. Videtur enim de omnibus, quòd sic, quia talia non diuersificãt speciem à pane, quo utimur in consecratione.

DE primo dico, quòd dubium esset, Vtrum panis factus de amido sit conuersionis materia apta nata, & ideo non est utendum tali pane amido, in talibus non debemus eligere partem dubiam, si quis scienter talem panem consecraret, peccaret mortaliter.

DE secūdo dico, quòd licet coctio non uariet speciem, tamen Christus non posuit nos in ista subtili disputatione, de uariatione speciei, sed usus est pane usuali cocto, & quia in tali materia Christus instituit, ideo pasta non cocta non conficeretur.

DE tertio dicunt Græci, quòd Christus confecit panem fermentatum, & ideo negant Latinos conficere pro eo, quòd non conficiunt in materia, quam Christus instituit. Istud probatur per aliqua uerba Euangeliorum. Primo per illud Ioã. Ante diem Paschæ, & sequitur illud totum de cœna, & institutione Eucharistiæ, qa, ut dicunt, factū est ante diem Paschæ, postea autem accipitur ibi pro agno Paschali, ut dicūt. Agnus autem Pascha lis debebat comedi hora quarta decima, die Mensis primi, qui erat Martius, sed ante istam 14. Luna licitū erat Iudæis uti pane fermentato, ex quo cœnam illam colebant, colebãt autē 14. Lunam, si manducarent Pascha. Item quando Iudæi tradiderunt Christum Pilato non introierunt Prætorium, ut non contaminarentur, sed manducarent Pascha, ergo Christus traditus est Pilato Luna 14. quando debebat comedi Pascha. i. Agnus paschalis, qui significabat Christum pascharum 14. Luna. ergo 14. Luna Passus est, & ideo ipse anticipauit cœnam per diem ante. ergo. Ioan. cap. 12. Ioan. cap. 18.

CONTRA hæc est Matth. Prima die azimorum accesserūt Discipuli ad Iesum dicentes: Vbi uis tibi paremus comedere Pascha? Et Lucas: Venit Dies azimorum, in qua necesse erat. &c. Ex his apparet expresse, quando Christus celebrauit cœnam prima die azimorum. s. quarta decima Luna scilicet, quando agnus paschalis debebat comedi, & per consequens tunc utebatur pane azimo, sicut quædam uerba Euangelij sonant. ergo in azimis confecit. Matth. ca. 26. Lucæ cap. 22.

Ad propositiones eorum est præmittenda distinctio, Innocentius De officio Missæ dicit, quòd Pascha accipitur multis modis, pro solemnitate paschali, quæ erat Luna 15. Secundo pro die, quo comedebatur Agnus paschalis, quæ erat Luna 14. Tertiò pro hostia determinata illius diei, in quo immolabatur Agnus paschalis, quæ erat pars diei, 14. Quarto pro Agnō paschali. Quinto pro azimis panibus. Parte 3. ca. 4. Pascha multis modis sumitur.

Tunc dico, quòd in prima authoritate, & in secunda accipitur Pascha primo modo. s. pro solemnitate, quæ celebratur Luna quintadecima. Tertium est magis ad oppositum, quia comestio Agni, qui comedebatur Luna quarta decima ad literam significabat institutionem istius sacramenti. Dico igitur ad propositum, quòd nec necessarium est, quòd panis sit fermētatus, nec quòd sit azimus, sed uterque potest confici. Patet de azimo, quia Ecclesia Romana, quæ non potest errare, utitur tali pane, sicut Christus in tali pane confecit. Patet etiam de fermentato propter quandam hæresim euitandam, quæ dicebat Iudicium in omnibus esse, & ideo necessario oportebat confici panis azimus, sicut Iudæi tempore cœnæ Christi utebatur ad euitandam istam hæresim, ordinatū fuit, quòd conficeretur in pane fermentato, sed Hæresis ebionitarum.

teſtante

Scotus hic, & paludarius q. 1. Art. 4. asserunt græcos grauiter peccare conficientes in fermentato.

cessante hæresi, reduxit Ecclesia ad pristinam cõsuetudinem, sicut Christus confecit. Patet etiam hoc idem, quia nos dicimus Græcos uerè conficere, licet conficiant in fermentato. Dico tamen, quòd modo est de necessitate ministri, saltem in Ecclesia Latina, quòd conficiat in azimo.

VTRVM SOLVM VINVM EXpressum de uua sit conueniens materia conuersionis in sanguinem.

Seraphycus Bonã. 4. sent. dist. 11. q. 4. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 11. q. 6. ad secundam quæstionem.
D. Thomas 3. parte summæ q. 74. Arti. 5.
Durandus 4. sent. dist. 11. q. 4. Art. 2.
Durandus 4. sent. dist. 11. q. 4.
Ioannes Bacconitanus 4. sent. dist. 8. q. 2.

Quæstio septima.

DICO igitur secundo principaliter, quòd solum Vinum naturaliter de uite est aptã materia huic sacramento, & nullum aliud, pũta de pomo, uel huiusmodi. Ratio principalis est, quia Christus sic instituit. Congruentia est, quia uinum est secunda pars nutrimenti. Istud autem sacramentum est nutrimentum spirituale animę, & ideo debet esse de botro expressum, ita tamen, quòd in botro non potest consecrari, ut habetur. Congruentia est ad hoc Eucharistia. quantum ad secundam sui partem principalem, datur uinum in potum, botrus autem magis est cibus, ratio uerò eadem, quæ supra. Posset autem botrus tunc exprimi in calicem, & tunc effici, ut habetur ubi supra. Debet autem ad misceri aqua, non quòd sine hac non possit uinum confici, quia nec quando conficitur, manet aqua, quia iam conuersa est. Vnde debet cito, & tam modicum poni, quòd ante tempus consecrationis sit cõuersa in uinum. Græci etiam non ponunt, ut dicit Innocentius de officio Missæ, sed hoc est de necessitate Ministri, saltem in Ecclesia Latina, & hoc propter præceptum ecclesiæ, & etiam, quia Christus sic instituit, ut dicit Damascenus libro 4. Christus calicem ex aqua, & uino tradidit Discipulis suis dicens: Accipite, & bibite. &c.

de cõsecratio ne dist. 2. Vinum

Parte. 3. ca. 4. uel 5.

Libro 4. cap. 5.

DISTINCTIO XII.

CIRCA DISTINCTIONEM XII. Quæritur,

VTRVM IN EVCHARISTIA SIT aliquod accidens sine subiecto.

Seraphicus Bona. 4. sent. dist. 12. q. 3. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 12. q. 1.
D. Thomas 3. parte summæ q. 77. Art. 1.
Ricardus 4. sent. dist. 12. q. 1. Arti. 1.
Franciscus de Mayronis 4. sent. dist. 12. q. 3.
Durandus 4. sent. dist. 12. q. 1.

Quæstio prima.

CIRCA distinct. duodecimam quæritur, primo, Vtrum in Eucharistia sit aliquod accidens sine subiecto.

QVOD NON: Impossibile est esse substatiam, nisi sit per se. ergo impossibile est esse accidens, nisi sit in aliquo. Antecedens probatur 1. physic. Quod uerè est, nulli accidit. Consequentia patet, quia illi sunt modi diuidentes in substantiã, & accidens. ergo. 1. phys. tex. 27

Item posterius essentialiter nec potest esse sine priori essentialiter, sed accidens est essentialiter posterius ad substantiam sibi subiectam. ergo. Maior patet ex 5. Met. c. de priori. Minor patet ex q. ubi dicitur, quòd substantia est prior accidente, natura, diffinitione, & tempore. 5. met. tex. 16

Item diffinitum non potest esse sine quacunque parte diffinitionis, sed substantia diffinit accidens. ergo. Si dicis, quòd non ualet de diffinitione, quæ datur per additionem. ergo. 7. met. tex. 4. 14. & inde

CONTRA: Terminus diffinit respectum nõ per quidditatem, sed per additamentum, & tamen est contradictio esse respectum sine termino.

Item album, & albedo significant idem in prædicamentis, ergo si multiplicatur quantum ad quantitatem, sic album ad albedinem. ergo impossibile est esse quantitatem sine quanto, quia iam idẽ esset sine se. Ca. de substãtia.

CONTRA id est Magister in littera, & authoritates Sanctorum.

RESPONDEO, quòd accidens potest dupliciter accipi, uel formaliter, & præcise per se, pro significato huius nominis: Accidens. s. pro ipso accidere, uel pro eo, quòd denominatur ab hoc. s. pro eo quod dicitur accidere, & istud de nominatũ, uel est formaliter respectus, uel est formaliter absolutum, & illud prædicatum inesse. Vel potest accipi actualiter, uel aptitudinaliter. Tunc dico tres conclusiones. Accidens sumitur duob. modis

PRIMA contradictio est, quòd accidens primo modo sumptũ intelligatur sine inesse, & hoc uniformiter. s. aptu, & aptitudine.

SECVNDA: Contradictio est etiam intelligere accidens secundo modo sumptum, sine inesse, si sit formaliter respectus, & hoc etiam uniformiter, ut dictum est supra. Et etiam accipiendo hoc pro fundamento, quòd uterque dicit proximum subiectum.

TERTIA conclusio est, quòd non est contradictio, accidens tertio modo sumptum, quòd sit formaliter absolutum sine inesse actu, non dico aptitudinali.

PRIMA probatur sic: Accidens primo modo dictum non est, nisi ipsum accidere ipsum inhærere, & ipsum inesse, & tale non est nisi quidam respectus eius, quod accidit ad illud, cui accidit, sic ergo contradictio est intelligere respectum, nisi intelligatur ipsum inesse, quòd insit, & hoc proportionabiliter, ita quòd si intelligatur ipsum accidere actuale, oportet intelligere, quòd accidat actualiter si aptitudine, aptitudinaliter. Si queras, qualis Prima conclusio.

qualis respectus est, ideo dico, quòd est extrinse-
cus aduenięs, quia non necessariò consurgit po
sitis terminis, quia, ut probatur in tertia conclu-
sione, possunt esse extrema sine ipso respectu. Si
quæras, in quo genere; si in genere passionis, ita
passio non solum sit respectus passi ad agens, sed
etiam subiecti ad formam inhærentem, uel forte
in genere actionis, ita quòd actio nõ solum sit re
spectus agentis ad passum; sed formæ inhærentis
ad subiectum.

2. conclusio. SECVNDA conclusio, probatur: Omnis respe-
ctus est inter extrema intelligere respectum,
qui non sit alicuius ad non terminum. ergo si esse
potest respectus sine fundamento, quia iam es-
set respectus ad terminum, & nihil respiceret ter
minum. Quod est contradictio.

3. conclusio. TERTIA conclusio probatur, quia absolutum,
ut absolutum, non requirit terminos, quia iam
non esset ad se. ergo si requirit subiectum, hoc
non est nisi propter quandam dependentiam ad
ipsum, ut ad causam, sed non, ut ad causam intrin
secam, quia subiectum non est essentia acciden-
tis, immo accidens secundum se est ens per se 5.
5. met. cõt. 14 Meta. c. de ente. ergo, ut ad causam extrinsecam.
Sed Deus potest supplere omnes causalitates cau
sæ secundæ extrinsecę, quia continet omnes tales
causalitates eminenter. ergo.

Item absolutum non includit respectum, quia
iam non esset absolutum, sed inhærere est respe-
ctus ex prima conclusione. ergo non est contra-
dictio, quòd tale absolutum non actualiter inhæ-
reat.

Ex istis rationibus patet, quòd phylosophi nõ
Doctrina singularis pro opinionibus phylosophorum diluc[i]da. dicunt esse impossibile accidens esse sine subie-
cto pro eo, quòd tale accidens absolutum inclu-
dat in sua essentia subiectum, uel respectum ad
subiectum, immo utrumque negant; sed pro eo,
quòd ipsi ponunt ordinem causarum esse simpli-
citer necessarium, ita quòd secundum eos nulla
causa potest supplere causalitatem alterius sine
illa, & ideo uoluit phylosophus, quòd sole non
moto, ignis non combureret stuppam. Et quòd
7. met. cõt. 4. ista sit eorum intentio patet 7. Meta. ubi uoluit
phylosophus, quòd subiectum præcedit accidens
etiam tempore, quòd non intelligitur aliter nisi
quòd non est contradictio, quòd subiectum sit
in omni accidente, & econuerso. sed expressius
1. phys. cont. patet ad propositũ primo phys. ubi dicit phyloso
39. idẽ 7. met. phus, quòd intellectus quærens segregare pas-
comm. 3. sionem à subiecto, quærit impossibile hoc est
dictu, quòd non includat cõtradictionem, quia
nec subiectum, nec actualis inhærentia, uel ille re
spectus est de essentia eius.

CONTRA primam conclusionem arguitur,
ꝙ respectus, qui est ad terminum non est in ter-
mino sicut patet, quia paternitas, quæ est ad filiũ
non est in filio, sed est in patre. ergo, cum ac-
cidere sit respectus eius, quod accidit, & illud,
cui accidit, & per consequens habeat pro termi-
no, patet, quòd non inest sibi. Ratio illa nihil pro
bat. Respectus. n. qui est de genere relationis, nõ
est in termino, sed in fundamento, sed respectus,
qui est alterius generis, potest inesse ei, ad quem
est, sicut potest patere in multis exẽplis. Sed iste
respectus non est de genere relationis, ut prædi-
ctum est. Vnde dico, quòd simul cum suo funda-
mento est in termino, & subiecto.

CONTRA secundam cõclusionem arguitur,
quia si respectus inest subiecto inhærentia, quæ
est respectus, ergo respectus erit fundamentum
respectus.

RESPONDEO, quòd non est inconueniens, ꝙ
respectus natura prior sit fundamento respectu
prioris extrinsecus aduenientis.

CONTRA tertiam conclusionem arguitur, ꝙ
Deus non potest supplere causalitatem causæ in
trinsecæ, sed materialis causa, & formalis sunt in- 2. phys. cont. 25.
trinsecę 2. phys. sed subiectum respectu acciden-
tis est causa materialis, quia sicut materia 2. phys.
RESPONDEO, quòd materia, & forma sunt causæ
intrinsecæ respectu compositi, & ideo concedo,
ꝙ compositum non potest fieri sine istis causis,
ita ꝙ nec humanitas, uel homo sine anima, & cor
pore, nec album sine subiecto, & albedine; sed
nec materia est causa intrinseca respectu formæ,
nec subiectum respectu accidentis. Hæc est opi- Opinio domini Aureoli.
nio Aureoli, qui non ponit uerum accidens per
respectum medium positiuum, sed solum per in
diuisionem.

Sed adhuc sunt duo dubia contra prædicta. Pri Duo dubia.
mum, quia si inhærentia accidentis ad subiectũ Primũ dubiũ.
est realiter distincta ab accidẽte, cum ipsa etiam
sit accidens, quia quidam respectus, ut dicis, er-
go inhæret subiecto, uel ergo de se ipsa, & tunc
pari ratione poterat dici de accidente.

Secundũ, si inherentia est posterior ad accidẽs Secundum dubiũ.
ergo accidens potest intelligi sine inhærentia ad
subiectum, quod est contra phylosophum 7. Me 7. met. cõt. 2.
ta. Accidentia enim non sunt entia, nisi quia en-
tis. Et est contra Boetium: Accidentis esse est
inesse.

CONTRA rationem, quia tunc actus acciden-
tis erit substantia, & etiam poterit diffiniri si-
ne subiecto, quod est contra phylosophum 7.
Metaphys.

AD primum dico, quòd inhærentia non pro-
prie inhæret, sed formaliter est illud, quo acci-
dens inhærat, quia est inhærentia accidentis, &
ideo in ea est status, & semper in talibus est e-
tiam status.

Secundo potest responderi sicut de differenti-
bus, quæ differunt differentia, & hoc modo me-
lius patet solutio dubii adducti contra primam
conclusionem.

Ad secundum dico, quòd licet actualis inherẽ
tia non sit de essentia accidentis, & sit natura po-
sterior, eo quòd per consequens possit intelligi,
& diffiniri sine ea aptitudinali tamen inhærentia
non. Et si quæras, quomodo se habet illa a-
ctio ad accidens, est ne propria passio eius,
& inhæret sibi? Dico, quòd secundum intrin-
secam naturam accidens est accidens, ita per
suam naturam, & nullum sibi additum, est ap-
tum inhærere, & hinc est, quòd non potest intel-

dentia agunt in uirtute substantiæ, cuius sunt instrumenta. Ita tamen, quòd accidentia, & instrumenta sunt immediatum principium agendi omnis actionis, quæ competit substantiæ, & non solum immediatè, respectu alterationis, immo etiam respectu generationis. non tamen ex hoc sequitur, quòd agant ultra suam speciem, quia non agunt in propriis uirtute. Similiter etiam ex parte passi formalis substantialis; Vel substantia, non est immediatum passiuum, sed qualitates priuatinæ.

Tunc ad propositum dico, cum accidentia separata uirtute diuina sint eiusdem speciei, quando erunt coniuncta, sequitur, quòd eodem modo agant, & ita, ut dicunt, non solum possunt alterari, sed etiam attingere terminum generationis, nec oportet ponere propter hoc, quòd redeant ad substantiam panis, uel uini.

Contra istam opinionem tria sunt uidenda, quæ ponit ista opinio. Primum est, quòd forma substantialis naturalis non est immediatum principium alicuius actionis. Secundum, quòd accidens coniunctum substantiæ in uirtute substantiæ, cuius est instrumentum immediatè attingit terminum generationis substantiæ. Tertium, quòd idem potest accidens separatum.

Contra primum arguitur tripliciter: Primo sic: Quod est in potentia merè priuatiua respectu alicuius, est in potentia contradictionis 9.
9. met. t. 17 Met. sed subiectum respectu, & immediatè passionis, non est in potentia contradictionis, quia non potest esse sine ea, ergo subiectum substantiale respectu potentiæ, & immediatè passionis habet aliam causalitatem à causalitate materiali, sed nõ formali, ut patet, nec de finali ut patet. ergo effectiua. ergo respectu eius esset immediatum principium. ergo forma substantialis naturalis est immediatum principium agendi.

Item quod est perfectionis in natura inferiori non est negandum à superiori, si sibi non repugnat; sed esse immediatum principium effectiuum est perfectionis in qualitate, quia propter hoc excedit in perfectione quantitatem secundum Comentatorem. ergo non est neganda ista actiuitas à forma substãtiali, quia excedit, & est superior ad qualitatem.

Item in generatione uniuoca genitũ assimilatur generanti immediato principio formali agendi, & assimilatur in forma substantiali, quia alias generatio uniuoca non esset. ergo substantialis forma, in qua generant uniuocum assimilatur sibi genitum est immediatum. ergo.

Contra primam rationem arguitur sic: Si ratio esset bona, sequeretur, quòd Triangulus accidentaliter haberet tres, & ita quantitas actionem agendi, quod est falsum.

Contra secundam sic: Si ratio esset bona materia substantialis posset habere actiones, quia est natura superior ad qualitatem.

Item sufficit sibi, quod sit mediatum principium.

Ad primam instantiam dico, quòd phylosophus loquitur ibi de potentia substantiali passiua, quæ est prima simpliciter, per hoc dat differentiam inter potentiam passiuam subiecti respectu formæ substantialis, & potentiam passiuam respectu accidentalis. Non enim est contradictoria respectu cuiuscunque formæ substantialis.

Ad secundum dico, quòd non est simile, eo quod materiæ repugnaret agere; sed formæ non, & ideo in ratione illa additur, si sibi non repugnat.

Ad tertiam dico, quòd etiam esse immediatum principium actionis dicit perfectionem, aliter non competerent Deo omnia secundum illam opinionem, nec est principium mediatum, nec immediatum, ut dicit in tertio dicto. Accidentia ita agunt separata, sicut coniuncta. Sed patet, quòd substantia panis, quæ non manet, non agit nec mediatè, nec immediatè, quia quodlibet, quod debet agere, præsupponit esse. ergo. — Quõ accidentia agunt separata sicut coniuncta.

Tunc contra secundum dictum opinionis arguo sic: Accidens agere in uirtute substantiæ, aut dicit aliquid positiuum additum ipsi formæ accidentali, aut non; Si sic; aut illud additum est respectus, aut non, si non; dicit aliquid absolutum, sed respectus tunc non ageret ex hoc plusquam ante, quia respectus non est principium agendi; Aut est aliquid absolutum, & tunc esset contra primum dictum opinionis, quia saltem respectu ipsius absoluti additi, forma substantialis erit immediatum principium actiuum, & productiuum. sed non dicit aliquid additum, hoc potest dupliciter intelligi, uel scilicet, quòd agere accidens dicatur agere in uirtute substantiæ pro eo, quòd est agens sibi subordinatum, ita quòd simpliciter coagit disponendo ad terminum generationis. & iste est uerus intellectus, sed ex hoc non sequitur, quòd accidens immediatè attingat terminum generationis, sed attingit immediatè terminum alterationis, & ipso mediante, attingit terminum generationis, & est præuia generatio, & ista secundum uerum intellectum forma substantialis est immediatum principium illius actionis, quæ immediatè attingit terminum generationis, sed attingit immediatè terminum alterationis. & ipso mediante terminum generationis, & forma accidentalis est immediatum principium illius alterationis, quæ est præuia generatio, & mediatum respectu termini generationis, si non intelligatur, quòd nec sic, nec sic nihil est dictum, ut patet. — Respectus nõ est principiũ agendi.

Contra tertium dictum opinionis, arguo sic: Si accidens separatum habet aliquid additum, cum illud non sit substantia, uel nihil est imperfectius genito, quod est substantia; & patet, quòd est causa æquiuoca corporalia, quia accidens generans, & substantia genita non sunt eiusdem generationis, & patet etiam — Accidens generans, & subiecta genita non sunt eiusdem rationis

etiam, quòd essent, quod est impossibile. Consequentia patet, quia accidens separatum, quod habet additum, cum illud etiam sit substantia, uel nihil est imperfectius generato, quod est substantia, & patet etiam causa totalis, quòd nihil faceret ibi substantia, ac si esset anihilata. Falsitas consequentis patet, quia æquiuoca continet uirtualiter, & terminat effectum.

Ad quæstionem igitur dico duas conclusiones: Prima est, quòd accidentia separata possunt habere eandem actionem quam habebant coniuncta.

Secunda conclusio, quòd non possunt generare, & corrumpere substantiam.

Actio prior non dependet a posteriori.

Primam probo, quia actio prior non dependet a posteriori, sed dictum supra cuius immediatũ principiũ est forma accidentalis est præuia ad actionem cuius immediatum principium est forma substantialis, ergo non requirit aliam actionẽ non etiam requirit necessario formam substantialem, uel subiectum, quia dictum est in præcedentibus, quòd actualis inhærentia præcedentis accidentis ad subiectum non est, nisi quidam respectus extrinsecus adueniens realis, aut respectus non necessarius simpliciter ad hoc, ut forma substantialis agat.

Secunda conclusio patet ex improbatione tertii dicti primæ opinionis.

Sed contra istam scđam opinionẽ arguitur sic: Si frigiditas, & caliditas essent in quãtitalibus separatis, & approximarentur. certũ esset, ꝙ una ageret in illa, & illa, q̃ præualeret totaliter corrũperet aliam. ergo pari ratione corrumperet eandem, si in eodem gradu esset in subiecto. Ponatur ergo, quòd frigiditas præualeret, sicut frigiditas in quãtitate separata à subiecto, ergo ignis posset esse in tali gradu, sed certum est, quòd corrupta caliditate ignis corrumperetur, & corruptio unius est generatio alterius. Dicit Scotus, quod si in tota substantia ignis esset anihilata remaneret tota caliditas nõ posset ista caliditas corrumpere unam guttam aquæ, licet posset eam calefacere, & similiter si tota frigiditas aquæ maris esset separata nõ corrumperet fintillam ignis.

Ad istam dico, quòd non est simile de caliditate separata, & igne. Nam quantitas nullum gradũ caliditatis determinat sibi, & ideo tota caliditas in quantitate separata posset corrumpi, sed ignis, licet non determinet sibi supremum gradum caliditatis, tamen determinat sibi aliquem gradum. & licet frigiditas separata posset caliditatem ignis diminuere, non tamen posset eam corrumpere. Et dicas, quòd saltem posset caliditatem in ligno totaliter corrumpere, quia lignum non determinat sibi aliquem gradum caliditatis concedo, sed ex hoc corrumperet substantiam ligni.

Ad argumentum principale dico, quòd de facto secundum naturam actiones sunt suppositorum, ut argumentum, sed de possibili apud Deũ non ita necessaria, non quidem, quòd uelim dicere, quòd oporteat Deum facere aliquod miraculum, nisi solum separarẽ accidens, & manu tenere eum sic separatum.

Opinio domini Aureoli.

Hic potes notare opinionem Aureoli, qui dicit, quòd accidentia dicuntur agere in uirtute substantiæ, quia sic uirtus substantiæ, & hoc accidit ex imperfectione substãtiæ creatæ, quòd eius uirtus non sit substantialis, sicut in Deo, sed accidentalis. Scotiza.

AN OMNIS TRANSMUTATIO QUAE potest causari ab agente creato circa accidentia in eucharistia manente, necessario requirat eandem quantitatem manere.

Scotus 4. sent. dist. 12. q. 4.
D. Thomas 3 parte summæ q. 77. Art. 4.
Ricardus 4. sent. dist. 12. q. 2. Art. 2.

Quæstio quarta.

Quarto quæritur, Utrum accidentia in eucharistia possint corrumpi ab aliquo agente creato.

Quod non: In omni transmutatione ab agente causata requiritur aliquod subiectum commune manens in utroque termino transmutationis; ex tertio physicorum motus est actus entis in potentia, & ea sexto physicorum, quòd transmutatio aliter se habet nunc, quàm prius. Sed si corrumperentur illa accidentia nihil maneret ibi commune, ut patet, quia nec materia cum non sit ibi, nec quantitas, quæ dicitur esse subiectum respectu aliorum accidentium. Ita quàm saltem quantitas non potest transmutari.

Item si corrumperetur, aut caderet in nihil; & hoc non, quia ex non substantia non fit substantia. aut in accidentia, & hoc non, quia agens naturales tunc faceret accidentia sine subiecto.

Item Boetius dicit, quòd forma simplex subiectum esse non potest, sed ista accidentia sunt simplicia, ergo non possunt esse subiectum transmutationis. Libro de tri.

Item 7. Metaphysicæ quicquid corrumpitur corrumpitur propter materiam, sed hic non est materia. ergo. 7. met. cõtex.

Contra: Ad sensum patet, quòd istæ species à Sacerdote diuiduntur dum masticantur, & possunt ab igne comburi, uel corrumpi.

D. Thomas ꝑsens dist. Artic. 2. in solutione principali tertiæ quæstiũculæ

Respondeo, & dico, quòd ista accidentia separata habent diuina uirtute esse quoddam conforme esse subsistentiæ, quod habet naturaliter substantia panis cum eis, & ideo à creatis agentibus, & eisdem modis possunt

Cognitio duplex est.

Respondeo, & primo declarabo terminos scilicet intelligi naturaliter, & intellectu creato: Intellectus enim siue cognitio est duplex, ut alibi dictum est, idest abstractiua, quæ potest esse rei absentis, & intuitiua, quæ est rei, ut præsentis. Sed quæstio non quærit de cognitione abstractiua. Nam omnis intellectio potens formare conclusionem intelligit aliquo modo abstractiue terminos conclusionis, sed intellectus noster format hanc conclusionem: Christi corpus, & esse ibi naturaliter accipitur hic per puram, & nudam naturam intellectus, quia ut sic, est sicut tabula rasa. 3. de anima. sic accipitur naturaliter causis naturalibus concurrentibus. s. actiuo, & passiuo naturali.

3. de Anima contex. 14.

Intellectus Angelicus est separatus a materia.

Intellectus creatus quidem est omnino separatus a materia, ut angelicus. quidā sibi similis in operatione, ut intellectus animæ separatæ, & coniunctæ corpori beato, ut hic supponitur, & ita hic declarabitur, & istorū quilibet intelligit sine phātasmate, quidam uero est coniunctus corpori, qđ aggrauat animam, & talis intellectus non intelligit sine phantasmate 3. de anima.

Sapiente. ca. 9. 3. de Anima contex. 30. & inde.

Tunc dico tres conclusiones, prima, quòd intellectus corpori coniunctus non potest naturaliter intuitiue cognoscere corpus Christi in Eucharistia. hoc probatur, quia talis intellectus non intelligit nisi mouentibus sensibilibus, sed sensibilia accidentia non uariantur ante consecrationē, nec post. ergo nec potest arguitiue intueri ibi illam substantiam plusquam primo.

Secunda conclusio est, quòd intellectus omnino separatus potest hoc naturaliter uidere, quia talis intellectus se habet ad intelligibilia sicut ipsa ex se sunt intelligibilia, ex secundo Met. sicut se habet res ad esse, ita ad intelligi, sed substantia, est prior omni suo modo accidentali. ergo prius intelligit, sed patet, quòd modus, quo Christus existit in Eucharistia, est sibi accidentalis, & non naturalis, quia est respectus extrinsecus aduenïens. ergo ille modus non impedit talem intellectum ab intellectione eius, cuius est iste modus, cum igitur uerè realiter corpus Christi sit in Eucharistia, sequitur, ꝙ talis uerè intellectus angelicus ibi existēs potest diffinitiue in ipsum intueri.

4. Met. tōtex. 4.

Confirmatur, quia totum ens existens creatū est obiectum talis intellectus, & patet, quòd corpus Christi in Eucharistia per se continetur sub tali ente.

Tertia conclusio est, quòd illud idem potest, intellectus animæ separatæ & animæ coniunctæ corpori beato, & sicut præcedens probatur, ita hæc. confirmatur de intellectu ipsius Christi, nā ut in Eucharistia potest intelligere, & uelle, ut patet ex quæstione præcedenti. ergo.

Duo dubia. Primū dubiū.

Sed contra duas conclusiones sunt duo dubia. Primum, quòd corpus existit in hostia supernaturaliter. ergo non potest cognosci ibi esse nisi supernaturaliter. Secundum, quòd hoc est purè creditum, & est articulus fidei secundum ecclesiam sanctam catholicam, sed purè credita non sunt cognita nisi supernaturaliter loquendo de cognitione intuitiua. ergo.

Secūdum dubium.

Ad primum dico, quòd supernaturalitas in obiecto, & etiam in potentia non arguit supernaturalitatem in actu, unde cæcus a natiuitate supernaturaliter recipit uisum, & cū uisu recepto supernaturaliter uidet naturaliter simul, si Deus de nihilo crearet unam albedinem separatam, illa esset supernaturalis quantum ad produci, & quantum ad existere, & tamen naturaliter uideretur, sicut modo patet de accidentibus panis, & uini in Eucharistia.

Ad secundum dico, quòd sufficit, ꝙ credibilia quæ sunt naturaliter intelligibilia a nobis quibus sunt credibilia credantur.

VTRVM EXISTENTIA CORPOris Christi possit uideri oculo corporali.

Scotus 4. sent. dist. 10. q. 9.
D. Thomas 3. parte summæ q. 76. Art. 7.
Ricardus 4. sent. dist. 10. q. 2. Art. 5.
Durandus 4. sen. dist. 10. q. 4.

Quæstio sexta.

Sexto quæritur, Vtrum Christus, ut in Eucharistia possit oculo corporali uidere se, uel uidere aliud a se, uel possit uideri ab aliquo oculo corporali.

Respondeo primo ostendendo, quòd oculus Christi, ut ibi existens, non potest aliquid uidere, quia in uisione corporali requiritur situatio ex parte oculi uidentis, & ex parte rei uisæ, & ex parte distantiæ, & inter oculum, & rem uisam, ut scilicet situaliter distet. & ratio est, quia talis uisio fit sub piramide, cuius basis est in re uisa, & conus in oculo, sed oculus non est ibi situaliter, nec distat situaliter a se, uel ab alio, ergo. Secūdo dico, quòd Deus de potentia absoluta potest creare uisionem corporis, esto, quòd alibi non esset nisi in Eucharistia in oculo glorioso, uel non glorioso. Ita tamen, quòd licet ille formaliter esset uidens, & uideret tale corpus, non tñ tale corpus, ut ibi existens esset terminus primo illius uisionis, nec terminans illam uisionem. Prima pars istius propositionis probatur. Nam uisio est forma absoluta. ergo non est contradictio, quòd fiat in oculo de obiecto, sine præsentia obiecti, quia non includit essentialiter respectum ad obiectum præsens.

Propositione qōne primæ partis ꝓspectuæ eiusdem.

Visio est forma absoluta ut patet ex primo libr. di stinc. 3.

Ad illud, quod ibi dicitur, ꝙ non esset terminus primus illius uisionis propriæ, quia obiectum terminans uisionem corporalem debet adesse oculo situaliter in debita distantia. Ad illud, ꝙ ibi additur: Nec terminans, probatur eodem modo ex probatione primæ partis istius suppositionis arguitur, ꝙ Scotus uidetur uelle, posse esse cognitionem intuitiuam, & sensitiuam sine præsentia obiecti, ergo secundum eum intuitiuam, & abstractiuam non possumus discernere per concernentiam obiecti præsentis, & non cōcernentiam, sed per aliud, & aliud formale.

Vtrum

Verum autem Deus posset in corpore Christi existentis in sacramento creare uisionem alicuius obiecti, Scotus hic non determinat nec mouet expresse, forte addit, quòd non, quia oculus ad recipiendum formaliter uisionem requirit situationem.

In Solutione illa 6. conclusionum positarum in ultima parte tertiæ quæstionis huius dist, dictũ est in solutione secundæ conclusionis, ꝙ uirtus potest causare in corpore Christi, ut in eucharistia calorem existenti primo.

Item in solutione secundi dubii principalis huius quæstionis parum supra dictum est, quòd extensio organi non requiritur pp in esse ipsius sensationis, sed pp creare ab agente quanto ꝙ quidẽ agens non agit nisi in quanto extenso. Videtur ergo posse dici secundum intentionem Scoti, ꝙ sicut uisio, quæ est in corpore Christi, ut in Cœlo, est & eadem in eucharistia concomitanter, ita tamen, quòd formaliter Deus posset unam uisionem in oculo Christi creare, ut existenti in eucharistia, esto, quòd alibi existeret, tamen sicut nunc per illam, quæ est in eo concomitanter, non uidet, ut hic existens, ita forte nec per illam sic à Deo creatam, quia non posset eius oculus, ut hic existens conum piramidis, cuius basis existeret in re uisa quanta extensa esset. ergo in eius oculo non, ut hic existenti solum illud absolutum uisionis, quòd est qualitas absque respectu actuali ad oculum.

Capreolus in 4. dist. 10. q. 4. negat oculũ Christi uidere se, in sacraměto, sed tamẽ fuit falso codice seductus. legit enim truncã solutionẽ secundi Argumẽti D. Tho.

Contra: In hac quæstione dixisti, quòd oculus, in quo Deus de potentia absoluta crearet uisionem huius corporis existentis in eucharistia, esto, quòd nunquam alibi existeret, esset formaliter uidens.

Respondeo. Vel illud nõ debet ita addi, quòd esset formaliter uidens, & uideret tale corpus cũ hoc non inueniretur expressè in Scoto. Vel posset dici secũdum Aureolum, quòd esset uisio, sed non uera, immo falsa, sicut suo modo accipit in ludificamentis, ita tamen, quòd licet corpus, cuius esset uisio, uerè existeret in Eucharistia, tamẽ non fundaret bases illius piramidis, cuius conus est in oculo, & ideo uisio non esset uera, sicut oculo apparet. ergo illam basem corpus, ut apparens, ut existens, sed in proposito non est simile, quia oculus Christi, ut in Eucharistia non posset fundare conum illius piramidis, sicut posset ille oculus.

Responsio domini Aureoli.

DISTINCTIO XI.

CIRCA DISTINCTIONEM XI. Quæritur,

VTRVM SIT POSSIBILIS *transubstantiatio.*

Scotus 4. sent. dist. 11. q. 1.
Franciscus de May. 4. sent. dist. 11. q. 14.

Quæstio prima.

Circa dist. undecimam quæritur primo, Vtrum transubstantiatio sit possibilis.

Quod non: Quia sic esset aliqua mutatio, sed species mutationis sunt quatuor, ex 5. Physic. quarum nulla est ista, quia quælibet istarũ manet aliquod commune in utroque termino, ut patet ex 6. Physi. sed in isto non. ergo.

5. Physic. con tex. 7. & inde. 6. Physi. contex. 32. 73. & inde.

Contra id est Amb. de sacramentis, & habetur de consecratione re uera.

5. Physic. contex. 7. & 9. & inde dist. 2. Re uera mirabile.

Respondeo & primo uidendum est de significato huius nominis: Transubstantiatio. Secũdo, Vtrum talis sit possibilis. Tertio, Vtrum soli Deo conueniat. De primo dico, quòd transubstantiatio est totalis transmutatio de substantia in substantiam. Totum autem accipitur dupliciter. Vno modo præcipuè pro illo toto, quod resultat ex partibus non includendo partes, & isto modo generatio substantiæ est transmutatio totius in totum secũdum Philosophum primo de generatione, quia quando ex aere fit aqua, quia quando totum per se quod resultat ex materia, & forma aeris corrumpitur, & succedit totum resultans ex materia, & forma aquæ. In alteratione uerò non est transitio totius in totum nisi totius secundum quid in totum secundum quid, ut lignum calidum in lignum frigidum, per se autem totum manet ibi in prædicto termino. Est autem transubstantiatio transitio totalis substantiæ in substantiam, quia totius in coniungendo partes per se, quæ sunt substantia, & quia nihil substantiæ manet, quòd non transeat ideo dicitur totalis; generatio non dicitur totalis, sed magis potest dici partialis, dicitur autem transitio substantiæ in substantiam non includendo accidentia, quæ manent, & non transeunt, quia eorum transitio non esset transubstantiatio, sed transaccidentatio.

Totũ duobus modis sumit.

Primo de gene. cõtex. 10. & 24.

De Secundo dico, quòd transitio ista est possibilis nam ille transitus est possibilis cuius extremis non repugnat desinere esse totaliter, & accipere totaliter nouum esse, sed ita est in proposito. ergo. probatio minoris, quia neutrum extremorum, est necesse esse nec includit aliquid ex parte sui, quòd non sit necesse esse. ergo. Non quòd hic probatur primo possibilitas transubstãtiationis absolute, sed in ista tangetur difficultas illa quomodo est possibilis transubstantiatio totius in toto actu præexistens.

De tertio dico, ꝙ ista transubstantiatio est possibilis soli Deo, quia ut patet ex primo articulo ista includit materię in materiam, sed materia pręsupponitur in omni actione agentis naturalis nec ista potest desinere esse, uel capere nouum esse nisi actione diuina.

Transubstantiatio possibilis est soli Deo.

Ad Principale dico, quòd secundum acceptionem philosophi 6. Physic. ubi dicit, quòd illud quod mutatur alteratur, quia aliter nunquam prius, & in omni mutatione præsupponitur aliud commune, ideo transubstantiatio, uel etiam creatio, uel etiam anihilatio non sunt mutationes sic acceptæ, quia in nulla istarum manet aliquid

6. Physic. contex. 32. & 73.

commune, quòd aliter se habeat nunquam prius nõ ergo possunt reddi proprie ad aliquod genus mutationis assignatum per Philosophum. Potest autem dici, quòd sicut per Philosophum 3. Physi corũ triplex est mutatio naturalis, una de subiecto in subiectum, alia de non subiecto in subiectum, alia de subiecto in non subiectum accipiendo semper non subiectum pro priuatione, Ita suo modo in superioribus est ista triplex mutatio, scu transitus transubstantiatio de subiecto in subiectum, creatio de non subiecto in subiectum, & anihilatio de subiecto in non subiectum. &c.

Triplex mutatio. 3. Physic. con tex. 7.

VTRUM QVODLIBET POSSET conuerti in quodlibet.

Scotus 4. sent. dist. 11. q. 2.
Durandus 4. sen. t. dist. 11. q. 2.
Franciscus de May 4. sent. dist. 11. q. 15.

Quæstio secunda.

SECVNDO quæritur, Vtrum quodlibet possit conuerti in quodlibet.

QVOD SIC; & primo, quòd creatura in diuinitatem sic; non repugnat diuinitati terminare actionem realem, ergo non repugnat sibi, quòd aliquid conuertatur in ipsam. Antecedens probatur, quia uerbum terminat incarnationem, quę est actio realis. Consequentia conceditur.

Item terminus, ad quem conuersionis nõ mutatur. ergo. Cõsequentia conceditur. Antecedens probatur, quia potest fieri conuersio in illud, ꝙ actu præexistit, ut patet de facto. ergo.

Item, quòd quælibet creatura in quamlibet creaturam possit conuerti, potest probari per locum à minori. Quia omnis creatura, quantum ad totale earum esse, subest esse diuino.

CONTRA, & primo, quòd non creatura idest Deus non potest conuerti in creaturam. ergo nec è conuerso.

Item nõ quælibet creatura in quamlibet, quia tunc possot conuerti quantitas panis in quantitatem corporis Christi, & per consequens corpus Christi quantum esset, ubi prius panis fuit. Consequens impossibile est, quia tunc corpus maius esset in loco minori.

Item nõ absolutum in respectum, primo quia tunc respectus c[illegible] sine fundaméto, & termino.

Item Aug. super Genesim, & Boetius de duabus naturis, & una potentia Christi. Corpus conuerti in spiritum impossibile est.

9. super Gen. cap. 4. De duabus naturis & una persona Christi ca. 7. Nihil pôtest uerti in diuinitatem.

RESPONDEO primo, & dico, quòd nihil potest conuerti in diuinitatem, ratio tacta est in secundo articulo præcedentis quæstionis, quia termini cõuersionis quantum ad totale esse ipsorum debent subiacere uirtuti conuersiuę. Sed patet, ꝙ deitas est necesse esse. ergo. Secundo dico, ꝙ quælibet creatura potest conuerti in quamlibet, & hoc patet per idem conuertendo minorem, nam omnis creatura quantum ad suum totale esse, quàm non esse subiacet potentiæ diuinæ. ergo.

Omnis creatura subiacet potentiæ diuinæ.

Ad primum nego antecedens. Omnia enim repugnant necessitati, & immutationi, & infinitó terminatę primo quam actionem realem de genere actionis. Ad probationem dico, quòd uerbũ non terminat actionem realem primo, sed respectu unionis ad ipsum unde incarnari non est proprie pati, sed uniri actionem. ergo realem, quę est incarnatio terminat ipsa unio siue respectus ipse.

Incarnari est proprie uniri.

CONTRA: Incarnare est realiter agere. ergo incarnari est realiter pati.

Item, ut dixisti, terminus primus actionis realis est respectus unionis secundum Philosophũ.

Ad primum dico, quòd obiectum, uel fundamentum istius actionis, quæ est incarnare, est natura humana, & terminus est unio humanitatis ad uerbum. Incarnari ergo formaliter non est proprie pati, sed uniri. Incarnare est agere, non pro ut respicit uerbum unitum, sed pro ut respicit ipsam unionem.

Incarnare est agere.

Ad secundum dico, quòd licet ibi non fuerit productus solus respectus, sed etiam humanitas Christi, tamen potest fieri, quòd productio termi netur ad solum respectum extrinsecus aduenientem sicut posset assumere naturam actu præexistentẽ, ut patuit supra, & ex ista conuersione non acquiritur Christo nisi unus respectus realis extrinsecus adueniens, scilicet præsentialitas ad species illas.

Ad principale, nego antecedens. Ad probationem dico, quòd non præexistit ista noua præsentia, quæ acquiritur, unde aliquo modo mutatur, ut patuit supra, quia accipit nouum respectum realem.

CONCLVSIONEM tertiæ rationis concedo. Primam etiam rationem in oppositum concedo.

Ad secundam dico, quòd dato, quòd quãtitas esset primus terminus cõuersionis, adhuc tamẽ Deus posset facere, quòd haberet in sacramento eundem modum existendi, quem habet modo, dum est ibi concomitáter, sicut patuit supra, quia accipit nouum respectum realem tantum.

Ad tertiam dico, quòd si absolutum conuerteretur in respectiuum, respectus caperet de nouo esse sibi debitum, & ideo non debet poni sine fundamento, & termino, quia ad suum esse requiruntur ista, nec ualet probatio, non enim oportet, ꝙ terminus conuersionis sequatur modum existendi eius, quod conuerteretur, ut patet de facto, quòd terminus conuersionis panis habet esse, & tamen non similiter est, si conuertatur in albedinem, illud enim, quòd conuertitur habebit esse subsistens, & terminus conuersionis habebit esse inhærens.

Ad ultimum dico, quòd hi, qui loquuntur in comparatione ad potentiam creatam unde nec corpus in corpus potest conuerti per potentiam creatam. Dico igitur, quòd dissimilis conuersio magis est impossibilis, quantum est de se, quàm in terminos magis similes in comparatione ad creaturam, sed in comparatione ad Deũ utraque sit possibilis. Possunt ergo glosari authoritates, quòd

Hẽricus quo lib. 1. q. 5. Egidius quoli. 1. q. 4. Vgo de nouo castro præsẽti dist. q. 2. fol uẽdo secũdũ argumentũ.

quòd ex se impossibilius est corpus conuerti in spiritũ, quàm corpus cõuerti in corpus. ergo. &c.

VTRVM PANIS CONVERTATVR in corpus Christi in eucharistia.

Seraphicus Bona. 4. sent. dist. 11. q. 1. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 11. q. 3.
D. Thomas 3. parte summæ q. 75. Arti. 4.
Ricardus 4. sent. dist. 11. q. 1. Art. 1.
Durandus 4. sent. dist. 11. q. 3.
Ioannes Bacconitanus 4. sent. dist. 8. q. 5.

Quæstio tertia.

TERTIO quæritur, Vtrum panis transubstantietur in corpus Christi.

RESONDEO, ꝙ Innocentius de officio Missæ dicit de hoc fuisse tres opiniones, quarum una est, ꝙ substantia panis, & substantia uini remanent simul cum substantia corporis Christi. (Parte 1. c. 26.)

Altera est, quòd non remanent, sed anihilatur, uel in aliud resoluuntur.

Tertia est, ꝙ nec remanent, nec anihilatur, nec in aliud resoluuntur, sed transubstantiatur in substantiam corporis Christi, & sanguinis. Omnes tamen in hoc concordant, quòd in eucharistia est uerè, & realiter corpus Christi.

PRIMO igitur dico, quòd hoc firmiter tenendum est, sicut necessarium ad salutem, quòd uerè, & realiter in eucharistia est corpus Christi uerum, & etiam sanguis, & hoc tenet ecclesia à principio, sicut patet. (Dist. 10. q. 1.)

SECVNDO uidẽdum est, quæ opinio sit uerior. Pro prima opinione arguitur: Sicut pluralitas est uitanda in naturalibus, nisi naturalis ratio cogat, ut patet 1. phys. ita etiam in creditis est uitãda nisi innuatur expresse, uel per scripturam sacrã, uel per declarata ab ecclesia, uel ex aliquo istorum: sed neutrum istorum cogit ponere substantiam panis non remanere. ergo, Maior patet per locũ à sufficienti diuisione. Minor declaratur per Ioan. qui prolixè declarat de eucharistia, ubi non habetur, quòd panis non remaneat, immo habetur oppositũ: Ego, inquit, sum panis uiuus, & si quis mãducauerit ex hoc pane. Et prima ad Corinth. panis, quem frangimus. Et sic discurrendum per singula loca scripturæ non inuenitur ubi hoc Ecclesia declarauerit, nec manifestè sequitur ex aliquo credito. Hoc confirmatur, quia ponendo remanere substantiam panis, pauciora miracula ponuntur, immo quasi omnes magnæ difficultates tolluntur, ut patet, & per consequens oppositum ponendo ipsam. s. non remanere tot difficultates insurgunt, quòd quasi tollitur uia salutis omni uolẽti sequi uiá rationis naturalis, & omnino phylosophis, sed non est conueniens, quòd talia conueniant sacramentis fidei nostræ ordinatis ad salutem. (1. phys. cont. 30. & 8. phys. contex. 48.) (Ioannes c. 6.) (Corinth. c. 10.)

Item in sacramento ueritatis non debet esse falsitas, sed certum est, quòd species illę similiter significant substantiam, quam effecerũt. ergo est ibi uerum signum.

Item hoc sacramentum significat nutrimentũ animæ spirituale. ergo cõgruum est, quòd sit substantia, quæ corporaliter nutrit. Ita quòd substantia, & eius species figuram rei sacrę. s. corporis, & sanguinis contenti ibi, ostendant.

Item Damascenus in libro 4. uidetur uelle, ꝙ sicut aqua abluitur in baptismo, quia aqua est liguor aptus ad abluendum ita in eucharistia sumemus panem, & uinum, quia ista sunt conueniens cibus, & potus: sed certum est, quòd in baptismo est uera acqua eiusdem speciei cum aliis acquis. ergo. (Libro 4. ca. 6.)

Tertia opinio probatur quasi ex prima ratione huius primę opinionis, maximè si teneatur, quòd substantia panis, & uini resoluitur in aliquid aliud: tunc enim erit intelligibilius hoc sacramẽtum, & pauciores erunt ibi difficultates.

CONTRA primam arguit quidam Doctor, quòd sit inconueniens, falsa, & hæretica. Primum probat sic: Huic sacramẽto debetur honor Latriæ propter Christum, qui uere cõtinetur ibi: Sed si substantia panis esset ibi, iam non deberetur sibi cultus latrię, & ita tolleretur reuerentia huius sacramenti. (Ocham ubi supra.)

Item primum signum in hoc sacramento debet esse corpus Christi.

Item hoc sacramẽtum est ad refectionem animæ, & non corporis.

SECVNDVM probat sic: Impossibile est, quòd aliquid incipiat de nouo esse, ubi nõ fuit prius nisi per mutationem aliquam, uel sui, uel alterius, sed patet, ꝙ corpus Christi, quia præexistit, non mutatur. ergo oportet, quòd substantia panis mutetur. s. quòd transubstantietur in ipsum.

TERTIVM probatur per illud Matth. Hoc est corpus meum. Tunc enim hoc dictum Saluatoris non esset uerum, quia substantia panis non esset corpus Christi. (Math. cap. 26.)

RESPONDEO, quòd quidquid sit de ueritate; dicunt tamen, quòd rationes istæ non concludunt. Ad primam dico, quòd sicut modo adorãtur species, quæ sunt aliquid creatum, sed signum specierum, ita tunc non adoratur panis, sed Christus significatus per panem, & eius species. (Rationes Ocham non cõcludunt.)

Ad secundum dico, quòd in quantum sacramẽtum primum signum esse corpus Christi, & eius sanguis esse substantia panis cum suis speciebus, sicut modo sunt solæ species.

Ad tertium patet, quòd potest dici ad oppositum, sicut supra dictum est, cum argueretur pro hac opinione.

Ad aliud patet ex præcedentibus, quòd cõuersio illa non est necessaria ratio existendi corpus Christi in sacramento, immo, si nõ posset esse ibi, patet etiam quomodo Christus aliqua mutatione mutatur, scilicet per acceptionem unius respectus noui.

Ad aliud dico, ꝙ sicut modo hoc non demonstrat species, sed corpus Christi, quod est ibi in fine prolationis uerborum. Ita tunc nõ demõstraret substantiam panis, sed corpus Christi. Dico

De consecratione dist. 2. tridentina synodus in decreto de sacramento eucharistiæ canona secundo: Siquis inquit &c.

igitur, quòd quantum ad hæc tertia opinio tenetur communiter, & est tenenda, adhuc sunt authoritates Ambrosii multũ expressę de sacramẽtis, & ponuntur de consecratione. Panis, inquit, est in altari, ubi accesit consecratio; & fit corpus Christi & ibidem, qui potuit facere, quæ nõ erant, nõne potest mutare ea, quæ sunt, quasi dicat sic.

Adducuntur etiã aliquæ aliæ authoritates Ambrosij, & ponuntur in litera.

Dist. 10. & dist. ista.

Ad hoc Magister uidetur mouere, quis illud est tenendum, quod tenet sancta Mater Ecclesia sed Ecclesia Romana non tenet, quòd panis substantia remaneat, sed transubstantietur in corpus Christi. ergo. Maior patet per Augustinũ, & per illud extra de hæreticis ad abolendam. Minor patet per illud extra de summa Trin. credimus, ubi dicitur sic: Ipse uerus Iesus Christus, & Sacerdos, & Sacrificium corpus eius, & sanguis in sacramẽto altaris sub specie panis, & uini continetur ueraciter. Et postea sequitur statim: Transubstantiatis in corpus pane, & in sanguinem uino potestate diuina. ergo.

Ad primum ergo pro opinione prima concedo maiorem, sed nego minorem, cuius negationis causa apparet per illud: Credimus, ut modo dictum est, ubi Ecclesia declarauit hanc ueritatem expressius, quàm esset declarata in symbolo Apostolorum, Athanasij, siue Niceni.

Dubiũ curiosum.

Et si quæras, quare Ecclesia elegit hoc ita difficile, & tamen possent saluari scripturæ sine eo, ut patuit; Dico, quòd scripturæ declarantur ab Ecclesia eo spiritu, quo conditæ sunt. Vnde Ecclesia elegit hunc intellectum, quia uerus est; Non. n. fuit in eius potestate facere eum uerum, uel non uerum, sed Dei instituentis. Ecclesia ergo directa spiritu ueritatis, ut credimus, ideo ita declarauit, quia Deus sic instituerat.

Solutio nobilis.

Ad confirmationem dico, quòd Deo fuit possibile facere, quòd esset ibi corpus Christi cũ substantia panis, quo facto essent ibi pauciora miracula, sed placuit sibi sic instituere ex rationali causa, ut supponimus, forte ad augumentum meriti nostri in credendo ita ardua captiuando intellectum nostrum propter Christum.

Ad secundum dico, quòd licet illæ species naturaliter significent substantiam sibi diuersam, tamen ad placitum instituentis significant corpus Christi uerum.

Ad tertium patet, quòd non cogit, unde etiam species illæ mutantur aliquo modo, ut suo loco dicetur.

Ad Damascenum dico, quòd ita est aptus cibus, & potus istæ species, ac si esset ibi substantia panis, & uini. & de hoc intelligit Damascenus.

AN PANIS ISTA CONVERSIONE Anihiletur.

Scotus 4. sent. dist. 11. q. 4.
D. Thomas 3. parte summa. q. 75. Art. 3.
Ricardus 4. sent. dist. 11. q. 3. Art. 1.
Franciscus de Mayronis 4. sent. dist. 11. q. 2.
Durandus 4. sent. dist. 11. q. 1.

Quæstio quarta.

Henricus quolib. 9. q. quol. 11. q. 4. quol. 12. q. 10.

SED quantum ad secundam opinionem uidetur, quòd panis anihiletur. Quod probatur sic: Quod præfuit, & non manet, nec in se, nec in alio, anihilatur; sed panis non manet in se, ut patet ex dictis, nec in corpore Christi, quia tunc corpus augumentaretur, & tamen præfuit. ergo.

Item productio, cuius totalis terminus, ad quẽ est tota, & totalitas entitas entis desinẽtis, est anihilatio, sed in proposito est ita, quòd nec manet materia panis, nec forma, sed tota substantia panis desinit esse. ergo.

CONTRA: Si de corpore Christi fieret purus panis, non crearetur, quia terminus à quo non esset nihil. ergo si panis transit in corpus Christi non anihilatur, quia terminus ad quem non est nihil.

Egidius Theoremate. 1. & 43.

Tunc dicitur, quòd panis nõ anihilatur pro eo, quòd eius forma manet in potentia materiæ corporis Christi, ita quòd si postea educeretur forma panis de potentia mariæ corporis Christi, nõ crearetur, sed generaretur. ergo nec modo anihilatur, sed cedit in potentiam materiæ corporis Christi, ita quòd si educeretur postea forma panis de potentia materiæ coporis Christi non crearetur, sed generaretur, ergo nec modo anihilatur, sed cedit in potentiam materiæ corporir Christi.

CONTRA: Nihil desinens esse cedit in potentiam alicuius materiæ, nisi per naturalem mutationem illius materiæ; sed patet, quòd ista conuersione, uel transubstantiatione panis, materia corporis Christi non transmutatur realiter. ergo.

Quõ panis non annihiletur quære Varronẽ in 4. dist. 11. hic.

Item si forma materiæ in potentia materiæ tollit anilationem, sequitur, quòd nunquam potest anihilari aliquod corpus, nisi anihilentur omnia corpora, quia in potentia materiæ cuiuslibet corporis est omnis forma corporea, quæ nõ actu existit. Dico ergo quantum ad hoc, quòd panis non anihilatur, & quòd nihil eius remanet post Primum probo: Nam præcisus terminus, ad quem anihilationis est nihil, & negatio termini à quo nec ultra est aliquid positiuum, quod terminet illam desinentiam per se ex ui talis mutationis, sed in proposito non est sic, licet per terminos istius conuersionis panis sit negatio termini à quo. s. negatio panis, sic suo modo in omni mutatione tamen ex ui illius conuersionis est ibi terminus positiuus, qui etiam per se, licet non primo, in terminos positiuos mutatur.

Secundũ Scotũ panis non annihilatur simpliciter, quia terminus anihilationis est purũ nihil

CONTRA: Si Deus anihilaret lapidem, statim ubi erat lapis, ibi esset aer, uel aliud corpus succederet, quia natura non patitur uacuum, & tamen ista esset uera anihilatio; sed ita est in proposito, quòd illam conuersionẽ corporis christi nõ accipimus esse simpliciter, sed incipit esse hic. ergo.

Responsio patet ex dictis in ratione, nam ibi aer succederet non ex ui illius mutationis. s. ad tollendum uacuum, sed in proposito aliter est, ut patet, & ideo illa mutatio nullo modo esset per se

in ter-

in terminos positiuos.

Secundum probo. s. quòd nihil eius remaneret, quia per istam conuersionem corporis Christi nec acquirit respectum nisi præsentialitatis, ut dictum est. sed patet, quòd ille panis nõ est ille respectus, nec est corpus Christi, ergo. &c.

Tunc ad rationes in oppositum & ad primam patet responsio ex dictis, quòd falsa est maior.

Ad secundum etiam dico, quòd est falsa maior, nã licet non inueniatur de facto, tamen Deus posset unum corpus totaliter in aliud, quod nunquam præfuerit, quo facto, terminus, ad quem nõ acciperet totale esse per illam mutationem & tamẽ nõ crearetur, quia terminus à quo esset nihil.

Exclusis ergo duabus opinionibus primis, relinquitur, quòd opinio tertia sit uera, quæ dicit, quòd substantia panis transubstãtietur in corpus Christi, & hoc erit principale quæsitum. *Opinio uera.*

Sunt duo uidenda. Sed sunt hic duo uidenda. Primum quomodo aliud dicitur transubstantiari in aliud actu præexistens. Secundum, Vtrum trãsubstantiatio fiat primo in aliquod totum.

De primo dico, omissa non intelligibili, uel nõ uera opinione, quòd pluralitas absoluta istius transubstantiationis est ex plenaria obedientia utriusque termini respectu uirtutis diuinæ.

Transubstantiatio potest esse duplex. Sed propter specialem difficultatem actualis præexistentiæ termini ad quem, potest dici, quòd transubstantiatio, quæ est in terminos positiuos, qui sunt substantia potest esse duplex. Vna proprissima, quæ esset ad entitatem termini ad quem, ita quòd per eam terminus ad quem acciperet simpliciter esse substantiale nouum, & ita esset productiua sui termini, & talis nõ posset esse ad terminum præexistentem. Alia minus propria, quæ esset ad entitatem termini, ad quem, sed magis ad præsentialitatem, ita quòd per ipsam nõ acciperet entitatem nouam sibi specialem, sed solum acciperet nouum esse hic, & talis posset dici adductiua sui termini, productiua, sicut & talis unde est ad terminum actu præexistentem, & talis est ista.

Dubitatio difficultatis speculationis. CONTRA: Ergo non est transubstãtiatio, quia illa præsentialitas non addit supra corpus Christi respectum. Dico, quòd eius terminus non est ille respectus præcipue, sed corpus substantiale, quod fit panis.

D. Thomas prima parte summæ. q. 76. Art. 3. & 4. De secundo dicitur communiter, quòd trãsubstantiatio panis fit primo in aliquid compositum sed hic dicitur differenter à diuersis. Quidam. n. dicunt, quòd in humanitate Christi non sunt realiter nisi duo. s. materia prima, & anima intellectiua. Ad quod sunt quatuor rationes fundamentales: prima unius rei unicũ est esse simpliciter, sed forma substantialis dat esse simpliciter, ergo unius rei unica debet esse forma substantialis, sed anima intellectiua est forma substantialis. ergo. *Hoc cõfirmatur per illud phylosophi 7. Met. c. de unitate diffinitionis & cõt. 43.*

Item forma substantialis distinguitur ab accidentali, quia accidentalis aduenit enti in actu, & ideo non dat esse simpliciter, sed secundum quid uel potius inferendo ècontra. substãtialis autem, quæ dat esse simpliciter aduenit enti in potentia, sed si simpliciter forma, sequeretur formam secundam, non adueniret enti in potentia simpliciter, sed enti in actu, & ita non daret esse simpliciter, sed secundum quid, & sic esset accidentalis.

Item si in homine essent plures formæ, oporteret dicere, quòd non ad eandem, sed ab alia, & alia, sumitur genus, & differentia. ergo ista prædicatio: homo est animal, non erit in primo modo, sed in secundo modo, quia prædicatũ, & subiectũ non erunt realiter.

Item pluralitas non est ponenda sine necessitate 1. phys. sed hic non est necessitas, quia ultima continet uniuersaliter omnes præcedentes, sicut tetragonum trigonũ secũ de aĩa. Tenentes cõclusionem istarum, rationum sunt diuersi. Quidam eorum dicũt, quòd panis conuertitur in corpus Christi compositum ex materia & anima dãte solus esse corporeum, dicunt. n. quòd eadẽ anima dat huic esse hominẽ, esse aliter, corpus, substantia, & omnia talia, materia igitur non recipit ab anima esse, corporeum est per se terminus, in quem transubstantiatur panis. *1. phy. cõt. 50* *2. de Anima contex. 32.*

Alius dicit, quòd a materia efficitur quãtitate, & accidentibus, & post separationem animæ materia remanet affectata. terminus etiam istius affectationis quãtitatinę dicitur corpus, & in tale corpus transubstãtiatur panis. *Egidius Theoremate 28. 29 & 30.*

CONTRA primam opinionem: Si hostia consecrata in cœna in triduo reseruata, uel etiã si in triduo Apostoli consacrassent, certum est secundũ omnes Theologos, quòd fuisset ibi idem corpus realiter, quod nũc est per se terminus istius transubstantiationis, sed patet, quòd tunc tota anima erat separata, quia uerè erat mortuus. ergo, uel tunc fieret transubstãtiatio panis in puram materiam, quod est falsum, & ipsi negãt; uel in materiam accidentalem. Nam & ipsi uolunt, quòd sit falsum, uel in materiam formatam à forma substantiali noua, quod est hæreticum; quia tunc non fuisset in triduo corpus Christi non informatum anima intellectiua, & hoc est falsum, quia anima uerè erat separata.

CONTRA secundam opinionem: Aut iste modus quantitatiuus, qui dat materiæ esse corporeũ, post aĩæ separationẽ est aliquid, aut nihil: Si nihil & opinio est nihil; si aliquid uel est substantia, uel accidens; Si substantia, uel idem materiæ, & uerba multiplicãtur sine fructu; uel aliud à materia, & tunc uel anima intellectiua; quod non est uerum, uel alia forma, & tunc habeo propositum. Si autem accidens, arguitur, sicut superius argutum est.

CONTRA aliam opinionem alius Doctor dicit, quòd quatuor rationes superius assignatæ cõcludunt de omni ente, quod per se producitur ab uno agente, uel à pluribus particularibus integralibus unum formale agens, sed in homine nõ concludunt, quia producitur a generante, & creãte, ita quòd anima simpliciter est ab extra. Nam secundũ eum in omni alio ab homine est unica forma substantialis. In homine aũt sunt duæ animæ, uel formæ. Vna intellectiua, quæ continet in *Secundũ Henricum in homine sunt duæ Animæ.*

uirtute

uirtute uegetatiuam, & sensitiuam. Alia corporea quæ est forma mixti, quæ non potest contineri in uirtute animæ intellectiuæ, sed ipsa continet omnes alias formas corporeas puta ossium, & huiusmodi. Tunc uerò ad propositum dicit, quòd conuersio panis fit in corpus Christi compositũ ex materia, & forma corporea siue forma mixti, & non compositum ex materia, & anima intellectiua.

CONTRA illud, quod dicit de dualitate formarum in homine arguitur sic: Forma perfectè continens aliam potest perfectè continere contentã ab illa, sed secundum eum uegetatiua cõtinet formam mixtionis, & sensitiua in bruto continet uegetatiuam, & forma mixtionis. in talibus. n. immò in omnibus ab homine secundum eum non est nisi forma substantialis, ergo intellictiua, quæ secundum eum continet perfectè uegetatiuam, & sensitiuam non potest continere fomam mixtionis.

Extensio repugnat Animæ intellectiuæ.

Dicit etiam quòd non potest, quia forma mixtionis de se est extensibilis, & ideo repugnat animæ intellectiuæ continentia illius, sed sensitiuę, & uegetatiuę nõ repugnat, quia eis non repugnat extensio.

Contra: Virtualis continentia formę præcedentis est ex perfectione continentis secundum eum & secundum ueritatem. Tunc sic: Perfectio, quæ debetur formæ secundum esse imperfectius non est neganda ab ea secundum esse perfectius: sed uegetatiua, & sensitiua cõtentę in intellectiua habent perfectius esse, quàm in bruto. ergò si in bruto continent formam mixtionis multo magis continebunt eam, ut contentę ab intellectiua, alias ex tali continentia fierent imperfectiores, uel oporteret dicere, quòd in homine, & in bruto sunt alterius rationis, quorum utrumque est incõueniens.

An in homine sint plures formæ substantiales nõ se determinat Auctor.

DICO igitur quantum ad istum articulum, non determinando, Vtrum in homines sint plures formæ substantiales, quàm duæ, quòd ad minus est ibi forma substantialis mixtionis, siue corporeitatis, dans quoddam esse partiale materiæ præcedẽti, nam saltem informando ipsam, animá intellectiua, & materia per istam formam est constituta in esse partiali hominis, & est immediate perfectibilis respectu animæ itellectiuę, & istud tale cõpositum fit per se in conuersione panis, & ista forma remansit in Christo in triduo, & ideo fuisset in triduo primum signum institutio sacramenti sicut modo.

Tunc ad quatuor rationes factas.

Quo unius rei sit unicũ esse.

Ad primam dico, quòd ista propositio potest concedi, unius rei est unicum esse ab una forma præcipue. Nam sicut ens diuiditur per simplex, & compositum, ita esse. ergo sicut ens compositum includit plura entia partialia, ita etiam esse compositum, cuiusmodi est esse hominis totius includit plura esse partialia habituata per formas præcedentes. Et si omnino fiat uis in uerbo, cõcedo, quòd unum esse totale, & specificum est principaliter ab una forma ultima, sed sicut illud esse cum sit compositum, & nõ simplex præsupponit plura esse partialia, tunc ista forma præsupponit formas præcedentes dantes illa partialia, sed materia omnibus illis formis præcedentibus correspõdet ultimæ formæ pro uno per se perfectibili, & ita ultima forma est per se actus talis pfectionis, uel perfectibilis.

Ad secundum dico, quòd simplex distinguitur contra compositum secundum quòd omnis forma substantialis dat esse simpliciter ei, quod informat, quia tale esse dat sibi qualis; ipsa ergo dat sibi esse substãtiale, ex quo forma est substãtialis, sed accipiendo esse simpliciter pro esse ultimato & specifico, sola ultima forma non addenti enti in actu. Dico, quòd materia prima cum omnibus formis præcedentibus, si sunt plures, uel cũ una, si non sunt plures est simpliciter in potentia respectu ultimæ formæ, & correspondet sibi propriissimum perfectibile.

Potentia intellectiua uirtualiter continet uegetatiuam, & sensitiuam.

Ad tertiam Scotus non exprimit utrum intellectiua contineat uegetatiuam, & sensitiuam. Nã ponendo, quòd sit ita quòd illę non sint à generante, patet solutio, quia tunc genus, & differentia sumuntur ab eadem forma realiter, & uidetur etiã dicere, & uelle, quòd non tantum genus propinquũ, immo quantumcunque remotum sumatur ab anima. Dicit enim hoc expresse, quòd illa forma mixtionis hominis non est in genere corporum nisi per reductionem, sed tantum soluet illa rationem, ac si concederet, quòd genus propinquum sumatur ab alia forma, quàm differẽtia. Dicit. n. quòd si genus accipitur à forma prima, Tũc non habetur plus nisi ista non erit per se in primo modo, aliter est homo, sed hoc concedo. Et si dicas, quòd non è conuerso, etiam quia solum illa non est per se, in primo modo superficiatum, & coloratum, sed nec etiam coloratum est superficiatũ. Dico, ꝙ præcipue prædicando formã priorẽ de forma posteriori, uel è conuerso prædicatio non est in primo modo, sed non sequitur ex hoc, ergo non prædicatur de specie, per se in primo modo, quia species non solum includit ultimam formam à qua accipitur differentia, sed etiã alias præcedentes, siue earum concipiens, ex hoc patet etiam, quòd non differunt ibi subiectum, & prædicatum.

Ad quartam non respondet affirmando, nec negando, quòd intellectiua contineat uegetatiuã & sensitiuam, sed dicit, quòd necessitas est ponere saltem formam corporeitatis aliam ab alia, quia anima separata manet ista, sed contradictio esset, quòd illud esset simul, separatum, & non separatum, hic etiã dicit expresse, quòd homo per istam formam in nullo genere est, nisi per reductionem, sed per eam solum est altera pars compositi.

QVIBVS PROPOSITIONIBVS possit hæc conuersio uerè exprimi.

Scotus 4. sent. dist. 11. q. 5.

Quæstio quinta.

QVARTVM quæritur, Vtrum ista conuersio posiir uere exprimi per aliquam propositionem.

RESPONDEO; & dico, quòd ponẽdo ambo extrema in recto nunquam poterit formari propositio uera, nec de uerbo est, nec de uerbo fit, Vnde omnes istę sunt falsę, panis est, uel fuit, uel erit corpus Christi. Ratio est, quia esse nõ uerificatur de extremis nisi inter ipsa sit aliqua identitas realis, uel accidentalis, sed neutra istarum est impro posito, ut patet. Non etiam possunt uerificari rectę propositiones de uerbo hoc, fit. ratio est, quia fit prędicit de subiecto formam secundum quam subiectum transmntatur, ut patet cum dicitur: homo fit albus, sed patet, quòd in proposito nõ est. Ita enim potest dici in recto sine aliquo alio addito, ut panis, uel factus est, uel fiet corpus Christi. Possunt & uerificari propositiones ponendo alteram in obliquo, ut dicendo ex pane, uel de pane fit corpus Christi, uel fuit, uel factum est. Sed adhuc magis proprie additur præpositio, in qua de uel ex, & tunc in obliquo est ponẽdus terminus, ad quem, ut dicendo conuertitur siue transubstantiatur in corpus Christi. &c.

VTRVM SOLVS PANIS TRITIceus cum aqua elementari coagulatua sit conueniens materia conuersionis in corpus Christi.

Seraphycus Bona. 4. sent. dist. 11. q. 4. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 11. q.
D. Thomas 3. parte summa. q. 74. Art. 3.
Ricardus 4. sent. dist. 11. q. 3. Art. 1.
Durandus 4. sent. dist. 11. q. 4.
Ioannes Bacconitanus 4. sent. dist. 8. q. 2.

Quæstio sexta.

QVinto quæritur, Vtrum solus panis triticeus, uel confectus cum aqua elementari sit conueniens materia consecrãdi corpus Christi, uel solum uinum expressum de uua sanguinem.

De consecratione dist. 2. § sacramento.

RESPONDEO, quòd panis triticeus confectus cum aqua elementari, & coctus solus talis panis est apta materia consecrandi corpus Christi. hoc patet. Sed sunt hic tria dubia. Primum an sufficiat panis factus de amido. Secundum an de farina triticea pasta confecta non cocta possit cõfici. Tertium an panis fermentatus. Videtur enim de omnibus, quòd sic; quia talia non diuersificãt speciem à pane, quo utimur in consecratione.

Tria dubia.

DE primo dico, quòd dubium esset, Vtrum pãnis factus de amido sit conuersionis materia apta nata, & ideo non est utendum tali pane amido, in talibus non debemus eligere partem dubiam, si quis scienter talem panem consecraret, peccaret mortaliter.

DE secũdo dico, quòd licet coctio non uariet speciem; tamen Christus non posuit nos in ista subtili disputatione, de uariatione speciei, sed usus est pane usuali cocto, & quia in tali materia Christus instituit, ideo pasta non cocta non conficeretur.

DE tertiò dicunt Græci, quòd Christus confecit panem fermentatum, & ideo negant Latinos conficere pro eo, quòd non conficiunt in materia, quam Christus instituit. Istud probatur per aliqua uerba Euangeliorum. Primo per illud Ioã. Ante diem Paschæ, & sequitur illud totum de cęna, & institutione Eucharistię, q͂a, ut dicunt, factũ est ante diem Paschæ, postea autem accipitur ibi pro agno Paschali, ut dicũt. Agnus autem Paschalis debebat comedi hora quarta decima, die Mensis primi, qui erat Martius, sed ante istam 14. Luna licitũ erat Iudæis uti pane fermentato, ex quo cœnam illam colebant, colebãt autẽ 14. Lunam, si manducarent Pascha. Item quando Iudęi tradiderunt Christum Pilato non introierunt Prætorium, ut non contaminarentur, sed manducarent Pascha, ergo Christus traditus est Pilato Luna 14. quando debebat comedi Pascha. i. Agnus paschalis, qui significabat Christum pascharum 14. Luna. ergo 14. Luna Passus est, & ideo ipse anticipauit cœnam per diem ante. ergo.

Ioan. cap. 12.
Ioan. cap. 18.

CONTRA hæc est Matth. Prima die azimorum accesserũt Discipuli ad Iesum dicentes: Vbi uis tibi paremus comedere Pascha? Et Lucas: Venit Dies azimorum, in qua necesse erat. &c. Ex his apparet expresse, quando Christus celebrauit cœnam prima die azimorum. s. quarta decima Luna scilicet, quando agnus paschalis debebat comedi, & per consequens tunc utebatur pane azimo, sicut quædam uerba Euangelij sonant. ergo in azimis confecit.

Matth. ca. 26.
Lucæ cap. 22.

Ad propositiones eorum est præmittenda distinctio, Innocentius De officio Missæ dicit, q Pascha accipitur multis modis, pro solemnitate paschali, quæ erat Luna 15. Secundo pro die, quo comedebatur Agnus paschalis, quę erat Luna 14. Tertio pro hostia determinata illius diei, in quo immolabatur Agnus paschalis, quę erat pars diei, 14. Quarto pro Agno paschali. Quinto pro azimis panibus.

Parte 3. ca. 4.
Pascha multis modis sumitur.

Tunc dico, quòd in prima authoritate, & in secunda accipitur Pascha primo modo. s. pro solemnitate, quæ celebratur Luna quintadecima. Tertium est magis ad oppositum, quia comestio Agni, qui comedebatur Luna quarta decima ad literam significabat institutionem istius sacramenti. Dico igitur ad propositum, quòd nec necessarium est, quòd panis sit fermẽtatus, nec quòd sit azimus; sed uterque potest confici. Patet de azimo, quia Ecclesia Romana, quæ non potest errare, utitur tali pane, sicut Christus in tali pane confecit. Patet etiam de fermentato propter quãdam hæresim euitandam, quę dicebat Iudicium in omnibus esse, & ideo necessario oportebat confici panis azimus, sicut Iudæi tempore cœnæ Christi utebatur ad euitandam istam hæresim, ordinatũ fuit, quòd conficeretur in pane fermentato, sed

Hæresis ebionitarum.

Scotus hic, & paludanus, q. 1. Art. 4. afferunt græcos grauiter peccare cōficien tes in fermētato.

cessante hæresi, reduxit Ecclesia ad pristinam cō suetudinem, sicut Christus confecit. Patet etiam hoc idem, quia nos dicimus Græcos uerè conficere, licet conficiant in fermentato. Dico tamen, quòd modo est de necessitate ministri, saltem in Ecclesia Latina, quòd conficiat in azimo.

VTRVM SOLVM VINVM EXpressum de uua sit conueniens materia conuersionis in sanguinem.

Seraphycus Bone. 4. sent. dist. 11. q. 4. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 11. q. 6. ad secundam quæstionem.
D. Thomas 3. parte summæ q. 74. Arti. 5.
Durandus 4. sent. dist. 11. q. 4. Art. 2.
Durandus 4. sent. dist. 11. q. 4.
Ioannes Bacconitanus 4. sent. dist. 8. q. 2.

Quæstio septima.

DICo igitur secundo principaliter, quòd solum Vinum naturaliter de uite est aptā materia huic sacramento, & nullum aliud, puta de pomo, uel huiusmodi. Ratio principalis est, quia Christus sic instituit. Congruentia est, quia uinum est secunda pars nutrimenti. Istud autem sacramentum est nutrimentum spirituale animæ, & ideo debet esse de botro expressum, ita tamen, quòd in botro non potest consecrari, ut habetur. Congruentia est ad hoc Eucharistia. quantum ad secundam sui partem principalem, datur uinum in potum, botrus autem magis est cibus, ratio uerò eadem, quæ supra. Posset autem botrus tunc exprimi in calicem, & tunc effici, ut habetur ubi supra. Debet autem ad misceri aqua, non quòd sine hac non possit uinum confici, quia nec quando conficitur, manet aqua, quia iam conuersa est. Vnde debet cito, & tam modicum poni, quòd ante tempus consecrationis sit conuersa in uinum. Græci etiam non ponunt, ut dicit Innocentius de officio Missæ, sed hoc est de necessitate Ministri, saltem in Ecclesia Latina, & hoc propter præceptum ecclesiæ, & etiam, quia Christus sic instituit, ut dicit Damascenus libro 4. Christus calicem ex aqua, & uino tradidit Discipulis suis dicens: Accipite, & bibite. &c.

de cōsecratio ne dist. 2. Vinum

Parte. 3. ca. 4. uel 5.

Libro 4. cap. 5.

DISTINCTIO XII.

CIRCA DISTINCTIONEM XII. Quæritur,

VTRVM IN EVCHARISTIA SIT aliquod accidens sine subiecto.

Seraphicus Bona. 4. sent. dist. 12. q. 5. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 12. q. 1.
D. Thomas 3. parte summæ q. 77. Art. 1.
Ricardus 4. sent. dist. 12. q. 1. Arti. 1.
Franciscus de Mayronis 4. sent. dist. 12. q. 3.
Durandus 4. sent. dist. 12. q. 1.

Quæstio prima.

CIRCA distinct. duodecimam quæritur, primo, Vtrum in Eucharistia sit aliquod accidens sine subiecto.

QVOD NON: Impossibile est esse substantiam, nisi sit per se. ergo in possibile est esse accidens, nisi sit in aliquo. Antecedens probatur 1. physic. Quod uerè est, nulli accidit. Consequentia patet, quia illi sunt modi diuidentes in substantiā, & accidens. ergo. 1. phys. cōt. 27

Item posterius essentialiter nec potest esse sine priori essentialiter, sed accidens est essentialiter posterius ad substantiam sibi subiectam. ergo. Maior patet ex 5. Met. c. de priori. Minor patet ex q. ubi dicitur, quòd substantia est prior accidente, natura, diffinitione, & tempore. 5. met. cōt. 16

Item diffinitum non potest esse sine quacunque parte diffinitionis; sed substantia diffinit accidens. ergo. Si dicis, quòd non ualet de diffinitione, quæ datur per additionem. ergo. 7. met. cōtex 4. 14. & inde

CONTRA: Terminus diffinit respectum nō per quidditatem, sed per additamentum; & tamen est contradictio esse respectum sine termino.

Item album, & albedo significant idem in prædicamentis, ergo si multiplicatur quantum ad quātitatem, sic album ad albedinem. ergo impossibile est esse quantitatem sine quanto, quia iam idē esset sine se. Ca. de substā tia.

CONTRA id est Magister in littera, & authoritates Sanctorum.

RESPONDEO, quòd accidens potest dupliciter accipi, uel formaliter, & præcise per se, pro significato huius nominis: Accidens. s. pro ipso accidere, uel pro eo, quòd denominatur ab hoc. s. pro eo quod dicitur accidere, & istud de nominatū, uel est formaliter respectus, uel est formaliter absolutum, & illud prædicatum inesse. Vel potest accipi actualiter, uel aptitudinaliter. Tunc dico tres conclusiones. Accidēns sumetur duob. modis

PRIMA contradictio est, quòd accidens primo modo sumptū intelligatur sine inesse, & hoc uniformiter. s. aptu, & aptitudine.

SECVNDA: Contradictio est etiam intelligere accidens secundo modo sumptum, sine inesse, si sit formaliter respectus, & hoc etiam uniformiter, ut dictum est supra. Et etiam accipiendo hoc pro fundamento, quòd uterque dicit proximum subiectum.

TERTIA conclusio est, quòd non est contradictio, accidens tertio modo sumptum, quòd sit formaliter absolutum sine inesse actu, non dico aptitudinali.

PRIMA probatur sic: Accidens primo modo dictum non est, nisi ipsum accidere ipsum inhærere, & ipsum inesse, & tale non est nisi quidam respectus eius, quod accidit ad illud, cui accidit, sic ergo contradictio est intelligere respectum, nisi intelligatur ipsum inesse, quod insit, & hoc proportionabiliter, ita quòd si intelligatur ipsum accidere actuale, oportet intelligere, quòd accidat actualiter si aptitudine, aptitudinaliter. Si quæras, Prima conclu sio.

qualis

qualis respectus est, ideo dico, quòd est extrinsecus adueniens, quia non necessariò consurgit positis terminis, quia, ut probatur in tertia conclusione, possunt esse extrema sine ipso respectu. Si quæras, in quo genere; si in genere passionis, ita passio non solum sit respectus passi ad agens, sed etiam subiecti ad formam inhærentem, uel forte in genere actionis, ita quòd actio nō solum sit respectus agentis ad passum; sed formæ inhærentis ad subiectum.

2. conclusio.

SECVNDA conclusio, probatur: Omnis respectus est inter extrema intelligere respectum, qui non sit alicuius ad non terminum. ergo si esse potest respectus sine fundamento, quia iam esset respectus ad terminum, & nihil respiceret terminum. Quod est contradictio.

3. conclusio.

TERTIA conclusio probatur, quia absolutum, ut absolutum, non requirit terminos, quia iam non esset ad se. ergo si requirit subiectum, hoc non est nisi propter quandam dependentiam ad ipsum, ut ad causam, sed non, ut ad causam intrinsecam, quia subiectum non est essentia accidentis, immo accidens secundum se est ens per se 5. Meta. c. de ente. ergo, ut ad causam extrinsecam. Sed Deus potest supplere omnes causalitates causæ secundæ extrinsecę, quia continet omnes tales causalitates eminenter. ergo.

5. met. cōt. 14

Item absolutum non includit respectum, quia iam non esset absolutum, sed inhærere est respectus ex prima conclusione. ergo non est contradictio, quòd tale absolutum non actualiter inhæreat.

Doctrina singularis pro opinionibus phylosophorum diu. idā dis.

Ex istis rationibus patet, quòd phylosophi nō dicunt esse impossibile accidens esse sine subiecto pro eo, quòd tale accidens absolutum includat in sua essentia subiectum, uel respectum ad subiectum, immo utrumque negant; sed pro eo, quòd ipsi ponunt ordinem causarum esse simpliciter necessarium, ita quòd secundum eos nulla causa potest supplere causalitatem alterius sine illa, & ideo uoluit phylosophus, quòd sole non moto, ignis non combureret stuppam. Et quòd ista sit eorum intentio patet 7. Meta. ubi uoluit phylosophus, quòd subiectum præcedit accidens etiam tempore, quòd non intelligitur aliter nisi quòd non est contradictio, quòd si biectum sit in omni accidente, & econuerso. sed expressius patet ad propositū primo phys. ubi dicit phylosophus, quòd intellectus quærens segregare passionem à subiecto, quærit impossibile hoc est dictu, quòd non includat cōtradictionem, quia nec subiectum, nec actualis inhærentia, uel ille respectus est de essentia eius.

7. met. cōt. 4.

1. phys. cont. 31. idē 7. met. comm. 3.

CONTRA primam conclusionem arguitur, ꝙ respectus, qui est ad terminum non est in termino sicut patet, quia paternitas, quæ est ad filiū non est in filio, sed est in patre. ergo, cum accidere sit respectus eius, quod accidit, & illud, cui accidit, & per consequens habeat pro termino, patet, quòd non inest sibi. Ratio illa nihil probat. Respectus. n. qui est de genere relationis, nō est in termino, sed in fundamento, sed respectus, qui est alterius generis, potest inesse ei, ad quem est, sicut potest patere in multis exēplis. Sed iste respectus non est de genere relationis, ut prædictum est. Vnde dico, quòd simul cum suo fundamento est in termino, & subiecto.

CONTRA secundam cōclusionem arguitur, quia si respectus inest subiecto inhærentia, quæ est respectus, ergo respectus erit fundamentum respectus.

RESPONDEO, quòd non est inconueniens, ꝙ respectus natura prior sit fundamento respectu priora extrinsecus aduenientis.

CONTRA tertiam conclusionem arguitur, ꝙ Deus non potest supplere causalitatem causæ intrinsecæ, sed materialis causa, & formalis sunt intrinsecę 2. phys. sed subiectum respectu accidentis est causa materialis, quia sicut materia 2. phys.

2. phys. cont. 28.

RESPONDEO, quòd materia, & forma sunt causæ intrinsecæ respectu compositi, & ideo concedo, ꝙ compositum non potest fieri sine istis causis, ita ꝙ nec humanitas, uel homo sine anima, & corpore, nec album sine subiecto, & albedine; sed nec materia est causa intrinseca respectu formæ, nec subiectum respectu accidentis. Hæc est opinio Aureoli, qui non ponit uerum accidens per respectum medium positiuum, sed solum per indiuisionem.

Opinio domini Aureoli.

Duo dubia. Primū dubiū.

Sed adhuc sunt duo dubia contra prædicta. Primum, quia si inhærentia accidentis ad subiectū est realiter distincta ab accidēte, cum ipsa etiam sit accidens, quia quidam respectus, ut dicis, ergo inhæret subiecto, uel ergo de se ipsa, & tunc pari ratione poterat dici de accidente.

Secūdm dubiū.

7. met. cōt. 2.

Secundū, si inhęrentia est posterior ad accidēs ergo accidens potest intelligi sine inhærentia ad subiectum, quod est contra phylosophum 7. Meta. Accidentia enim non sunt entia, nisi quia entis. Et est contra Boetium: Accidentis esse est inesse.

CONTRA rationem, quia tunc actua accidentis erit substantia, & etiam poterit diffiniri sine subiecto, quod est contra phylosophum 7. Metaphys.

AD primum dico, quòd inhærentia non proprie inhæret, sed formaliter est illud, quo accidens inhærat, quia est inhærentia accidentia, & ideo in ea est status, & semper in talibus est etiam status.

Secundo potest responderi sicut de differentibus, quæ differunt differentia, & hoc modo melius patet solutio dubii adducti contra primam conclusionem..

Ad secundum dico, quòd licet actualis inhęrētia non sit de essentia accidentis, & sit natura posterior, eo quòd per consequens possit intelligi, & diffiniri sine ea aptitudinali tamen inhærentia non. Et si quæras, quomodo se habet illa actio ad accidens, est ne propria passio eius, & inhæret sibi? Dico, quòd secundum intrinsecam naturam accidens est accidens, ita per suam naturam, & nullum sibi additum, est aptum inhærere, & hinc est, quòd non potest intel-

ligi sine aptitudinali dependentia ad subiectum, quia intelligeretur esse substantia. Diffinitur autem per subiectum non quia propter dependentiam, quam habet ad subiectum, quia plus dependet lapis à Deo, & tamen Deus non ponitur in diffinitione lapidis. Quid ergo, quòd conceptus diffinitionis est conceptus completus, non conceditur, ergo illud quod informat, ideo. & cætera.

2. de Anima contex. 6. & inde. Et si dicas, quòd forma substantialis diffinitur per materiam, còncedo, ut patet secũdo de anima, ubi phylosophus diffiniens animam dicit, quòd est actus corporis organici physici uitam habentis.

TVNC ad argumenta: Ad primum dico, quòd sicut accidens per suam naturam extrinsecam est aptum inhærere, ita substantia per se, sed sicut actualiter inhærere non est essentiale substantiæ, patet de humanitate in Christo.

SED utrum actualiter per se esse addit supra substantiam indiuiduam aliquam entitatem positiuam, sicut actualiter inhærere addit supra accidens respectum positiuum; de hoc quære in secundo libro.

Dist. 5. in quæstione de indiuiduatione. Ad secundum dico, quòd accidens est posterius substantia non actu, sed aptitudine, & actu est posterius naturaliter, & ideo non potest fieri secundum naturam, quin aptitudinaliter non dependeat à substantia, nec per aliquam potentiam, quin aptitudine iam non esset accidens.

Ad tertium dico, quòd relatio non potest esse sine termino, non pro eo, quod terminus est diffiniens ipsam, ut additamentum, sed pro eo, quòd respectus essentialiter respicit terminum proportionabiliter, tamen si respectus in actu tantum in actu, & si aptitudine aptitudine. Nam relationis esse est ad esse.

Ad quartum dico, quòd album uno modo accipitur pro forma ipsa albedinis, ut significans actualiter, actualiter inhærens, ut dicit phylosophus in prædicamentis, quòd album solam qualitatem significat, non enim tunc diffinitur ab albedine nisi in modo significandi scilicet, ut abstractum, & concretum, albedo enim in suo modo significandi non concernit modum inhærendi, & ideo apud Grammaticum est subiectũ. Alio modo accipitur pro toto composito ex subiecto, & accidente. Patet autem, quòd secũdo modo sumptum album non est præcise idem cum albedine, quia addit subiectum primo modo sumptum, si accipitur aptitudinaliter tunc sunt idem & patet, quid dicendum, si aptitudinaliter tunc album adderet relationem supra albedinem, & tunc patet responsio ex dictis, ergo &c.

Cap. de qualitate.

AN QVODCVNQVE ACCIdens remanens sit sine subiecto.

Seraphicus Bona. 4. sent. dist. 12. q. 3. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 12. q. 2.
D. Thomas 3. parte summæ. q. 77. Art. 1.
Ricardus 4. sent. dist. 12. q. 1. Art. 1.
Durandus 4. sent. dist. 12. q. 1.
Franciscus de Mayronis 4. sent. dist. 12. q. 4.

Quæstio secunda.

SECVNDO quæritur, Vtrum in Eucharistia sint omnia accidentia sine subiecto.

QVOD SIC: Nullum accidens est in substantia, ergo nec in aliquo subiecto. Antecedens patet ex præcedentibus. Consequentia probatur, nam secundum phylosophum 4. Metaphys. Accidens non accidit accidenti, nisi quia ambo accidunt. ergo. Nihil enim hoc illi magis, quàm illud huic. Confirmatur, quia, sicut substantiæ repugnat inesse, ita accidenti repugnat subiici. 4. Met. cõt. 14.

Item relatio potest esse sine subiecto, ergo omne aliud accidens. Consequentia patet per locum à minori. Antecedens probatur, quia aut repugnat sibi in quantum accidens, aut in quãtum relatio. Non primo modo, quia repugnaret omni accidenti. Non secundo modo, quia tunc relatio diuina, cum sit uera relatio, esset in subiecto.

CONTRA: Tunc motus esset sine subiecto. Patet etiam, quòd species illæ possunt moueri.

Respondeo, quòd una opinio dicit, quòd quantitas potest esse ibi sine subiecto, & est prima ratio. Sola quantitas est ex se indiuidua & omnia indiuiduantur per ipsam. ergo si esset ibi aliud accidens, & non in quãtitate, esset ibi hoc, & non hoc, quod est contradictio. Egidius ex Theoremate 31. 36. 37. 38. 39.

Item si qualitas esset ibi, & non in quanto, esset ibi sensibilis, quia in secunda specie qualitatis, & in sensibilis, quia nihil potest sentire nisi quantum.

Item tunc esset qualitas corporis spiritualis, quia in extensa, & corporalis, quia in tertia specie qualitatis.

Item tunc non repugnaret sibi esse in spiritu subiectiuè, & ita Angelus posset esse albus.

CONTRA conclusionem istus opinionis arguitur sic: In essentialiter ordinatis omnia posteriora plus dependent à priori simpliciter, quàm ab inuicem igitur qualitas plus à substantia, quàm à quantitate. cum ergo Deus possit supplere causalitatem substantiæ respectu qualitatis poterit supplere causalitatem quantitatis respectu qualitatis.

Item posse per se esse dicit perfectionem. ergo si non repugnat quantitati non repugnat qualitati, cum sit perfectior. Maior patet, quia hoc conuenit substantiæ soli, quia nobilior omni accidente. Consequentia probatur, quia secundum istos materiam sequitur quantitas, & formam qualitas. & forma est

perfectior

perfectior materia 7. Metaphysicæ, tum quia qualitas potest esse principium agendi, & quantitas non sine forma, tum quia qualitas est perfectio substantiæ. Nam substantiæ perfectæ per qualitates consequuntur fines suos scilicet per uirtutes Theologicas.

9. met. tex. 7.

Item Cœlum est propinquius Deo, & in corruptibile, quòd homo, & tamen homo est simpliciter perfectior, quia propinquior Deo, ut intelligenti, quæ est nobilior perfectio.

Item à simili: Qualitas est substantiæ propinquior omni accidente, quæ est perfectio maior, quàm sit ratio informandi, in qua quantitas est si bi immediatior.

Ad primum dico, quòd sicut in quolibet genere est dare supremum, & medium non propter aliud extrinsecum, sed propter intrinsecum, ita est dare infimum. non ergo qualitas indiuiduatur intrinsecè per quătitatem. De hoc pro lixius dicitur in secundo lib.

Lib. 2. dist. 3. q. de indiuiduatione.

Ad secundum dico, quòd esset sensibilis in potentia remota, quia forma quædam de natura sua corporalis, sed non in potentia propinqua, quia non habet motum requisitum ad sensationem.

Ad tertium dico, quòd esset de natura sua intrinseca, sed corporalis, quia nata informari corporea, & si non in actu extensa tamē extentibilis. Exemplum; Si Deus separaret à lapide omnem quantitatem, ad huc intrinsecè remaneret lapis, sicut prius.

Exemplum.

Ad quartum dico per idem, nam albedo repugnat non solum, quia extensa, & immò principalius, quia albedo est formaliter albedo, & Angelus est Angelus.

Alia opinio dicit, quòd nullum accidens potest esse subiectum accidentis, & ideo in Eucharistia omne accidens est sine subiecto. Rationes istius opinionis sunt motæ ad principale.

Gotfredus parisiensis in 4. parte summa in materia de Eucharistia.

Contra: Passio, quæ demonstratur de alio, in secundo modo dicendi per se, est in illo, in quo demonstratur, tanquam in subiecto. Sed in tota scientia Mathematica demonstrantur passiones de quantitatibus in secundo modo dicendi per se, ergo quantitas potest esse subiectum accidentis. Maior patet, quia subiectum, ut additum, ponitur in diffinitione passionis de ipso, non nisi ut est subiectum eius. Minor etiam patet, nam quantitas est subiectum in illa scientia, & patet, quòd illa scientia sunt uerissimę demonstrationes. ergo propriæ passiones demonstrantur de quantitate in secundo modo, nec minus uerè demonstraretur habere Triangulus tres angulos separato quadrangulo, immò magis uerè. ergo.

Ad quæstionem igitur dico, quòd subiectum accipitur dupliciter: Vno modo pro illo, quod ultimatè determinat dependentiam accidentis, & tale subiectum est sola substantia. Alio modo pro omni eo, quod aliquo modo determinat dependentiam accidentis, & hoc non ultimatè.

Subiectū duobus modis sumitur.

Et isto modo dico, quòd accidens potest esse subiectum accidentis, ut probat ratio contra secundam opinionem. Accipitur autem hic determinare dependentiam infortuitam ad differentiam relationis ad terminum. Dico etiam, quòd possibile est esse accidentibus respectiuis, ut probatum est in quæstione præcedenti, sed de facto dico, quòd omnia accidentia sunt ibi sine subiecto secundo modo dicto. Dixi autem, quòd respectiua non potest esse sine subiecto, accipiendo subiectum primo, & secundo modo dictum.

Ad Argm̄ principale ĩ ideo, idest ad authoritatē Arist. q ibi Arist. capitu ly, quia, concomitanter, & non causaliter, ita quòd est sensus: Vnum accidens non accidit alteri, nisi quomodo ambo accidunt uni tertio. Alio modo potest dici, quòd ipse loquitur ibi de accidentibus disperatis non subordinatis, sicut patet in exemplo suo de albo, & musico.

Ad confirmationem dico, quòd non est simile, quia substantia est simpliciter primum in ordine naturali, & prædicabili. Et ideo non habet prius se, cui accidat, sed non sic de accidentibus, ut patet, tamen bene concedo, quòd si esset aliquod accidens omnino ultimum nulli posset subesse.

Ad secundum dico, quòd est dare ibi medium. Dico enim, quòd relationi repugnat esse sine aliquo subiecto in quantum relatio accidentalis. Oportet enim quòd ibi habeat fundamentum, & subiectum suo modo. &c.

VTRVM ACCIDENTIA IN EVcharistia possint habere quamcunq; Actionem, quam poterant habere in subiecto.

Scotus 4. sent. dist. 12. q. 3.
D. Thomas 3. parte summæ q. 77. Arti. 3.
Ricardus 4. sent. dist. 12. q. 1. Art. 2.

Quæstio tertia.

Tertio quæritur, Vtrum accidentia separata habeant eandem actionem sicut primo.

Quod non: Quia actiones sunt suppositorum primo Metaphysicæ, sed accidens separatum non potest esse suppositum ergo nec agere.

Contra: Quia patet, quòd accidentia separata in Eucharistia moueant sensum; mouere autem est quoddam agere. ergo.

Respondeo, & dico secundum aliquos, quòd formæ naturales nō sunt immediatum principium actionum naturalium, quia agunt mediantibus formis accidentalibus, sicut mediantibus suis instrumētis. Vnde secundo de anima dicitur, quòd calor naturalis est, à quo anima agit, quia instrumentum non agit in propria uirtute, sed in uirtute principalis agentis. Ideo acci-

D. Thomas 4. dist. 12. q. 1. in solutione pricipali secū dæ quæstionis. Quære Varia actu q.

dentia agunt in uirtute substantiæ, cuius sunt instrumenta. Ita tamen, quòd accidentia, & instrumenta sunt immediatum principium agendi omnis actionis, quæ competit substantiæ, & non solum immediatè, respectu alterationis, immo etiam respectu generationis. non tamen ex hoc sequitur, quòd agant ultra suam speciem, quia non agunt in propria uirtute. Similiter etiam ex parte passi formalis substantialis; Vel substantia, non est immediatum passiuum, sed qualitates priuatiuæ.

TVNC ad propositum dico, cum accidentia separata uirtute diuina sint eiusdem speciei, quando erunt coniuncta, sequitur, quòd eodem modo agant, & ita, ut dicunt, non solum possunt alterare, sed etiam attingere terminum generationis, nec oportet ponere propter hoc, quòd redeant ad substantiam panis, uel uini.

CONTRA istam opinionem tria sunt uidenda, quæ ponit ista opinio. Primum est, quòd forma substantialis naturalis non est immediatum principium alicuius actionis. Secundum, quòd accidens coniunctum substantiæ in uirtute substantiæ, cuius est instrumentum immediatè attingit terminum generationis substantiæ. Tertium, quòd idem potest accidens separatum.

CONTRA primum arguitur tripliciter: Primo sic: Quod est in potentia merè priuatiua respectu alicuius, est in potentia contradictionis 9. Met. sed subiectum respectu, & immediatè passionis, non est in potentia contradictionis, quia non potest esse sine ea, ergo subiectum substantiale respectu potentiæ, & immediatè passionis habet aliam causalitatem à causalitate materiali, sed nõ formali, ut patet, nec de finali ut patet. ergo effectiua. ergo respectu eius esset immediatum principium. ergo forma substantialis naturalis est immediatum principium agendi.

9. metæ. t. 17

Item quod est perfectionis in natura inferiori non est negandum à superiori, si sibi non repugnat; sed esse immediatum principium effectiuum est perfectionis in qualitate, quia propter hoc excedit in perfectione quantitatem secundum Comentatorem. ergo non est neganda ista actiuitas à forma substãtiali, quia excedit, & est superior ad qualitatem.

Item in generatione uniuoca genitũ assimilatur generanti immediato principio formali agendi, & assimilatur in forma substantiali, quia alias generatio uniuoca non esset. ergo substantialis forma, in qua generans uniuocum assimilatur sibi genitum est immediatum. ergo.

CONTRA primam rationem arguitur sic: Si ratio esset bona, sequeretur, quòd Triangulus accidentaliter haberet tres, & ita quantitas actionem agendi, quod est falsum.

CONTRA secundam sic: Si ratio esset bona materia substantialis posset habere actiones, quia est natura superior ad qualitatem.

Item sufficit sibi, quod sit mediatum principium.

Ad primam instantiam dico, quòd phylosophus loquitur ibi de potentia substantiali passiua, quæ est prima simpliciter, per hoc dat differentiam inter potentiam passiuam subiecti respectu formæ substantialis, & potentiam passiuam respectu accidentalis. Non enim est contradictoria respectu cuiuscunque formæ substantialis.

Ad secundum dico, quòd non est simile, eo quod materiæ repugnaret agere; sed formæ non, & ideo in ratione illa additur, si sibi non repugnat.

Ad tertiam dico, quòd etiam esse immediatum principium actionis dicit perfectionem, aliter non competerent Deo omnia secundum illam opinionem, nec est principium mediatum, nec immediatum, ut dicit in tertio dicto. Accidentia ita agunt separata, sicut coniuncta. Sed patet, quòd substantia panis, quæ non manet, non agit nec mediatè, nec immediatè, quia quodlibet, quod debet agere, præsupponit esse. ergo.

Quõ accidentia agunt separata sicut coniuncta.

TVNC contra secundum dictum opinionis arguo sic: Accidens agere in uirtute substantiæ, aut dicit aliquid positiuum additum ipsi formæ accidentali, aut non; Si sic; aut illud additum est respectus, aut non, si non; dicit aliquid absolutum, sed respectus tunc non ageret ex hoc plusquam ante, quia respectus non est principium agendi; Aut est aliquid absolutum, & tunc esset contra primum dictum opinionis, quia saltem respectu ipsius absoluti additi, forma substantialis erit immediatum principium actiuum, & productiuum. sed non dicit aliquid additum, hoc potest dupliciter intelligi, uel scilicet, quòd agere accidens dicatur agere in uirtute substantiæ pro eo, quòd est agens sibi subordinatum, ita quòd simpliciter coagit disponendo ad terminum generationis. & iste est uerus intellectus, sed ex hoc non sequitur, quòd accidens immediatè attingat terminum generationis, sed attingit immediatè terminum alterationis, & ipso mediante, attingit terminum generationis, & est præuia generatio, & ista secundum uerum intellectum forma substantialis est immediatum principium illius actionis, quæ immediate attingit terminum generationis, sed attingit immediatè terminum alterationis. & ipso mediante terminum generationis, & forma accidentalis est immediatum principium illius alterationis, quæ est præuia generatio, & mediatum respectu termini generationis. si non intelligatur, quòd nec sic, nec sic nihil est dictum, ut patet.

Respectus nõ est principiũ agendi.

CONTRA tertium dictum opinionis, arguo sic; Si accidens separatum habet aliquid additum, cum illud non sit substantia, uel nihil est imperfectius genito, quod est substantia; & patet, quòd est causa æquiuoca corporalis, quia accidens generans, & substantia genita non sunt eiusdem generationis, & patet etiam

Accidens generans, & substantia genita non sunt eiusdem rationis

etiam, quòd eſſent, quod eſt impoſſibile. Conſequentia patet, quia accidens ſeparatum, quod habet additum, cum illud etiam ſit ſubſtantia, uel nihil eſt imperfectius generato, quod eſt ſubſtantia, & patet etiam cauſa totalis, quòd nihil faceret ibi ſubſtantia, ac ſi eſſet anihilata. Falſitas conſequentis patet, quia æquiuoca continet uirtualiter, & terminat effectum.

Ad quæſtionem igitur dico duas concluſiones: Prima eſt, quòd accidentia ſeparata poſſunt habere eandem actionem quam habebant coniuncta.

Secunda concluſio, quòd non poſſunt generare, & corrumpere ſubſtantiam.

Actio prior non dependet à poſteriori.

Primam probo, quia actio prior non dependet a poſteriori, ſed dictum ſupra cuius immediatũ principiũ eſt forma accidentalis eſt præuia ad actionem cuius immediatum principium eſt forma ſubſtantialis, ergo non requirit aliam actionẽ non etiam requirit neceſſario formam ſubſtantialem, uel ſubiectum, quia dictum eſt in præcedentibus, quòd actualis inhærentia præcedentis accidentis ad ſubiectum non eſt, niſi quidam reſpectus extrinſecus aduenicns realis, aut reſpectus non neceſſarius ſimpliciter ad hoc, ut forma ſubſtantialis agat.

Secunda concluſio patet ex improbatione tertii dicti primæ opinionis.

Sed contra iſtam ſcdam opinionẽ arguitur ſic: Si frigiditas, & caliditas eſſent in quãtitalibus ſeparatis, & approximarẽtur, certũ eſſet, ꝙ una ageret in illa, & illa, ꝗ ꝑualeret totaliter corrũperet aliam. ergo pari ratione corrumperet eandem, ſi in eodem gradu eſſet in ſubiecto. Ponatur ergo, quòd frigiditas præualeret, ſicut frigiditas in quãtitate ſeparata à ſubiecto, ergo ignis poſſet eſſe in tali gradu, ſed certom eſt, quòd corrupta caliditate ignis corrumperetur, & corruptio unius eſt generatio alterius. Dicit Scotus, quod ſi in tota ſubſtantia ignis eſſet anihilata remaneret tota caliditas nõ poſſet iſta caliditas corrumpere unam guttam aquæ, licet poſſet eam calefacere, & ſimiliter ſi tota frigiditas aquæ maris eſſet ſeparata nõ corrumperet ſintillam ignis.

Ad iſtam dico, quòd non eſt ſimile de caliditate ſeparata, & igne. Nam quantitas nullum gradũ caliditatis determinat ſibi, & ideo tota caliditas in quantitate ſeparata poſſet corrumpi, ſed ignis, licet non determinet ſibi ſupremum gradum caliditatis, tamen determinat ſibi aliquem gradum. & licet frigiditas ſeparata poſſet caliditatem ignis diminuere, non tamen poſſet eam corrumpere. Et dicas, quòd ſaltem poſſet caliditatem in ligno totaliter corrumpere, quia lignum non determinat ſibi aliquem gradum caliditatis concedo, ſed ex hoc corrumperet ſubſtantiam ligni.

Ad argumentum principale dico, quòd de facto ſecundum naturam actiones ſunt ſuppoſitorum, ut argumentum, ſed de poſſibili apud Deũ non ita neceſſaria, non quidem, quòd uelim dicere, quòd oporteat Deum facere aliquod miraculum, niſi ſolum ſeparare accidens, & manu tenere eum ſic ſeparatum.

Opinio domini Aureoli.

Hic potes notare opinionem Aureoli, qui dicit, quòd accidentia dicuntur agere in uirtute ſubſtantiæ, quia ſic uirtus ſubſtantiæ, & hoc accidit ex imperfectione ſubſtãtiæ creatæ, quòd eius uirtus non ſit ſubſtantialis, ſicut in Deo, ſed accidentalis. Scotiza.

AN OMNIS TRANSMVTATIO QVAE poteſt cauſari ab agente creato circa accidentia in euchariſtia manente, neceſſario requirat eandem quantitatem manere.

Scotus 4. ſent. diſt. 12. q. 4.
D. Thomas 3. parte ſumma q. 77. Art. 4.
Ricardus 4. ſent. diſt. 12. q. 2. Art. 2.

Quæſtio quarta.

QVARTO quæritur, Vtrum accidentia in euchariſtia poſſint corrumpi ab aliquo agente creato.

Qvod non: In omni tranſmutatione ab agente cauſata requiritur aliquod ſubiectum commune manens in utroque termino tranſmutationis; ex tertio phyſicorum motus eſt actus entis in potentia, & ex ſexto phyſicorum, quòd tranſmutatio aliter ſe habet nunc, quàm prius. Sed ſi corrumperentur illa accidentia nihil maneret ibi commune, ut patet, quia nec materia cum non ſit ibi, nec quantitas, quæ dicitur eſſe ſubiectum reſpectu aliorum accidentium. Ita quàm ſaltem quantitas non poteſt tranſmutari.

Item ſi corrumperetur, aut caderet in nihil; & hoc non, quia ex non ſubſtantia non fit ſubſtantia. aut in accidentia, & hoc non, quia agens naturales tunc faceret accidentia ſine ſubiecto.

Item Boetius dicit, quòd forma ſimplex ſubiectum eſſe non poteſt, ſed iſta accidentia ſunt ſimplicia, ergo non poſſunt eſſe ſubiectum tranſmutationis. Libro de tri.

Item 7. Metaphyſicæ quicquid corrumpitur corrumpitur propter materiam, ſed hic non eſt materia, ergo. 7. met. cõtex.

Contra: Ad ſenſum patet, quòd iſtæ ſpecies à Sacerdote diuiduntur dum maſticantur, & poſſunt ab igne comburi, uel corrumpi.

D. Thomas ꝑ ſenti diſt. Articu. 2. in ſolutione principali tertiæ quæſtiũculæ

Reſpondeo, & dico, quòd iſta accidentia ſeparata habent diuina uirtute eſſe quoddam conforme eſſe ſubſiſtentiæ, quod habet naturaliter ſubſtantia panis cum eis, & ideo à creatis agentibus, & eiſdem modis poſſunt

terminari, & comedi, & corrumpi tunc, sicut ante.

Contra: Esse subsistentiæ, quod habet substantia panis, concernebat aliquod positiuum. s. ipsam substantiam, sed modò accidentia per separationem non acquirunt aliquod positiuum, immò amittunt respectum actualis inhærentiæ, & acquirit negationem oppositam: ergo non est conforme istud subsistere illi ubi in negatione, sed illud positiuũ. s. panis aliquid faciebat ibi nec suppletur ibi propter aliquid positiuum correspõdens, ergo illa ratio non concludit.

Ad quæstionem igitur dico, quòd tria sunt uidenda. Primo, Vtrum ab agente creato possint illa accidentia aliquo modo transmutari.

Secundo, quæ transmutatio tollit esse corpus Christi, & quæ non.

Tertio si accidentia corrumpãt, quid sit de eis, quomodo subsistantur.

De primo dico, quòd sic. Ratio est, quia agens creatum, & non impeditum, & sufficienter dispositum potest transmutare passum approximatum & sibi proportionatum, sed patet, quòd multa agentia sunt talia, & patet, quòd istæ species possunt isti agenti approximari. Sed nunc probo, ꝙ est passum sibi approximatum, quia est quoddã quãtũ extensum informatũ, qualitatibus actiuis, & passiuis. Si dicas, quòd nullum est naturale, & proportionatũ sine materia patebit quãdo soluẽtur authoritates phylosophi 7. Met. adductas ad principale.

De secundo dico, quòd ut ex fide tenemus Deus sic instituit hoc sacramentum, quòd post uerba consecrationis esset ibi corpus Christi loco substantiæ panis, uel uini hoc excepto, quòd non informaretur ab accidentibus istis, sicut informabatur substantia panis, & uini.

Tunc dico, quòd omnis transmutatio facta in accidentibus, quæ non tollit, quòd accidentia nõ remaneant apta nata informare naturaliter substantiam, quam primò informabant non facit desinere esse ibi corpus Christi. Omnis autem trãsmutatio sic intensa, quæ sic uariat naturam istarũ accidentium, quòd non manent naturaliter apta informare substantiam, quæ primo informabatur facit desinere esse ibi corpus Christi. Hæc aũt nõ possunt aliter probari nisi, quia Christus sic instituit. Patet autem, quòd multæ transmutationes possunt fieri circa ea, quæ non uariant ipsa. Ita ꝙ non remaneant apta nata informare substãtiam, quam primo informabant. Possunt enim illæ species diuidi, contrahi, obliquari, mollificari, indurari, dilatari, magis, uel minus mutari secundum locũ, & alia & huiusmodi, quæ omnia possunt fieri sicut temperatæ, & remissę, quòd non uariant ea. Possunt autem comburi in cineres, uel in aliquod aliud diuidi in sic minutas partes, quòd nõ posset remanere quantitas sufficiens pro substantia panis, uel uini.

De tertio dicit Innocen. de officio Missæ, ꝙ quando ista accidentia corrumpuntur, uel debẽt corrumpi per agẽs naturale, substantia redit, nec ex hoc fit nouum miraculum, sed secundum antiquam Dei institutionem fit, quia ab æterno instituit, quòd accidentia non essent sine subiecto nisi in Eucharistia. ergo statim, quòd illa accidentia in tantum alterantur, quòd desinat ibi esse corpus Christi, substantia redit, in qua substentantur accidentia.

Contra: Aut redit ante ultimum instans, in quo accidentia corrumpuntur, aut in eodem instanti; si ante, ergo desinit ibi esse corpus Christi antequam accidentia corrumpantur: Si simul in eodem instanti erit ibi panis, uel alia substantia, quæ redit, quàm corpus Christi, quorum utrum que est inconueniens. si autem tunc ponatur redire principaliter ad hoc, ut ex ea aliquid posit generari, sequitur quòd substantia, quæ redit, simul erit, & non erit substantia. Nam quando redit ponitur esse, & tamen oportet dicere, quòd non est, quia quñ substãtia corrũpitur, & de ea alia generatur, non est. Si quis uellet substinere hanc opinionem, posset dicere redit ante ultimũ instans corruptionis accidentium, nec erit simul cum corpore christi, quia potest dici, quòd corpus christi desinit esse ibi statim, quòd accidentia tantũ transmutantur, quòd non sunt apta nata ad mittẽdum, & tunc redit substantia, & hoc uidetur conueniens, quòd tunc desinat ibi esse corpus christi, quia illa accidentia non figurant nutrimẽtum spirituale.

Aliter modo posset dici, ꝙ forte non redit, ut extrinseca generetur aliud, sed ut in ea substẽtentur accidentia, quæ etiam illis corruptis generantur; & tunc diceretur, quòd in ultimo instanti non redit substantia, quę prius fuit, sed de nouo inducitur substantia noua, cui conueniunt accidẽtia generata.

Alia opinio dicit, quòd redit sola materia, ut ratione ipsius possunt ibi saluari transmutationes naturales, & de ipsa potentia sic generari substantia.

Contra: Si redit ante ultimum instans corruptionis accidentium; erit ibi materia sine substantiali esse, quod non potest esse sine nouo miraculo, sed miracula nõ sunt ponenda sine necessitate. Si in ultimo instanti, frustra redit, quia de potentia materiæ nõ educitur forma naturalis, nisi prius transmutetur.

Alia opinio dicit, quòd substantia, quæ de istis speciebus corruptis generatur naturaliter, educitur de istis dimensionibus, quę sunt ibi, quia ut dicit quantum extensum informatum qualitatibus actiuis, ut passiuis, est proportionatum passum naturale. ergo per agẽs naturale posset educi de ea omnis forma, quam ipsum agens continet in uirtute.

Contra: Sequeretur, quòd ex non substantia fieret substãtia, immo ex quantitate fieret quãtitas & substantia.

Item sequeretur, quòd forma pertinens ad primum genus informatum haberet possibile potentioris generis.

Item, quòd illud genitum non esset per se, sed patet,

patet, quòd omnia ista sunt absurda. ergo.

ALIA opinio dicit, quòd in trasubstantiatione ipsis accidentibus remanentibus imprimitur per creationem quoddam purum possibile consimile illi potentiæ, quæ in materia esse dicitur secundū istam opinionem, & sic per istud purum possibile saluat ibi ista opinio omnem transubstantiationem naturalem, & generationem alterius substātiæ, ac si esset ibi substantia panis, & uini.

CONTRA: istud purum possibile est argutum secundo libro.

DICO igitur, quòd propter omnem transmutationem factam circa species consecratas non tollitur Eucharistia. Quædam enim transmutationes stant cum Eucharistia, ut ex secundo Art. quęstionis patet, & istæ non requirunt, quòd aliqua substantia redeat, quia habent debitum subiectū, ut patet ibi, nec etiam redit de facto, quia tunc simul essent ibi corpus Christi, & aliqua substātia, quod non conceditur. Quædam uero tollunt eucharistiam, & istarum quædam non tollunt identitatem quantitatis, sed conseruant.

EXEMPLUM: Dato, quòd in illis dimēsionibus induceret calor ignis in tanto gradu, quòd repugnaret species panis, uel uini.

Tunc dico, quòd non maneret Eucharistia, quia non consistit in sola quantitate, sed in aliis accidentibus, quæ ibi corrumperentur per calorem, & tales transmutationes non requirunt de se aliquam substantiam redire, quia habent subiectū scilicet quantitatem, quæ ponitur manere, & esset ibi quantum calidum, rediret tamen de substātia de facto cum ibi non esset Eucharistia, quia Deus sic instituit, quòd nunquam essent accidentia sine subiecto nisi in Eucharistia. Quædam nō seruant, sed corrumpunt quantitatem, & omnia alia accidentia, & ista requiritur, quòd substantia redeat tum, ut accidentia ex illis generata habeat subiectum, in quo sint tum etiam quia in ultimo instanti corruptionis, ista transmutatio non est sine subiecto, nec redit, ita ut corrumpatur alia substantia & generetur, quia non est transubstantialis, sed accidentalis. Et ideo dico, quòd ex illis accidentibus nulla substantia generatur, nec est ibi aliqua naturalis generatio, uel corruptio substantiæ, sed est noua reductio nouæ substantiæ illius scilicet substantiæ, quæ est apta nata perfici, & officii illis accidentibus de alii generatis. Et dico, quòd quandocunque ponitur substantia redire, redit in ultimo instanti, in quo desinit ibi esse corpus Christi.

Dico secundo, quòd ista substantia est composita, & non solum sola materia. Dico etiam, quòd ista relatio non fit uirtute naturali, quia nullum agens naturale potest producere compositum, nisi de materia primo naturaliter transmutata redit. ergo uirtute diuina. Et si dicatur: Per creationem nullum inconueniens est, quia talis creatio non est superflua, nec in omnibus istis est nisi unum totale nouum miraculum scilicet institutum diuinum, à principio enim Deus sic instituit.

TUNC ad argumenta. Ad primum dico, quòd non est de essentia motus, quòd non habeat subiectum manens idem cum toto, licet idem sit secundum naturam. Vnde sufficit. quòd tota trāsmutatio quantitatis fiat in quantitate, dū manet. Ita quòd istud subiectum sufficit sibi sic in ultimo instanti corruptionis quantitatis, redit substantia, nec trāsmutatio maneat sine subiecto, & quātum ad hoc non est naturalis.

Ad secundum dico, quòd ex illis accidentibus corruptionis generantur alia, & alia accidentia, uel cōtraria, uel disperata, & alterius gradus, nec sunt sine subiecto, quia redit substantia.

Ad tertium dico, quòd loquitur de forma, quę est simpliciter purus actus, unde explicatur de Deo.

Ad quartū dico, quòd apud Arist. nihil poterat corrumpi, nisi cuius aliqua pars remaneret post corruptionem; nec generari, nisi cuius aliqua pars præesset, & ideo posuit materiam in omni generabili, & corruptibili; & ratio huius, erat, quia ipse ponebat ordinem causarum simpliciter necessariò, sed ipse concessisset, quòd potuisset transmutari, & corrumpi, non enim dixisset, quòd esset idem accidens, quod primo, sed apud eum accidens erat impossibile sic esse: &c.

DISTINCTIO XIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XIII. Quæritur,

VTRUM SOLA ACTIONE DIVINA possit confici corpus Christi.

Scotus 4. sent. dist. 13. q. 1.

Quæstio prima.

CIRCA distinct. decimam tertiam quæritur, Vtrum eucharistia possit confici sola actione diuina.

QUOD sic: Quia natura potuit formare corpus Christi in esse naturali. ergo potest ipsum producere secundum esse sacramentale. Antecedēs patet, quia, producit, & format alia corpora eiusdē rationis in matrice mulieris. Consequentia patet, quia esse sacramentale non est perfectius suo esse naturali.

CONTRA id sunt Authoritates in littera.

RESPONDEO secundum quòd Scotus dicit hic ualde multa. Sed omitto, & alibi reseruo, quia nō uidentur esse ad propositum directa.

Primo igitur uidendum est, Vtrum actione diuina. Secundo Vtrum actione agentis creati, ut principaliter agentis. Tertio, Vtrum actio eius, ut instrumentaliter agentis.

DE primo patet, quòd fuit de facto in cœna Domini, tum etiam, quia quicquid potest mediante causa secunda potest per se.

De secundo uidetur, quòd sic, quia nulla actio cuius formale principium actiuum non est for-

maliter infinitum. ergo. Probo minorem: Forma male principium actiuum, ideo omnium actionum ad extra est sua uoluntas, sed ipsa non uidetur esse formaliter infinita, quia si sic, contineret omnem perfectionem, quia infinitum est cui non potest fieri additio, & tunc esset pelagus infinitæ substantiæ, sed sola essentia est ipse pelagus secundum Damascenum. Dico, quòd non potest; Ratio tacta fuit supra in isto tractatu. Nam istam conuersionem non potest nisi agens, cuius uirtuti actiuæ totaliter subest esse, & non esse utriusque extremi. sed nullum agens creatum est tale, quòd in sua actione nō præsupponat esse materiale. ergo.

Lib. 1. cap. 9.

Ad instantiam negaoda est minor. Ad probationem maior est concedenda, sed minor est neganda. Nam si uoluntas diuina non esset formaliter infinita, nō diceret perfectiorem simpliciter.

Infinitas in diuinis duobus modis pōt intelligi.

Tunc ad propositum dico, quòd infinitas in diuinis potest dupliciter intelligi. Vna quasi extensiua, Alia quasi intensiua, & ista secunda dicitur, uel fundamentaliter, uel formaliter tantum. Tūc dico, quòd infinitas prima, scilicet extensiua non est in diuinis formaliter. Omnia enim, quæ sunt in Deo, non sunt infinita numero. f. notiones, personæ, relationes, perfectiones attributales, & alia huiusmodi. Infinitas autem fundamentalis, & formalis simul est in sola essentia, & ideo secundum Damascenum appellatur radix, & fundamentum omnis infinitatis formalis cuiuscunque attributalis perfectionis, à qua radice quodlibet attributū habet suam infinitatem formalem. Infinitas autem intensiua solum formaliter est in uoluntate, & in quolibet attributo.

D. Thomas ubi supra art. 3. solutione principali.

De tertio uidetur, quòd sic, quia secundum aliquos instrumentum substantiæ producit substantiam, ergo creatura, ut instrumentum dici potest conuertere substantiam in substantiam. Consequentia probatur, quia actio mensuratur à termino, sed terminus, qui est substantia plus distat ab accidente, quod est principium instrumentale istius actionis, quàm terminus conuersionis à creatura. ergo si accidens potest esse principium instrumentale istius actionis, sequitur, quòd creatura possit esse principium instrumentale conuersionis.

Instrumentū multis modis accipitur dist. 1. & 12. & dist. 6.

Dico, quòd instrumentum accipitur multipliciter, ut patuit supra distinct. prima. Accipiendo igitur instrumentum pro formali principio actionis; dico, quòd nulla creatura potest esse instrumentum istius conuersionis, & ad hoc sufficit ratio pro secundo Artic. facta, nā omnis actio creaturæ supponit materiam, in ista autem conuersione conuertitur materia.

Ad instantiam negatur antecedens, contra quod antecedens argutum fuit supra. Potest etiā negari consequentia, quia illa actio ex modo suo non est super naturaliter, sicut ista.

Ad argumentum principale dicō, quòd antecedens non est uerum simpliciter. non. n. natura potuisset formare corpus Christi eo modo, quo formatum fuit à Spiritu sancto to u n simul ex sanguinibus Virginis Mariæ. Consequentia tamē non ualet, quia ex suo mō ista est supernaturalis. Dico, quòd Sacerdos est aliquomodo instrumentum in ista conuersione ex ista institutione, sicut & in aliis sacramentis dicuntur Ministri. Instrumentum dico, non quidem, quòd Sacerdos per suam actionem attingat terminum istius conuersionis, nisi quia ex Dei pacto, & dictis uerbis à Sacerdote super materia debita cum debita intentione Deus sua propria actione conuertit. &c.

AN QVILIBET SACERDOS POSsit conficere eucharistiam.

Seraphicus Bona. 4. sent. dist. 13. q. 1. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 13. q. 2.
D. Thomas 3. parte summæ. q. 82. Art. 1.
Ricardus 4. sent. dist. 13. q. 1. Art. 1.
Durandus 4. sen. dist. 13. q. 1.

Quæstio secunda.

SECVNDO quæritur, An Eucharistia possit ministerialiter confici à solis Sacerdotibus.

RESPONDEO, & dico primo, quòd solus Sacerdos potest conficere. Quod patet per illud de summā Trin. & fide catholica, ubi de Eucharistia dicitur sic: Hoc conficere sacramentum nemo potest conficere nisi Sacerdos, qui fuerit ritè ordinatus secundum claues Ecclesiæ, sed unde hoc habuit Ecclesia ex scriptura dico, quòd ex uerbo Christi p Matthæū: Hoc quotienscunq; feceritis. &c. loquitur ibi Apostolis, & Discipulis, sed Apostolis succedunt in Ecclesia soli Episcopi, & Discipulis soli Sacerdotes, sicut habetur in nouo testamento. Cap. firmiter. Matth. ca. 25.

SECVNDO uidendum est, Vtrum omnis Sacerdos possit conficere, ubi sciendum, quòd de posse dupliciter possumus loqui, Vno modo absolutè, & simpliciter. Alio modo, ordinate, plura. n. requiruntur ad posse ordinatè, ut patebit, quàm ad posse simpliciter, & absolutè. Loquendo de posse simpliciter, dico, quòd primo requiritur præcisè materia debita, & ex per se Ministri. Secundo. s. caracter sacerdotalis, q posit proferre uerba, & quòd habeat intentionem debitam. Duæ conditiones ultimæ sunt cōmunes in Ministro istius sacramenti, & aliorum, ubi requiritur Minister. Sed prima conditio est propria huic per secundā conditionem, per aliam conditionem excluduntur muius, & alii huiusmodi, & omnis non potens uti ratione, & per istas duas conditiones simul excluditur omnis natura non intellectualis; per primā excluditur Angelus, Mulieres, & huiusmodi multi homines propter aliquas causas speciales. Deus enim sic instituit, q soli Sacerdotes possint conficere. Duobus modis potest intelligi posse conficere. Vide D. Thomam 3. parte summæ. q. 82. Art. 1.

Sed nunquid Sacerdos degradatus, uel excommunicatus, uel irregularis, uel prohibitus, uel alii huiusmodi possint conficere? Loquendo de potentia absoluta, & simpliciter, communiter dicitur, quod sic, quia habet alias duas conditiones, & habet

Vide Ricard. in 4. dist. 13. Art. 2. q. 1.

habet materiam debitam, & aptam. Ratio est, quia character sacerdotalis ex diuina institutione indelebilis est, & tunc oportet conuertere regulam illam: Plura requiruntur ad construendum, quàm ad destruendum. Immò in proposito erit è conuerso. Verum est, quòd character imprimitur à Deo principaliter, & ab Episcopo solum instrumentaliter. Deus enim bene potest delere eum, si uult. Et si arguatur, quòd Sacerdos prohibitus non potest absoluere, ergo non potest conficere; Dico, quòd non est simile, quia potentia cõficiendi immediatè fundatur super characterem, sed non sic potentia absoluendi, ut dicetur suo loco. Dico etiam, quòd si Sacerdos scismaticus, uel hæreticus, qui erret circa Eucharistiam causa nihil esse arbitretur, si tamen super debitam materiam proferret uerba debita cum intentione faciendi quod Christus instituit, & quod ecclesia facit, non obstante, quòd in particulari crederet, quòd nihil inde fieret; adhuc tamen uerè conficeret; non est alia ratio, nisi quòd Christus sic instituit, quia quandocunque dicerentur uerba. &c. ita quòd Christus noluit uenire contra pactum firmatum cum Ecclesia. Loquendo autem de posse ordinate, dico, quòd ad posse ordinatè conficere hostiam requiruntur omnia prædicta, quæ requiruntur ad posse simpliciter, & multò plura. ista autem plura possunt ad tria reduci, quia respiciunt: Ministrum, uel locum, uel tempus & de his tribus est hic agendum.

7. Thopic. c. 3. & 9.

Episcopus cũ sit causa ministerial. scha racteris, non potest eum afferre.

An sacerdos Hæreticus possit conficere sacramẽtum.

Respicientia ministrum sunt in duplici differentia, uel quia sunt amotio impedimentorum, uel approximatio idoneorum. Impedimenta, uel sunt culpa, uel pœna, uel neutrum de primo impedimento scilicet culpę dictum est supra omnis culpa mentalis tollitur ordinatè posse conficere, & distinguendum sicut dictum est ibi.

Distin. 9. q. 2.

Impedimenta uerò, quæ non sunt nec culpa, nec pœna, sicut est ieiunium naturę. &c. quomodo tollitur ordinate posse conficere, & quomodo non, dictum est ibidem.

Impedimenta autem quæ sunt pœna, uel sunt naturalia, uel à iure naturali. Impedimenta naturalia sunt multa, quæ tollunt posse ordinatè conficere, quæ ponunt in canone, ut sunt notabiles infirmitates sicut lepra, & huiusmodi, sicut etiam abscissio manus, uel policis & huiusmodi & hoc est rationabiliter institutum propter reuerentiã sacramenti & lenones & tales prohibebãtur à seruitiis diuini Ministerii.

Dist. 25. & ex tra de corpo re uitiatis.

Pœnæ autem à iure impositæ, quæ impediũt ordinatè posse conficere; multæ sunt, ut irregularitas, degradatio, excommunicatio, maior suspẽsio ab executione ordinum prohibitio sui superioris. Ita tollunt ordinatè posse conficere, etiam si sint sine culpa, sicut utique esse possunt.

Pęnæ quę impediunt conficere sacramentum.

Appositio idoneorum propter characterem sacerdotalem sunt ornamenta, quæ debent sacramentis, & non alijs usibus applicari, ut totum habetur de consecrat. Vestimenta. Quæ autem sint ista, exponit Innocentius de officio Missæ, dicit, quòd sunt sex, quæ debent cõsecrari, & benedici scilicet Amictus, Alba, Cingulum, Stola, Manipulus, & Planeta. Siquis celebraret sine aliquo istorum, peccaret mortaliter nisi sufficiens ignorantia eum excuset. Requiritur etiam ex parte Ministri ad posse ordinatè conficere, quòd non solũ dicat uerba sacramentalia, sed etiam omnia alia, quæ in Missali continentur, uel ordinantur.

Dist. 1.

De officio missæ parte prima ca. 46.

Requisita uero respicientia locum ad posse ordinatè conficere sunt, uel amotio impedimentorum, uel appositio idoneorum, potest autem distingui locus in locum proprie dictum, & in uas, quod est locus mobilis secundum phylosophum 4. physic. Impedimentum autem, quod est amouendum à loco proprie dicto est, quòd non sit interdictus, nullus enim debet celebrare in Ecclesia, uel loco interdicto, ut habetur ubi supra. Appositio cõueniẽtiũ est, quòd locus sit cõsecratus, ut hẽtur de Cõsecrat. sicut loca consecrata, sunt Ecclesiæ chatedrales, uel collegiatæ, & parochiales, regulariter loquendo. Oratoria autẽ consecrata haberi non possunt nisi de licentia Episcopi. De hoc habetur de Consecrat. Sunt autem casus, in quibus licet celebrare alibi, quàm in loco consacrato, ut habetur, ubi supra concedimus. Casus autem sunt hi itenerantes, qui nec possunt commodè ad Ecclesiam accedere, ut nauigantes, & alii huiusmodi. Et, quòd tales possint, patet, quia præceptum Decalogi de sãctificatione sabbati interpretatur Ecclesia, quòd quilibet Christianus audiat missam diebus dominicis, ut habetur de Consecrat. non ergo prætermittendum est istud præceptum propter absentiam loci consecrati.

4. phys. cont. 41. & circi- cee.

Dist. 1. sicut.

Dist. 1.

Exodi. ca. 20. & 23. & de ut ca. 5. & alibi sepe.

Dist. 1. missas

Item si Ecclesiæ in aliqua parte essent destructæ, uel haberent aliquod impedimentũ, uel alia huiusmodi.

Item quòd priuilegiati de oratorijs non consacratis, sunt fratres minores, & prædicatores, ut habetur extra de priuilegiis & excessibus prælatorum in his, & quicunque alii licentiati.

Vasa autem propinqua, sunt calix, & patena, quæ debent esse argentea, uel aurea, uel stamnea, ubi paupertas cogit, ut habetur de consecrat. Calix, & patena non possunt esse de auricalco, uel alio metallo ex his tribus propter rubiginem, nec ex ære propter imbibitionem, nec de uitro, propter suam fragilitatem, nec de aliqua materia ex dictis, ut habetur de Consecratione. Vas magis rectum est altare, quod debet esse lapideum, & consecratum, ut habetur de Consecratione, Debet esse ibidem lumẽ extra de Celebratione Missarum. Debet etiam esse ibi corporalia, & omnia alia ornamenta.

Dist. 1. Calex domini.

Dist. 1. Altaria prima.

Ex parte temporis sciendum, quòd debita hora celebrandi est à principio auroræ usque ad nonam, in diebus ieiuniorum Ecclesiæ maxime extenditur usque ad nonam. Hora autem alia non est debita, nisi in natiuitate Domini, & in Sabbato sancto, ut Missarum solemnia consueuerunt celebrari circa principium noctis, diei resurrectionis. Vnde in benedictione cerei tangitur hæc nocte. Ista probatur de Consecratione. Nocte sancta natiuitatis Domini. Vltimo dico, quòd oportet celebrantem.

Quo tempore debeant celebrari missæ

Dist. 1. nocte san

de unus articulus fidei dicit: Credo remissionem peccatorum.

Secundũ patet, quia sola uoluntas diuina obligauit.ergo à solo Deo deletur.

Quid sit obligare ad pœnã. Pœna est ordinatiua culpæ. accipitur à Boetio lib. 4. de cõsolatione, prosa. 4.

Tertium patet, quia hunc obligare ad pœnam est uelle punire eum.ergo non tollitur obligatio, nisi sequatur punitio debita, uel aliquid æquiualens in acceptatione diuina, quæ eum obligauit, & uoluit, quòd puniretur, nec potest mutari, nec se parari, non tamen intelligo, quòd esset contradictio Deum remittere obligationem absque illa punitione, uel aliquo æquiualenti, quia eum remittere obligationẽ, & exigere punitionem, sunt sicut quædam duo distincta, & non est contradictio, unum poni sine alio. Vnde posset Deus de potentia absoluta unum ab alio separare. De potentia autem ordinata, secũdum quòd diuina sub stantia ordinauit, obligatio non remittitur sine punitione, uel æquiualenti, quo satisfiat.

De potẽtia ordinaria obligatio non remittitur sine punitione.

De tertio dico, quòd nulla punitio est pœnitentialis, idest tollit obligationem debitam pro culpa actuali, nisi aliquo modo sit uoluntaria. Hoc probo, quia tale peccatum fuit uolũtarium, quia secundum D. Augustinum. Peccatum adeo est uoluntarium, quia si non sit uoluntarium, non est peccatum. ergo punitio, quæ tollit obligationem debitam pro tali peccato, debet esse aliquomodo uoluntaria, & de hoc dico de congruo loquendo de potentia Dei ordinata.

De uera religione & poni tur secundo libro retractationum.

Corollarium.

Ex hoc sequitur corollarium, ꝙ punitio tollẽs obligationẽ à punitione, quę non tollit obligationẽ, nõ distinguitur per maioritatẽ, & minoritatẽ extensiuam, uel intensiuam, quia damnati sustinẽt pro peccatis maiorem pœnam, & punitionem intensiuẽ, & extensiuẽ, quam uiatores, & non tollit obligationẽ, sed distinguitur per esse magis, uel minus uoluntaria.

Quo aliqua pœna possit esse uoluntaria.

Sed est hic difficultas, quomodo aliqua pœna possit esse uolũtaria. Nam cum omne peccatum actuale, ut dictum est, sit uoluntarium, uidetur, ꝙ omnis punitio pro eo sit inuoluntaria. Dico, ꝙ cum uoluntas sit potentia libera, & ratio naturalis, & potentiæ rationales ualeant ad opposita, naturales autem non, & per cõsequens possit ad cõtradictoria, non est inconueniens, quòd in uno tempore uelit peccare, & pro alio tempore uelit pœnitere pro illo peccato. Esto autem, quòd punitio possit esse uoluntaria. Videtur uno modo, quòd sit ab aliquo causata, quam tamen uoluntas patienter sustinet, non remurmurando. Alio modo, quòd ipsam terminat & ad hoc dicitur, ꝙ sic directè, & per se dolendo de peccato commisso, & ex hoc causando in se tristitiam. Secundus modus addit super peccatum de ratione uoluntarii, ut patet. 3. super secundum in primo modo, & secundo modo, Tristitia est solum obiectũ uolitionis. In tertio modo est tantum effectus. Et inquarto est obiectum effectus, utraque tamen punitio est uoluntaria, quòd potest esse satisfactoria pro obligatione debita pro peccato, & cõcurrentibus aliis necessariis scilicet contritione, & confessione, loco, & tempore; Tamen cæteris

Speculatio subtilissima.

paribus, secunda plusquam prima, & tertia plusquam secunda, & quarta minus, quàm tertia.

Ad rationem principalem in contrarium patet solutio ex dictis in primo Articulo, quòd licet transeat actus, & priuatio rectitudinis in eo, per consequens manet tamẽ obligatio, & reatus. &c.

VTRVM ACTVS POENITENTIS requisitus ad deletionem peccati mortalis sit actus alicuius uirtutis.

Scotus 4. sent. dist. 14. q. 2.
D. Thomas 3. parte summæ 85. Art. 3.
Ricardus 4. sent. dist. 14. q. 2. Art. 2.

Quæstio secunda.

SECVNDO quæritur, Vtrum actus pœnitendi requisitus ad deletionem obligationis, quę remanet pro peccato mortali sit actus alicuius uirtutis.

QVOD nõn: Actus pœnitendi est passio. ergo. non est actus alicuius uirtutis. Antecedens patet, quia punitio, uel pœna est passio. ergo & pœnitẽtia per locũ à coniugatis, sicut à simili delectatio est passio. ergo delectari est pati. Consequentia probatur, quia uirtutibus laudamur ex secundo Ethicorum. Passionibus autem non laudamur ex eodem secundo. 2. Ethic. ca. 5

Preterea pœnitentia nõ est uirtus, igitur actus pœnitendi non est actus alicuius uirtutis. Antecedens patet, quia pœnitentia est sacramentum. ergo non est uirtus. Secundo, quia nulla uirtus præsupponit esse, uel fuisse in uirtuoso. Vnde Arist. 4. Ethic. negat uerecundiam esse uirtutem. 4. Ethic. c. ult.

Præterea uirtus est dispositio perfecti ad optimum; pœnitentia autem est dispositio imperfecti ad perfectum. ergo non est uirtus.

Item uirtus est circa bonum, & difficile; pœnitentia autem circa peccatum, quod est malum. ergo non est uirtus. Antecedens patet, & est Arist. secundo ethic. 2. Ethic. ca. 3.

CONTRA id est Magister in littera. Dist. 14.

RESPONDEO, & primo uidendum est, Vtrum pœnitere sit actus alicuius uirtutis. Secundo cuius uirtutis. Tertio cuius potentię. Quarto mouebo quædam dubia, & respondebo de ipsa pœnitentia. Quinto respondebo ad principale.

De primo dico, quòd sic ratio est, quia omnis actus, qui potest esse conformis rectæ rationi, potest esse actus alicuius uirtutis, sed pœnitere potest esse talis actus. ergo. Maior patet ex diffinitione actus uirtuosi. Minor probatur: Nam omnis iustus Legislator potest iustè punire secundũ rectam rationem transgressorem suæ legis. Vnde phylosophus in fine libri Ethico. posita doctrina de uitiis, & uirtutibus; statim introducit legẽ positiuam, tanquam ultricem uitiorum, & remuneratricem uirtutum. Sed si Legislator iustè iudicat secundum rectam rationem, Minister iustitiæ exequitur etiam secundum rectam rationem. Nam ipse uoluit, quòd rectitudo in actu subministrantis est 10. Ethi. c. ult.

de unus articulus fidei dicit: Credo remissionem peccatorum.

Secundũ patet, quia sola uoluntas diuina obligauit. ergo à solo Deo deletur.

Quid sit obligare ad pœnã. Pœna est ordinatiua culpæ. accipitur à Boetio lib. 4. de cõsolatione, prosa. 4.

Tertium patet, quia hunc obligare ad pœnam est uelle punire eum. ergo non tollitur obligatio, nisi sequatur punitio debita, uel aliquid æquiualens in acceptatione diuina, quæ eum obligauit, & uoluit, quòd puniretur, nec potest mutari, nec separari, non tamen intelligo, quòd esset contradictio Deum remittere obligationem absque illa punitione, uel aliquo equiualenti, quia eum remittere obligationẽ, & exigere punitionem, sunt sicut quædam duo distincta, & non est contradictio, unum poni sine alio. Vnde posset Deus de potentia absoluta unum ab alio separare. De potentia autem ordinata, secũdum quòd diuina substantia ordinauit, obligatio non remittitur sine punitione, uel æquiualenti, quo satisfiat.

De potẽtia ordinaria obligatio non remittitur sine punitione.

De tertio dico, quòd nulla punitio est pœnitentialis, idest tollit obligationem debitam pro culpa actuali, nisi aliquo modo sit uoluntaria. Hoc probo, quia tale peccatum fuit uolũtarium, quia secundum D. Augustinum. Peccatum adeo est uoluntarium, quia si non sit uoluntarium, non est peccatum. ergo punitio, quæ tollit obligationem debitam pro tali peccato, debet esse aliquomodo uoluntaria, & de hoc dico de congruo loquendo de potentia Dei ordinata.

De uera religione & ponitur secundo libro retractationum.

Corollarium.

Ex hoc sequitur corollarium, ꝙ punitio tollẽs obligationẽ à punitione, quę non tollit obligationẽ, nõ distinguĩt per maioritatẽ, & minoritatẽ extensiuam, uel intensiuam, quia damnati substinẽt pro peccatis maiorem pœnam, & punitionem intensiuè, & extensiuè, quam uiatores, & non tollit obligationẽ, sed distinguitur per esse magis, uel minus uoluntaria.

Quõ aliqua pena possit esse uoluntaria.

Sed est hic difficultas, quomodo aliqua pœna possit esse uolũtaria. Nam cum omne peccatum actuale, ut dictum est, sit uoluntarium, uidetur, ꝙ omnis punitio pro eo sit inuoluntaria. Dico, ꝙ cum uoluntas sit potentia libera, & ratio naturalis, & potentiæ rationales ualeant ad opposita, naturales autem non, & per cõsequens possit ad cõtradictoria, non est inconueniens, quòd in uno tempore uelit peccare, & pro alio tempore uelit pœnitere pro illo peccato. Esto autem, quòd punitio possit esse uoluntaria. Videtur uno modo, quòd sit ab aliquo causata, quam tamen uoluntas patienter substinet, non remurmurando. Alio modo, quòd ipsam terminat & ad hoc dicitur, ꝙ sic directè, & per se dolendo de peccato commisso, & ex hoc causando in se tristitiam. Secundus modus addit super peccatum de ratione uoluntarii, ut patet. 3. super secundum in primo modo, & secundo modo, Tristitia est solum obiectũ uolitionis. In tertio modo est tantum effectus. Et inquarto est obiectum effectus, utraque tamen punitio est uoluntaria, quòd potest esse satisfactoria pro obligatione debita pro peccato, & cõcurrentibus aliis necessariis scilicet contritione, & confessione, loco, & tempore; Tamen cæteris paribus, secunda plusquam prima, & tertia plusquam secunda, & quarta minus, quàm tertia.

Speculatio subtilissima.

Ad rationem principalem in contrarium patet solutio ex dictis in primo Articulo, quòd licet transeat actus, & priuatio rectitudinis in eo, per consequens manet tamẽ obligatio, & reatus. &c.

VTRVM ACTVS POENITENTIS requisitus ad deletionem peccati mortalis sit actus alicuius uirtutis.

Scotus 4. sent. dist. 14. q. 2.
D. Thomas 3. parte summæ 85. Art. 3.
Ricardus 4. sent. dist. 14. q. 2. Art. 2.

Quæstio secunda.

SECVNDO quæritur; Vtrum actus pœnitendi requisitus ad deletionem obligationis, quę remanet pro peccato mortali sit actus alicuius uirtutis.

QVOD non: Actus pœnitendi est passio. ergo non est actus alicuius uirtutis. Antecedens patet; quia punitio, uel pœna est passio. ergo & pœnitẽtia per locũ à coniugatis, sicut à simili delectatio est passio. ergo delectari est pati. Consequentia probatur, quia uirtutibus laudamur ex secundo Ethicorum. Passionibus autem non laudamur ex eodem secundo. *2. Ethic. ca. 5*

Pręterea pœnitentia nõ est uirtus, igitur actus pœnitendi non est actus alicuius uirtutis. Antecedens patet, quia pœnitentia est sacramentum. ergo non est uirtus. Secundo, quia nulla uirtus præsupponit esse, uel fuisse in uirtuoso. Vnde Arist. 4. Ethic. negat uerecundiam esse uirtutem. *4. Ethic. c. ult.*

Præterea uirtus est dispositio perfecti ad optimum; pœnitentia autem est dispositio imperfecti ad perfectum. ergo non est uirtus.

Item uirtus est circa bonum, & difficile; pœnitentia autem circa peccatum, quod est malum. ergo non est uirtus. Antecedens patet, & est Arist. secundo ethic. *2 Ethic. ca. 3.*

CONTRA id est Magister in littera. *Dist. 14.*

RESPONDEO, & primo uidendum est, Vtrum pęnitere sit actus alicuius uirtutis. Secundo cuius uirtutis. Tertio cuius potentię. Quarto mouebo quædam dubia, & respondebo de ipsa pœnitentia. Quinto respondebo ad principale.

De primo dico, quòd sic ratio est, quia omnis actus, qui potest esse conformis rectæ rationi, potest esse actus alicuius uirtutis, sed pœnitere potest esse talis actus. ergo. Maior patet ex diffinitione actus uirtuosi. Minor probatur: Nam omnis iustus Legislator potest iustè punire secundũ rectam rationem transgressorem suæ legis. Vnde phylosophus in fine libri Ethico. posita doctrina de uitiis, & uirtutibus; statim introducit legẽ positiuam, tanquam ultricem uitiorum, & remuneratricem uirtutum. Sed si Legislator iustè iudicat secundum rectam rationem, Minister iustitiæ exequitur etiam secundum rectam rationem. Nam ipse uoluit, quòd rectitudo in actu subministrantis est *10. Ethi. c. ult.*

tis est

tis est ex conformitate ad actum superioris, cui subministrat. ergo Minister, ut Minister, potest punire rectè, & secundum rectam rationem peccatum commissum contra legem Legislatoris, cuius est Minister. Sed quilibet est Minister Dei ad puniendum in seipso peccatum commissum con

Matth. cap. 3.
Pęnitere q̄d sit nisi punitio peccati.

tra Deum. Vnde dicitur Matt. Pœnitentiam agite. &c. Pœnitere autem est punitio peccati ex pręcedenti quæstione. ergo pœnitere est actus alicuius uirtutis, ex quo potest esse conformis rectę rationi. & actui superioris agentis, qui obliquè agere non potest.

Pęnitere est actus uirtutis

De secūdo dico, ꝙ pœnitere est actus uirtutis scilicet. Iustitiæ, ut patebit. Vnde sciendum est, ꝙ pœnitere non est aliud formaliter, nisi quoddam imperare intellectui, ut recogitet peccatum commissum, & uoluntati, ut detestetur illud peccatum recogitatum, non enim uoluntas potest detestari peccatum, nisi uirtualiter recogitatum.

1. conclusio.

TVNC pono quinque conclusiones principales; Prima est, quòd pœnitere est actus specialis uirtutis. Hoc patet, quia habet speciale obiectū. s. peccatum, & habet speciales circunstantias, ut patet. Nam requiritur recogitatio ex parte intellectus, & detestatio ex parte uoluntatis de peccato, ut est offensa Dei expiabilis, & delebilis per pœnam, & punitionem.

2. conclusio.
Intellectus non est potentia imperatiua.

SECVNDA est, quòd non est actus alicuius uirtutis intellectualis. Hoc requiritur ex præmissa descriptione per locum à sufficienti diuisione, quia intellectus non est potentia imperatiua. ergo non est alicuius uirtutis intellectualis existentis in intellectu, ex quo dictum est, quòd pœnitere est formaliter quoddam imperare.

3. conclusio.

TERTIA, quòd est uirtutis appetitiuæ. Hæc sequitur per locum à sufficienti diuisione. Nam ex quo non est aliud formaliter pœnitere, nisi quoddam imperare, & non est actus intellectualis uirtutis, erit necessariò uirtutis appetitiuæ, cum eius non sint ab aliis aliæ uirtutes.

4. conclusio.

QVARTA, quòd non est actus alicuius uirtutis appetitiuę ordinantis tantū ad se cuiusmodi sunt temperatio, & fortitudo. Nam temperantia, & fortitudo sunt uirtutes tantum ordinantes hominem ad se, & ita ad se, quòd non ad alios. ergo pœnitere non erit actus fortitudinis, uel temperantiæ, nec imprudentiæ, quia actus prudentiæ non punitio alia, ut etiam ex alio patet, quia pœnitere est quædam punitio, quam exequitur minister contra offensam factam in Legislatorem, cuius est minister istius uindictæ exercendæ in se, uel in alio; immo si Legislator instituerct eum ministrum respectu alterius, ita posset punire alium agendo conformiter rectæ rationi, sicut in se. ergo.

5. conclusio.

Ex his sequitur quinta conclusio principaliter intenta, quòd pęnitere est actus iustitiæ, quia ipsa sola est uirtus ap(p)e(t)itiua ordināns se & ad aliud.

De tertio iam sa is patet, quòd pertinet ad uoluntatem, quia ipsa sola imperat intellectui, & ipsi sibi ipsi. Istud probatur, quia actus pęnitendi, cum sit quoddam imperare. ergo erit tantum potentiæ imperatiuæ, cuiusmodi est uoluntas.

An pænitentia sit uirtus generalis uide Ricardum in 4. dist. 14. q. 2.

De quarto principali sequitur modo declarādum. s. quædam dubia, quorum primum est an pęnitentia si uirtus generalis.

RESPONDEO, quòd sic: Pęnitentia est iustitia, sed iustitia est uirtus generalis; igitur ubi sciendū est, quòd uirtutem esse generalem potest intelligi tripliciter; essentialiter, causaliter, & dispositiuè. Primo modo dicitur uirtus generalis, quæ prędicatur essentialiter de qualibet uirtute, nec est distincta per essentiam ab aliqua, & hoc modo uirtus generalis nihil aliud dicit, quàm quālibet uirtutem modo indeterminato, & isto modo pęnitentia non debet dici uirtus generalis. Alio modo dicitur uirtus causaliter, sicut charitas, quia cæteræ uirtutes quantum ad esse completum habent esse causaliter per charitatem.

Virtutē esse generalē pōt intelligi tribus modis.

Cæteræ uirtutes causaliter habent esse per charitatem.

Alio modo dicitur uirtus generalis dispositiuè, cuiusmodi est pęnitentia, nam disponit ad susceptionem aliarum uirtutum & distinguitur ab aliis, quia obiectū propriū pœnitētiæ est actuale peccatum sub ratione, qua est transgressio diuinæ legis uindicabilis, & expiabilis per actum ipsius pœnitentis, sed ut sic, non est obiectum alicuius alterius, ex quo sequitur, quòd huiusmodi actus distinguitur ab aliis actibus essentialiter, & per pœnitentiam distinguitur ab alijs uirtutibus, quia distinctio uirtutum attenditur penes distinctionem actuum illarum uirtutū, hoc de primo.

Quid sit obiectū pænitentiæ.
Idem inquit Scotus dist. 5 senti. q. 2. Artic. 5.

SECVNDVM dubium est: An pęnitentia sit pars iustitiæ.

Psal. 4.

RESPONDEO, ꝙ sic, quia Glosa super illo uerbo: Sacrificate sacrificium iustitię. &c. dicit: Quid iustius, quàm ut quilibet suis peccatis potius, quàm alienis irascatur & seque puniens per pœnitentiā satisfactionem Deo offerat, quasi dicat: hoc iustū est, ex quo sequitur, quòd sit actus iustitiæ, & sic pęnitentia est iustia, & sub iustitia continetur. Vbi sciendum est, quòd aliquid contineri sub aliquo potest intelligi multipliciter: Vno modo, ut pars integralis sub integrato. Alio modo sicut pars subiectiua sub toto. Alio modo sicut pars potentialia sub toto potentiali. Non primo modo, quia ad iustitiam duo requiruntur, ipsa integrātia. s. declinatio mali, & operatio simpliciter boni, sed per pęnitentiā habituatur hóc ad declinandum hoc malum. s. culpæ & ad faciendum opera bona inquantum secūdum iustitiam legis diuinæ ordinatæ sunt ad expiationem culpæ, non ergo primo modo, nec secundo quia pars subiectiua perfectè recipit diffinitionem totius uniuersalis, uel sibi competit ratio totius, sed pętentiæ non perfectè competit diffinitio iustitiæ, quia iustia circa operationes, quæ sunt ad alterum obseruat rationem debiti, & æqualitatis, sed non pœnitentia. Vnde quamuis pœnitentia reddat debitum homini ex legis diuinæ necessitate, non tamen potest reddere æquale. Magnitudo. n. malitiæ excedit magnitudinem cuiuscunque emendationis, quam pęnitens potest facere.

Aliquid contineri sub aliquo pōt intelligi multipliciter.
Ad iustitiam duo requiruntur.

RESPONDEO, & dico, quòd cōtinetur, quia pars potentialis debet participare aliquam uirtutem totius

totius, & non totam oportet. Sed pœnitentia est huiusmodi respectu iustitiæ, igitur quia pœnitentia quantum ad operationes, quæ sunt ad alterum, ut ad Deum, obseruat rationem debiti ex legis necessitate, licet non per pœnitentiam reddat æqualem, sicut per iustitiam. Tertium est, in quo est pœnitentia, sicut in subiecto.

RESPONDEO, quòd in uoluntate. Vbi sciendum est, quòd habitus est in potentia illa, qua est actus eius principalis, sed actus principalis pœnitentiæ, qui est pœnitere proprii peccati in quantum est contra iustitiam legis diuinæ, & expiabilis per actum pœnitentis in punitione, aut peccati principalis est efficax peccati displicentia, sed displicere est actus uoluntatis, ergo est in uoluntate.

Pœnitētia est in uoluntate sicut in subiecto singularis sime hæc habentur à Scoto. q. 2. huius distinctionis.

QVARTVM dubium est an pœnitentia sit in beatis.

An pœnitētia sit in beatis.

RESPONDEO secundum aliquos, quòd non, quia nullus habitus moralis, qui est in damnatis, est in beatis, sed pœnitentia est in damnatis. Vnde sapientiæ dicitur, quòd sunt pœnitentiam agentes. ergo pœnitentia non est in beatis.

Sapientię c. 5

Item de pœnitentia distinct. tertia pœnitentia ueram agere est commissa plangere, & iterum plaugenda declinare, sed in beatis non est planctus per illud. 6. Apoc.

Cap. de pœnitentia in fine

Apoc. 21.

CONTRA est illud Sapientiæ: Iustitia perpetua est, sed pœnitentia est iustitia, & sic perpetua.

Sapientię c. 1.

RESPONDEO & dico, quòd de numero beatorum, quidam sunt, qui nunquam peccauerunt, peccare tamen potuerunt, & si peccassent, tamen potuissent remitti peccatum.

Sancti in triplici differentia sunt in pa tria in quorū primis, & tertiis, est pœnitentia, in mediis nequaquam.

Alii sunt, qui nunquam peccauerunt, sed peccare potuerunt si tamen peccassent, non eis potuissent remitti peccatum, cuiusmodi sunt Angeli sancti.

Alij sunt, qui peccare potuerunt, & peccauerunt, sicut boni, & Sancti homines mortui in pœnitentia. In primis est habitus pœnitentiæ infusus. Vnde talis cum non requirat actum, sed tantum possibilitatem, in eis est habitus pœnitentiæ infusus. In mediis, nec est uirtus pœnitentiæ, quia in talibus non est potestas remissionis peccati, ut patet de Angelis malis. In tertiis, & est, & fuit habitus pœnitentiæ, quia in eis pœnitentia & habuit actum suum, & habet; non actum, qui est de peccato dolere, sed qui est gaudere de peccati remissione, & se uelle nunquam peccasse, si esset possibile.

In mediis tenetur pœnitētiā esse respectu aliorum, ad mentē Scoti.

AD primum conceditur, quòd in damnatis, &c. Et dico, quòd non est in damnatis uirtus pœnitentiæ, quia quamuis pœniteat de peccato suo, propter pœnas, quas sustinent, non tamen pœnitet eos de peccato in quantum est contra iustitiam legis diuinæ, hoc autem non est propriè pœnitere. Nam obiectum ipsius pœnitere, ut patuit in primo argumento est peccatum, ut est offensa Dei, & contra legem diuinam.

Quid ergo dicam de his, qui solum timore mortis, uel pœnæ infernalis, non propter Christi offensam pœnitet eos, & confitentur. Ad aliud dico, quòd pœnitentia, quæ est in beatis, non habet actum, qui est dolere, ut habuit in uia, sed actum, qui est gaudere de remissione peccati.

Quid sit pœnitere.

AD rationem principalem in oppositum. Ad maiorem declarationem dictorum est sciendum, quòd, ut dictum est supra, pœnitere est formaliter imperare intellectui, ut cogitet peccatum, & uoluntati, ut detestetur. Hac autem imperare pater, quòd non est passio, sed actio, & effectus eius proximus est, uel est intellectus imperamia, uel detestatio imperata ipsi uoluntati, quæ est quædam uolitio, & ista duo scilicet imperantia, & detestatio sunt causæ proximæ tristitiæ causatæ, & ista tristitia, quæ est passio, & punitio formaliter, non est actus, qui est pœnitere, nec proximus est eius effectus, sed remotus. Pœnitere autem, quod est actus uirtutis, est punitio, non formaliter, quia actio, ut patuit, sed causaliter imperantia intellectus, & detestatio uoluntatis, quæ sunt causa proxima tristitiæ, quæ est passio, ergo de primo ad ultimum pœnitere solum causaliter erit passio, & non formaliter.

Ad aliud, quando dicitur, quòd pœnitentia non est uirtus; dico, quòd est falsum. Vnde Magister in secundo lib. Virtus est bona qualitas mentis, qua rectè uiuitur, & qua nullus male utitur. Lib. 2. dist. 27

Item Arist. secundo ethic. Virtus est habitus bonus, qui habentem perficit, & opus eius bonum reddit. Huius autem est habitus pœnitentiæ. ergo. ethic. ca. 5

Sed propter obiecta sciendum est, quòd pœnitentia potest sumi quadrifariè. Vno modo pro remedio ministrandi per Sacerdotes habentes iurisdictionem contra peccatum mortale, &, ut sic, est Sacramētū, ut patebit, &, ut sic, patet ad primū.

Pœnitentia quatuor modis sumi potest.

Alio modo pro habitu quodam humiliante ad pœnitendum sub debitis circunstantiis, & sic est uirtus, ut concludunt duæ rationes ad partem affirmatiuam hic factæ.

Tertio modo pro pœnitendi actu, & pœnitentia isto modo est actus iustitiæ, ut superius patuit.

Quarto modo pro dolore sensibili, qui quidē præcedit actum pœnitendi, ipsum actum promouet, seu intendit; si autem sequetur tanquam causatus ex illo intentionem eius, & perfectionē ostēdit, & sic non est uirtus, sed passio.

Tunc ad secundum dico, quòd maior est falsa. Ad Phylosophi dictum dico, ꝙ non negat uerecundiā esse uirtutem secundum ꝙ causata est ex multotiens uerecūdari, quia ut sic est uirtus, dico quando est sub debitis circunstātiis. sed negat hoc in quantum accipitur pro passione: est tamen passio bona in quantum prohibet. Vel possumus dicere, ꝙ Phylosophus loquitur de uirtute, cuius actus nihil uituperabile præsupponit, uel esse, uel fuisse in uirtuoso, uel non repugnat cuicunque perfectioni uirtuosi.

Erubescentia quando est uirtus.

Ad aliud dico, quòd est perfectio perfecti ad

Bb perfe-

perfectionem sufficientiæ. est enim respectu peccati præteriti, & non præsentis nisi in consideratione.

Aliud quando dicitur, quòd uirtus est circa bonum debet intelligi de actu, idest, quòd omnis uirtutis actus difficilis est, & bonus, quamuis obiectum pœnitentiæ sit peccatum, tamẽ eius effectus, id est detestatio est bona.

VTRUM POENITENTIA SIT Sacramentum.

D. Thomas 3. parte Summa q. 84. Arti. 1.
Franciscus de Mayronis 4. sent. dist. 14. q. 1.
Durandus 4. sent. dist. 14. q. 3.

Quæstio tertia.

TERTIO quæritur, Vtrum pœnitentia sit sacramentum.

QUOD non: Sacramentum est signum sensibile gratiã significãs Dei ex institutione, efficitur ad salutem uiatoris, sed pœnitentia non est signum sensibile. ergo. Maior patet ex diffinitione sacramenti posita in prima distinct. huius quarti. Minor patet ex præcedenti quæstione, nam ibi dictum est, quòd pœnitentia est quædam iustitia, & sic uirtus, sed uirtutes non sunt sensibiles. ergo.

CONTRA: Quia pœnitentia connumeratur inter alia sacramenta nouæ legis, tum quia latum à datore legis.

RESPONDEO & primo dicam de hoc nomine: Pœnitentia, quid sit.

Secundo an isti nomini possit aliquid subesse. Tertio de principali quæsito. Quarto Vtrum per pœnitentiam deleatur culpa. Quinto mouebo aliqua dubia.

Pœnitentia quid. DE primo dico, quòd pœnitentia est absolutio hominis pœnitentis facta certis uerbis, cum debita intẽtione prolatis à Sacerdote iurisdictionem habente, ex institutione diuina efficaciter significantibus absolutionem animæ à peccato.

In hac descriptione ponitur illud, quòd pœnitentia est formaliter scilicet absolutio. Debitum susceptiuum, homo. Ponitur dispositio requisita in susceptione. Pœnitere ponitur pro forma Sacramenti, secundo modo sumpta, sicut dictum fuit de baptismo. Facta certis uerbis. Ponitur conditio, requisita cum debita intentione in ministro. Tunc ponitur minister idoneus scilicet Sacerdos habens iurisditionem. non enim sufficit solũ caracter Sacerdotalis. Ponitur finis principalis, à quo habet efficaciam, quia ex institutione diuina.

Pœnitẽtiæ nomen est ualde æquiuocũ. DE secundo dico, quòd sic. Nam possibile est Deum instituisse aliquod signum sensibile efficaciter significans peccati deletionem in anima. Item per illud simboli: Credo remissionem peccatorum.

DE tertio dico, quòd hoc nomen pœnitentiæ est ualde æquiuocum. potest autem accipi secundum proprietatem uocabuli, & tunc pœnitentia idem est, quod peccatum; & isto modo pœnitentia non est Sacramentum, quia non est signum sensibile, sed est quædam tristitia sine aliqua pœna causata uel à uoluntate, uel ab alio, sicut dictum est in fine primę quæstionis huius distinctionis. Et isto modo potest præcedere, & sequi pœnitentiam, quæ est Sacramentum, ut patet. Alio modo potest accipi pro actu illo imperato, ut dictum est in secundo Articulo præcedentis quæstionis. Vel etiam pro habitu inclinante ad illum actum. Sed neutro istorum modorum est Sacramentum, quia non est signum sensibile, sed quædam uirtus, uel actus uirtutis idest quædam iustitia, uel actus iustitiæ, ut patet ibi. Alio modo potest accipi pro quodam signo sensibili efficaci fundato super debita forma uerborum prolatorum à Sacerdote iurisdictionem habente cum debita intentione significante ablutionem animæ à peccato efficaciter ex institutione diuina, & hoc modo est Sacramentum formaliter. Et si accipiatur pro dicta uerborum forma debitè prolatorum à Sacerdote; erit Sacramentum fundamentaliter. Et si accipiatur pœnitentia secundum communem modum loquendi pro ipsa confessione facta à pœnitente; erit Sacramentum præuenienter, & dispositiuè.

Quõ pęnitentia sit Sacramentum formaliter.
Quõ pęnitentia sit sacramentum fundamẽtaliter.

DE quarto dico, quòd culpa principaliter, & immediate tollitur à Deo, & gratia infunditur à Deo, & ministerialiter, & quasi instrumentaliter à Sacerdote absoluente; significatiuè uerò, & instrumentaliter tollitur culpa ipsa per pœnitentiam, quæ est sacramentum eo modo, quo dictum est circa principium huius quarti libri. s. quòd Sacramenta nouæ legis sunt instrumenta Dei Hoc patet ex dicto Christi in Matth. & Ioannē: Quorum remiseritis peccata, &c. Sed consideratur hoc in aliis Sacramentis, cum signum sit quædam relatio, & Sacramentum formaliter uel solum fundamentaliter. Sensibilia per se, & primo sunt in sola tertia specie qualitatis. Sensibilia uerò per se, & non primo sunt quantitas continua, & numerus, & motus, uideas si aliqua relatio. &c.

Quõ pęnitentia sit sacramentum dispositiue.
Culpa effectiuè outur à Deo.
Matth. c. 16. Ioãnis c. 20.

SED nunquid actus pœnitendi, de quo dictum est in secundo articulo præcedentis quæstionis, necessario præexigitur ad pœnitentiam. quæ est Sacramentum, ut scilicet per eam tollatur culpa, & intendatur gratia? Magister uidetur dicere, quòd sic, sed uidetur derogare nimis Sacramentis nouæ legis, quòd non habeant efficaciam, nisi sicut Sacramenta ueteris legis, sicut uidetur ibi innuere Magister quantum ad hoc. Dico ergo, quòd si adultus suscipiens baptismum non fictè, sed cum intentione suscipiendi illud, quod Christus instituit, & ecclesia facit, & non ponit obicem scilicet habendo actum peccati mortaliter, uel potestatem peccandi mortaliter, nerè purgatur à peccato actuali, dato, quòd non habeat actualem contritionem de commissis, etiam infunditur sibi gratia, ita di-

Dist. 11. c. 6.

ita dico in propo fito de pœnitentia, siue de sacramento pœnitentiæ; & confirmatur, quia non tenetur implere omnia præcepta ex charitate.

Dico autem, quòd sicut adulto baptizato infunditur maior gratia, si præcederet bonus motus intrinsecus contritionis, ita in proposito.

SED quòd non aliquo modo plus requiratur in pœnitentia, quàm in baptismo ex parte suscipientis. Nam in pœnitentia requiritur confessio uocalis, uel saltem mentalis, in non potente loqui, & ideo præexigitur saltem actus pœnitendi, qui est imperate intellectui, ut saltem recogitet commissa. In baptismo autem non est necessarium, ut patet. Est autem dissimilitudo in hoc, quia baptizatus cum actuali peccato mortali dummodo sit aliquo modo fictus, licet non recipiat gratiam, non tamen est rebaptizandus, ut dictum fuit in sacramento baptismi. in proposito autem non sic esset dicendum, ut patet. Et ratio dissimilitudinis patet, quia baptismus non est iterabilis, Pœnitentia autem sic. Ex his dictis consideratur illa conditio posita in descriptione pœnitentiæ, quæ est conditio pœnitentis, quomodo requiratur, & quomodo non. Ex dictis etiam uidetur, quòd hoc sacramentum nullo modo potest dispensare non sacerdos in aliquo casu, immo cauendum est, ne sit indetrimentum confiteri in aliquo casu non sacerdoti, cum non sacerdos non possit recipere uerba sub sigillo confessionis.

In pœnitentia requiritur cõfessio uocalis.

Differẽtia inter baptismũ, & pœnitẽtiã.

PRIMVM principale quantum ad dubia primum dubium est, an pœnitentia sit in nobis ex acquisitione.

RESPONDEO, quòd sic, quia pœnitentia continetur sub iustitia, sed iustitia est in nobis ex acquisitione, ergo & pœnitentia.

VBI sciendum est, quòd duplex est pœnitentia. Vna habilitans hominem ad puniendum peccatum proprium in ordine ad finem, non transcendentem nostram facultatem naturalem. Alia in ordine ad finem supra nostram facultatem naturalem pœnitentia primo modo dictæ, In nata sunt nobis principia scilicet naturalis cognitio boni, & dilectio. & naturalis cognitio mali, & detestatio: in quorum uirtute per habitum potest habitus pœnitentiæ acquiri. Pœnitentia autem secundo modo dicta à nobis etiam acquiri potest per actus, ut aliqui dicunt; non tamen in uirtute naturalium principiorum, sed super naturalium. s. super naturalem cognitionem, & dilectionem finis transcendentis nostram facultatem naturalem.

Duplex est pœnitentia.

SECVNDVM dubium est, an pœnitentia concipiatur in nobis ex timore.

RESPONDEO, quòd sic. Nam timor domini expellit omne peccatum, sed non nisi mediante pœnitentia, ergo pœnitentia concipitur ex timore.

Eccl. cap. 1.

VBI sciendum est, quòd pœnitentiam concipi ex timore potest intelligi dupliciter, aut quòd secundum seipsam concipiatur, & sic non est uerum. dico de illa, quæ est in nobis per infusionem; aut secundum suam propriam dispositionem in nobis, & sic concipitur ex fide, & ex spe & ex amore aliquo, & timore. Vnde, quia talis dispositio est ex parte nostra, & ideo uoluntaria, & unius motus uoluntatis possunt esse diuersa motiua, & ideo non est semper unus modus concipiendi illam dispositionem. Et nota, quòd non est idem timor, & pœnitentia, quia obiectum timoris est peccatum in quantum meretur arduum malum pœnæ, pœnitentiæ autem est peccatum, ut est contrarium iustitiæ diuinæ legis, & expiabile per actum pœnitentis.

TERTIVM dubium est, an actus pœnitendi sit nobilior habitu pœnitentiæ.

RESPONDEO, quòd sic, quia Arist. ait primo ethic. felicitas ciuilis non consistit in uirtute, sed in operatione optima secundum optimam uirtutem, ergo.

1. ethi. cap. 6 & 9.

Præterea per actum pœnitentiæ magis quis recedit à malo culpæ, & accedit ad summum bonum per habitum pœnitentiæ. ergo actus pœnitentiæ est nobilior ipso habitu.

AD argumentum principale in oppositum patet solutio ex dictis in tertio Articulo.

DISCTINCTIO XV.

CIRCA DISTINCTIONEM XV. Quæritur.

VTRVM CVILIBET PECCATO mortali actuali correspondeat satisfactio propria.

Scotus 4. sent. dist. 15. q. 1.
D. Thomas 4. sent. dist. 15. q. 3. Art. 1.
Ricardus 4. sent. dist. 15. q. 5. Art. 1.
Durandus 4. sent. distin. 15. q. 1.

Quæstio prima.

CIrca distinct. quintam decimam quæritur primo, Vtrum cuilibet peccato mortali cõueniat propria satisfactio.

QVOD non: Quia tunc posset satisfieri pro uno peccato, non satisfaciendo pro alio, & per consequens posset tolli unum peccatum sine alio. sed hoc est falsum, quia peccatum non tollitur nisi per gratiam, gratia autem nulli datur habenti peccatum mortale aliquod. ergo.

CONTRA: Satisfactio est solutio pœnæ debitæ pro peccato, sed cuilibet peccato correspondet propria pœna. Vnde legitur Deut. & iuxta mensuram delicti erit plagarum modus.

Quid sit satisfactio. Deut. cap. 16.

RESPONDEO, quòd satisfactio potest accipi generaliter, & proprie, & strictè. Accipiendo generaliter sunt quinque uidenda. Primum de ratione nominis.

Sat sfactio pt accipi pluribus modis.

Secundo, Vtrum hoc sit possibile.
Tertio in quo consistit.
Quarto de principali quæsito.
Quinto utrum satisfactio pro uno peccato possit reparari à satisfactione pro alio peccato.

Satisfactio debet esse uoluntaris.

De primo dico, quòd satisfactio est redditio uoluntaria æquiualentis pro æquualenti, alias non debiti. Prima particula patet, quia satisfactio non est datio absoluta, sed redditio, & hoc notat hæc particula satis. Dicit enim conuersionem ad aliud præcedens. Secunda particula patet, scilicet uoluntaria. nam si non sit uoluntaria, non erit satisfactio, sed satis passio, sicut in damnatis, qui satis patiuntur. Nam si non esset æquiualens pro offensa, id est si non tantum placet offensa, quantum læsit eum offensa, non esset satisfactio. Vltima etiam particula patet, scilicet secundum acceptionem offensæ. nam si non de potentia ordinaria, saltem de potentia absoluta, potest Deus remittere culpam sine satisfactione æquiualenti ex natura rei, ut dicetur in 2. Articulo.

Sed dicat quis: Actus satisfactionis est ne actus uirtutis?

Respondeo, quòd sic, quia est actus pœnitētiæ, pœnitentia est iustitia, at ergo, sed hoc est uerum de uoluntaria, sed de uiolente dico, quòd licet non sit actus uirtutis, respectu satisfacientis tamen est actus uirtutis respectu, iudicis cogentis. Vnde satisfactio est pro illata iniuria uoluntaria repræsentatio secundum iustitiæ æqualitatem cum proposito non committendi nouam iniuriam.

Satisfactio quid.

De secundo uidendum, an huiusmodi satisfactio sit possibilis. Dicitur ab aliquibus, quòd homo non potest ex se satisfacere pro peccato. Quod probatur, quia peccatum mortale aufert à Deo honorem debitum, sed nullum bonum à uoluntate factum potest æquiualere honori Deo debito.

Item offensa mensuratur ex offenso. Deus offensus est infinitus, ergo offensa est infinita, sed omne bonum, quod potest à nobis fieri, est finitum, ergo.

D. Aug. 83. q. q. 68. & Bernardus de de ligendo Deū cap. 16.

Item omne bonum, quod potest à nobis fieri, est Deo debitum propter beneficium creationis, & conseruationis, & per cętera huiusmodi, nec est sufficiens, ergo nullum nostrum bonum potest esse satisfactorium. sed rationes istæ non concludunt.

Præterea grauius est peccatum mortale actuale, quàm originale, sed nullus purus homo satisfacere potuit pro eo, igitur nec pro actuali mortali.

Vide Ricardū in 4. dist. 15. q. 2.

Dico igitur aliter, uidelicet ꝙ homo potest satisfacere in uirtute meritorum Christi, quia merita passionis eius fuerunt toti trinitati magis accepta, quàm sibi essent inacceptaæ omnes offensæ hominum. Nam ipsa pœnitentia, sicut cetera sacramenta, habet efficaciam à passione Christi, quia ipsi Deo in infinitum fuit accepta, quis enim poterit Deo satisfacere pro peccato sua uirtute?

Sed ista opinio si loquitur de facto, & de potentia Dei ordinaria secundum ordinata, & præmissa à sua sapientia; uerum concludit. omnia enim bona hominum non sunt ex se satisfactoria Deo, sed sunt satisfactoria in uirtute meritorum Christi, uel præuisorum, ut fuit tempore ueteris legis, uel ut exhibitorum in noua lege. sed si intelligatur de potentia Dei absoluta, falsum concludit, potuit enim Deus præfigere alium modum redemptionis humanæ, quàm per filii sui incarnationem. Vnde Augustinus libro de Trinitate dicit, quòd hunc modum redimendi Deus statuit, non quòd aliter redimi non poterat genus humanum, sed quia ille modus magis homini congruebat. Tunc ad rationes in oppositum dico, quòd prima & secunda non concludunt, quia honor debitus Deo, quem peccator per peccatum aufert, est honor, quem ipse Deo debebat, & per consequens est formaliter finitus, similiter culpa est formaliter finita, licet obiectiue sit infinita, sed patet, quòd supposita Dei gratia habere potest actum bonum æquiualentem offensæ, qui quidem actus erit formaliter & obiectiuè infinitus, quia circa Deum.

lib. 13. de tri. cap. 10.

Quō culpa sit finita, & infinita.

Tertia ratio probat, quòd nullus actus hominis ex natura rei præcisè est satisfactorius secundum æquiualentem iustitiam omnibus pensatis, sed non probat, quin possit esse talis secundum acceptationem liberam.

Ad ultimum dico, quòd licet actuale mortale sit grauius originale ipsi personæ, originale tamen est grauius naturæ, quia totam naturam refecit, & sic per purum hominem, uel purus homo non potuit satisfacere.

De tertio dico, quòd generaliter loquendo, scilicet quòd satisfactio consistit in actibus pœnalibus, uel exterioribus uoluntariè assumptis, uel interioribus passionibus uoluntariis, posset tamen acceptare aliquem actum bonum charitatis, puta unam bonam intensam dilectionem, sine charitatem pro satisfactione præcedentium peccatorum; non tamen illa dilectio esset satisfactio in quantum pœnosa; sed satisfactio pro quanto plus honoris redderetur per ipsam, quàm per unam uoluntariam passionem, quæ esset formaliter pœnosa.

De quarto dico, quòd non quilibet peccatum appropriat sibi propriam satisfactionem, ita quòd illa eadem non possit satisfacere pro alio, uel etiam per illo peccato, non possit aliter satisfieri.

Immo dico, quòd una satisfactio secundum speciem posset satisfacere pro omni peccato. Non enim est aliquod peccatum, pro quo non posset satisfieri per conditionem. Vna enim satisfactio secundum numerum, puta una contritio numero posset satisfacere pro isto peccato, & pro illo etiam, & pro pluribus simul, adeo posset esse intensa, cuilibet ergo peccato correspondet propria satisfactio, id est appropiata pro tūc,

quia

quia quodlibet peccatum requirit propriam satisfactionem. Sed utrum habeat hanc uel illam, uel utrum habeat illam, quæ non sit alterius peccati, uel illam, quæ sit illius, uel alterius, totum hoc accidit.

De quinto dico, quòd nunquam Deus remittit unum peccatum mortale sine alio, & sic una satisfactio non separatur ab alia, & ad hoc sufficiat ratio principalis facta superius. non enim secundum potentiam Dei ordinariam remittitur peccatum mortale sine infusione gratiæ, sed non infunditur gratia habenti aliquod peccatum mortale, quia iam simul esset amicus Dei, & inimicus. Hoc probatur per Augustinum de uera, & falsa pœnitentia. non enim separatur satisfactio pro uno peccato ab alio quantum ad esse. Unde de pœnitentia: Falsam pœnitentiam constat cum spretis pluribus de uno solo pœnitentia agitur. consimiliter agitur de uno. ergo satisfactio unius ab alia separari non potest, nec ita pro uno, quòd nó pro alio possit satisfieri sine alio; possunt tamen aliquomodo separari quantum ad effectum. Ná satisfaciendo pro uno peccato posset quis impediri per aliquam uiam satisfaciendo pro alio, uerum est si impedimentum, uel merita Christi totaliter satisfacerent, sicut faciunt pro adulto baptizato, uel pro absoluto à pœna, uel culpa seruarentur sibi alibi.

Et ponitur di stinc. 16. ca 1.

Dist. 5. ca. ult.

satisfactio stricte sumpta quid sit.

Accipiendo autem satisfactionem strictè, dico, quòd satisfactio est operatio exterior laboriosa, uel pœnalis uoluntariè assumpta ad puniendũ peccatum à se commissum, & ad placandum diuinam maiestatem offensam, & ista est satisfactio, quæ peccatori confitenti à Confessore imponitur. Et ista communiter consistit in tribus operibus laboriosis. s. oratione uocali, ieiunio; & elehemosina, secundum. s. quòd sunt tria genera peccatorum. s. carnis, contra quam est ieiunium. Superbia, contra quam est oratio. Concupiscentia oculorum, contra quam est elehemosina. Ad illa enim tria reducuntur omnia peccata, iuxta illud. Ioan. 1. Omne, quod est in mundo, aut est, &c. & ita naturaliter loquendo contra ista peccata imposita sunt istæ satisfactiones. Itaque conformiter reddant singula singulis non tamen est ista necessitas absolute. Ideo in casibus est mutandus ordo. Unde uni nobili, qui fuit luxuriosus, & esset ita delicatus, quod non posset ieiunare, uel orare, imponenda esset elehemosina, uel oratio, & deberet fieri secundum quòd magis acceptaret. Dico etiam, quòd si peccator maximus confiteretur, & nollet recipere aliquam pœnitentiam, id est nollet promittere facere aliquam satisfactionem, sed assereret se habere propositum non peccandi mortaliter de cætero, absoluendus esset, ne incurreret in desperationem. sed aliquis quæret an partes satisfactionis sint sufficienter numeratæ.

Tria sũt gña peccatorum.

Ioan. 1.

Respondeo, quòd sic. Unde sciendum est, quòd debemus satisfacere de bonis nostris. Tria autem habemus bona secundum Philosophum, scilicet bona fortunæ, quæ ab eo uocantur bona exteriora, de quibus satisfacimus per elehemosinam, sub quo cumprehenditur quicquid expenditur in proximorum utilitatem. Bona corporis, de quibus satisfacimus per ieiunium, sub quo comprehenditur quicquid pertinet ad corporis flagellationem, uel afflictionem. Bona animæ, de quibus satisfacimus per orationem, sub qua comprehenditur quicquid Deo exhibetur per latriæ uirtutem.

Bonorũ tria sũt gña pri.

mo ethic. c.

Ad rationes principales pro, & contra patet solutio ex dictis. Sed quid dicemus de flagellis, quæ Deus permittit?

Respondeo, quòd aliqua sunt satisfactoria, Aliqua non. Unde flagella, quæ permisit Iob, dico quòd quia erat iustus, & sanctus, propter patientiam fuerunt ad augumentationem præmij, & meriti; Ipsi autem Mariæ permisit lepram, & huiusmodi flagellũ fuit satisfactorium, quia uoluntariè sustinuit propter peccatum murmurationis, quod commiserat contra Dominum, & Moysem. Ipsi cœco propter eius glorificationem. Ipsi Herodi in initium infernalis supplicij.

Vide Augus. 1. de ciuitate Dei cap. 8.

Vnde Persius Nobile uincendi genus, & patientia.

VTRUM QUICUNQUE INIUSTE abstulerit, uel retinuerit rem alienam teneatur illam restituere, quòd non possit uerè pœnitere absque tali restitutione.

Scotus 4. sent. dist. 15. q. 2.

Quæstio secunda.

Secundo quæritur, utrum possit quis uerè pœnitere, & uere absolui, nisi restituat aliena, quæ nouit se iniustè tenere. ita quòd non sit necessarium restituere alienum.

Quod sic: Quilibet tenetur diligere se, plusquam alium, ergo quando tenet alienum, quòd scilicet sit necessarium ad sustentationem sui, uel quòd est sibi magis necessarium, quàm ei, cuius est, non est obligatus, & potest hoc tenere, ergo.

Item restitutio non est facienda ad malum Republicæ, & eius, cui fit. Sed si restituatur gladius furioso, poterit esse ad turbationem Ciuitatis, & eius, cui fit restitutio, ergo in tali casu, & in consimilibus non sunt restituenda aliena.

Præterea homo non tenetur restituere, nisi sciat, quibus sed frequenter contingit, quòd non possunt haberi, uel ignorantur, ergo non semper tenetur.

Præterea nullus tenetur facere restitutionem in præiudicium boni communis, quia secundum Philosophum bonum commune debet præponi bono proprio, igitur non semper facienda esset restitutio.

1. Ethic. c. 2.

ligi sine aptitudinali dependentia ad subiectum, quia intelligeretur esse substantia. Diffinitur autem per subiectum non quia propter dependentiam, quam habet ad subiectum, quia plus dependet lapis à Deo, & tamen Deus non ponitur in diffinitione lapidis. Quid ergo, quòd conceptus diffinitionis est conceptus completus, non conceditur, ergo illud quod informat, ideo. & cætera.

2. de Anima contex. 6. & inde.

Et si dicas, quòd forma substantialis diffinitur per materiam, concedo, ut patet secundo de anima, ubi phylosophus diffiniens animam dicit, quod est actus corporis organici physici uitam habentis.

Tunc ad argumenta: Ad primum dico, quòd sicut accidens per suam naturam extrinsecam est aptum inhærere, ita substantia per se, sed sicut actualiter inhærere non est essentiale substantiæ, patet de humanitate in Christo.

Sed utrum actualiter per se esse addit supra substantiam indiuiduam aliquam entitatem positiuam, sicut actualiter inhærere addit supra accidens respectum positiuum; de hoc quære in secundo libro.

Dist. 3. in quæstione de indiuiduatione.

Ad secundum dico, quòd accidens est posterius substantia non actu, sed aptitudine, & actu est posterius naturaliter, & ideo non potest fieri secundum naturam, quin aptitudinaliter non dependeat à substantia, nec per aliquam potentiam, quin aptitudine iam non esset accidens.

Ad tertium dico, quòd relatio non potest esse sine termino, non pro eo, quod terminus est diffiniens ipsam, ut additamentum, sed pro eo, quòd respectus essentialiter respicit terminum proportionabiliter, tamen si respectus in actu tantum in actu, & si aptitudine aptitudine. Nam relationis esse est ad esse.

Cap. de qualitate.

Ad quartum dico, quòd album uno modo accipitur pro forma ipsa albedinis, ut significans actualiter, actualiter inhærens, ut dicit phylosophus in prædicamentis, quòd album solam qualitatem significat, non enim tunc diffinitur ab albedine nisi in modo significandi scilicet, ut abstractum, & concretum, albedo enim in suo modo significandi non concernit modum inhærendi, & ideo apud Grammaticum est subiectũ. Alio modo accipitur pro toto composito ex subiecto, & accidente. Patet autem, quod secundo modo sumptum album non est præcise idem cum albedine, quia addit subiectum primo modo sumptum, si accipitur aptitudinaliter tunc sunt idem & patet, quid dicendum, si aptitudinaliter tunc album adderet relationem supra albedinem, & tunc patet responsio ex dictis, ergo &c.

AN QVODCVNQVE ACCIdens remanens sit sine subiecto.

Seraphicus Bona. 4. sent. dist. 12. q. 3. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 12. q. 2.
D. Thomas 3. parte summæ. q. 77. Art. 1.
Ricardus 4. sent. dist. 12. q. 1. Art. 1.
Durandus 4. sent. dist. 12. q. 1.
Franciscus de Mayronis 4. sent. dist. 12. q. 4.

Quæstio secunda.

SECVNDO quæritur, Vtrum in Eucharistia sint omnia accidentia sine subiecto.

QVOD SIC: Nullum accidens est in substantia, ergo nec in aliquo subiecto. Antecedens patet ex præcedentibus. Consequentia probatur, nam secundum phylosophum 4. Metaphys. Accidens non accidit accidenti, nisi quia ambo accidunt. ergo. Nihil enim hoc illi magis, quàm illud huic. Confirmatur, quia, sicut substantiæ repugnat inesse, ita accidenti repugnat subiici. 4. Met. cõt. 14.

Item relatio potest esse sine subiecto, ergo omne aliud accidens. Consequentia patet per locum à minori. Antecedens probatur, quia aut repugnat sibi in quantum accidens, aut in quantum relatio. Non primo modo, quia repugnaret omni accidenti. Non secundo modo, quia tunc relatio diuina, cum sit uera relatio, esset in subiecto.

CONTRA: Tunc motus esset sine subiecto. Patet etiam, quòd species illæ possunt moueri.

Respondeo, quòd una opinio dicit, quòd quantitas potest esse ibi sine subiecto, & est prima ratio. Sola quantitas est ex se indiuidua & omnia indiuiduantur per ipsam. ergo si esset ibi aliud accidens, & non in quantitate, esset ibi hoc, & non hoc, quod est contradictio.

Egidius ex Theoremate 35. 36. 37. 38. 39.

Item si qualitas esset ibi, & non in quanto, esset ibi sensibilis, quia in secunda specie qualitatis, & insensibilis, quia nihil potest sentire nisi quantum.

Item tunc esset qualitas corporis spiritualis, quia inextensa, & corporalis, quia in tertia specie qualitatis.

Item tunc non repugnaret sibi esse in spiritu subiectiuè, & ita Angelus posset esse albus.

CONTRA conclusionem istius opinionis arguitur sic: In essentialiter ordinatis omnia posteriora plus dependent à priori simpliciter, quàm ab inuicem igitur qualitas plus à substantia, quàm à quantitate. cum ergo Deus possit supplere causalitatem substantiæ respectu qualitatis poterit supplere causalitatem quantitatis respectu qualitatis.

Item posse per se esse dicit perfectionem. ergo si non repugnat quantitati non repugnat qualitati, cum sit perfectior. Maior patet, quia hoc conuenit substantiæ soli, quia nobilior omni accidente. Consequentia probatur, quia secundum istos materiam sequitur quantitas, & formam qualitas. & forma est

perfectior

7. met. cõt. 7. perfectior materia 7. Metaphysicæ, tum quia qualitas potest esse principium agendi, & quantitas non sine forma, tum quia qualitas est perfectio substantiæ. Nam substantiæ perfectæ per qualitates consequuntur fines suos scilicet per uirtutes Theologicas.

Item Cœlum est propinquius Deo, & incorruptibile, quòd homo, & tamen homo est simpliciter perfectior, quia propinquior Deo, ut intelligenti, quæ est nobilior perfectio.

Item à simili: Qualitas est substantiæ propinquior omni accidente, quæ est perfectio maior, quàm sit ratio informandi, in qua quantitas est sibi immediatior.

Ad primum dico, quòd sicut in quolibet genere est dare supremum, & medium non propter aliud extrinsecum, sed propter intrinsecum, ita est dare infimum. non ergo qualitas indiuiduatur intrinsecè per quātitatem. De hoc prolixius dicitur in secundo lib.

Lib. 2. dist. 3. q. de indiuiduatione.

Ad secundum dico, quòd esset sensibilis in potentia remota, quia forma quædam de natura sua corporalis, sed non in potentia propinqua, quia non habet motum requisitum ad sensationem.

Ad tertium dico, quòd esset de natura sua intrinseca, sed corporalis, quia nata informari corporea, & si non in actu extensa tamē extensibilis. Exemplum; Si Deus separaret à lapide omnem quantitatem, adhuc intrinsecè remaneret lapis, sicut prius.

Exemplum.

Ad quartum dico per idem, nam albedo repugnat non solum, quia extensa, immò principalius, quia albedo est formaliter albedo, & Angelus est Angelus.

Alia opinio dicit, quòd nullum accidens potest esse subiectum accidentis, & ideo in Eucharistia omne accidens est sine subiecto. Rationes istius opinionis sunt motæ ad principale.

Gotfredus pictauensis in 4. parte summæ in materia de Eucharistia.

CONTRA: Passio, quæ demonstratur de alio, in secundo modo dicendi per se, est in illo, in quo demonstratur, tanquam in subiecto. Sed in tota scientia Mathematica demonstrantur passiones de quantitatibus in secundo modo dicendi per se, ergo quantitas potest esse subiectum accidentis. Maior patet, quia subiectum, ut additum, ponitur in diffinitione passionis de ipso, non nisi ut est subiectum eius. Minor etiam patet, nam quantitas est subiectum in illa scientia, & patet, quòd illa scientia sunt uerissimę demonstrationes. ergo propriæ passiones demonstrantur de quantitate in secundo modo, nec minus uerè demonstraretur habere Triangulus tres angulos separato quadrangulo, immò magis uerè. ergo.

Subiectū duobus modis sumitur.

Ad quæstionem igitur dico, quòd subiectum accipitur dupliciter: Vno modo pro illo, quod ultimatè determinat dependentiam accidentis, & tale subiectum est sola substantia. Alio modo pro omni eo, quod aliquo modo determinat dependentiam accidentis, & hoc non ultimatè.

Et isto modo dico, quòd accidens potest esse subiectum accidentis, ut probat ratio contra secundam opinionem. Accipitur autem hic determinare dependentiam infortuitam ad differentiam relationis ad terminum. Dico etiam, quòd possibile est esse de accidentibus respectiuis, ut probatum est in quæstione præcedenti, sed de facto dico, quòd omnia accidentia sunt ibi sine subiecto secundo modo dicto. Dixi autem, quòd respectiua non potest esse sine subiecto, accipiendo subiectum primo, & secundo modo dictum.

Ad Argm principale sī̄ dico, idest ad authoritatē Arist. q. ibi Arist. capit ly, quia, concomitanter, & non causaliter; ita quòd est sensus: Vnum accidens non accidit alteri, nisi quomodo ambo accidunt uni tertio. Alio modo potest dici, quòd ipse loquitur ibi de accidentibus disperatis non subordinatis, sicut patet in exemplo suo de albo, & musico.

Ad confirmationem dico, quòd non est simile, quia substantia est simpliciter primum in ordine naturali, & prædicabili. Et ideo non habet prius se, cui accidat, sed non sic de accidentibus, ut patet, tamen bene concedo, quòd si esset aliquod accidens omnino ultimum nulli posset subesse.

Ad secundum dico, quòd est dare ibi medium. Dico enim, quòd relationi repugnat esse sine aliquo subiecto in quantum relatio accidentalis. Oportet enim quòd ibi habeat fundamentum, & subiectum suo modo. &c.

VTRVM ACCIDENTIA IN EVcharistia possint habere quamcunq; Actionem, quam poterant habere in subiecto.

Scotus 4. sent. dist. 12. q. 3.
D. Thomas 3. parte summæ q. 77. Arti. 3.
Ricardus 4. sent. dist. 12. q. 1. Art. 2.

Quæstio tertia.

TERTIO quæritur, Vtrum accidentia separata habeant eandem actionem sicut primo.

QVOD NON: Quia actiones sunt suppositorum primo Metaphysicæ, sed accidens separatum non potest esse suppositum. ergo nec agere.

CONTRA: Quia patet, quòd accidentia separata in Eucharistia moueant sensum; mouere autem est quoddam agere. ergo.

RESPONDEO, & dico secundum aliquos, quòd formæ naturales nō sunt immediatum principium actionum naturalium, quia agunt mediantibus formis accidentalibus, sicut mediantibus suis instrumentis. Vnde secundo de anima dicitur, quòd calor naturalis est, à quo anima agit, quia instrumentum non agit in propria uirtute, sed in uirtute principalis agentis. Ideo accidentia

D. Thomas 4. dist. 12. q. 1. in solutione principali secūdæ quæstiunculæ. Quære Varro ac q.

dentia agunt in uirtute substantiæ, cuius sunt instrumenta. Ita tamen, quòd accidentia, & instrumenta sunt immediatum principium agendi omnis actionis, quæ competit substantiæ, & non solum immediatè, respectu alterationis, immo etiam respectu generationis. non tamen ex hoc sequitur, quòd agant ultra suam speciem, quia non agunt in propria uirtute. Similiter etiam ex parte passi formalis substantialis; Vel substantia, non est immediatum passiuum, sed qualitates priuatinæ.

Tunc ad propositum dico, cum accidentia separata uirtute diuina sint eiusdem speciei, quando erunt coniuncta, sequitur, quòd eodem modo agant, & ita, ut dicunt, non solum possunt alterari, sed etiam attingere terminum generationis, nec oportet ponere propter hoc, quòd redeant ad substantiam panis, uel uini.

Contra istam opinionem tria sunt uidenda, quæ ponit ista opinio. Primum est, quòd forma substantialis naturalis non est immediatum principium alicuius actionis. Secundum, quòd accidens coniunctum substantiæ in uirtute substantiæ, cuius est instrumentum immediatè attingit terminum generationis substantiæ. Tertium, quòd idem potest accidens separatum.

Contra primum arguitur tripliciter: Primo sic: Quod est in potentia merè priuatiua respectu alicuius, est in potentia contradictionis 9.

9. met. t. 7 Met. sed subiectum respectu, & immediatè passionis, non est in potentia contradictionis, quia non potest esse sine ea, ergo subiectum substantiale respectu potentiæ, & immediatè passionis habet aliam causalitatem à causalitate materiali, sed nō formali, ut patet, nec de finali ut patet. ergo effectiua. ergo respectu eius esset immediatum principium. ergo forma substantialis naturalis est immediatum principium agendi.

Item quod est perfectionis in natura inferiori non est negandum à superiori, si sibi non repugnat; sed esse immediatum principium effectiuum est perfectionis in qualitate, quia propter hoc excedit in perfectione quantitatem secundum Commentatorem. ergo non est negandaista actiuitas à forma substātiali, quia excedit, & est superior ad qualitatem.

Item in generatione uniuoca genitū assimilatur generanti immediato principio formali agendi, & assimilatur in forma substantiali, quia alias generatio uniuoca non esset. ergo substantialis forma, in qua generant uniuocum assimilatur sibi genitum est immediatum. ergo.

Contra primam rationem arguitur sic: Si ratio esset bona, sequeretur, quod Triangulus accidentaliter haberet tres, & ita quantitas actionem agendi, quod est falsum.

Contra secundam sic: Si ratio esset bona materia substantialis posset habere actiones, quia est natura superior ad qualitatem.

Item sufficit sibi, q̄ sit mediatum principium.

Ad primam instantiam dico, quòd phylosophus loquitur ibi de potentia substantiali passiua, quæ est prima simpliciter, per hoc dat differentiam inter potentiam passiuam subiecti respectu formæ substantialis, & potentiam passiuam respectu accidentalis. Non enim est contradictoria respectu cuiuscunque formæ substantialis.

Ad secundum dico, quòd non est simile, eo quod materiæ repugnaret agere; sed formæ non, & ideo in ratione illa additur, si sibi non repugnat.

Ad tertiam dico, quòd etiam esse immediatum principium actionis dicit perfectionem, aliter non competerent Deo omnia secundum illam opinionem, nec est principium mediatum, nec immediatum, ut dicit in tertio dicto. Accidentia ita agunt separata, sicut coniuncta. Sed patet, quod substantia panis, quæ non manet, non agit nec mediatè, nec immediatè, quia quodlibet, quod debet agere, præsupponit esse. ergo.

Quō accidentia agunt separata sicut coniuncta.

Tunc contra secundum dictum opinionis arguo sic: Accidens agere in uirtute substantiæ, aut dicit aliquid positiuum additum ipsi formæ accidentali, aut non; Si sic; aut illud additum est respectus, aut non, si non; dicit aliquid absolutum, sed respectus tunc non ageret ex hoc plusquam ante, quia respectus non est principium agendi; Aut est aliquid absolutum, & tunc esset contra primum dictum opinionis, quia saltem respectu ipsius absoluti additi, forma substantialis erit immediatum principium actiuum, & productiuum. sed non dicit aliquid additum, hoc potest dupliciter intelligi, uel scilicet, quòd agere accidens dicatur agere in uirtute substantiæ pro eo, quòd est agens sibi subordinatum, ita quòd simpliciter coagit disponendo ad terminum generationis. & iste est uerus intellectus, sed ex hoc non sequitur, quòd accidens immediatè attingat terminum generationis, sed attingit immediatè terminum alterationis, & ipso mediante, attingit terminum generationis, & est præuia generatio, & ista secundum uerum intellectum formæ substantialis est immediatum principium illius actionis, quæ immediatè attingit terminum generationis, sed attingit immediatè terminum alterationis. & ipso mediante terminum generationis, & forma accidentalis est immediatum principium illius alterationis, quæ est præuia generatio, & mediatum respectu termini generationis, si non intelligatur, quòd nec sic, nec sic nihil est dictum, ut patet.

Respectus nō est principiū agendi.

Contra tertium dictum opinionis, arguo sic: Si accidens separatum habet aliquid additum, cum illud non sit substantia, uel nihil est imperfectius genito, quod est substantia; & patet, quòd est causa æquiuoca corporalis, quia accidens generans, & substantia genita non sunt eiusdem generationis, & patet etiam

Accidens generans, & subiecta genita non sunt eiusdem rationis

etiam, quòd essent, quod est impossibile. Consequentia patet, quia accidens separatum, quod habet additum, cum illud etiam sit substantia, uel nihil est imperfectius generato, quod est substantia, & patet etiam causa totalis, quòd nihil faceret ibi substantia, ac si esset anihilata. Falsitas consequentis patet, quia æquiuoca continet uirtualiter, & terminat effectum.

Ad quæstionem igitur dico duas conclusiones: Prima est, quòd accidentia separata possunt habere eandem actionem quam habebant coniuncta.

Secunda conclusio, quòd non possunt generare, & corrumpere substantiam.

Actio prior non dependet à posteriori. Primam probo, quia actio prior non dependet a posteriori, sed dictum supra cuius immediatũ principiũ est forma accidentalis est præuia ad actionem cuius immediatum principium est forma substantialis, ergo non requirit aliam actionẽ non etiam requirit necessario formam substantialem, uel subiectum, quia dictum est in præcedentibus, quòd actualis inhærentia præcedentis accidentis ad subiectum non est, nisi quidam respectus extrinsecus aduenicns realis, aut respectus non necessarius simpliciter ad hoc, ut forma substantialis agat.

Secunda conclusio patet ex improbatione tertii dicti primæ opinionis.

Sed contra istam secũdam opinionẽ arguitur sic: Si frigiditas, & caliditas essent in quãtitatibus separatis, & approximarẽtur, certũ esset, q una ageret in illa, & illa, q̃ præualeret totaliter corrũperet aliam, ergo pari ratione corrumperet eandem, si in eodem gradu esset in subiecto. Ponatur ergo, quòd frigiditas præualeret, sicut frigiditas in quãtitate separata à subiecto, ergo ignis posset esse in tali gradu, sed certum est, quòd corrupta calidita te ignis corrumperetur, & corruptio unius est generatio alterius. Dicit Scotus, quod si in tota substantia ignis esset anihilata, remaneret tota caliditas nõ posset ista caliditas corrumpere unam guttam aquæ, licet posset eam calefacere, & similiter si tota frigiditas aquæ maris esset separata nõ corrumperet similiam ignis.

Ad istam dico, quòd non est simile de caliditate separata, & igne. Nam quantitas nullum gradũ caliditatis determinat sibi, & ideo tota caliditas in quantitate separata posset corrumpi, sed ignis, licet non determinet sibi supremum gradum caliditatis, tamen determinat sibi aliquem gradum. & licet frigiditas separata posset caliditatem ignis diminuere, non tamen posset eam corrumpere. Et dicas, quòd saltem posset caliditatem in ligno totaliter corrumpere, quia lignum non determinat sibi aliquem gradum caliditatis concedo, sed ex hoc corrumperet substantiam ligni.

Ad argumentum principale dico, quòd de facto secundum naturam actiones sunt suppositorum, ut argumentum, sed de possibili apud Deũ non ita necessaria, non quidem, quòd uelim dicere, quòd oporteat Deum facere aliquod miraculum, nisi solum separare accidens, & manu tenere eum sic separatum.

Opinio domini Aureoli. Hic potes notare opinionem Aureoli, qui dicit, quòd accidentia dicuntur agere in uirtute substantiæ, quia sic uirtus substantiæ, & hoc accidit ex imperfectione substatiæ creatæ, quòd eius uirtus non sit substantialis, sicut in Deo, sed accidentalis. Scotiza.

AN OMNIS TRANSMVTATIO QVAE potest causari ab agente creato circa accidentia in eucharistia manente, necessario requirat eandem quantitatem manere.

Scotus 4. sent. dist. 12. q. 4.
D. Thomas 3. parte summæ q. 77. Art. 4.
Ricardus 4. sent. dist. 12. q. 2. Art. 2.

Quæstio quarta.

Qvarto quæritur, Vtrum accidentia in eucharistia possint corrumpi ab aliquo agente creato.

Qvod non: In omni transmutatione ab agente causata requiritur aliquod subiectum commune manens in utroque termino transmutationis; ex tertio physicorum motus est actus entis in potentia, & ex sexto physicorum, quòd transmutatio aliter se habet nunc, quàm prius. Sed si corrumperentur illa accidentia nihil maneret ibi commune, ut patet, quia nec materia cum non sit ibi, nec quantitas, quæ dicitur esse subiectum respectu aliorum accidentium. Ita quàm saltem quantitas non potest transmutari.

Item si corrumperetur, aut caderet in nihil; & hoc non, quia ex non substantia non fit substantia, aut in accidentia, & hoc non, quia agens naturales tunc faceret accidentia sine subiecto.

Item Boetius dicit, quòd forma simplex subiectum esse non potest, sed ista accidentia sunt simplicia, ergo non possunt esse subiectum transmutationis. Libro de tri.

Item 7. Metaphysicæ quicquid corrumpitur corrumpitur propter materiam, sed hic non est materia, ergo. 7. met. cõtex.

Contra: Ad sensum patet, quòd istæ species à Sacerdote diuiduntur dum masticantur, & possunt ab igne comburi, uel corrumpi.

Respondeo, & dico, quòd ista accidentia separata habent diuina uirtute esse quoddam conforme esse subsistentiæ, quod habet naturaliter substantia panis cum eis, & ideo à creatis agentibus, & eisdem modis possunt D. Thomas ſ sent. dist. Artic. 2. in solutione principali tertiæ quæstiũculæ

terminari, & comedi, & corrumpi tunc, sicut ante.

CONTRA: Esse subsistentiæ, quod habet substantia panis, concernebat aliquod positiuum. s. ipsam substantiam, sed modo accidentia per separationem non acquirunt aliquod positiuum, Immò amittunt respectum actualis inhærentiæ, & acquirit negationem oppositam: ergo non est conforme istud subsistere illi ubi in negatione, sed illud positiuũ. s. panis aliquid faciebat ibi nec suppletur ibi propter aliquid positiuum correspõdens, ergo illa ratio non concludit.

Ad quæstionem igitur dico, quòd tria sunt uidenda. Primo, Vtrum ab agente creato possint illa accidentia aliquo modo transmutari.

Secundo, quæ transmutatio tollit esse corpus Christi, & quæ non.

Tertio si accidentia corrumpãt, quid fit de eis, quomodo subsistantur.

DE primo dico, quòd sic. Ratio est, quia agens creatum, & non impeditum, & sufficienter dispositum potest transmutare passum approximatum & sibi proportionatum, sed patet, quòd multa agentia sunt talia, & patet, quòd istæ species possunt isti agenti approximari. Sed nunc probo, ꝙ est passum sibi approximatum, quia est quoddã quãtũ extensum informatũ, qualitatibus actiuis, & passiuis. Si dicas, quòd nullum est naturale, & proportionatũ sine materia patebit quãdo soluẽtur authoritates phylosophi 7. Met. adductas ad principale.

DE secundo dico, quòd ut ex fide tenemus Deus sic instituit hoc sacramentum, quòd post uerba consecrationis esset ibi corpus Christi loco substantiæ panis, uel uini hoc excepto, quòd non informaretur ab accidentibus istis, sicut informabatur substantia panis, & uini.

Tunc dico, quòd omnis transmutatio facta in accidentibus, quæ non tollit, quòd accidentia nõ remaneant apta nata informare naturaliter substantiam, quam primò informabant non facit desinere esse ibi corpus Christi. Omnis autem trãsmutatio sic intensa, quæ sic uariat naturam istarũ accidentium, quòd non manent naturaliter apta informare substantiam, quæ primo informabatur facit desinere esse ibi corpus Christi. Hæc aũt nõ possunt aliter probari nisi, quia Christus sic instituit. Patet autem, quòd multæ transmutationes possunt fieri circa ea, quæ non uariant ipsa. Ita ꝙ non remaneant apta nata informare substãtiam, quam primo informabant. Possunt enim illæ species diuidi, contrahi, obliquari, mollificari, indurari, dilatari, magis, uel minus mutari secundum locũ, & alia & huiusmodi, quæ omnia possunt fieri sicut temperatæ, & remissæ, quòd non uariant ea. Possunt autem comburi in cineres, uel in aliquod aliud diuidi in sic minutas partes, quòd nõ posset remanere quantitas sufficiens pro substantia panis, uel uini.

DE tertio dicit Innocen. de officio Missæ, ꝙ quando ista accidentia corrumpuntur, uel debẽt corrumpi per agẽs naturale, substantia redit, nec ẽs hoc fit nouum miraculum, sed secundum antiquam Dei institutionem fit, quia ab æterno instituit, quòd accidentia non essent sine subiecto nisi in Eucharistia. ergo statim, quòd illa accidentia in tantum alterantur, quòd desinat ibi esse corpus Christi, substantia redit, in qua substentantur accidentia.

CONTRA: Aut redit ante ultimum instans, in quo accidentia corrumpuntur, aut in eodem instanti; Si ante, ergo desinit ibi esse corpus Christi antequam accidentia corrumpantur: Si simul in eodem instanti erit ibi panis, uel alia substantia, quæ redit, quàm corpus Christi, quorum utrumque est inconueniens. si autem tunc ponatur redire principaliter ad hoc, ut ex ea aliquid posset generari, sequitur quòd substantia, quæ redit, simul erit, & non erit substantia. Nam quando redit ponitur esse, & tamen oportet dicere, quòd non est, quia qñ substãtia corrũpitur, & de ea alia generatur, non est. Si quis uellet substinere hanc opinionem, posset dicere redit ante ultimũ instans corruptionis accidentium, nec erit simul cum corpore christi, quia potest dici, quòd corpus christi desinit esse ibi statim, quòd accidentia tantũ transmutantur, quòd non sunt apta nata ad mittẽdum, & tunc redit substantia, & hoc uidetur conueniens, quòd tunc desinat ibi esse corpus christi, quia illa accidentia non figurant nutrimẽtum spirituale.

ALITER modo posset dici, ꝙ forte non redit, ut extrinseca generetur aliud, sed ut in ea subsistentur accidentia, quæ etiam illis corruptis generantur; & tunc diceretur, quòd in ultimo instanti non redit substantia, quę prius fuit, sed de nouo inducitur substantia noua, cui conueniunt accidẽtia generata.

ALIA opinio dicit, quòd redit sola materia, ut ratione ipsius possunt ibi saluari transmutationes naturales, & de ipsa potentia sic generari substantia.

CONTRA: Si redit ante ultimum instans corruptionis accidentium, erit ibi materia sine substantiali esse, quod non potest esse sine nouo miraculo, sed miracula nõ sunt ponenda sine necessitate. Si in ultimo instanti, frustra redit, quia de potentia materiæ nõ educitur forma naturalis, nisi prius transmutetur.

ALIA opinio dicit, quòd substantia, quæ de istis speciebus corruptis generatur naturaliter, educitur de istis dimensionibus, quę sunt ibi, quia ut dicit quantum extensum informatum qualitatibus actiuis, ut passiuis, est proportionatum passum naturale. ergo per agẽs naturale posset educi de ea omnis forma, quam ipsum agens continet in uirtute.

CONTRA: Sequeretur, quòd ex non substantia fieret substãtia, immo ex quantitate fieret quãtitas & substantia.

Item sequeretur, quòd forma pertinens ad primum genus informatum haberet possibile potentioris generis.

Item, quòd illud genitum non esset per se, sed

patet,

patet, quòd omnis ista sunt absurda. ergo.

Alia opinio dicit, quòd in trasubstantiatione ipsis accidentibus remanentibus imprimitur per creationem quoddam purum possibile consimilé illi potentiæ, quæ in materia esse dicitur secundũ istam opinionem, & sic per istud purum possibile saluat ibi ista opinio omnem transubstantiatiónem naturalem, & generationem alterius substãtiæ, ac si esset ibi substantia panis, & uini.

Contra: istud purum possibile est argutum secundo libro.

Dico igitur, quòd propter omnem transmutationem factam circa species consecratas non tollitur Eucharistia. Quædam enim transmutationes stant cum Eucharistia, ut ex secundo Art. quęstionis patet, & istæ non requirunt, quòd aliqua substantia redeat, quia habent debitum subiectũ, ut patet ibi, nec etiam redit de facto, quia tunc simul essent ibi corpus Christi, & aliqua substãtia, quod non conceditur. Quædam uero tollunt eucharistiam, & istarum quædam non tollunt identitatem quantitatis, sed conseruant.

Exemplum: Dato, quòd in illis dimẽsionibus induceret calor ignis in tanto gradu, quòd repugnaret species panis, uel uini.

Tunc dico, quòd non maneret Eucharistia, quia non consistit in sola quantitate, sed in aliis accidentibus, quæ ibi corrumperentur per calorem, & tales transmutationes non requirunt de se aliquam substantiam redire, quia habent subiectũ scilicet quantitatem, quæ ponitur manere, & esset ibi quantum calidum, redit et tamen de substãtia de facto cum ibi non esset Eucharistia, quia Deus sic instituit, quòd nunquam essent accidentia sine subiecto nisi in Eucharistia. Quædam nõ seruant, sed corrumpunt quantitatem, & omnia alia accidentia, & ista requiritur, quòd substantia redeat tum, ut accidentia ex illis generata habeãt subiectum, in quo sint tum etiam quia in ultimo istanti corruptionis, ista transmutatio non est sine subiecto, nec redit, ita ut corrumpatur alia substantia & generetur, quia non est transubstantialis, sed accidentalia. Et ideo dico, quòd ex illis accidentibus nulla substantia generatur, nec est ibi aliqua naturalis generatio, uel corruptio substantiæ, sed est noua productio nouæ substantiæ illius scilicet substãtiæ, quæ est apta nata perfici, & officii illis accidentibus de alii generatis. Et dico, ꝙ quandocunque ponitur substantia redire, redit in ultimo instanti, in quo desinit ibi esse corpus Christi.

Dico secundo, quòd ista substantia est composita, & non solum sola materia. Dico etiam, ꝙ ista relatio non fit uirtute naturali, quia nullum agens naturale potest producere compositum, nisi de materia primo naturaliter transmutata redit. ergo uirtute diuina. Et si dicatur: Per creationem nullum inconueniens est, quia talis creatio non est superflua, nec in omnibus istis est nisi unum totale nouum miraculum scilicet institutum diuinum, à principio enim Deus sic instituit.

Tunc ad argumenta. Ad primum dico, quòd non est de essentia motus, quòd non habeat subiectum manens idem cum toto, licet idem sit secundum naturam. Unde sufficit, quòd tota trasmutatio quantitatis fiat in quantitate, dũ manet. Ita ꝙ istud subiectum sufficit sibi sic in ultimo instanti corruptionis quantitatis, redit substantia, nec trãsmutatio maneat sine subiecto, & quãtum ad hoc non est naturalis.

Ad secundum dico, quòd ex illis accidentibus corruptionis generantur alia, & alia accidentia, uel cõtraria, uel disperata, & alterius gradus, nec sunt sine subiecto, quia redit substantia.

Ad tertium dico, quòd loquitur de forma, quę est simpliciter purus actus, unde explicatur de Deo.

Ad quartũ dico, ꝙ apud Arist. nihil poterat corrumpi, nisi cuius aliqua pars remaneret post corruptionem; nec generari, nisi cuius aliqua pars præesset, & ideo posuit materiam in omni generabili, & corruptibili; & ratio huius, erat, quia ipse ponebat ordinem causarum simpliciter necessariò, sed ipse concessisset, quòd potuisset transmutari, & corrumpi, non enim dixisset, quòd esset idem accidens, quod primo, sed apud eum accidens erat impossibile sic esse: &c.

DISTINCTIO XIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XIII.

Quæritur,

UTRUM SOLA ACTIONE DIUINA possit confici corpus Christi.

Scotus 4. sent. dist. 13. q. 1.

Quæstio prima.

Circa distinct. decimam tertiam quæritur, Utrum eucharistia possit confici sola actione diuina.

Quod sic: Quia natura potuit formare corpus Christi in esse naturalis. ergo potest ipsum producere secundum esse sacramentale. Antecedẽs patet, quia, producit, & format alia corpora eiusdẽ rationis in matrice mulieris: Consequentia patet, quia esse sacramentale non est perfectius suo esse naturali.

Contra id sunt Authoritates in littera.

Respondeo secundum ꝙ Scotus dicit hic ualde multa. Sed omitto, & alibi reseruo, quia nõ uidentur esse ad propositum directa.

Primo igitur uidendum est, Utrum actione diuina. Secundo Utrum actione agentis creati, ut principaliter agentis. Tertio, Utrum actio eius, ut instrumentaliter agentis.

De primo patet, quòd fuit de facto in cœna Domini, tum etiam, quia quicquid potest mediante causa secunda potest per se.

De secundo uidetur, quòd sic, quia nulla actio cuius formale principium actiuum non est for-

maliter infinitum.ergo.Probo minorem:Formale principium actiuum, ideo omnium actionum ad extra est sua uoluntas, sed ipsa non uidetur esse formaliter infinita, quia si sic, contineret omnem perfectionem, quia infinitum est cui non potest fieri additio, & tunc esset pelagus infinitæ substantiæ, sed sola essentia est ipse pelagus secundum Damascenum. Dico, quòd non potest; Ratio tacta fuit supra in isto tractatu. Nam istam conuersionem non potest nisi agens, cuius uirtuti actiuæ totaliter subest esse, & non esse utriusque extremi. sed nullum agens creatum est tale, quòd in sua actione nō præsupponat esse materiale.ergo.

Lib. 1. cap. 9.

Ad instantiam neganda est minor. Ad probationem maior est concedenda, sed minor est neganda. Nam si uoluntas diuina non esset formaliter infinita, nō diceret perfectiorem simpliciter.

Infinitas in diuinis duobus modis pōt intelligi.

Tunc ad propositum dico, quòd infinitas in diuinis potest dupliciter intelligi. Vna quasi extensiua, Alia quasi intensiua, & ista secunda dicitur, uel fundamentaliter, uel formaliter tantum. Tūc dico, quòd infinitas prima, scilicet extensiua non est in diuinis formaliter. Omnia enim, quæ sunt in Deo, non sunt infinita numero.s.notiones, personæ, relationes, perfectiones attributales, & alia huiusmodi. Infinitas autem fundamentalis, & formalis simul est in sola essentia, & ideo secundum Damascenum appellatur radix, & fundamentum omnis infinitatis formalis cuiuscunque attributalis perfectionis, à qua radice quodlibet attributū habet suam infinitatem formalem. Infinitas autem intensiua solum formaliter est in uoluntate, & in quolibet attributo.

D.Thomas ubi supra art. 3.I solutione principali.

De tertio uidetur, quòd sic, quia secundum aliquos instrumentum substantiæ producit substantiam, ergo creatura, ut instrumentum dici potest conuertere substantiam in substantiam. Consequentia probatur, quia actio mensuratur à termino, sed terminus, qui est substantia plus distat ab accidente, quod est principium instrumentale istius actionis, quàm terminus conuersionis à creatura.ergo si accidens potest esse principium instrumentale istius actionis, sequitur, quòd creatura possit esse principium instrumentale conuersionis.

Instrumentū multis modis accipitur dist. 1.& 12.& dis. 6.

Dico, quòd instrumentum accipitur multipliciter, ut patuit supra distinct. prima. Accipiendo igitur instrumentum pro formali principio actionis; dico, quòd nulla creatura potest esse instrumentum istius conuersionis, & ad hoc sufficit ratio pro secundo Artic. facta, nā omnis actio creaturæ supponit materiam, in ista autem conuersione conuertitur materia.

Ad instantiam negatur antecedens, contra quod antecedens argutum fuit supra. Potest etiā negari consequentia, quia illa actio ex modo suo non est super naturaliter, sicut ista.

Ad argumentum principale dico, quòd antecedens non est uerum simpliciter. non. n. natura potuisset formare corpus Christi eo modo, quo formatum fuit à Spiritu sancto to u n simul ex sanguinibus Virginis Mariæ. Consequentia tamē non ualet, quia ex suo mō ista est supernaturalis. Dico, quòd Sacerdos est aliquomodo instrumentum in ista conuersione ex ista institutione, sicut & in aliis sacramentis dicuntur Ministri. Instrumentum dico, non quidem, quòd Sacerdos per suam actionem attingat terminum istius conuersionis, nisi quia ex Dei pacto, & dictis uerbis à Sacerdote super materia debita cum debita intentione Deus sua propria actione conuertit.&c.

AN QVILIBET SACERDOS POSsit conficere eucharistiam.

Seraphicus Bona.4.sent.dist.13.q.1.Art.1.
Scotus 4.sent.dist.13.q.2.
D.Thomas 3.parte summæ.q.82.Art.1.
Ricardus 4.sent.dist.13.q.1.Art.1.
Durandus 4.sen.dist.13.q.1.

Quæstio secunda.

SECVNDO quæritur, An Eucharistia possit ministerialiter confici à solis Sacerdotibus.

RESPONDEO, & dico primo, quòd solus Sacerdos potest conficere. Quod patet per illud de summa Trin.& fide catholica, ubi de Eucharistia dicitur sic: Hoc conficere sacramentum nemo potest conficere nisi Sacerdos, qui fuerit ritè ordinatus secundum claues Ecclesiæ, sed unde hoc habuit Ecclesia ex scriptura dico, quòd ex uerbo Christi p Matthæū: Hoc quotienscunq; feceritis &c. loquitur ibi Apostolis, & Discipulis, sed Apostolis succedunt in Ecclesia soli Episcopi, & Discipulis soli Sacerdotes, sicut habetur in nouo testamento.

Cap.firmiter.

Matth.ca. 25.

SECVNDO uidendum est, Vtrum omnis Sacerdos possit conficere, ubi sciendum, quòd de posse dupliciter possumus loqui, Vno modo absolutè, & simpliciter. Alio modo ordinate, plura. n. requiruntur ad posse ordinatè, ut patebit, quàm ad posse simpliciter, & absolutè. Loquendo de posse simpliciter, dico, quòd primo requiritur præcisè materia debita, & ex per se Ministri. Secundo. s. character sacerdotalis, q possit proferre uerba, & quòd habeat Intentionem debitam. Duæ conditiones ultimæ sunt cōmunes in Ministro istius sacramenti, & aliorum, ubi requiritur Minister. Sed prima conditio est propria huic per secundā conditionem, per aliam conditionem excluduntur muius, & alii huiusmodi, & omnis non potens uti ratione, & per istas duas conditiones simul excluditur omnis natura non intellectualis; per primā excluditur Angelus, Mulieres, & huiusmodi multi homines propter aliquas causas speciales. Deus enim sic instituit, q soli Sacerdotes possint conficere.

Duobus modis potest intelligi posse conficere.

Vide D. Thoma n.3. parte summę.q.82. Art.1.

Sed nunquid Sacerdos degradatus, uel excommunicatus, uel irregularis, uel prohibitus, uel alii huiusmodi possint conficere? Loquendo de potentia absoluta, & simpliciter, communiter dicitur, quod sic, quia habet alias duas conditiones, &

habet

Vide Ricardū in 4. dist. 13. Art. 2. q. 1.

habet materiam debitam, & aptam. Ratio est, quia caracter sacerdotalis ex diuina institutione indelebilis est, & tunc oportet conuertere regulam illam: Plura requiruntur ad construendum, quàm ad destruendum. Immò in proposito erit è conuerso.

7. Thop.c.c.3 & 9.

Verum est, quòd caracter imprimitur à Deo principaliter, & ab Episcopo solum instrumentaliter. Deus enim bene potest delere eum, si uult. Et si arguatur, quòd Sacerdos prohibitus non potest absoluere, ergo non potest conficere; Dico, quod non est simile, quia potentia cōficiendi immediatè fundatur super caracterem, sed non sic potentia absoluendi, ut dicetur suo loco.

Episcopos cū sit causa ministerial scha racteris, non potest eum aferre.

An sacerdos Hæreticus possit conficere sacramenta.

Dico etiam, quòd si Sacerdos scismaticus, uel hæreticus, qui erret circa Eucharistiam causa nihil esse arbitretur, si tamen super debitam materiam proferret uerba debita cum intentione faciendi quod Christus instituit, & quod ecclesia facit, non obstante, quòd in particulari crederet, quòd nihil inde fieret; adhuc tamen uerè conficeret; non est alia ratio, nisi quòd Christus sic instituit, quia quandocunque dicerentur uerba. &c. ita quòd Christus noluit uenire contra pactum firmatum cum Ecclesia. Loquendo autem de posse ordinate, dico, quòd ad posse ordinatè conficere hostiam requiruntur omnia prædicta, quæ requiruntur ad posse simpliciter, & multò plura, ista autem plura possunt ad tria reduci, quia respiciunt Ministrum, uel locum, uel tempus & de his tribus est hic agendum.

Respicientia ministrum sunt in duplici differentia, uel quia sunt amotio impedimentorum, uel approximatio idoneorum. Impedimenta, uel sunt culpa, uel pœna, uel neutrum de primo impedimento scilicet culpę dictum est supra omnis culpa mentalis tollitur ordinatè posse conficere, & distinguendum sicut dictum est ibi.

Dist. 8. q. 3.

Impedimenta uerò, quæ non sunt nec culpa, nec pœna, sicut est ieiunium naturę. &c. quomodo tollitur ordinate posse conficere, & quomodo non, dictum est ibidem.

Impedimenta autem quæ sunt pœna, uel sunt naturalia, uel à iure naturali. Impedimenta naturalia sunt multa, quæ tollunt posse ordinatè conficere, quæ ponunt in canone, ut sunt notabiles infirmitates sicut lepra, & huiusmodi, sicut etiam abscissio manus, uel policis & huiusmodi & hoc est rationabiliter institutum propter reuerentiā sacramenti & lenones & tales prohibebātur à seruitiis diuini Ministerii.

Dist. 25. & extra de corpore uitiatis.

Pœnæ autem à iure impositæ, quæ impediūt ordinatè posse conficere; multæ sunt, ut irregularitas, degradatio, excommunicatio, maior suspēsio ab executione ordinum prohibitio sui superioris. Ita tollunt ordinatè posse conficere, etiam si sint sine culpa, sicut unque esse possunt.

Pœnæ quę impediunt conficere sacramentum.

Appositio idoneorum propter caracterem sacerdotalem sunt ornamenta, quæ debent sacramentis, & non alijs usibus applicari, ut totum habetur de consecrat. Vestimenta. Quę autem sint ista, exponit Innocentius de officio Missæ, dicit, quòd, sunt sex, quæ debent cōsecrari, & benedici scilicet Amictus, Alba, Cingulum, Stola, Manipulus, & Planeta. Siquis celebraret sine aliquo istorum, peccaret mortaliter nisi sufficiens ignorantia eum excuset. Requiritur etiam ex parte Ministri ad posse ordinatè conficere, quòd non solū dicat uerba sacramentalia, sed etiam omnia alia, quæ in Missali continentur, uel ordinantur.

Dist. 2. De officio missæ parte prima ca. 10.

Requisita uero respicientia locum ad posse ordinatè conficere sunt, uel amotio impedimentorum, uel appositio idoneorum, potest autem distingui locus in locum proprie dictum, & in uas, quod est locus mobilis secundum phylosophum 4. physic. Impedimentum autem, quod est amouendum à loco proprie dicto est, quòd non sit interdictus, nullus enim debet celebrare in Ecclesia, uel loco interdicto, ut habetur ubi supra. Appositio cōueniētiū est, quod locus sit cōsecratus, ut hētur de Cōsecrat. sicut loca consecrata, sunt Ecclesiæ chatedrales, uel collegiatæ, & parochiales, regulariter loquendo. Oratoria autē consecrata haberi non possunt nisi de licentia Episcopi. Dē hoc habetur de Consecrat. Sunt autem casus, in quibus licet celebrare alibi, quàm in loco consacrato, ut habetur, ubi supra concedimus. Casus autem sunt hi itenerantes, qui nec possunt commode ad Ecclesiam accedere, ut nauigantes, & alii huiusmodi. Et, quòd tales possint, patet, quia præceptum Decalogi de sāctificatione sabbati interpretatur Ecclesia, quod quilibet Christianus audiat missam diebus dominicis, ut habetur de Consecrat. non ergo prætermittendum est istud præceptum propter absentiam loci consecrati.

4. phys. cont. 41. & circiter.

Dist. 1. sicut.

Dist. 1.

Exodi ca. 20. & 23. & de ut ca. 5. & alibi sepe.

Dist. 1. missas

Item si Ecclesiæ in aliqua parte essent destructæ, uel haberent aliquod impedimentū, uel alia huiusmodi.

Item quod priuilegiati de oratorijs non consacratis, sunt fratres minores, & prædicatores, ut habetur extra de priuilegiis & excessibus prælatorum in his, & quicunque alii licentiati.

Vasa autem propinqua, sunt calix, & patena, quæ debent esse argentea, uel aurea, uel stamnea, ubi paupertas cogit, ut habetur de consecrat. Calix, & patena non possunt esse de auricalco, uel alio metallo ex his tribus propter rubiginem, nec ex ære propter imbibitionem, nec de nitro, propter suam fragilitatem, nec de aliqua materia ex dictis, ut habetur de Consecratione. Vas magis rectum est altare, quod debet esse lapideum, & consecratum, ut habetur de Consecratione. Debet esse ibidem lumē extra de Celebratione Missarum. Debēt etiam esse ibi corporalia, & omnia alia ornamenta.

Dist. 1. Calex domini.

Dist. 1. Altaria prima.

Ex parte temporis sciendum, quòd debita hora celebrandi est à principio auroræ usque ad nonam, in diebus ieiuniorum Ecclesiæ maxime extenditur usque ad nonam. Hora autem alia non est debita, nisi in natiuitate Domini, & in Sabbato sancto, ut Missarum solemnia consueuerunt celebrari circa principium noctis, diei resurrectionis. Vnde in benedictione cerei tangitur hæc noxe. Ista probatur de Consecratione. Nocte sancta natiuitatis Domini. Vltimo dico, quòd oportet celebrantem.

Quo tempore debeant celebrari missa

Dist. 1. nocte

de unus articulus fidei dicit: Credo remiſſionem peccatorum.

Secundū patet, quia ſola uoluntas diuina obligauit. ergo a ſolo Deo deletur.

Quid ſit obligare ad pœnā. Pœna eſt ordinatiua culpæ. accipitur à Boetio lib. 4. de cōſolatione, proſa. 4.

Tertium patet, quia hunc obligare ad pœnam eſt uelle punire eum. ergo non tollitur obligatio, niſi ſequatur punitio debita, uel aliquid æquiualens in acceptatione diuina, quæ cum obligauit, & uoluit, quòd puniretur, nec poteſt mutari, nec ſeparari, non tamen intelligo, quòd eſſet contradictio Deum remittere obligationem abſque illa punitione, uel aliquo equiualenti, quia cum remittere obligationē, & exigere punitionem, ſunt ſicut quædam duo diſtincta, & non eſt contradictio, unum poni ſine alio. Vnde poſſet Deus de potentia abſoluta unum ab alio ſeparare. De potentia autem ordinata, ſecūdum quòd diuina ſubſtantia ordinauit, obligatio non remittitur ſine punitione, uel æquiualenti, quo ſatisfiat.

De potētia ordinaria obligatio non remittitur ſine punitione.

De tertio dico, quòd nulla punitio eſt pœnitentialis, ideſt tollit obligationem debitam pro culpa actuali, niſi aliquo modo ſit uoluntaria. Hoc probo, quia tale peccatum fuit uolūtarium, quia ſecundum D. Auguſtinum. Peccatum adeo eſt uoluntarium, quia ſi non ſit uoluntarium, non eſt peccatum. ergo punitio, quæ tollit obligationem debitam pro tali peccato, debet eſſe aliquomodo uoluntaria, & de hoc dico de congruo loquendo de potentia Dei ordinata.

De uera religione & ponitur ſecundo libro retractationum.

Corollarium.

Ex hoc ſequitur corollarium, ꝙ punitio tollēs obligationē à punitione, quę non tollit obligationē, nō diſtinguitē per maioritatē, & minoritatē extenſiuam, uel intenſiuam, quia damnati ſubſtinēt pro peccatis maiorem pœnam, & punitionem intenſiuè, & extenſiuè, quam uiatores, & non tollit obligationē, ſed diſtinguitur per eſſe magis, uel minus uoluntaria.

Qūo aliqua pena poſſit eſſe uoluntaria.

Sed eſt hic difficultas, quomodo aliqua pœna poſſit eſſe uolūtaria. Nam cum omne peccatum actuale, ut dictum eſt, ſit uoluntarium, uidetur, ꝙ omnis punitio pro eo ſit inuoluntaria. Dico, ꝙ cum uoluntas ſit potentia libera, & ratio naturalis, & potentiæ rationales ualeant ad oppoſita, naturales autem non, & per cōſequens poſſit ad cōtradictoria, non eſt inconueniens, quòd in uno tempore uelit peccare, & pro alio tempore uelit pœnitere pro illo peccato. Eſto autem, quòd punitio poſſit eſſe uoluntaria. Videtur uno modo, quòd ſit ab aliquo cauſata, quam tamen uoluntas patienter ſubſtinet, non remurmurando. Alio modo, quòd ipſam terminat & ad hoc dicitur, ꝙ ſic directè, & per ſe dolendo de peccato commiſſo, & ex hoc cauſando in ſe triſtitiam. Secundus modus addit ſuper peccatum de ratione uoluntarii, ut patet. 3. ſuper ſecundum in primo modo, & ſecundo modo, Triſtitia eſt ſolum obiectū uolitionis. In tertio modo eſt tantum effectus. Et in quarto eſt obiectum effectus, utraque tamen punitio eſt uoluntaria, quòd poteſt eſſe ſatiſfactoria pro obligatione debita pro peccato, & cōcurrentibus aliis neceſſariis ſcilicet contritione, & confeſſione, loco, & tempore; Tamen cæteris

Speculatio ſubtiliſſima.

paribus, ſecunda pluſquam prima, & tertia pluſquam ſecunda, & quarta minus, quàm tertia.

Ad rationem principalem in contrarium patet ſolutio ex dictis in primo Articulo, quòd licet tranſeat actus, & priuatio rectitudinis in eo, per conſequens manet tamē obligatio, & reatus. &c.

VTRVM ACTVS POENITENTIS requiſitus ad deletionem peccati mortalis ſit actus alicuius uirtutis.

Scotus 4. ſent. diſt. 14. q. 2.
D. Thomas 3. parte ſumma 85. Art. 3.
Ricardus 4. ſent. diſt. 14. q. 2. Art. 2.

Quæſtio ſecunda.

SECVNDO quæritur, Vtrum actus pœnitendi requiſitus ad deletionem obligationis, quę remanet pro peccato mortali ſit actus alicuius uirtutis.

QVOD nōn: Actus pœnitendi eſt paſſio. ergo non eſt actus alicuius uirtutis. Antecedens patet, quia punitio, uel pœna eſt paſſio. ergo & pœnitētia per locū à coniugatis, ſicut à ſimili delectatio eſt paſſio. ergo delectari eſt pati. Conſequentia probatur, quia uirtutibus laudamur ex ſecundo Ethicorum. Paſſionibus autem non laudamur ex eodem ſecundo. *2. Ethic. ca. 5*

Pręterea pœnitentia nō eſt uirtus, igitur actus pœnitendi non eſt actus alicuius uirtutis. Antecedens patet, quia pœnitentia eſt ſacramentum. ergo non eſt uirtus. Secundo, quia nulla uirtus præſuppouit eſſe, uel fuiſſe in uirtuoſo. Vnde Ariſt. 4. Ethic. negat uerecundiam eſſe uirtutem. *4. Ethic. c. ult.*

Præterea uirtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimum; pœnitentia autem eſt diſpoſitio imperfecti ad perfectum. ergo non eſt uirtus.

Item uirtus eſt circa bonum, & difficile; pœnitentia autem circa peccatum, quod eſt malum. ergo non eſt uirtus. Antecedens patet, & eſt Ariſt. ſecundo ethic. *2 Ethic. ca. 3.*

CONTRA id eſt Magiſter in littera. *Diſt. 14.*

RESPONDEO, & primo uidendum eſt, Vtrum pęnitere ſit actus alicuius uirtutis. Secundo cuius uirtutis. Tertio cuius potentię. Quarto mouebo quædam dubia, & reſpondebo de ipſa pœnitentia. Quinto reſpondebo ad principale.

De primo dico, quòd ſic ratio eſt, quia omnis actus, qui poteſt eſſe conformis rectæ rationi, poteſt eſſe actus alicuius uirtutis, ſed pœnitere poteſt eſſe talis actus. ergo. Maior patet ex diffinitione actus uirtuoſi. Minor probatur: Nam omnis iuſtus Legislator poteſt iuſtè punire ſecundū rectam rationem tranſgreſſorem ſuæ legis. Vnde phyloſophus in fine libri Ethico. poſita doctrina de uitiis, & uirtutibus; ſtatim introducit legē poſitiuam, tanquam ultricem uitiorum, & remuneratricem uirtutum. Sed ſi Legislator iuſtè iudicat ſecundum rectam rationem, Miniſter iuſtitiæ exequitur etiam ſecundum rectam rationem. Nam ipſe uoluit, quòd rectitudo in actu ſubminiſtrantis eſt *10. Ethi. c. ult.*

tis eſt

tis est ex conformitate ad actum superioris, cui subministrat. ergo Minister, ut Minister, potest punire rectè, & secundum rectam rationem peccatum commissum contra legem Legislatoris, cuius est Minister. Sed quilibet est Minister Dei ad puniendum in seipso peccatum commissum contra Deum. Vnde dicitur Matt. Pœnitentiam agite. &c. Pœnitere autem est punitio peccati ex precedenti quæstione. ergo pœnitere est actus alicuius uirtutis, ex quo potest esse conformis rectę rationi. & actui superioris agentis, qui obliquè agere non potest.

Matth. cap. 3.

Pęnitere qd sit nisi punitio peccati.

De secũdo dico, ꝙ pœnitere est actus uirtutis scilicet. Iustitiæ, ut patebit. Vnde sciendum est, ꝙ pœnitere non est aliud formaliter, nisi quoddam imperare intellectui, ut recogitet peccatum commissum, & uoluntati, ut detestetur illud peccatum recogitatum, non enim uoluntas potest detestari peccatum, nisi uirtualiter recogitatum.

Pęnitere est actus uirtutis

1. conclusio.

TVNC pono quinque conclusiones principales; Prima est, quòd pœnitere est actus specialis uirtutis Hoc patet, quia habet speciale obiectũ. s. peccatum, & habet speciales circunstantias, ut patet. Nam requiritur recogitatio ex parte intellectus, & detestatio ex parte uoluntatis de peccato, ut est offensa Dei expiabilis, & delebilis per pœnam, & punitionem.

2. conclusio.

SECVNDA est, quòd non est actus alicuius uirtutis intellectualis. Hoc requiritur ex præmissa descriptione per locum à sufficienti diuisione, quia intellectus non est potentia imperatiua. ergo non est alicuius uirtutis intellectualis existentis in intellectu, ex quo dictum est, quòd pœnitere est formaliter quoddam imperare.

Intellectus non est potentia imperatiua.

3. conclusio.

TERTIA, quòd est uirtutis appetitiuæ. Hæc sequitur per locum à sufficienti diuisione. Nam ex quo non est aliud formaliter pœnitere, nisi quoddam imperare, & non est actus intellectualis uirtutis, erit necessariò uirtutis appetitiuæ, cum eius non sint ab aliis aliæ uirtutes.

4. conclusio.

QVARTA, quòd non est actus alicuius uirtutis appetitiuę ordinantis tantũ ad se cuiusmodi sunt temperatio, & fortiudo. Nam temperantia, & fortitudo sunt uirtutes tantum ordinantes hominem ad se, & ita ad se, quòd non ad alios. ergo pœnitere non erit actus fortitudinis, uel temperantiæ, nec imprudentiæ, quia actus prudentiæ non punitio alia, ut etiam ex alio patet, quia pœnitere est quædam punitio, quam exequitur minister contra offensam factam in Legislatorem, cuius est minister istius uindictæ exercendæ in se, uel in alio; immo si Legislator instituret eum ministrum respectu alterius, ita posset punire alium agendo conformiter rectæ rationi, sicut in se. ergo.

5. conclusio.

Ex his sequitur quinta conclusio principaliter intenta, quòd pęnitere est actus iustitiæ, quia ipsa sola est uirtus appetitiua ordinãs se & ad aliud.

De tertio iam satis patet, quòd pertinet ad uoluntatem, quia ipsa sola imperat intellectui, & ipsa sibi ipsi. Istud probatur, quia actus pęnitendi, cum sit quoddam imperare. ergo erit tantum potentiæ imperatiuæ, cuiusmodi est uoluntas.

De quarto principali sequitur modo declarãdum. s. quædam dubia, quorum primum est an pęnitentia sit uirtus generalis.

An pænitentia sit uirtus generalis uide Ricardum in 4. dist. 14. q. 2.

RESPONDEO, quòd sic: Pęnitentia est iustitia, sed iustitia est uirtus generalis, igitur ubi sciendũ est, quòd uirtutem esse generalem potest intelligi tripliciter; essentialiter, causaliter, & dispositiuè. Primo modo dicitur uirtus generalis, quæ pręedicatur essentialiter de qualibet uirtute, nec est distincta per essentiam ab aliqua, & hoc modo uirtus generalis nihil aliud dicit, quàm quãlibet uirtutem modo indeterminato, & isto modo pęnitentia non debet dici uirtus generalis. Alio modo dicitur uirtus causaliter, sicut charitas, quia cæteræ uirtutes quantum ad esse completum habent esse causaliter per charitatem.

Virtutẽ esse generalẽ pòe intelligi tribus modis.

Alio modo dicitur uirtus generalis dispositiuè, cuiusmodi est pęnitentia, nam disponit ad susceptionem aliarum uirtutum & distinguitur ab aliis, quia obiectũ propriũ pœnitẽtiæ est actuale peccatum sub ratione, qua est transgressio diuinæ legis uindicabilis, & expiabilis per actum ipsius pœnitentis, sed ut sic, non est obiectum alicuius alterius, ex quo sequitur, quòd huiusmodi actus distinguitur ab aliis actibus essentialiter, & per pœnitentiam distinguitur ab alijs uirtutibus, quia distinctio uirtutum attenditur penes distinctionem actuum illarum uirtutũ, hoc de primo.

Cæteræ uirtutes causaliter habent esse per charitatem.

Quid sit obiectũ pænitentiæ.

Idem innuit Scotus dist. 5 senti. q. 2. Artic. 1.

SECVNDVM dubium est An pęnitentia sit pars iustitiæ.

RESPONDEO, ꝙ sic, quia Glosa super illo uerbo: Sacrificate sacrificium iustitię. &c. dicit: Quid iustius, quàm ut quilibet suis peccatis potius, quàm alienis irascatur? seque puniens per pœnitentiã satisfactionem Deo offerat, quasi dicat: hoc iustũ est, ex quo sequitur, quòd sit actus iustitiæ, & sic pęnitentia est iustitia, & sub iustitia continetur. Vbi sciendum est, quòd aliquid contineri sub aliquo potest intelligi multipliciter: Vno modo, ut pars integralis sub integrato. Alio modo sicut pars subiectiua sub toto. Alio modo sicut pars potentialis sub toto potentiali. Non primo modo, quia ad iustitiam duo requiruntur, ipsa integrãtia. s. declinatio mali, & operatio simpliciter boni, sed per pęnitentiã habituatur hóc ad declinandum hoc malum. s. culpæ & ad faciendum opera bona inquantum secũdum iustitiam legis diuinæ ordinatæ sunt ad expiationem culpæ, non ergo primo modo, nec secundo quia pars subiectiua perfectè recipit diffinitionem totius uniuersalis, uel sibi competit ratio totius, sed pętentiæ non perfectè competit diffinitio iustitiæ, quia iustitia circa operationes, quæ sunt ad alterum obseruat rationem debiti, & æqualitatis, sed non pœnitentia. Vnde quamuis pœnitentia reddat debitum homini ex legis diuinæ necessitate, non tamen potest reddere æquale. Magnitudo. n. malitiæ excedit magnitudinem cuiuscunque emendationis, quam pęnitens potest facere.

Psal. 4.

Aliquid contineri sub aliquo põt intelligi multipliciter.

Ad iustitiam duo requiruntur.

RESPODEO, & dico, quòd cõtinetur, quia pars potentialis debet participare aliquam uirtutem

totius

totius, & non totam oportet. Sed pœnitentia est huiusmodi respectu iustitiæ, igitur quia pœnitentia quantum ad operationes, quæ sunt ad alterum, ut ad Deum, obseruat rationem debiti ex legis necessitate, licet non per pœnitentiam reddat æqualem, sicut per iustitiam. Tertium est, in quo est pœnitentis, sicut in subiecto.

RESPONDEO, quòd in uoluntate. Vbi sciendum est, quòd habitus est in potentia illa, qua est actus eius principalis, sed actus principalis pœnitentiæ, qui est pœnitere proprii peccati in quantum est contra iustitiam legis diuinæ, & expiabilis per actum pœnitentis in punitione, aut peccati pricipalis est efficax pecca ti displicentia, sed displicere est actus uoluntatis, ergo est in uoluntate.

Pœnitētia est in uoluntate sicut in subiecto singularissime hæc habentur à Scoto.q. 2. huius distinctionis.

QVARTVM dubium est an pœnitentia sit in beatis.

RESPONDEO secundum aliquos, quòd non, quia nullus habitus moralis, qui est in damnatis, est in beatis, sed pœnitentia est in damnatis. Vnde sapientiæ dicitur, quòd sunt pœnitentiam agentes. ergo pœnitentia non est in beatis.

an pœnitētia sit in beatis.

Sapientiæ c. 5

Item de pœnitentia distinct. tertia pœnitentia ueram agere est commissa plangere, & iterum plangenda declinare, sed in beatis non est planctus per illud. 6. Apoc.

Cap. de pœnitentia in fine

CONTRA est illud Sapientiæ: Iustitia perpetua est, sed pœnitentia est iustitia, & sic perpetua.

Apoc. 21. Sapientiæ c. 1.

RESPONDEO & dico, quòd de numero beatorum, quidam sunt, qui nunquam peccauerunt, peccare tamen potuerunt, & si peccassent, tamen potuisset remitti peccatum.

Alii sunt, qui nunquam peccauerunt, sed peccare potuerunt si tamen peccassent, non eis potuissent remitti peccatum, cuiusmodi sunt Angeli sancti.

Alij sunt, qui peccare potuerunt, & peccauerunt, sicut boni, & Sancti homines mortui in pœnitentia. In primis est habitus pœnitentiæ infusus. Vnde talis cum non requirat actum, sed tantum possibilitatem, in eis est habitus pœnitentiæ infusus. In mediis, nec est uirtus pœnitentiæ, quia in talibus non est potestas remissionis peccati, ut patet de Angelis malis. In tertiis, & est, & fuit habitus pœnitentiæ, quia in eis pœnitentia & habuit actum suum, & habet; non actum, qui est de peccato dolere, sed qui est gaudere de peccati remissione, & se uelle nunquam peccasse, si esset possibile.

Sancti in triplici differentia sunt in patria in quorū primis, & tertiis, est pœnitentia, in mediis nequaquam.

In mediis tamen pœnitētia esse respectu aliorum, ad mentē Scoti.

AD primum conceditur, quòd in damnatis, &c. Et dico, quòd non est in damnatis uirtus pœnitentiæ, quia quamuis pœniteat de peccato suo, propter pœnas, quas substinent, non tamen pœnitet eos de peccato in quantum est contra iustitiam legis diuinæ, hoc autem non est propriè pœnitere. Nam obiectum ipsius pœnitere, ut patuit in primo argumento est peccatum, ut est offensa Dei, & contra legem diuinam.

Quid ergo dicam de his, qui solum timore mortis, uel pœnæ infernalis, non propter Christi offensam pœnitet eos, & confitentur. Ad aliud dico, quòd pœnitentia, quæ est in beatis, non habet actum, qui est dolere, ut habuit in uia, sed actum, qui est gaudere de remissione peccati.

Quid sit pœnitere.

AD rationem principalem in oppositum. Ad maiorem declarationem dictorum est sciendum, quòd, ut dictum est supra, pœnitere est formaliter imperare intellectui, ut cogitet peccatum, & uoluntati, ut detestetur. Hæc autem imperare patet, quòd non est passio, sed actio, & effectus eius proximus est, uel est intellectus imperantia, uel detestatio imperata ipsi uoluntati, quæ est quædam uolitio, & ista duo scilicet imperantia, & detestatio sunt causæ proximæ tristitiæ causatæ, & ista tristitia, quæ est passio, & punitio formaliter, non est actus, qui est pœnitere, nec proximus eius effectus, sed remotus. Pœnitere autem, quod est actus uirtutis, est punitio, non formaliter, quia actio, ut patuit, sed causaliter imperantia intellectus, & detestatio uoluntatis, quæ sunt causa proxima tristitiæ, quæ est passio, ergo de primo ad ultimum pœnitere solum causaliter erit passio, & non formaliter.

Ad aliud, quando dicitur, quòd pœnitentia non est uirtus; dico, quòd est falsum. Vnde Magister in secundo libr. Virtus est bona qualitas mentis, qua rectè uiuitur, & qua nullus male utitur.

Lib. 2. dist. 27

Item Arist. secundo ethic. Virtus est habitus bonus, qui habentem perficit, & opus eius bonum reddit. Huius autem est habitus pœnitentiæ. ergo.

ethic. ca. 5

Sed propter obiecta sciendum est, quòd pœnitentia potest sumi quadrifariā. Vno modo pro remedio ministrandi per Sacerdotes habentes iurisditionem contra peccatum mortale, &, ut sic, est Sacramētū, ut patebit, &, ut sic, patet ad primū.

Pœnitentia quatuor modis sumi potest.

Alio modo pro habitu quodam humiliante ad pœnitendum sub debitis circunstantiis, & sic est uirtus, ut concludunt duæ rationes ad partem affirmatiuam hic factæ.

Tertio modo pro pœnitendi actu, & pœnitentia isto modo est actus iustitiæ, ut superius patuit.

Quarto modo pro dolore sensibili, qui quidē præcedit actum pœnitendi, ipsum actum promouet, seu intendit; si autem sequetur tanquam causatus ex illo intentionem eius, & perfectionē ostēdit, & sic non est uirtus, sed passio.

Tunc ad secundum dico, quòd maior est falsa. Ad Phylosophi dictum dico, quod non negat uerecundiā esse uirtutem secundum quod causata est ex multotiens uerecūdari, quia ut sic est uirtus, dico quando est sub debitis circunstātiis. sed negat hoc in quantum accipitur pro passione. est tamen passio bona in quantum prohibet. Vel possumus dicere, quod Phylosophus loquitur de uirtute, cuius actus nihil uituperabile præsupponit, uel esse, uel fuisse in uirtuoso, uel non repugnat cuicunque perfectioni uirtuosi.

Erubescentia quando est uirtus.

Ad aliud dico, quòd est perfectio perfecti ad

perfectionem sufficientiæ. est enim respectu peccati præteriti, & non præsentis nisi in consideratione.

Aliud quando dicitur, quòd uirtus est circa bonum debet intelligi de actu, idest, quòd omnis uirtutis actus difficilis est, & bonus, quamuis obiectum pœnitentiæ sit peccatum, tamē eius effectus, id est detestatio est bona.

VTRVM POENITENTIA SIT SAcramentum.

D. Thomas 3. parte Summa q. 84. Arti. 1.
Franciscus de Mayronis 4. sent. dist. 14. q. 1.
Durandus 4. sent. dist. 14. q. 3.

Quæstio tertia.

TERTIO quæritur, Vtrum pœnitentia sit sacramentum.

QVOD non: Sacramentum est signum sensibile gratiā significās Dei ex institutione, efficitur ad salutem uiatoris, sed pœnitentia non est signum sensibile, ergo. Maior patet ex diffinitione sacramenti posita in prima distinct. huius quarti. Minor patet ex præcedenti quæstione, nam ibi dictum est, quòd pœnitentia est quædam iustitia, & sic uirtus, sed uirtutes non sunt sensibiles, ergo.

CONTRA: Quia pœnitentia connumeratur inter alia sacramenta nouæ legis, tum quia latum à datore legis.

RESPONDEO & primo dicam de hoc nomine: Pœnitentia, quid sit.

Secundo an isti nomini possit aliquid subesse. Tertio de principali quæsito. Quarto Vtrum per pœnitentiam deleatur culpa. Quinto mouebo aliqua dubia.

Pœnitentia quid. DE primo dico, quòd pœnitentia est absolutio hominis pœnitentis facta certis uerbis, cum debita intētione prolatis à Sacerdote iurisdictionem habente, ex institutione diuina efficaciter significantibus absolutionem animæ à peccato.

In hac descriptione ponitur illud, quòd pœnitentia est formaliter scilicet absolutio. Debitum susceptiuum, homo. Ponitur dispositio requisita in susceptione. Pœnitere ponitur pro forma Sacramenti, secundo modo sumpta, sicut dictum fuit de baptismo. Facta certis uerbis. Ponitur conditio, requisita cum debita intentione in ministro. Tunc ponitur minister idoneus scilicet Sacerdos habens iurisditionem. non enim sufficit solū caracter Sacerdotalis. Ponitur finis principalis, à quo habet efficaciam, quia ex institutione diuina.

Pœnitētia nomen est ualde æquiuocū. DE secundo dico, quòd sic. Nam possibile est Deum instituisse aliquod signum sensibile efficaciter significans peccati deletionem in anima. Item per illud simboli: Credo remissionem peccatorum.

DE tertio dico, quòd hoc nomen pœnitentiæ est ualde æquiuocum. potest autem accipi secundum proprietatem uocabuli, & tunc pœnitentia idem est, quod peccatum; & isto modo pœnitentia non est Sacramentum, quia non est signum sensibile, sed est quædam tristitia siue aliqua pœna causata uel à uoluntate, uel ab alio, sicut dictum est in fine primę quæstionis huius distinctionis. Et isto modo potest præcedere, & sequi pœnitentiam, quæ est Sacramentum, ut patet. Alio modo potest accipi pro actu illo imperato, ut dictum est in secundo Articulo præcedentis quæstionis. Vel etiam pro habitu inclinante ad illum actum. Sed neutro istorum modorum est Sacramentum, quia non est signum sensibile, sed quædam uirtus, uel actus uirtutis idest quædam iustitia, uel actus iustitiæ, ut patet ibi. Alio modo potest accipi pro quodam signo sensibili efficaci fundato super debita forma uerborum prolatorum à Sacerdote iurisdictionem habente cum debita intentione significante ablutionem animæ à peccato efficaciter ex institutione diuina, & hoc modo est Sacramentum formaliter. Et si accipiatur pro dicta uerborum forma debitè prolatorum à Sacerdote; erit Sacramentum fundamentaliter. Et si accipiatur pœnitentia secundum communem modum loquendi pro ipsa confessione facta à pœnitente; erit Sacramentum præueniente, & dispositiuè. *Quō pœnitentia sit Sacramentum formaliter. Quō pœnitentia sit sacramentum fundamētaliter.*

De quarto dico, quòd culpa principaliter, & immediate tollitur à Deo, & gratia infunditur à Deo, & ministerialiter, & quasi instrumentaliter à Sacerdote absoluente; significatiuè uerò, & instrumentaliter tollitur culpa ipsa per pœnitentiam, quæ est sacramentum eo modo, quo dictum est circa principium huius quarti libri. s. quòd Sacramenta nouæ legis sunt instrumenta Dei. Hoc patet ex dicto Christi in Matth. & Ioanne: Quorum remiseritis peccata, &c. Sed consideratur hoc in aliis Sacramentis, cum signum sit quædam relatio, & Sacramentum formaliter uel solum fundamentaliter. Sensibilia per se, & primo sunt in sola tertia specie qualitatis. Sensibilia uerò per se, & non primo sunt quantitas continua, & numerus, & motus, uideas si aliqua relatio. &c. *Quō pœnitentia sit sacramentum dispositiuè. Culpa effectiuè tollitur à Deo. Matth. c. 16. Ioānis c. 20.*

SED nunquid actus pœnitendi, de quo dictum est in secundo articulo præcedentis quæstionis, necessario præexigitur ad pœnitentiam, quæ est Sacramentum, ut scilicet per eam tollatur culpa, & intendatur gratias Magister uidetur dicere, quòd sic, sed uidetur derogare nimis Sacramentis nouæ legis, quòd non habeant efficaciam, nisi sicut Sacramenta ueteris legis, sicut uidetur ibi innuere Magister quantum ad hoc. *Dist. 18. c. 6.* Dico ergo, ꝙ sic adultus suscipiens baptismum non fictè, sed cum intentione suscipiendi illud, quod Christus instituit, & ecclesia facit, & non ponit obicem scilicet habendo actum peccati mortaliter, uel potestatem peccandi mortaliter, nerē purgatur à peccato actuali, dato, quòd non habeat actualem contritionem, de commissis, etiam infunditur sibi gratia; ita di-

ita dico in propoſito de pęnitentia, ſiue de ſacramento pœnitentiæ; & confirmatur, quia non tenetur implere omnia præcepta ex charitate.

Dico autem, quòd ſicut adulto baptizato infunditur maior gratia, ſi præcederet bonus motus intrinſecus contritionis, ita in propoſito.

In pęnitentia requiritur cõfeſſio uocalis.

Sed quòd non aliquo modo plus requiratur in pœnitentia, quàm in baptiſmo ex parte ſuſcipientis. Nam in pœnitentia requiritur confeſſio uocalis, uel ſaltem mentalis, in non potente loqui, & ideo præexigitur ſaltem actus pœnitendi, qui eſt imperare intellectui, ut ſaltem recogitet commiſſa. In baptiſmo autem non eſt neceſſarium, ut patet. Eſt autem diſſimilitudo in hoc, quia baptizatus cum actuali peccato mortali dummodo ſit aliquo modo fictus, licet non recipiat gratiam, non tamen eſt rebaptizandus, ut dictum fuit in ſacramento baptiſmi. in propoſito autem non ſic eſſet dicendum, ut patet. Et ratio diſſimilitudinis patet, quia baptiſmus non eſt iterabilis, Pęnitentia autem ſic. Ex his dictis conſideratur illa conditio poſita in deſcriptione pęnitentiæ, quæ eſt conditio pęnitentis, quomodo requiratur, & quomodo non. Ex dictis etiam uidetur, quòd hoc ſacramentum nullo modo poteſt diſpenſare non ſacerdos in aliquo caſu, immo cauendum eſt, ne ſit in detrimentum confiteri in aliquo caſu non ſacerdoti, cum non ſacerdos non poſſit recipere uerba ſub ſigillo confeſſionis.

Differẽtia inter baptiſmũ, & pęnitẽtiã.

Primum principale quantum ad dubia primum dubium eſt, an pœnitentia ſit in nobis ex acquiſitione.

Respondeo, quòd ſic, quia pœnitentia continetur ſub iuſtitia, ſed iuſtitia eſt in nobis ex acquiſitione, ergo & pœnitentia.

Duplex eſt pœnitentia.

Vbi ſciendum eſt, quòd duplex eſt pœnitentia. Vna habilitans hominem ad puniendum peccatum proprium in ordine ad finem, non tranſcendentem noſtram facultatem naturalem. Alia in ordine ad finem ſupra noſtram facultatem naturalem pœnitentia primo modo dictæ. In nata ſunt nobis principia ſcilicet naturalis cognitio boni, & dilectio. & naturalis cognitio mali, & deteſtatio; in quorum uirtute per habitum poteſt habitus pœnitentiæ acquiri. Pœnitentia autem ſecundo modo dicta à nobis etiam acquiri poteſt per actus, ut aliqui dicunt; non tamen in uirtute naturalium principiorum, ſed ſuper naturalium. ſ. ſuper naturalem cognitionem, & dilectionem finis tranſcendentis noſtram facultatem naturalem.

Secundum dubium eſt, an pœnitentia concipiatur in nobis ex timore.

Eccl. cap. 1.

Respondeo, quòd ſic. Nam timor domini expellit omne peccatum, ſed non niſi mediante pœnitentia, ergo pœnitentia concipitur ex timore.

Vbi ſciendum eſt, quòd pœnitentiam concipi ex timore poteſt intelligi dupliciter, aut quòd ſecundum ſeipſam concipiatur, & ſic non eſt uerum. dico de illa, quæ eſt in nobis per infuſionem; aut ſecundum ſuam propriam diſpoſitionem in nobis, & ſic concipitur ex fide, & ex ſpe & ex amore aliquo, & timore. Vnde, quia talis diſpoſitio eſt ex parte noſtra, & ideo uoluntaria, & unius motus uoluntatis poſſunt eſſe diuerſa motiua, & ideo non eſt ſemper unus modus concipiendi illam diſpoſitionem. Et nota, quòd non eſt idem timor, & pęnitentia, quia obiectum timoris eſt peccatum in quantum meretur arduum malum pęnæ, pœnitentiæ autem eſt peccatum, ut eſt contrarium iuſtitiæ diuinæ legis, & expiabile per actum pœnitentia.

Tertium dubium eſt, an actus pœnitendi ſit nobilior habitu pœnitentiæ.

Respondeo, quòd ſic, quia Ariſt. ait primo ethic. felicitas ciuilis non conſiſtit in uirtute, ſed in operatione optima ſecundum optimam uirtutem, ergo. — 1. ethi. cap. 6 & 9.

Præterea per actum pœnitentiæ magis quia recedit à malo culpæ, & accedit ad ſummum bonum per habitum pœnitentiæ. ergo actus pœnitentiæ eſt nobilior ipſo habitu.

Ad argumentum principale in oppoſitum patet ſolutio ex dictis in tertio Articulo.

DISCTINCTIO XV.

CIRCA DISTINCTIONEM XV. Quæritur.

VTRVM CVILIBET PECCATO mortali actuali correſpondeat ſatisfactio propria.

Scotus 4. ſent. diſt. 15. q. 1.
D. Thomas 4. ſent. diſt. 15. q. 3. Art. 2.
Ricardus 4. ſent. diſt. 15. q. 5. Art. 1.
Durandus 4. ſent. diſtin. 15. q. 1.

Quæſtio prima.

Circa diſtinct. quintam decimam quæritur primo, Vtrum cuilibet peccato mortali cõueniat propria ſatisfactio.

Qvod non: Quia tunc poſſet ſatisfieri pro uno peccato, non ſatisfaciendo pro alio, & per conſequens poſſet tolli unum peccatum ſine alio. ſed hoc eſt falſum, quia peccatum non tollitur niſi per gratiam, gratia autem nulli datur habenti peccatum mortale aliquod. ergo.

Quid ſit ſatiſfactio. Deut. cap. 16.

Contra: Satisfactio eſt ſolutio pœnæ debitæ pro peccato, ſed cuilibet peccato correſpondet propria pœna. Vnde legitur Deut. & iuxta menſuram delicti erit plagarum modus.

Satisfactio põt accipi pluribus modis.

Respondeo, quòd ſatisfactio poteſt accipi generaliter, & proprie, & ſtrictè. Accipiendo generaliter ſunt quinque uidenda. Primum de ratione nominis.

Secundo, Vtrum hoc ſit poſsibile.

Tertio in quo conſiſtit.

Quarto de principali quæſito.

Quinto utrum ſatisfactio pro uno peccato poſsit reparari à ſatisfactione pro alio peccato.

Satisfactio debet eſſe uoluntaria.

De primo dico, quòd ſatisfactio eſt redditio uoluntaria æquiualentis pro æqualenti, alias non debiti. Prima particula patet, quia ſatisfactio non eſt datio abſoluta, ſed redditio, & hoc notat hæc particula ſatia. Dicit enim conuerſionem ad aliud præcedens. Secunda particula patet, ſcilicet uoluntaria. nam ſi non ſit uoluntaria, non erit ſatisfactio, ſed ſatis paſsio, ſicut in damnatis, qui ſatis patiuntur. Nam ſi non eſſet æquiualens pro offenſa, id eſt ſi non tantum placet offenſa, quantum læſit eum offenſa, non eſſet ſatisfactio. Vltima etiam particula patet, ſcilicet ſecundum acceptionem offenſæ. nam ſi non de potentia ordinaria, ſaltem de potentia abſoluta, poteſt Deus remittere culpam ſine ſatisfactione æquiualenti ex natura rei, ut dicetur in 2. Articulo.

Sed dicat quis: Actus ſatisfactionis eſt ne actus uirtutis?

Respondeo, quòd ſic, quia eſt actus pœnitētiæ, pœnitentia eſt iuſtitia, at ergo, ſed hoc eſt uerum de uoluntaria, ſed de uiolente dico, quòd licet non ſit actus uirtutis, reſpectu ſatiſfacientis tamen eſt actus uirtutis reſpectu, iudicis cogentis. Vnde ſatisfactio eſt pro illata iniuria uoluntaria repræſentatio ſecundum iuſtitiæ æqualitatem cum propoſito non committendi nouam iniuriam.

Satisfactio quid.

De ſecundo uidendum, an huiuſmodi ſatiſfactio ſit poſsibilis. Dicitur ab aliquibus, quòd homo non poteſt ex ſe ſatisfacere pro peccato. Quod probatur, quia peccatum mortale aufert à Deo honorem debitum, ſed nullum bonum à uoluntate factum poteſt æquiualere honori Deo debito.

Item offenſa menſuratur ex offenſo. Deus offenſus eſt infinitus, ergo offenſa eſt infinita, ſed omne bonum, quod poteſt à nobis fieri, eſt finitum, ergo.

D. Aug. 83. q. q. 68. & Bernardus de diligendo Deū cap. 16.

Item omne bonum, quod poteſt à nobis fieri, eſt Deo debitum propter beneficium creationis, & conſeruationis, & per cętera huiuſmodi, nec eſt ſufficiens, ergo nullum noſtrum bonum poteſt eſſe ſatisfactorium. ſed rationes iſtæ non concludunt.

Præterea grauius eſt peccatum mortale actuale, quàm originale, ſed nullus purus homo ſatiſfacere potuit pro eo, igitur nec pro actuali mortali.

Vide Ricardū in 4. diſt. 15. q. 2.

Dico igitur aliter, uidelicet quod homo poteſt ſatisfacere in uirtute meritorum Chriſti, quia merita paſsionis eius fuerunt toti trinitati magis acceptа, quàm ſibi eſſent inacceptatæ omnes offenſæ hominum. Nam ipſa pœnitentia, ſicut cetera ſacramenta, habet efficaciam à paſsione Chriſti, quia ipſi Deo in infinitum fuit accepta, quis enim poterit Deo ſatisfacere pro peccato ſua uirtute?

Sed iſta opinio ſi loquitur de facto, & de potentia Dei ordinaria ſecundum ordinata, & præmiſſa à ſua ſapientia; uerum concludit. omnia enim bona hominum non ſunt ex ſe ſatisfactoria Deo, ſed ſunt ſatisfactoria in uirtute meritorum Chriſti, uel præuiſorum, ut fuit tempore ueteris legis, uel ut exhibitorum in noua lege. ſed ſi intelligatur de potentia Dei abſoluta, falſum concludit, potuit enim Deus præfigere alium modum redemptionis humanæ, quàm per filii ſui incarnationem. Vnde Auguſtinus libro de Trinitate dicit, quòd hunc modum redimendi Deus ſtatuit, non quòd aliter redimi non poterat genus humanum, ſed quia ille modus magis homini congruebat. Tunc ad rationes in oppoſitum dico, quòd prima & ſecunda non concludunt, quia honor debitus Deo, quem peccator per peccatum aufert, eſt honor, quem ipſe Deo debebat, & per conſequens eſt formaliter finitus, ſimiliter culpa eſt formaliter finita, licet obiectiue ſit infinita, ſed patet, quòd ſuppoſita Dei gratia habere poteſt actum bonum æquiualentem offenſæ, qui quidem actus erit formaliter & obiectiuè infinitus, quia circa Deum.

lib. 13. de tri. cap. 10.

quo culpa ſit finita, & infinita.

Tertia ratio probat, quòd nullus actus hominis ex natura rei præciſè eſt ſatisfactorius ſecundum æquiualentem iuſtitiam omnibus penſatis, ſed non probat, quin poſsit eſſe talis ſecundum acceptationem liberam.

Ad ultimum dico, quòd licet actuale mortale ſit grauius originale ipſi perſonæ, originale tamen eſt grauius naturæ, quia totam naturam refecit, & ſic per purum hominem, uel purus homo non potuit ſatisfacere.

De tertio dico, quòd generaliter loquendo, ſcilicet quòd ſatisfactio conſiſtit in actibus pœnalibus, uel exterioribus uoluntariè aſſumptis, uel interioribus paſsionibus uoluntariis, poſſet tamen acceptare aliquem actum bonum charitatis, puta unam bonam intenſam dilectionem, ſiue charitatem pro ſatisfactione præcedentium peccatorum; non tamen illa dilectio eſſet ſatiſfactio in quantum pœnoſa; ſed ſatisfactio pro quanto plus honoris redderetur per ipſam, quàm per unam uoluntariam paſsionem, quæ eſſet formaliter pœnoſa.

De quarto dico, quòd non quilibet peccatum appropriat ſibi propriam ſatisfactionem, ita quòd illa eadem non poſsit ſatisfacere pro alio, uel etiam per illo peccato, non poſsit aliter ſatisfieri.

Immo dico, quòd una ſatisfactio ſecundum ſpeciem poſſet ſatisfacere pro omni peccato. Non enim eſt aliquod peccatum, pro quo non poſſet ſatisfieri per conditionem. Vna enim ſatisfactio ſecundum numerum, puta una contritio numero poſſet ſatisfacere pro iſto peccato, & pro illo etiam, & pro pluribus ſimul, adeo poſſet eſſe intenſa, cuilibet ergo peccato correſpondet propria ſatisfactio, id eſt appropiata pro tūc,

quia

quia quodlibet peccatum requirit propriam satisfactionem. Sed utrum habeat hanc uel illam, uel utrum habeat illam, quæ non sit alterius peccati, uel illam, quæ sit illius, uel alterius, totum hoc accidit.

De quinto dico, quòd nunquam Deus remittit unum peccatum mortale sine alio, & sic una satisfactio non separatur ab alia, & ad hoc sufficiat ratio principalis facta superius. non enim secundum potentiam Dei ordinariam remittitur peccatum mortale sine infusione gratiæ, sed non infunditur gratia habenti aliquod peccatum mortale, quia iam simul esset amicus Dei, & inimicus. Hoc probatur per Augustinum de uera, & falsa pœnitentia. non enim separatur satisfactio pro uno peccato ab alio quantum ad esse. Vnde de pœnitentia: Falsam pœnitentiam constat cum spretis pluribus de uno solo pœnitentia agitur. consimiliter agitur de uno. ergo satisfactio unius ab alia separari non potest, nec ita pro uno, quòd nõ pro alio possit satisfieri sine alio; possunt tamen aliquomodo separari quantum ad effectum. Nã satisfaciendo pro uno peccato posset quis impediri per aliquam uiam satisfaciendo pro alio, uerum est si impedimentum, uel merita Christi totaliter satisfacerent, sicut faciunt pro adulto baptizato, uel pro absoluto à pœna, uel culpa secuta fuerit sibi alibi.

Et ponitur di stinc. 16. ca. 1.

Dist. 5. ca. ult.

Accipiendo autem satisfactionem strictè, dico, quòd satisfactio est operatio exterior laboriosa, uel pœnalis uoluntariè assumpta ad puniendũ peccatum à se commissum, & ad placandum diuinam maiestatem offensam, & ista est satisfactio, quæ peccatori confitenti à Confessore imponitur. Et ista communiter consistit in tribus operibus laboriosis. s. oratione uocali, ieiunio, & elemosina, secundum. s. quòd sunt tria genera peccatorum. s. carnis, contra quam est ieiunium. Superbia, contra quam est oratio. Concupiscentia oculorum, contra quam est elehemosina. Ad ista enim tria reducuntur omnia peccata, iuxta illud Ioan. 1. Omne, quod est in mundo, aut est, &c. & ita naturaliter loquendo contra ista peccata impositæ sunt istæ satisfactiones. Ita quòd conformiter reddant singula singulis non tamen est ista necessitas absolute. Ideo in casibus est mutandus ordo. Vnde uni nobili, qui fuit luxuriosus, & esset ita delicatus, quod non posset ieiunare, uel orare, imponenda esset elehemosina, uel oratio, & deberet fieri secundum quòd magis acceptaret. Dico etiam, quòd si peccator maximus confiteretur, & nollet recipere aliquam pœnitentiam, id est nollet promittere facere aliquam satisfactionem, sed assereret se habere propositum non peccandi mortaliter de cætero, absoluendus esset, ne incurreret in desperationem. sed aliquis quæret an partes satisfactionis sint sufficienter numeratæ.

Satisfactio stri ctè sumpta quid sit.

Tria sũt gña peccatorum.

Ioann. 1.

Respondeo, quòd sic. Vnde sciendum est, quòd debemus satisfacere de bonis nostris. Tria autem habemus bona secundum Philosophum, scilicet bona fortunæ, quæ ab eo uocantur bona exteriora, de quibus satisfacimus per elehemosinam, sub quo comprehenditur quicquid expenditur in proximorum utilitatem. Bona corporis, de quibus satisfacimus per ieiunium, sub quo comprehenditur quicquid pertinet ad corporis flagellationem, uel afflictionem. Bona animæ, de quibus satisfacimus per orationem, sub qua comprehenditur quicquid Deo exhibetur per latriæ uirtutem.

Bonorũ tria sunt gña pri. [illegible] mo ethic. c.

Ad rationes principales pro, & contra patet solutio ex dictis. Sed quid dicemus de flagellis, quæ Deus permittit?

Respondeo, quòd aliqua sunt satisfactoria, Aliqua non. Vnde flagella, quæ permisit Iob, dico quòd quia erat iustus, & sanctus, propter patientiam fuerunt ad augmentationem præmij, & meriti: Ipsi autem Mariæ permisit lepram, & huiusmodi flagellũ fuit satisfactorium, quia uoluntarie substinuit propter peccatum murmurationis, quod commiserat contra Dominum, & Moysem. Ipsi cœco propter eius glorificationem. Ipsi Herodi in initium infernalis supplicij.

Vide Aug. l. de ciuitate Dei cap. 8.

Vnde Persius Nobile uincendi genus, & patientia.

VTRVM QVICVNQVE IN IVste abstulerit, uel retinuerit rem alienam teneatur illam restituere, quòd non possit uerè pœnitere absque tali restitutione.

Scotus 4. sent. dist. 15. q. 2.

Quæstio secunda.

Secundo quæritur, utrum possit quis uerè pœnitere, & uere absolui, nisi restituat aliena, quæ nouit se iniustè tenere. ita quòd non sit necessarium restituere alienum.

Qvod sic: Quilibet tenetur diligere se, plusquam alium, ergo quando tenet alienum, quòd scilicet sit necessarium ad sustentationem sui, uel quòd est sibi magis necessarium, quàm ei, cuius est, non est obligatus, & potest hoc tenere, ergo.

Item restitutio non est facienda ad malum Reipublicæ, & eius, cui fit. Sed si restituatur gladius furioso, poterit esse ad turbationem Ciuitatis, & eius, cui fit restitutio, ergo in tali casu, & in consimilibus non sunt restituenda aliena.

Præterea homo non tenetur restituere, nisi sciat, quibus sed frequenter contingit, quòd non possunt haberi, uel ignorantur, ergo non semper tenetur.

Præterea nullus tenetur facere restitutionem in præiudicium boni communis, quia secundum Philosophum bonum commune debet præponi bono proprio, igitur non semper facienda esset restitutio.

1. Ethic. c. 2.

Præterea in bellis, siue prælijs inferuntur dāna innocentibus, & tamen non est consuetum ta libus restituere. Consuetudo autem est optima interpres legum: extra de consuetudine, ergo in isto uidetur, quòd restitutio non teneatur.

Præterea extra de iniurijs, & damno dato, si cul pa dicitur, quòd qui occasionē damni dat damnum uidetur dedisse, & tamen non omnes eum adiuuantes tenentur restituere, quia tunc restitutio excederet damnum.

Item si aliquis procuraret sibi aliquod beneficium ecclesiasticum, cum iam esset in potentia propinqua ad habendum; si alius diligentior superueniret, & sibi tantum procuraret, quòd habere ipsum damnificaret, quia ille, cui est prope magnum bonum, & nō obtinet infortunatus est, & tamen talis non tenetur restituere.

Præterea retrahens personam utilem Religioni ab ingressu eiusdem, damnificat iustè, nec consuetum est tales restituere de damno illato Religioni.

Item mulier de adulterio suscipiens filium exhæredat iuste uerum hæredem, & tamen secundum multos restituere non tenetur, si hoc non fecit animo exhæredandi sed luxuriandi.

In 2. epistola. CONTRA id est Augustinus in littera contra Macedonium: si res ablata, propter quam peccatum est, non redditur, pœnitentia non agitur, sed fingitur. &c.

Exod. cap. 22. Item exo. si non habuerit fur quod pro furto reddat, ipse uenundabitur.

14. epist. q. 6. cap. 1. Et August. ait: non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.

Respondeo quòd hic sunt tria uidenda. Primū est, quomodo dominia rerum sunt distincta. s. q hæc dicatur meum, illud tuum. nam si omnia essent communia, non esset inquirendum de restitutionibus. Secundo quomodo dominia rerum iustè distincta transferuntur. Tertio de principa liquæsito.

Distin. 8. ca. 1. cap. 2. DE PRIMO sit prima conclusio, quòd dominia non sunt distincta iure naturæ; sed iure positiuo. Hoc probatur per illud Decretorum: Iure naturæ sunt omnia communia omnibus, & adducit Augustinum super Ioann. Quilibet possidet unde, quod possidet humana uoluntate, nam iure diuino Domini est terra, & plenitudo eius. iure ergo humano dicitur: hæc domus est mea, hæc uilla est tua. Hic seruus est meus, & ibidem iure imperatoris, qui audent dicere: hæc uilla est mea, & ibidem subditur per iura regia possidentur possessiones. ergo, ex dictis ergo sequitur corollarium quòd in statu innocētiæ omnia fuissent coia, nec aliquis occupasset aliquā rem, quæ fuisset alteri magis necessaria, q̄ sibi, sed occupasset rē quā sibi p̄inuenisset magis necessariam, ergo post lapsum hois reuocatū est præceptum de cōitate omnium rerum, & concessum est homini diuidere dominia, & possessiones; & hoc fuit rationale, quia post quàm homo, factus est iniquus, si omnia fuissent communia, magis cupidi essent, & fortiores oppressissent, & ita turbaretur pax, & bonum commune. Vnde legitur Gen. de Nembroth, quòd robustissimus uenator coram Domino, id est hominum aprehensor. Vnde politia Arist. 2. politicorum longè melior est, quàm politia Socratis, quoniam reprehendit de omnibus communibus, qui dixit, quòd omnia debebant esse communia.

Corollarium. Omnia fuerūt cōia in statu innocētiæ.

Gen. cap. 10.

2. politicorū circa princip.

Secūda sequitur ea prima, quòd post lapsum facta est distinctio dominiorum, & possessionum per leges positiuas, & probabile est, quòd hoc modo. s. quòd homines forte diuisi, qui conueniebant ad ædificandam unam Ciuitatem eligebant de se ipsis aliquem, ut aliquos prudentiores, qui dominarentur orbi, qui diuiderent possessiones, orbitale dominium fiebat ea tunc iustum in his, quæ non essent contra Deum. ita q de cetero tenebantur sibi obedire. unde probabile est, q Noe post diluuium diuisit filijs suis regiones per se, & suis posteris. uel forte ipsi tūc inter se pacifice sibi diuiserunt, ut legitur Gen. q Abraham dixit Loth, quòd eligeret sibi unam regionem, & ipse acciperet sibi unam aliam.

Gen. cap. 13.

Tertia conclusio ita sit, uidetur quid requiritur ad hoc, ut lex positiua sit iusta de quo dicendum, q duo requiruntur. s. prudētia & secundum eam legislator condat legem secundum rationem rectam & auctor, non enim legiat iudicium prudentis nisi illos, super quos habent aliquam authoritatem. Authoritas autem est duplex. s. paternalis, & politica, prima fuit in lege naturæ & in statu innocētiæ. pater enim habuit authoritatem super filios, nec ita fuit reuocata, sed magis confirmata in lege Mosaica, & euangelica. Secunda fuit, & incepit eo modo, quo dictum est in secunda conclusione.

Authoritas duplex est.

DE ratione principali dico, quòd translatio rerum potest esse totalis, quantum ad dominium, & usum, nihilo reseruato de dominio apud transferentiam, & utrunque potest fieri uel authoritate publica s. principis uel legis, uel authoritate priuata. s. ipsius, qui dicitur immediatè rem possidere, & utraque translatio. s. totalis, uel particularis ab utraque authoritate. s. publica, uel priuata pōt esse licita patet, sic authoritate publica, quia sic ea tali authoritate potuerunt licitè dominia, possessionesque diuidere, & patuit in secunda conclusione primi Articuli, licet possit trāsferri de uno ad alterum, culpa exigente, uel alio casu rōnabili.

SED hic essent multa uidenda, require alibi, quamuis Scotus ualde prolixè tractet istum articulum, tamen transeo.

De tertio dico, quòd constitutio est duplex, una intrinseca, & uoluntaria, & ad istam tenetur quilibet semper, & per semper, & de omni re, quam se nouit iniustè tenere, & inuito domino, cuius est.

Restitutio duplex est.

Alia est extrinseca, & actualis, & ad istam tenetur etiam quilibet, exceptis aliquibus casibus, ubi est impotentia faciendi. & isti sufficit uoluntaria satisfactio cum proposito satisfaciendi actualiter, cum poterit.

Si quæras cui facienda est restitutio: Dico quod

Cui sit fienda restitutio.

quod illi, cui ablatum eſt, uel hæredibus, uel eius propinquis, & ſi ipſe mortuus eſt: uel pauperibus, ſi omnino ignoratur cui ſit facienda.

Per quem ſit ſacida reſtitu.

Si quæras per quem eſt facienda; Dico, quòd ſi Domino, cuius eſt res, notum ſit, ꝙ tu habes rē ſuam, poteſt fieri pertemetipſum. ſi non eſt illi notum, non debes te infamare apud illum, ſed debes eam reſtituere per aliquam perſonam fidelē, & maximè per Confeſſorem, ut nullo modo poſſit te manifeſtare. Si non reſtitutio ſit facienda poteſt fieri uel per fidelem Confeſſorem, uel per te ipſum cum conſilio boni uiri.

Quàdo ſit facièda reſtitutio.

Si quæres quando: Dico, quòd cum primum opportunitas occurrit, eſt facienda reſtitutio actualis extrinſeca, excepto caſu, de qua dicetur in ſolutione ſecundi Articuli principalis. Voluntaria autem, & intrinſeca eſt facienda ſtatim ſimpliciter, nam pro quocunque tempore tenemur uitare actum cuiuſcunque peccati mortalis.

Dico ergo, quòd ſi reſtitutio eſſet facienda alicui, & diſtaret, quòd nō poſſit remitti res ſine maiori damno remittentis, quæ illa res eſſet utilis ei, cui remitteretur in tali caſu dicit Scotus, quòd reſtitutio poſſit commutari, ut ſatisfaceret ei ſpiritualiter ſatisfaciendo pro eo pauperibus. ſed illud uidetur dubium de hoc, & de alijs dubiis conſimilibus, ideo quæratur alibi.

Nota iſtos caſus.

Ad primum principale dico, ꝙ ſi tenere rem alienam ſit in extrema neceſſitate, nō debet eam reddere, ſi uero ipſe, & ille, cuius fuit, ſint in extrema neceſſitate, tunc ſi Dominus, cuius erat res, primo deuenit ad iſtam neceſſitatem, reddenda eſt ei duplici iure, tum quia primo erat eius, tum quia facta eſt eius, cum deuenerit ad iſtam neceſſitatem. Si uero ille, qui retinet primo deuenerit ad iſtam extremam neceſſitatem, non eſt reddenda alteri, quia illo priori facta eſt ſua. Si uero ſimul deuenerunt, reddenda eſt illi, cuius primo fuit, quia, ut patet, nunquam decidit ab eius dominio. Si uero poſtea ille cuius eſt, deuenit ad extremam neceſſitatem, non per hoc acquirit ius maius, niſi ille, qui poſſedit, non eſſet amplius in extrema neceſſitate, & illi non eſſet amplius neceſſaria.

Ad argumentum quando dicis, ꝙ debet plus diligere ſe, quàm alios dico, quòd uerum eſt tuſte, ſed non iniuſte, & contra ſalutem animæ. Eſſet autem cōtra ſalutē animæ, quando uellet ſeruare corpus ſuum per detentionem rei alienæ, quæ non eſt facta ſua. Si uerò retinens rem alienam, non ſit in extrema neceſſitate, patet, quòd reddenda eſt ei, cuius ſit, non obſtante, ꝙ magis ea indigeat; & cum dicitur: debes te plus diligere; patet quid dicendum.

Pro ſolutione aliorū argumētorū uide Scotum in pñti quæſt. & Ricardū in pſenti diſtinc. 5. q. 4.

Ad ſecundum dico, ut dictum eſt in tertio Artic. reſtitutio eſt uoluntariè facienda, & ſtatim. ſed in illo caſu, & ſimilibus, ubi probabiliter crederetur, quòd reſtitutio actualis extrinſeca eſſet contra bonum eius, cui fieret; dico, ꝙ eſſet differenda, donec ceſſarent tales circunſtantiæ, non obſtante, quòd iſta retentio eſſet inuito illo, quia iuſtè eſſet inuitus.

VTRVM DAMNIFICANS ALIVM in bonis perſonæ, ſcilicet corporis, uel animæ teneatur reſtituere ad hoc ꝙ poſſit uere pœnitere.

Scotus 4. ſent. diſt. 15. q. 3.
Ricardus 4. ſent. diſt. 15. q. 2. Art. 5.

Quæſtio tertia.

TERTIO quæritur, utrùm quis teneatur ad reſtitutionem boni perſonalis iniuſtè accepti.

RESPONDEO quòd bona perſonalia ſunt in duplici differentia, quia quædam pertinent ad animam, & quædam ad corpus. pertinentia ad animam ſunt eſſentialia, & iſta non poſſunt auferri directè, quia nemo poteſt cogi ad peccandum, quia peccatum adeo eſt uoluntarium, quòd ſi non, ſecundum Auguſtinum, non eſſet peccatum. Poteſt tamen auferri indirectè cum minis, uel ſuaſionibus. & hmōi, inducendo aliquē ad malum, & retrahendo à bono, & talis tenetur ad reſtitutionem, quantum ei poſſibile eſt, inducendo eūdem ad bonum, & retrahendo à malo, ſi non ſufficiat ſemel, uel bis; cū homo citius peruertatur, quàm conuertatur; oportet frequenter, & ſolicite orari ab alijs pro eo ad Deum, ut eum conuertat. Debet etiam inducere eum ad bonum per alios ſi fieri poteſt ſine manifeſtatione delicti occulti, & ideo patet quantum periculum eſt inducere aliquē ad malum, uel ſubtrahere à bono, quia uix uel ualde difficultas poteſt quis pro talibus ſufficienter ſatisfacere. Hæc dicit Scotus. Pertinētia ad corpus ſunt multa, quæ poſſunt iuſtè auferri. poteſt aliquis aliquem interficere, uel percutere grauiter, uel leuiter, & tunc uidendum eſt, qualis lex ſit inſtituta. Tertio de principali propoſito.

De uera religione.

DE primo dico, quòd ſi in talibus inſtitueretur lex talionis iuſta eſſet, quia non facile poſſunt reſtitui, & compenſari talia damna illata per bona fortunæ, quæ non æquiualent illis bonis corporis. Et ſi dicas, quòd tunc eſſent iudaiſmi, quia ita erat inſtitutum in lege moſaica; Dico, quòd non ſequitur, quia non obſeruantur tales leges in quātum moſaicę, ſed in quantum à Deo, & à Legiſlatore in lege Chriſtiana, nec eſt inconueniens, quia in multis talibus concordamus, immo eſt de facto, quòd multæ leges in iure canonico ſunt illis conſimiles.

Iſte terminus talionis ſm Iuriſtas ſignat retributionē pœnæ ſimilis pro pœna ſibi.

De ſecundo dico, quòd communiter pro homicidio inſtituta eſt lex talionis, quòd qui interficit gladio, interficiatur. hoc etiam rationabiliter non ſolum in lege ueteri, ſed in noua innouatum eſt, & ſtatutum: Qui gladio ferit, gladio peribit. Et ſi in aliqua communitate iſta lex non ſit ſtatuta, uel non obſeruetur, nullus debet eam ſibi inferre, quia nullus debet eſſe homicida ſui ipſius ſine Dei præcepto ſpeciali. Debet tamen exponere ſe morti pro aliqua iuſta cauſa, puta pro defenſione ſui ipſius, quando aliter non poteſt euadere mortem, uel pro defenſione fidei Chriſtianæ,

Matth. ca. 26.

uel pro alia huiusmodi, ut. s. faciat debitam restitutionem eius, quod re iniustè abscindit. Debet etiã patienter, & uoluntariè pati mortem, quando ab aliquo sibi inferiur secundum legem talionis. Propter homicidium debet etiam restituere, si pôt, bona temporalia filiis, uel parentibus, quæ perdiderunt ex morte eius, quem ipse iniustè interfecit.

Nota pũctũ singularé p Confessore.

Et mirum est, quòd aliqui fatui absoluunt homicidas sine restitutione, cum tamen non absoluant illum, qui interfecisset bouem alterius, nisi sufficienter satisfaceret ei, cuius erat bos, integraliter de toto damno illato. Hoc dicit Scotus.

De mutilatione, & percussione, alijsque huiusmodi, non est imposita lex talionis communiter, sed ubi est posita, est patienter substinenda. debet añt inferẽs tale damnum restituere totũ damnum, quod ex hoc consecutum est mutilatus, puta si amputauit manum artificis, uel alia huiusmodi, debet etiam restituere expensas factas in curatiune, & cęt. huius modi. Et hoc patet de restitutionibus.

Quis est iustus occidẽs, hr 33. q. 5.

Ex. c. 21. & 22

Quis autem possit iuste occidere. Sed propter quæ crimina possit quis iuste occidere. Dico, ꝙ cum sit præceptum: Nõ occides, nulli inferiori licitum est occidere nisi in casibus, quos excepit Deus. Sunt autem multi casus sicut patet in Exodo, ut blasfemia, adulterium, homicidium, & multi alij. Si alicuius ergo pro furto non debet quis occidi, cum non sit casus aliquis de illis. Dico, ꝙ peccatũ furti nõ excipitur ab isto præcepto: Non occides, nec in lege Mosaica, nec in euangelica, nec in aliqua parte scripturæ, nec uideo ꝙ aliqua lex positiua, quæ hoc statuit, possit esse iusta nisi super hoc sit à Deo specialiter priuilegiata, quod non audiuimus: Hoc probatur, quia Aug. de libero arbitrio dicit, quòd nulla lex potest esse iusta, nisi deriuetur ab aliqua lege diuina, uel cum eã concordet, uel saltem non discordet. Ista autẽ discordat, sed sic est, quòd aliquis occidatur pro illo furto, Dico autem solo quia sic eum esse furatorem iam presumeretur, quud esset homicida qa præsumitur quod disponit se ad occidendum sibi resistẽtẽ probatur per illud exodi de fure nocturno uel diurno ut habetur. Si fuit nocturnus occidatur occisor non erit reu sanguinis, sed si post ortum solis occidatur tur, occisor erit homicidij reus. ca sa huius modi diuersitatis est quia de fure nocturnu præsumitur quod exponat se ad occidendum sibi resistentem. si que in ueniat. De illo autem, qui die furatur, non sic, quia præsumitur, quòd furetur solum necessitate coactus. & ex primatur totum hoc, quia maius peccatum est adulterium quàm furtum, & tamen pro adulterio non occiditur aliquis in lege Christiana. Vnde si lex Christiana mitigat hanc punitionem, quæ debebatur pro adulterio non debet grauare priuationem pro furto. Ex dictis in quæstione patet, quid dicendum sit de tertio. s. de principali quæsito. hoc dicit Scotus.

Libro primo.

Vide caute.

Exo. cap. 22.

Quõ peccatũ adulterij, sit maius, quàm furtum.

VTRUM DAMNIFICANS ALquem in bono famę teneatur ad restitutionem, ita ꝙ pœnitere uerè non possit nisi famam restituat.

Scotus 4. sent. dist. 15. q. 4.

Ricardus 4. sent. dist. 15. q. 3. Arti. 5.

Quæstio quarta.

QVARTO quæritur, utrum teneatur quis ad restitutionem famæ, quam alteri iniuste abstulit.

QVÒD non: Qui inuenitur falsus accusator, infamis est, extra de calumnia, sed si quis imponat alteri graue crimen quod tamen est uerũ, sed occultum, nõ tenetur iste hoc publice cõfiteri, sed uidetur posse negare: & negando ille accusator redditur mentitor & per consequẽs infamis.

Cap. 1. & 2.

CONTRA id est Augu.st. in quadam epistola: Nõ dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, si potest restitui, & pater, quòd etiam intelligitur de fama potius, quàm de diuitijs.

Epistola 2. & ponitur 14. q. 6. cap. 1. si res.

RESPONDEO, ꝙ tripliciter potest quis aliquem infamare; uno modo directè, ponendo ei crimen falsum, & scienter, & tunc non est dubiũ quia peccat mortaliter & tenetur reuocare, & si publice infamauit in publico reuocare tenetur, & si in occulto in occulto.

Hoc idẽ Ricardus dist. pñti. Artic. 5. q. 3.

Dãnificat gᵉ aliũ infamia simpliciter.

SI dicas, quòd non hoc potest facere nisi diffamando se, sed non uidetur, quòd debeat se diffamare pro bono alterius. Dico ꝙ bona corporalia non sunt diligenda nisi in ordine ad salutem animæ, ergo non cõtra salutem animæ, sed ista fama .s. quòd reputetur uerax ubi est mendax est cõtra salutem animæ suæ, & maxime, quia ex hoc sequitur, quòd qui aliũ diffamauit, reputatur malus, ubi est bonus, & ideo ad bonam famam non debet diligere salutem animæ, debet igitur reuocare, & si ex hoc ipse habeatur infamis, meruit sibi, & ideo patienter portet pœnam peccati, non enim est iniuste infamis.

Quomõ bona corporalia sunt diligenda.

ALIO modu potest quis diffamare alium manifestãdo sibi crimẽ suum quod erat occultũ in publico & tunc iste non tenetur reuocare, quia mentiretur ut patet & nemo debet mentiri propter famam alterius, Debet tamen restituere debito modo quo potest dicendo: ego dixi de te talia uerba incaute & mala dixi, non habeatis de eo nisi bonam opinionem & huiusmodi alia dicẽdo ista uerba non mentitur, quia certum, quòd incaute, & maledixit manifestando crimen proximi occultum nisi fecisset per modum iuris coram Prælato & huiusmodi, tunc enim dicit certum dicendo quod habenda est de eo bona opinio, quia de quolibet præsumendum est bonum nisi contrarium probetur, sed nunquid peccat talis mortaliter si facit ex odio contra illum, cuius occultum crimen publicat, non est facile euadere quin talis faciat extra charitatem fraternam, & per consequens mortaliter peccat, si uero ex lapsu linguæ, uel ex imprudẽtia nõ est facile euadere quod extat

Dubia curiosa.

ēst genus peccati uenialis, quia lingua lubrica est & qui non offendit in uerbo hic perfectus est

Iacobi ca. 3. uir. Nec auditione debet statim talibus uerbis ex improuiso dictis adhibere fidem qa qui cito cre-

Cur rara fides reperiat. dit leuis est corde & ideo rara fides est quia multi multa loquuntur.

Similiter dico de illo, qui dicit coram aliis se audisse à tali tale crimen ita quod recitat sicut audiuit non addendo nec asserendo ex se nisi quod audiuit.

ALIO modo potest alius alium infamare, sicut tactum est in argumento principali indirecte negando si in iudicio uel coram aliis crimē, quod sibi imponitur, licet uerum sit, quòd cōmisit tale crimen, tamen in occulto, & ita negādo ipsum infamat negantem indirecte, quia reddit eum mēdacem, & iste non tenetur reuocare, quod negauit, quia non tenetur manifestare in publico peccatum suum occultum nisi sufficienter constrictus.

SED nunquid iste peccat mortaliter uidetur, quòd sic, mentiendo uerum, & uidetur mendacium perniciosum, quia in infamiam accusantis, ut patet.

Deut. ca. 16. DICO, quòd non quia scriptum est Deuteronomio iuste quod iustum est exequeris non in publico Dicendum est quod non potest sufficiē ter probari. nam Deus uoluit aliqua occulta sibi

Primi Regū. cap. 16. seruari. Nam homo uidet ea, quæ patent. Deus autem intuetur cor. non ergo negans in publico crimen sibi impositum in occulto commisit peccatum mendacii in accusante, sed ipse est sibi perniciosus qui sufficienter probare non poterat debet autem ille negans sobrie loqui dicendo credo quod ipse credat dicere uel probare uerum, sed fuit deceptus, & huiusmodi uerbis palliare illius infamiam.

AD principale patet responsio ex dictis.

DISTINCTIO XVI.

CIRCA DISTINCTIONEM XVI.

Quæritur,

VTRVM ISTA TRIA: CONTRITIO confessio & satisfactio sint partes pœnitentiæ.

Scotus 4. sent. dist. 16. q. 1.
D. Thomas 3. parte summæ q. 90. Arti. 2.
Ricardus 4. sent. dist. 16. q. 1. Art. 1.
Franciscus de Mayronis 4. sent. dist. 15. q. 4.
Durandus 4. sent. dist. 16. q. 1.

Quæstio prima.

CIRCA distinc. sexiamdecimam quæritur primo, utrum ista tria. s. contritio, confessio, & satisfactio sint partes pœnitentiæ.

QVOD non: Pœnitentia est sama simplex. ergo non habet partes.

CONTRA id est Magister in littera, qui dicit, hæc tria requiruntur ad pęnitentiam, sed non nisi, ut eius partes, ut uidetur, ergo.

RESPONDEO sicut patet ex dictis, quòd pœnitentia potest accipi multipliciter; Vno mo- distinc. 14. q. 2. & 3.
do pro uirtute, quæ est quædā iustitia uindicatiua peccati à se comissi. Alio modo pro actu illius

Pœnitentia multis modis pōt accipi nirtutis, qui est quoddam imperare intellectui, ut recogitet peccatum, & uoluntati, ut detesteiur illud. Alio modo pro ipso actu imperato. s. pro ipsa recogitatione & detestatione uoluntatis. Alio modo pro tristitia causata in uolnntate ex istis actis imperatis immediate, sed neutrum istorum modorum accipiendo pœnitentiam illa tria sunt partes eius, ut patet. Alio modo pro ut pęnitentia est sacrāmentum, & sic est sacræ rei signum, & tunc formaliter pro illo signo efficaci significantis efficaciter ex institutione diuina absolutionem animę à peccati. Alio modo fundamentaliter pro debita forma uerborum prolatorum a sacerdote iurisditionem habente cum debita intentione, & patet etiam quòd neutro istorum modorum ista tria sunt partes pœnitentiæ proprie nec integrales nec essentiales nec subiectiuæ, sed quid dicemus ad Magistrum?

RESPONDEO quòd sunt, uel dicuntur partes pœnitentiæ, quia exiguntur ad pœnitentiam, quæ est sacramentum, uel antecedunt, ut contritio, & confessio, uel consequuntur, ut satisfactio.

AD argumentum patet ex dictis responsio.

VTRVM REMISSIO, VEL EXpulsio culpæ, & infusio gratiæ sint una simpliciter mutatio.

Scotus 4. sent. dist. 16. q. 2.

Quæstio secunda.

SECVNDO quæritur, utrum expulsio culpæ ab anima, & infusio gratiæ in anima sint una simplex mutatio.

QVOD non: Expulsio est corruptio culpæ, & habet duos terminos. s. esse culpæ, & non esse culpæ, & similiter infusio gratiæ est creatio, & habet duos terminos. s. non esse gratiæ, & esse gratiæ, igitur sunt ibi quatuor termini, ergo duæ mutationes.

CONTRA: Si expulsio culpæ est alia mutatio ab introductione gratiæ, uel est positiua, uel acquisitiua, uel priuatiua, nec potest dari primū, quia terminus ad quem non est aliquod positiuum excepta gratia. nec potest dari secundum, quia terminus à quo non est aliquid positiuum. culpa enim est priuatio formaliter. ergo.

RESPONDEO, & dico primo, quòd non sunt a una simplex mutatio. Hoc probo dupliciter, primo sic: Vnum simplex non potest plurificari manendo idem, & unum. & hoc accipiendo uniformiter, unum simplex non potest plurificari. ita quòd si unum realiter, & reliquum realiter & si unum simplex plurificatur secundum ratio- Vide Varronem in 4. q. præsenti.

Iacobi c. 5. & Alexand. Alē sis in 4. parte summæ de confessione.

eata uestra. Sed illud non reputo uerum. non.n. Apostolus Iacobus intendebat sacramentum instituere, sed nos ad humilitatem inducere, quod patet ex eo, quia statim subiungit, & inducit nos ad charitatem fraternam dicens: Et orate pro inuicem, ut saluemini. Certum est enim, ꝙ in hoc uerbo non instituit aliquod sacramentum, ergo, nec in illa, Vlterius etiam ipse non habebit authoritatem instituendi aliquod præceptum generale in tota Ecclesia Christiana, cum non esset Episcopus Romanus, sed Hierosolimitanus; nisi forte diceretur, quòd in principio illo Ecclesia Hierosolimitana fuit caput, quod Romani non concederent.

Ioā. cap. 20.

DICO igitur, quòd præceptum de confessione haberi potest in Euangelijs Ioannis: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata. Ex hoc arguitur sic, quòd Christus tunc loquebatur Apostolis tantum, ergo Sacerdotibus dedit potestatem absoluendi à peccatis, sed credendum est, quòd non tanquàm principalibus agentibus, uel remittentibus, quia solus Deus est principalis remissor culpæ, ergo tanquam instrumentis, & arbitribus, sed non possunt esse arbitri peccatorum ignoratorũ, ergo oportet, quàm manifestentur eis per confessionem, cum ipsi non cognoscant abscondita cordis, ergo.

Omnibus sacerdotib. data est ptās remittendi peccata nō principaliter, qa hoc est proprium Dei, ergo ministeria liter.

Sed forte dicerent quod uerum est quod concessum est sacerdotibus quod possint peccata dimittere, sed ex hoc non habetur quod nobis sit præceptum confiteri.

Dico quod si concessum sit sacerdotibus mandatũ, tamē ipsi Sacerdotes non possunt ut arbitri dimittere peccata nisi illa sciant, & non possunt illa scire nisi alij confiteantur eis, sequitur quod consequenter eodem præcepto obligantur peccatores ad confessionem, quo obligantur sacerdotes ad absolutionem.

Si uero non sit preceptum, sed purum concessum adhuc sequitur propositum quod Christus concessit hoc sacerdotibus ut possent peccata dimittere propter salutem peccatorum, ut frequenter habetur in Euangelio quod cum peccatis non potest quis intrare in regnum cœlorum, uel Dei, ergo de necessitate salutis est, quòd peccatoribus dimittantur peccata, sed non habetur à Christo alius modus expressus, quo qs possit absolui à peccatis, uel saltem, ut facilior, quàm à sacerdotibus quibus hanc potestatē concessit, licet ipsis cum arbitri sint non possint dimittere peccata ignota. ergo oportet ut eis notificentur per propriam confessionem & per propriā personam, ergo ex ui Euangelij habetur quod spectat ad salutem confiteri propria peccata & qua ratione unam & omnia, ergo.

Conditiones notabiles cō fessionis.

DE principali dico quod includit aliqua ex parte confitentis, & aliqua ex parte confessoris. ex parte confitentis includit diligentem examinationem, & peccatorum recogitationem in propria conscientia. ita quod non sit qualicunque sed diligens quantum est possibile nostræ fragilitati. Item quod de peccatis sic recogitatis hēat aliquam displicentiam & detestationem & propositum non amplius peccandi & propositum ēt obediendi Ecclesiæ de satisfactione non quidem quòd sit necessarium satisfactionem aliquam à sacerdote imponi, quia si nullam uellet recipere ex quo haberet alias duas conditiones permissas absoluēdus esset, ut dictum est. sed si recipiat oportet ꝙ obediat sacerdoti, & obedientiam perficiat. si autem non recipiat à sacerdote, oportet quod habeat propositum recipiendi eam à Deo in purgatorio uel alibi & per hoc patet qđ non quilibet homo includitur super hoc præcepto, sed solum adultus habens usum rectę rationis quia aliqui habere incipiũt citius & aliqui tardius & patet quod soli tales includuntur qui non habēt usum rectę rationis ut possint recogitare, & detestari & confiteri peccata ex quo ipsa non cognoscunt licet habeant peccata mortalia si nũquam habuerũt usum rationis. Ex parte uero cōfessoris dico de necessitate non sunt confitenda nisi peccata mortalia, uel alia de quibus dubitatur utrum sint mortalia. Venialia autē cum perfecta charitate quæ est nauis Ecclesiæ stant. & ideo pro eis non oportet recurrere ad pœnitentiam quę est secunda tabula post naufragium. secundũ Hieronimum includitur etiam quod confiteatur omnia peccata mortalia fideliter quę primo sunt recogitata quod nullum dimittatur quin confiteatur illi eidem sacerdoti alias non potest absolui ab alijs secundum Augustinum de uera & falsa pęnitentia. includitur etiam quod confiteantur circunstantias loci temporis in peccato, & sunt Modus, status personæ & motus, qoo ducitur hora propria, & mora secundum Augustinum ubi supra.

Distinct. 2.

Hieronimus ad demetriadem & lib. 2. super Isaiam cap. 3.

Dist. 5. c. consideret.

Quando sit tp̄s confitēdi

Ex parte autem temporis non includitur ex præcepto Ecclesiæ quod Christianus cōfiteatur nisi semel in anno de communi lege. sed sunt multi casus in quibus alias tenetur. ut in casu mortis non solum infirmitatis sed quando aggreditur aliquod arduũ de quo dubitatur de periculo mortis ut bellum & naufragium & huiusmodi & quādo debent recipere communionem uel ordinem sacrum propter reuerentiam sacramenti.

DE tertio dico quod Ecclesia non specificat quæ peccata habent confiteri, sed absolute dicit in præallegato cap. omnis utriusque sexus. adultus eo modo quo expositum est de adulto quod semel cōfiteatur in anno omnia peccata sua mortalia tantum, quia uenialia ex quo sunt cum gratia non oportet de necessitate confiteri. Vnde non propter necessitatem sunt confitenda uenialia in se uel propter præceptum Ecclesiæ quo generaliter omnis utriusque sexus ad confitendum ligatur semel in anno saltem.

Ricard. pñte dist. Art. 2. q. 4. I solutione primi argu.

SED hoc non uideo. nam cum dicit cap. omnis utriusque sexus quod quilibet confiteatur oīa peccata sua uel hoc signum distribuit oē pro mortalibus, & uenialibus quod à nullo conceditur. s. quod confessio uenialium cadat sub præcepto uel tantum pro mortalibus quod conceditur. Verum est ergo non habens peccatum mortale

nullo

nullo modo includitur in isto præcepto: Et cõfirmatur quia irrationale uidetur quod peccatum mortale portet secum aliquod commodum sed modo ita esset, nam in proposito, posito, quòd in ultimo die anni quando debet cõfiteri aliquis non haberet nisi peccata uenialia tenetur confiteri de illis per se, posito quod eodem die anteq̃ confiteatur committat unum peccatum mortale tenebitur confiteri de isto & non de uenialibus, ergo actus peccati mortalis absoluit eum ab obligatione confitendi de uenialibus quod uidetur inconueniens.

D.Thomas 3 par. summæ. q. 65. Art. 1. est nobiscũ, expresse ait, ad deletionem peccati uenialis nullũ ẽe directæ institutum sacramentum.

Dico igitur quod ex nullo præcepto Ecclesię habetur quod quis teneatur confiteri in aliquo casu nisi de mortalibus, & confirmatur de Eremitis solitarijs.

Confirmatio de Hæremitis solitarijs.

Sed cui erat peccata confitenda Ecclesia specificat in cap. 1. dicto. s. proprio sacerdoti. In primitiua Ecclesia non erant specificati proprij sacerdotes sed Apostoli qui discernebant. hi erant sacerdotes omnium sed postea specificatæ sunt dioceses inter se & parochie & sacerdotes in parrochijs & tunc Curati parrochianarum dicuntur hi proprij sacerdotes non tamen excludendo superiores ut Episcopus non etiam excludendo commissarios seu priuilegiatos sed de hac contẽtione require alibi & etiam de quando specificauit Ecclesia cum dixit semel in anno, & id tempus intelligitur naturaliter loquẽdo circa pascha quia in pasche tenetur etiam quia præcepto Ecclesiæ quilibet communicare tenetur nisi in casu, & cætera.

Dubium.

Alexand. Alẽsis q. 2.

SED est hic dubium utrum quis teneatur cõfiteri de peccato commisso statim quod sibi occurrit opportunitas cõfessorum quibusdam dicẽtibus quod sic quia quilibet stare debet sine peccato mortali, quibusdam quod non sed possit expectare usque ad tempus quo cogitur confiteri ex præcepto Ecclesiæ.

De se in.

Secunda opinio uidetur mitior quia præcepta pœnalia non sunt restringenda sed potius amplianda & modo ita est quod ex illo capitulo iuris habetur quod teneatur talis statim confiteri, uel quod non debeat siue possit expectare, debet, tamen talis statim confiteri. s. semper habere propositum confitendi siue actualiter uel habitualiter quando obligatur ex præcepto Ecclesiæ & tenetur habere propositum non peccandi.

Præceptũ de cõfessione reducitur ad 1. præceptũ decalogi, aut ad sabbata sãtifices.

AD argumentum principale dico quod omnes obseruantię legis Christianæ reducendę sunt ad præceptum Decalogi. præceptum autem hoc de confessione reducitur ad præceptum decalogi memento ut diem sabbati santifices in quo pręcipitur quod Deus colatur, ergo coli debet sicut uult coli & si etiam alio tempore uult coli aliter & aliter colendus sed in lege Christiana uult sic coli, ergo, & cætera.

DISTINCTIO XVIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XVIII. Quæritur,

VTRVM POTESTAS CLAVIVM tantummodo se extendat ad pœnam temporalem.

Scotus 4. sent. dist. 18. q. 1.

Quæstio prima.

CIrca distinct. decimam octauam quæritur, Vtrum potestas clauium Ecclesię in Sacerdote confessore se extendat ad pœnam tẽporalem uel ad culpam.

In hac distin. 18. Magister tractat de potestate clauium.

QVOD non ad pęnam, quia, aut ad remittendum eam, aut ad infligendum, non primo modo, quia tũc per frequentes absolutiones posset tolli tota pęna & ita in quolibet confessore esset potestas absoluendi à culpa & à pęna, quod est inconueniens. Nec secundo modo quia tunc pro quolibet peccato posset infligere quamcunque pęnã uellet sacerdos confessor, & confitens teneretur eam obseruare & ita teneretur implere pęnitentiam sibi iunctam omnino indirectam quæ omnino excederet quantitatem delicti, quod est falsum.

CONTRA: Ad aliquid extenditur, quia alias esset frustra sed non ad culpam immediate, tollitur enim immediate à Deo per infusionem gratiæ, ergo ad pęnam aliquo modo.

RESPONDEO quòd uidetur dicere Magister distincte quod potestas clauium distincte Ecclesiæ non se extendit ad remittendam culpã, nec pęnam æternam, sed Deus immediate illam dimittitem, quid ergo facit sacerdos Euangelicus, dicit, ꝙ Christus concessit sacerdotibus potestatem ligandi, & soluendi. i. ligatos, & solutos esse ostendere eorum arbitrio hoc confirmatur per illud Lucæ de illo leproso, quem prius Christus mundauit à lepra deinde misit eum ad sacerdotem ut, scilicet eum ostenderet esse mundatum.

Magister sen. sui oblitus fuit, dicens sacramenta cõferre gratiã, tñ Sacerdotẽ non uerè absoluere, sed ostendere absolutum.

Lucæ cap. 5.

Item de Lazaro quem Christus prius resuscitauit, deinde comisit eum Apostolis soluendum. ita dicitur hic, quod Deus absoluit peccatorem à peccato & pœna debita peccato quando ante confessionem, uel absolutionem conuertitur de peccatis, & tunc sacerdos absoluit eum, id est absolutum ostendit. Dicit autem, quòd se ad pœnam extendit temporalem, quia si pro temporali peccato debetur tanta pœna ex soluenda potest eam mediare uel aliter mutare secundum suum arbitrium.

Ioannis c. 2.

Quare Ricardũ disti. pñti Art. 2. quæst. 1. & 2.

CONTRA: Secundum hoc: Pœnitentia non esset sacramentum nouæ legis, nam sacramenta nouæ legis ex institutione diuina sunt signa efficatia gratiæ non præteritæ sed futuræ, sicut patet in baptismo puerorum sicut etiam patet in Eucharistia, nam uerba prolata a sacerdote cum debita intentione super debitam materiam non sunt fundamentum signi existentiæ corporis Christi præexistentis ibi in præterito, sed debentis ibi existere in futuro, scilicet in fine prolationis uerborum.

Item

Item sacramenta nouæ legis ex institutione diuina sunt necessaria & immediate dispositio ad gratiam infundendam à Deo si dignè suscipiantur, ergo non oportet, quòd gratia præcedat, quia dispositio non est posterior eo, cuius est dispositio,

dist. 14. q. 44. Dico igitur sicut dixi supra, quòd esto quod peccator habeat tantam attritionem, quæ de congruo, uel de condigno mereatur deletionem peccatorum & infusionem gratiæ solum habeat aliquam detestationem peccatorum commissorum & propositum non amplius peccandi mortaliter & faciat confessionem suam completam & fidelem præmissa debita recogitatione in propria cõscientia & intendat suscipere sacramentum pœnitentiæ sicut Ecclesia intendit, & Christus instituit, talis uere absoluitur, & recipit gratiam, nulla gratia præexistente, & hanc excellentiam habent sacramenta nouæ legis supra sacramenta ueteris legis. & etiam, quòd si præuia dispositio sit tanta quòd meruisset remissionem culpæ & infusionem gratiæ tunc in suscipiendo sacramentum pœnitentiæ gratia augumentaretur, & sacramentum, tunc esset signum augumentum gratiæ. Authoritates adductę pro opinione Magistri non cogunt, prima quidem non, quia Christus nõ misit illum ad sacerdotem Euangelicũ, ut confiteretur, & ab eo absolueretur, sed misit eum ad sacerdotem ueteris legis, quia nondum soluerat legalia.

Sacramentum pœnitentiæ põt dignè recipi ab attrito.

Ad principale dico, quòd se extendit ad deletionem culpæ & obligationis pœnæ eternæ debitę pro culpa non quidem tanquam agens principale, sed tanquam instrumentum Dei, & signum efficax.

Ad difficultatem, quæ tangitur in articulo de iteratione absolutionis uidetur quod secunda absolutio ab eisdem peccatis habeat efficaciam, sicut primo si sit eiusdem rationis & ita totiens posset iterari quod tota pęna debita pro peccato tolleretur ita quòd non purgaretur in purgatorio, & ita in quolibet sacerdote esset potestas. & cæt. Nec oportet hic recurrere ad partes eiusdem proportionis, uel eiusdem quantitatis, quia prima, sicut secunda posset tollere partem eiusdem quantitatis, Sed probabilius uidetur, quòd secunda nihil facit uirtute clauium, sed posset facere propter humilitatem, & uerecundiam, & huiusmodi, & ratio est quia non est absolutio, quia, ut patet non soluitur nisi ligatus, sed ille non est ligatus, ergo.

DISTINCTIO XIX.

CIRCA DISTINCTIONEM XIX. Quæritur,

VTRVM CVILIBET SACERDOTI in susceptione ordinis Sacerdotij conferantur claues regni Cælorum.

Seraph. Bona 4. sent. distin. 19. q. 1. Art. 2.
Scotus 4. sent. dist. 19. q. 1.
D. Thomas 4. sent. dist. 20. q. 2. Art. 5.
Ricardus 4. sent. dist. 19. q. 2.
Durandus 4. sent. distin. 19. q. 1.

Quæstio prima.

Circa distinct. decimam nonam quæritur, Vtrum in susceptione ordinis sacerdotij conferantur claues ligandi & absoluendi.

Qvòd non: Dicitur de Christo: Claudit, & nemo aperit, aperit, & nemo claudit. Apoc. cap. 3.

Contra: Promittitur Petro, & sacerdotibus: Tibi dabo claues. Et quorum remiseritis peccata, &c. Matt. cap. 16 Ioan. cap. 20.

Respondeo quòd primo uidendum est, quid sint claues quantum ad rationem nominis, Secundo quot, & quæ sunt clauis Ecclesiæ. Tertio de comparatione earum ad inuicem. Quarto de comparatione earum ad caracterem sacerdotalem. Quinto de comparatione earum ad actus.

De primo dico, quod sicut clauis materialis non est formaliter apertio uel clausio ostiorum, sed est proximum instrumentum, quo ostium aperitur & clauditur, ita clauis Ecclesię non est formaliter absolutio, uel ligatio, uel arbitratio inter absolutum, uel ligatum, uel inter absoluendum, & ligandum, sed est quædam potestas data Ecclesiæ à Christo, quæ est proximum instrumentum ad hoc.

De secũdo dico, q est una clauis Ecclesiæ, quę dicitur clauis scientiæ & discernendi, qua sacerdos habet discernere inter lepram, & lepram peccati, sicut erat materialiter in ueteri lege. Nec ista est aliquis habitus scientiæ, sicut uidetur dicere Magister in litera quia quilibet sacerdos rite ordinatus quantumcunque ignarus habet istam. debet tamen concomitari scientia istam clauem ad hoc, ut digne, & rectè utatur ea habens eam. Alia est clauis sententiandi. i. soluendi & ligandi. Istę duę claues non sunt nisi in sacerdote rite ordinato & sunt cõcessæ Ecclesię, & sacerdotibus a Christo Io. quorũ remiseritis &c. & fuerunt promissæ p Matth. Tibi dabo claues. Duę alię claues proportionabiliter ad istas sunt in Ecclesia quãtũ ad forum manifestum. Nam in Ecclesia est duplex forum, unum occultum, ubi idem est accusator, & reus, & quo ad istud forum sunt duæ claues primo modo dictæ. Aliud est manifestũ, ubi non idem est accusator, & reus, & in isto foro habet etiam Ecclesia potestatem puniendi, excommunicandi, & absoluendi, & in isto alio foro sunt aliæ duæ claues, s. discernendi, & sentẽtiandi proportionabiliter ad prædictas duas, & istæ sunt cõcessæ Ecclesiæ à Christo per Matt, ubi dr̃: Si peccauerit in te frater tuus, & sequitur: Si Ecclesiam non audierit, sit ubi sicut Ethnicus. & postea sequitur: Amen dico uobis, quecunq; ligaueritis. Vbi, ut patet, datur potestas excommunicandi, & absoluendi ab eo, & ista potestas, siue istæ claues põt esse ẽt in non sacerdote, ut in Archidiacono.

Ioan. ca. 20. Matt. cap. 16. Matt. cap. 18.

De tertio patet, quòd primæ duæ non sunt eędem cum alijs duabus nec è conuerso, quia primæ duæ possunt esse in simplici sacerdote, in quo non sunt aliæ duæ primæ. Dico et quod duę primæ inter se non sunt eędē, nec secundę duæ inter se uno dico, quod sunt distinctę, & alię quamquam alij oppositum dicant licet enim de facto separētur ab inuicem sed in quocumque est una est alia tamen de possibili possent quantum de potentia Dei absoluta. Nam sicut Dominus temporalis posset alicui committere excommunicationem & inquisitionem super aliquo negotio reseruado sibi sententiam ita quòd diceret alicui suo sub dito: examina talem super tali negotio sed sententiam dandam serua mihi. posset etiam facere è cōuerso dare .s. auctoritatem alicui sententiandi de tali negotio sine illa examinatione licet ista secūda commissio non esset debita ei qui habet uoluntatem obliquabilem.

Quo claues inter se sint distinctę.

Tu dico, quòd absque contradictione posset deus de potentia absoluta date alicui unam de illis clauibus sine alia ex quo patet, quòd claues sunt inter se distinctæ.

De quarto dicit quòd primæ duæ claues sunt idem cum caractere sacerdotali ita quòd etiam inter se sunt eadem ita quòd potentia conficiendi examinandi sententiandi siue discernendi siue absoluendi, siue ligandi sunt omnino unus, & idem caracter.

D. Tho. dist. 18. huius quar ti. q. 1. solutio ne primi Argumēti, secūdæ quæstiunculæ.

Contra: In cæna fuit data Apostolis potentia conficiendi; sed clauis ligandi, & absoluendi non fuit eis data, nisi post resurrectionē Christi per Ioan. Quorum remiseritis. &c.

Item in Ecclesia nō datur simul quia potestas conficiendi datur sibi quando porrigitur sibi calix & dicitur ab episcopo: accipe potestatem celebrādi missam tam pro uiuis quam pro defunctis & tunc ut uidetur imprimitur sibi charakter sacer sacerdotalis. Postea quibusdam interpositis ponit sibi manum in capite dicens: accipe spiritū sanctum &c. Hoc tamen non assero utrum non simul tempore dentur in Ecclesia prædictæ potestates, tamen ita uidetur.

Item relatio eadem non potest esse ad diuersos terminos, sed character Sacerdotalis, ut est dictum supra est relatio ad diuersos terminos.

De quinto principali secundum illos, qui dicunt potentiam conficiendi, discernendi, sententiandi esse formaliter eundem characterem, esset dicendum, quòd sicut omnis sacerdos potest conficere, si habet debitam materiam, ita & cæt. Sed hoc est supra improbatum; potest tamen dici, quòd licet tres dictæ potestates sint tres distincti characteres dati in tribus signis sensibilibus, ita quòd primus scilicet sacerdotalis, in quo est potestas conficiendi, est principalis, & datur prius tempore, ut ostensum est supra. Alij autem duo dantur simul tempore in impositione manus super caput. Vel potest dici, quòd tres dantur simul in ecclesia tempore, ita tamen, quòd character sacerdotalis, qui est potestas conficiendi est principalis, est fundamentum harum duarum: tenendo primam uiam, esset dicendum quòd non quilibet sacerdos eo ipso quòd sacerdos potest absoluere, absoluere, & ligare, & discernere habita debita materia, imo nihil posset si recepto sacerdotali charactere in tactu calicis omittere secundum, scilicet impositio manus. tenendo uerò uiam secundam, esset dicendum, quòd omnis sacerdos eo ipso quod est sacerdos habet potestatem conficiendi, discernendi, & sententiandi.

Sed adhuc restat uidere de materia delata si ei omnis pœnitens.

Respondeo, quòd debita materia istis possibilibus, scilicet discernendi & sententiandi, sicut omnis panis triticeus, & omne uinum uitis respondet in eucharistia, & tunc esset dicendum, quòd sicut omnis sacerdos quantumcunque prohibitus uere conficeret habita debita materia, & peccaret mortaliter, ita omnis sacerdos pœnitentem absolueret uere ab omni peccato quantumcunque prohibitus licet peccaret mortaliter. sed illud communiter non tenetur, sed tenetur, quòd non est debita materia omnis pœnitens, scilicet, nisi detur ei ab aliquo superiori, nam sententiare, & discernere requirit auctoritatem super iudicato. Vnde sicut sententia non esset sententia nisi esset dato à suo iudice ita &c.

DISTINCTIO XX.

CIRCA DISTINCTIONEM XX. Quæritur

VTRVM POENITENTIA IN extremis ualeat ad salutem.

Scotus 4. sent. dist. 20. q. 1.
Ricardus 4. sent. distin. 20. q. 1.

Quæstio prima.

Circa distinctionem uigesimam primam, quæritur. Vtrum pœnitentia ualeat in extremis.

Quòd non: auctoritates Augustini contra hoc ponuntur in littera.

Item D. Augustinus in sermone de Innocentibus: Percutitur hac animā aduersitate peccator, ut moriens obliuiscatur sui.

Item D. Augustinus. Age pœnitentiam, dum sanus es. si sic egisti pœnitentiam eo tempore, quo peccare potuisti. si autem uis pœnitere, quando peccare non potes, peccata te deserūnt, non tu illa.

Eccl. cap. 17. adducit istud Augustin.

Item oē peccatum debet sufficienter purgari per pœnitentiam aliquam temporalem si debeat remitti, sed in morte non remanet tempus sufficiens nec post mortem, ut uidetur, quia sic moriens in peccato mortali statum damnatur,

ita

ita moriens in gratia statim saluatur, ergo post mortē non est peccatorum purgatio, ut uidetur.

Contra id est Augustinus de uera & falsa pęnitentia & ponitur in litera. *Dist. 7. Ican.*

Respondeo hic ꝙ sunt duæ conclusiones satis certæ, prima est, ꝙ oīs pœnitentia citra punctum mortis est salutifera. *1. conclusio.* hoc patet citra pūctum mortis homo semper est uiator, sed nulli ꝑcluditur uia salutis in toto statu uiæ. Secūda autem tabula post naufragium est pęnitentia, ergo. *Hyeroni. ad demetriadē.* Hæc conclusio confirmatur per D. Aug. ad dicta in principali argumento ad oppositum.

Secunda conclusio est, quòd uix nullus, *2. conclusio.* qui in uita sua fuerit prauus & peccator in morte habet ueram pęnitentiam hoc probatur, quia uera pęnitentia, siue sit solum intrinseca quæ de cōgruo meretur ueniam siue sit extrinseca sacramētalis requirit usum liberi arbitrij, ita ꝙ requirit usum recti iuditij rationis & usum liberum uolūtatis, sed in infirmitate mortali propter uehementem dolorem in parte sensitiua talis usus libertatis ualde impeditur licet non totaliter tollatur, & hoc idem tangitur ab August. in litera. *Pœnitentiæ seræ periculū*

Confirmatur quia habitus uitiosus aggeneratus in uita ualde inclinat ad oppositum & ualde retrahit à proposito hæc confirmatio tāgitur ab August in litera. Et confirmat quia uera pęnitentia requirit debitas circunstantias, & maxime finem, ꝙ.s. fiat propter debitum finem .s. propter amorem Dei, & peccatorum detestationem magis, q̄ propter pœnarum timorem, sed tunc ualde difficulter possunt haberi istæ circunstantiæ à tali habituato in uitijs cuius signum est quod communiter conualescunt ad uomitū redeant, ergo.

Hæc etiam confirmatio tangitur ab Aug. in litera quando dicit: age pęnitentiam in uita, & sanitate. Ex hac conclusione sequūtur duo corollaria primum est ꝙ peccator inducendus est ad pęnitentiam tempore sanitatis. Secundum est ꝙ in infirmitate mortali inducendus est toto posse ad conatum liberi usus recti iuditij & uoluntatis, ita quòd uere pęniteat propter debitum finem, & ad hoc inducenda sunt exempla & huiusmodi & est proponenda diuina misericordia ne desperet adducendo sibi exemplum de latrone, qui licet fuit serotinus in pęnitendo fuit tamen festinus in inueniendo ueniam. *Latronis exēplū affertur.*

Ad argumenta principalia dico, quòd omnes illæ auctoritates Augustini confirmant conclusionem secundam.

Ad Vltimam quod moriens in peccato mortali non habet in memoriam, & recordationem peccata, & ideo statim damnatur, sed moriens in gratia potest habere recordationem, scilicet obligationem pro peccatis, quæ comisisset pro quibus pęnituit, & ideo statim non beatificatur donec purgetur. ergo.

DISTINCTIO XXI.

CIRCA DISTINCTIONEM XXI. Quæritur,

VTRVM ALIQVOD PECCATVM possit dimitti post mortem.

Scotus 4. sent. distin. 21. q. 2.
D. Thomas secunda secundæ in tractatu de peccato ueniali quæst. 9.
Ricardus 4. sent. dist. 20. q. 2.

Quæstio prima.

Circa distinct. uigesimam primam quæritur, Vtrum aliquod peccatum possit dimitti post mortem.

Quòd non: Mortuus in gratia non potest post mortem peccare, ergo mortuus in peccato nō pōt post mortem à peccato resurgere. Antecedens probatur, quia ex tūc est confirmatus in gratia, & non est amplius uiator. Consequentia patet per locum à minori, quia leuius est cadere, quam resurgere.

Contra id est Magister in litera.

Respondeo quòd peccatum potest accipi pro culpa, uel pro pœna exsoluendo pro culpa. & potest accipi pro mortali, & pro ueniali accipiendo peccatum mortale pro culpa conclusio est certa, ꝙ non secundum Dei potentiam ordinariam. Ratio est, quia peccato mortali debetur pœna æterna, ergo, si in uita non fuit dimissum & commutata pœna æterna in pœnam temporalem oportet, quod post mortem absoluatur pœna illa, sed æternam non est pertransire, ergo peccatum mortale in uita non dimissum post mortem non dimittitur, sed æternaliter punitur. *Peccatū mortale non dimittitur, sed æternalr punitur.* Accipiendo autem peccatum mortale non pro culpa, sed pro pœna, scilicet peccatum in uita dimissum quantum ad culpam, sed non sufficienter in uita punitum. Conclusio est certa, quòd sic. nam mortuus sine peccato mortali, & per consequens cum gratia est benedicendus, sed Deus nullum beatificat nisi expeditum à solutione omnis pœnæ, ergo, omnis pœna debita pro peccato commisso, & iam dimisso in uita quo ad culpam si non exsoluatur tota in uita soluenda est post uitam, sed non simul cum beatitudine quia beatitudo excludit omnem pœnam non post, quia beatitudo est æterna, ergo ante .s. in purgatorio. Accipiendo ēt peccatum ueniale pro pœna pro ipso debita dicendum est idem. Accipiendo autem peccatum ueniale pro culpa quæstio habet difficultatem, Vtrum, scilicet peccatū ueniale in uita non dimissum quo ad culpam possit post mortē dimitti, & uidetur quòd non, quia culpa non dimittitur nisi per aliquem actum meritorium extrinsecum, sed post mortem homo est extra statum uiæ, & per consequens nec potest habere actum meritorium, ergo.

Contra, quòd possit quis mori in gratia & cum actuali peccato ueniali, ergo antequā ille beatificetur, oportet, ꝙ dimittatur sibi ueniale non solum quo ad pœnā, sed omne quo ad culpam. Primum uidendum est, qualis pœna debeatur peccato ueniali. Secundo de proposito.

De primo dicitur, ꝙ per se debetur sibi pœna æterna, sed per accidens temporalis pœna debetur sibi inquantum stat cum gratia, & unitur gratiæ. Prima pars probatur, quia alias in inferno esset aliqua redẽptio, ubi peccatum ueniale punitur in dãnatis æternaliter, sicut mortale, licet nõ ita intẽse.

D. Thomas secunda secũdæ tractat. de peccato ueniali. q. 9.

Aliter dr̃ è conuerso, ꝙ. s. de se debetur sibi pęna temporalis, per accidens autem pęna æterna, inquantum unitur peccato mortali. In damnatis hoc probatur eodem modo, quia in inferno nulla est redemptio.

CONTRA utrunque dico oppositum propter unionem ad gratiam, uel ad peccatum mortale, non exigit genus peccati uenialis, ergo propter talem unionem ad hoc, uel ad illud non debetur sibi pœna temporalis alia uel alia.

DICO, ꝙ cum peccatum ueniale non auertat ab ultimo fine semper debetur sibi pœna temporalis secundum quencunque rigorem iustitiæ, unde deberetur sibi pęna æterna uideretur esse contra iustitiam & esset punitio ultra condignum.

Ad probationem in oppositum dico, ꝙ in inferno nulla est redemptio illius peccati pro quo, quis damnatur ad infernum, sed patet ꝙ nullus dãnatur ad infernum propter peccatum ueniale, nõ ergo est inconueniens quòd pęna debita pro peccato ueniali tota exsoluatur etiam in inferno quia peccatum in uita dimissum per ueram pęnitentiã & tamen pro eo in uita non satisfactum esto, ꝙ ille talis damnetur propter aliud peccatum mortale superueniens, certum est, ꝙ post mortem exsoluatur pœna pro illo, sed non æterna, quia tamen quando in uita fuit per ueram pęnitentiam fuit dimissum mutata pęna æterna in temporalẽ, ergo.

Notabile singulare.

De secundo dicitur, ꝙ idem sit remissio peccati & solutio pęnæ debitę pro peccato soluto, ergo culpa est dimissa, sed post mortem põt exsolui tota pęna debita pro peccato ueniali cum sit tẽporalis, ergo, dicitur, ꝙ ultimo mortis illius, qui moritur cum gratia, Deus dimittit sibi omnẽ culpam uenialem & solũ reseruat sibi pęnam exsoluendam. unde neuter istorum modorum placet Scoto & ad aliud nõ determinat, sed dicit ꝙ alius modus ꝗratur. Primus non placet quia assumit falsum, nõ. n. sunt idẽ omnino quę possunt reparari, sed patet, ꝙ põt esse dimissio culpæ mortalis, uel uenialis in uita & solutio pęnæ post mortẽ, ergo.

Singul. dubiũ

Secundus nõ placet, quia certum est, ꝙ in ultimo instanti mortis nullus põt habere actum meritorum sed de cõgruo non remittitur culpa nisi per aliquem actum meritorium, ergo. Posset forte dici ꝙ ille qui moritur in gratia dat Deus ante mortem aliquem actũ meritorium propter quem dimittit omnem culpam uenialem, ita ꝙ nunꝙ permittit talem esse sub peccato ueniali actuali usq; ad mortem. Et tunc patet, quid dicẽdum ad illud primum argumentum istius primæ acceptionis.

Ad primum principale patet, ꝙ consequentia est falsa accipiendo peccatum pro pœna debita peccato. Nota uero quòd in hac q̃one dicit Scotus quòd gratia uiatoris intenditur secundum aliquem gradum per actum meritorium.

VTRVM CONFESSOR IN QVOcunque casu teneatur cęlare peccatum sibi in confessione detectum.

Seraph. Bona 4. sent. distin. 21. q. 2. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 21. q. 2.
D. Thomas 4. sent. dist. 18. q. 4. Art. 5.
Ricardus 4. sent. dist. 21. q. 2.
Durandus 4. sent. distin. 21. q. 4.

Quæstio secunda.

SEcundo quæritur, utrum in aliquo casu sacerdos possit reuelare peccatum sibi confessum sine peccato mortali.

QVÒD sic: Cuilibet est licitum renunciare iuri suo, ergo pęnitẽs potest renunciare iuri isti. quod sacerdos teneatur cælare, quæ sibi confitentur, ergo potest licentiare, quòd reuelet, ergo in tali casu potest.

Item nullum præceptum est contra charitatẽ, sed bene dispensatione & præcepto, sed in multis casibus uidetur esse contra charitatem cælare peccatum sibi confessum puta quando esset contra fidem uel aliter bonum commune, & huiusmodi, ergo.

Item ponuntur insidiæ in nemore sacerdotem & socios transeuntes & recedit unus de insidijs, & occurrit sacerdoti, in introitu Siluæ & confitetur ei omnia sua peccata, tunc sacerdos his auditis non tenetur procedere in uia cępta, quia non tenetur se exponere morti, sed non procedendo reuelat socijs confessionem factam; quia illi statim aduertent, ergo in hoc casu, & in consimilibus licet confessionem reuelare.

CONTRA de Pœnitentia, & habetur in litera 1 Sacerdos ante omnia caueat. &c. dist. 6.

De pœnit. & re. extra.

Item de pœnitentijs, & remissionibus: Omnis utriusque sexus omnino caueat, ne uerbo, uel signo, uel alio quo uis modo prodeat peccatorem. & sequitur: Si peccatum sibi confessum præsumpserit reuelare nõ solum sacerdotio decernimus esse priuatum, uerum etiam ad agendam strictissimam pęnitẽtiam in actissimum Monasterium recludendum.

RESPONDEO & prima conclusio sit, ꝙ cælare peccatum detectum tenetur sacerdos de lege naturæ.

Secunda quod tenetur de lege diuina positiua.
Tertia quod de lege Ecclesiæ positiua.
Quarta quando & qualiter.
Quinta de alijs secretis.

Ricard. dist. pñti Ar. 4. q. 1

PRIMA conclusio probatur sic: Quilibet tenetur de iure naturæ non mentiri, & maxime mendacio pernicioso, sed sacerdos mentiretur recitando peccatum sibi confessum, ergo. Minor probatur, quia non audit in propria persona, sed in persona Dei. Vnde Angelus loquens Moysi in persona Dei uerè cum dixit: Ego sum Dñs Deus tuus; fuisset mentitus Angelus, si hoc dixisset in persona propria. Ita Sacerdos, Cum in

Exo. cap. 20.

eadem persona sacerdos audit confessionem, & absoluit quia ad hoc audit ut sententiet supaudita, sed absoluit nō in psona Dei sed ī propria persona licet authoritate Dei. Probatur minor, quia absoluit, ut minister Dei, nam si absolueret in persona Dei, & non ut minister posset dicere sine prece præuia, scilicet Dominus te absoluat, nec diceret authoritate, qua fungor, sed absolute diceret: ego principaliter te absoluo sicut angelus absolute dicebat: ego sum Dominus Deus.

Ricard. ubi supra q. 2.

Item quia mentitur sacerdos, dicendo, ego hodie celebraui in tali altari, & dixi talia uerba: Hoc est corpus meum, ergo, patet, quòd non minus celebrat & baptizat in persona Dei, quàm audiat confessionem.

Item ratio est insufficiens, quia saltem non mētiretur, si diceretur: Ego in persona Dei audiui talia à tali, uel ego, ut minister audiui in persona Dei talia.

Item sacerdos non mentitur recitando peccatum sibi confessum in uniuersali non applicando se ad aliquam singularem personam, sed absolute, dicendo, accidit mihi in confessione talis casus, ergo non mentiretur recitando personam singularem. Consequentia patet, quia sacerdos nescit in uniuersali nisi quia audiuit illud à tali persona singulari. Antecedens patet per communem experientiam, quia communiter dicunt sacerdotes, quod non diceret si mentiretur. Vbi Innocentius Papa respondet cuidam, qui rescripserat sibi, quid esset agendum de tali casu qui sibi in confessione occurrit. Vnde Papa non redarguit, sed scripsit ex quo personam singularem non nominauit imo super casu illo consuluit sibi quid sit agendum. Non tamen teneo illam opinionem, quæ uidetur esse communis ad hanc conclusionem.

Probo igitur primā cōclusionē aliter primo sic, & sumitur ratio ex parte cōitatis: lex naturæ de fraterna charitate exprimitur Matth. quæcunque uultis ut faciant uobis hoīs hoc facite illis, sed nullus debet uelle suam propriam infamiam, sed rectam rationem, ergo, nec alterius sed confessor uellet infamiam alterius si reuelaret peccatum alterius sibi confessum. Ecclesi. Curam habe de bono nomine. & Prouer. melius est bonum nomen.

Matth. cap. 7.
Eccl. cap. 41.
Prouer. c. 21.

Secunda ratio sumitur ex parte fidelitatis, nā quilibet ex lege naturæ tenetur seruare fidelitatem proximo suo quam secundum rectam rationem uellet sibi seruari, sed quilibet uellet sibi secrete seruari secretum commissum, ergo. Hæc ratio tangit Prouer. qui ambulat fraudulenter reuelat arcana, qui autem fidelis est celat in anima commissum. certum est autem quod ex lege naturæ non tenetur quilibet esse fraudulentus, sed esse fidelis, ergo.

Prouer. ca. 2.

Tertia ratio sumitur ex parte uirtutis nam quilibet ex lege naturæ tenetur esse uerax & per consequens seruare promissum, sed certum est, quod confessor saltem implicite promittit cælare peccatum sibi confessum, ergo.

Secūda cōclusio principalis probatur sic. Quilibet Christianus tenetur confiteri ex præcepto Christi & per consequens ex iure positiuo diuino ut ostensum est, ergo qui retrahit Christianum à confessione facit contra legem Christi positiuā, sed reuelans peccata sibi cōfessa retraheret alios à confessione quantum esset ex parte sua, ergo.

Distinct. 17.

Tertia conclusio principalis probata est supra ad aliud oppositum principale.

De quarta conclusione uidendum est, primo de quibus, secundo de quando. De primo dico, q non solum tenetur confessor, sed alius cui confessor, uel maliciose reuelaret, uel incaute, quia incauta uel maliciosa reuelatio sibi facta à sacerdote non debet præiudicare confitenti, nec dat ius isti, cui fit reuelatio, quòd ipse possit reuelare.

Item dico de illo qui audiret illum qui confiteretur ita quód omnia audita tenetur celare & omnino, & si maliciose obseruat peccat mortaliter. omnia ista possunt probari per rationes factas ad primam conclusionem principalem.

De secundo .s. de quando dico, q semper & ad pro semper quia præceptum est necessarium & negatiuum .s. non reuelare, & totum hoc pōt probari, ut patet per illas rationes primas, sed de quo dicitur, quod cuilibet tenetur celare, nisi superiori cui in casu potest reuelari, sed rationes præmissæ, ita concludunt de superiori, sicut de inferiori, sed nunquid Papa potest præcipere confessori, ut reuelet, dicitur q non potest super ea quæ sunt de lege naturæ.

Guilielmus Altisiodorē. sis 4. par. sum. tract. de confessione ca. 5.

Sed nunquid peccatum dictum confessori in confessione à quo sacerdos non potest absoluere potest superiori reuelari, uidetur quòd si quia tale peccatum à quo non potest sacerdos absoluere confitentem non est necessarium teneri secretè quia non uidetur confessio. Contrariū uidentur probare omnes rationes factæ ad primam conclusionem & etiam illa ratio Innoc. super allegata. non.n. ille Cardinalis scripsit Papæ reuelādo nomen mulieris, nec Papa uoluit scire, & tamē uidetur q ab illo peccato non potuerit eum absoluere ante Papæ responsionem. Videas, quid dicendum, sed quod sit celandum dico, q non solum peccatum & peccati circunstantias imo etiā personas cumplices in peccatis si in confessione reuelentur à confessore reuelari non possunt, & hoc etiam probant illæ primæ rationes.

Pro hoc uide Ricar. distin. pñti, q. 2.

De quinta conclusione dico, q in secreto recipiuntur, quæ in secreto dicuntur hoc est, q talia sunt quæ secreta habenda sunt, uel quod ex modo loquendi apparet qđ loquens uult illa ex eo, q non exprimat. omnia talia reuelari non debēt quod probatur ex eisdem rationibus.

Ricard. dist. pñti, q. ult.

AD primum dico, quòd celare secretum non solum est bonum confitentis, sed etiam communitatis, quia tunc sequerentur turbationes, extolleretur fidelitas & pax inter homines, & ideo renuntiatio istius non absoluit confessorem à lege secreti & etiam quia sacerdos obligatur ad hoc multis uiis, ut dictum est supra, à quibus non potest eum absoluere confitens. consideratur, dico

de alio secreto suo modo, Quid igitur, si confitẽs uoluit quòd illud pandatur? Dico ꝙ confessor potest & debet exigere quòd dicat sibi iterum extra confessionem & extra modum secreti per modũ narrationis communis & tunc poterit illud narrare tanquam commune dictum non tamen debet nisi ei uel eis cui uel quibus confitens uult.

Ad secundum dico quòd celare peccatum sibi confessum non est contra charitatem sed pandere esset contra charitatem ut probant primæ rationes ad primam conclusionem.

Deuter.c.20.

Et cum dicis quod posset esse contra fidem, uel bonum commune, dico quod relatiua illa uera est iuste, quod iniustum est exequeris, ergo q̃d contra charitatem est non debet charitatem exequi, nec iniuste, sed magis debet dimitti, sed aliter illud exequi non potest, unde reprobãdus est uersus iuristarum, & heresis crimen quod nec confessio celat, uel quod metrum non sit bonum, sed quia sententia est falsa.

Ricard. pñti dist. Art. 4. q. 2. in solutione 5. argum.

Ad tertium dico quod sacerdos debet cogitare aliquam uiam diuertendi ita quod nullus aduertat de aliquo. Vnde ipse posset dici reuelator confessionis nec uerbo nec facto uel debet inducere confitentem quod ipse moneat alios quod nõ intrent, & si nullo modo posset palliare quod socij cognoscant peccatum confessum dicit quidam quod debet intrare & exponere se morti, quia ex hoc erit martyr quia propter iustitiam moritur propter conseruantiam legis diuinæ de celando secretum confessum, Aliter potest dici, quod si non intret accepta illa occasione nõ propter hoc debet dici reuelator confessionum quia illud non intrare nemus non est signum quod de natura rei manifestat peccatum confessum, cum possit habere multas alias causas.

DISTINCTIO XXII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXII. Quæritur,

VTRVM PECCATA PER POENItentiam dimissa in recidiuante redeant eadem numero.

Scotus 4. sent. distin. 22. q. 1.
D. Thomas 3. parte summæ q. 88. Arti. 1.
Ricardus 4. sent. dist. 22. q. 1.
Durandus 4. sent. dist. 22. q. 1.

Quæstio prima.

CIrca distinct. uigesimam secundam quæritur, Vtrum peccata, per puram pœnitentiam dimissum redeant in recidiuante eadem numero.

lib. 1. cap. 5.
Matt. cap. 18.

QVOD sic: Augustinus contra Donatistas uidetur hoc uelle allegans dictum Christi Matt. de primo seruo, cui Dominus dimisit omnia debita, & quia ipse non est misertus conserui sui dominus repetijt ab eo debita sibi prius dimissa usque ad nouissimum quadrantem.

CONTRA: Peccatum consistit in actu, actus est de numero successiuorum, successiua autem non possunt redire eadem numero. ergo.

Peccatũ pluribus modis põt accipi.

RESPONDEO quòd peccatum potest accipi pro culpa actuali, quæ est deformitas in actu, uel priuatio debitæ rectitudinis uel pro culpa habituali siue pro reatu qui est obligatio ad debitã pœnam.

Ricard. pñti dist. q. 2. 1. q.

Posse etiam, uel potest accipi pro potentia Dei assoluta, uel pro potentia ordinaria loquendo de peccato secundo modo sicut magis quærit quæstio & loquendo de potentia Dei absoluta, dico, quòd potest obligatio redire eodem numero & eadem ad pœnam numero, siue in recidiuante, siue in non recidiuante, quia talis potentia non dependet ab actu recidiuantis. Quod ad eandem pœnam, patet, quia illa pœna non erat posita in actu, ergo, non minus est potentialis futura nunc quàm prius.

Ex distinct. 8.

QVÒD uero eadem obligatio numero patet quia positis eisdem terminis & fundamentis numero ponitur uel potest poni idem respectus numero, sed obligatio illa, quæ est reatus, est quædam relatio rationis uoluntatis diuinæ uolentis hunc esse ligatum ad hanc pœnam, sed patet, quòd manet eadem uoluntas diuina & eadẽ aĩa obligabilis, & eadẽ ut dictum est supra, ergo, loquendo de potentia Dei ordinata dico, quòd sapientia Dei sic instituit, quod rediret obligatio debita per ueram pœnitentiam deleta: hoc patet per Augustinum super illud Psalmi: Beati quorum tecta sunt peccata, & habetur de Pœniten. Diuina, inquit, clementia dimissa peccata in ultionem ulterius redire non patitur.

Psalm. 31.
Distinct. 4.

Aug. de pœn. dist. 2. & ponitur in littera dist. 15. cap. 5.

Contra hoc: Bona meritoria prius facta, & postea mortificata per superueniens peccatum mortale cessante peccato mortali per gratiam, iterum reuiuiscunt, & redit eorum acceptio ad primum, ergo, ita erit in peccato prius deleto, quòd recidiuatione redibit obligatio pro eo ad pœnam reuiuiscat.

AD hoc potest dici, quòd hoc est ex superabundanti Dei misericordia, non enim uult, quòd peccata reuiuiscant, & merita sic, & hæc est sententia beati Augustini, ut habetur in canone & ponitur in littera. Vnde sciendum, quòd bonis meritorijs pro præmio respondet gloria ex Dei ordinatione. peccato autem mortali correspondet pro pœna damnatio æterna, diuina autem clementia concessit uiatoribus, quòd pœna æterna debita pro peccato mortali posset cõmutari per ueram pœnitentiam in pœnam temporalem. soluta ergo pœna temporali pro peccato dimisso in uera pœnitentia nulla obligatio remanet, nec debet redire unquam ex quo tota soluta est, sed pro bono meritorio in uia non est redditum premium, scilicet gloria, ergo si mortificetur poterit reuificari ex quo nondum erat remuneratum.

In hoc ergo consistit super abundans Dei misericordia, concessit enim quòd pęna æterna debita pro peccato mortali posset commutari simpliciter in pœnam temporalem, & tamen noluit, quòd præmium, quod ipse ordinat ad præmium posset simpliciter commutari in bonum temporale, & dico simpliciter, quia in eo qui finaliter est malus commutat, si aliqua opera meritoria facit & reddit ei pro eis aliquod præmium temporale, ex quo ipse ponit obicem ad præmium æternum, nullum enim bonum dimittitur irremuneratum. Declaratur etiam per hoc maxime Dei clementia superabundans, quia pœna æterna debetur pro peccato mortali ex natura rei, siue ex rigore iustitiæ, & tamen Deus commutari conceßit in temporale. Pro nostris autem meritis propriis non debetur nobis uita æterna ex rigore iustitię, sed ex clementi Dei institutione, & tamen nō ei simpliciter commutat hoc præmium in præmium temporale.

De tertio autem dico, quòd de peccato in recidiuante reddi aliquo modo obligatio pro peccato prius dimisso nō quidem in se ut ostensum est in secundo articulo sed quasi in alio scilicet in circunstantia aggrauante peccatum recidiuantis nā recidiuans grauius peccat ut dicit ceteris paribus primo quidem, quia quanto quis magis immeritus recepit ab alio beneficiū tāto grauius peccat, si postea facit contra illum, quia est sibi magis ingratus, sed peccatori Deus est debitor in nullo nisi in pęna, ergo si dat tibi gratiam dimittendo pęnam & culpam commutando hoc est ex maxima sua liberalitate ergo talis iterum offendens est in gratissimus, secundo quia quanto, quis obligatur pluribus obligationibus tanto grauius offendit si facit contra eas, sed pęnitens per se obligat implicite non amplius peccare alias non ualeret pęnitentia sine illo proposito, ergo iterum peccando facit contra illam obligationem, & contra illam, qua obligatus est sicut & iustus siue innocens.

Deus non est debitor peccatori nisi in pęna.

CONTRA: Maius beneficium est continuè seruare hominem in innocentia, quàm post casum concedere pęnitentiam, ergo ingratior est innocens dum peccat, quàm pęnitens dum recidiuat, & confirmatur, quia minus habet occasionē peccandi cum non habeat habitum inclinantem ad malum.

RESPONDEO, ꝙ circunstantiæ aggrauantes possunt esse diuersæ, & aliquę competunt uni, quæ repugnant alteri. Concedo igitur, ꝙ cadens ab innocentia habet illas duas circunstātias aggrauantes peccatum: scilicet ingratitudinem, & quia non habet habitum inclinantem cōcedo etiam ꝙ cadens habet duas circunstantias aggrauantē peccatum. s. ingratitudinem, & quia implicite facit cōtra obligationes plures, sed cum illud peccatum cadētis à statu pęnitentiæ sit grauius primo peccato, quo primo cecidit à statu innocentiæ, uel non sit grauius, sed minus graue nihil minus in recidiuante dicitur aliquo modo redire peccatum primo dimissum nō quidem in se, nec ita intense, sed quia dimissio primi peccati est occasio ꝙ. s. habeat illas duas circunstantias aggrauantes peccatum, quæ quidem addit ad rationem peccati simpliciter. s. ad peccatum idem si posset esse absque omni circunstantia.

SED nunquid grauius peccat ardēs à statu pęnitentiæ, quàm à statu innocentiæ cæteris paribus; quia maius Dei beneficium est simpliciter conseruare Matrem, quàm Magdalenam non est dubium, immo Sancti in gloria habent singulare gaudium de non cecidisse. Ille aūt grauius peccat quantum ad hoc, quia facit implicite contra plures obligationes simpliciter. ergo peccat magis ingratus, si ingratitudo est maius peccatum in se, ꝙ infidelitas de seruando promissa. Si forte fit ecōuerso; dicendum, quòd ille infidelior grauius peccat.

Maius beneficium cōtulit Deus suę Matri quā Magdalenæ.

Sed nunquid oportet confiteri recidiuationem de omnibus peccatis primo dimissis, ex quo sunt circunstantiæ aggrauātes ultimum peccatum; Dico, quòd licet forte posset esse utile non tamen uidetur esse necessarium omnia recapitulare implicite, sed sufficit dicere pater in isto peccato recidiuaui, quia de consimili fui absolutus semel, & pluries, sicut est.

Dubiū oporteat ne confiteri recidiuationem.

Sed uidetur hic dubium nam recidiuans in eodē peccato post decimam absolutionem uidetur quòd undecimum peccatum sic tenens grauius, quàm primum quia addit ad ipsum decem obligationes, & ad secundum peccatum nouē, & ad tertium octo, & sic de aliis, & omnes istę additiones sunt circunstantiæ aggrauantes. ergo

Dubium.

RESPONDEO, ꝙ recidiuans non intendit explicitè, nec per se facere cōtra istas obligationes, licet illud consequatur ad id quod per se intendit & licet non intendat peccatum per se, tamen sub stātia peccati principalis est magis annexa, & magis esplicite ad illud, quod per se intendit. Vnde dico: Vna talis circunstantia forte non addit ad substantiā peccati in se centesimam partē de ratione peccati. i. forte centum tales circunstantiæ nō habent tantum de ratione peccati quantum ipsum peccatum in se nisi forte peccans intenderet ex proposito illas circunstantias propter suam prauitatem.

Sed est hic aliud dubium contra illud, quod dictum est supra. Nam Lucæ Dominus loquens Simoni dicit: Duo debitores erant. &c. & ita quis eum plus diligit. & ille: estimo ille cui plus donauit. Et Christus: recte respondisti, sed patet, quòd plura donantur magno peccatori cui dimittuntur multa, quàm iusto cui nihil dimittitur, ergo plus debet diligere, ergo ingratior est si peccat.

Dubium de duobus debitoribus, id est de Simone & Magdana. Lucæ cap. 7.

Et confirmatur, quia ad hoc uidebatur intendere Christus in parabola dicebat. enim illam propter Magdalenam, ut patet. ergo.

RESPONDEO, quòd donare uno modo dicitur liberaliter dare, & tunc plus donatur ei, cui maiora liberaliter donātur, & hoc modo plus donatur iusto, quàm pœnitenti, quia maius beneficium, quia cōseruatur in innocentia, quod est maius, quàm concedere pœnitentiam, ut dictum est supra. Alio modo donare pro donare. i. dimittere,

Donare duobus modis accipitur.

& isto modo accipit Christus, ubi supra, ut patet expressè, & hoc modo accipi endo: ille plus diligit, cui plus, uel maiora dimittuntur. Et istam cõparationem facit Christus, ut patet expresse, & nõ comparat donare secundo modo dictum ad donare primo modo dictum. Patet ergo, quid dicendum aliter.

DISCTINCTIO XXIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XX III. Quæritur.

VTRVM EXTREMA VNCTIO SIT Sacramentum nouæ legis.

Scotus 4.sent.dist.23.q.1.
D.Thomas 4.sent.distin.23.q.1. Art.1,
Ricardus 4.sent.distin.23.q.1.
Franciscus de Mayronis 4.sent.dist.23.q.1.
Durandus 4.sent.distin.23.q.1.
Ioannes Bacconitanus 4.sent.distin.24.q.1.

Quæstio prima.

CIRCA distinct. trigesimam tertiam quæritur una quæstio, quæ compræhendit totam distinct. & totam materiam istius Sacramẽti, Vtrum. s. extrema Vnctio sit Sacramentum nouæ legis.

Ex dist. 2.q.1. Iacobi cap. 5.

QVOD non: Sacramenta nouæ legis sunt instituta à Christo, sed hoc Sacramentum fuit institutum à Iacobo: Infirmatur quis in rebus. &c.

CONTRA id est Magister in littera.

RESPONDEO, & primo dico, quòd possibile fuit Christum instituisse aliquod Sacramentum, per quod tollerentur omnia peccata uenialia finaliter. secundo dico, quòd fuit congruum. tertio, quod hoc fuit de facto institutum.

Ex dist. 1.q.2.

PRIMVM probo sic: Sacramentum nouæ legis est signum sensibile efficax. tunc sic: possibile est Christum dimittere omnia peccata uenialia finaliter, ergo possibile est Christũ instituisse aliquod sacramentum signum efficax sensibile significans efficaciter talem remissionem. Antecedẽs patet. Consequentia etiã patet per locum à minori, quia etiam purus homo potest instituere ad placitum signum sensibile efficaciter sibi significans illud, quod proponit facere. Dico autem, quòd hoc sacramentum tollit peccata uenialia, quia peccata mortalia non tollit nisi baptismus, & pœnitentia.

SECVNDVM probo: Nam peccatis uenialibus respondet aliqua pœna temporalis cuilibet enim culpæ respondat pœna. ergo congruum est esse institutum aliquod sacramentum per quod remittantur peccata uenialia, quę quasi commutari possunt usque ad finem uitæ hominis, & sic in fine remissis, liberius, & citius possimus ad gloriam euolare.

Tertium probatum est supra.

SED uidendum est de diffinitione istius sacramenti. Dico igitur quòd extrema Vnctio est Vnctio consecrati olei ab episcopo facta homini infirmo pœnitẽti in determinatis partibus corporis à sacerdote sub certis uerbis prolatis cum debita intentione ex diuina institutione efficaciter significans finalem remissionem omnium uenialium.

Extrema unctionis definitio.

Hic tangitur materia proprinqua istius sacramenti scilicet unctio, & materia remota. s. oleum consecratũ ab episcopo, & debitum susceptiuum homo infirmus pœnitens. nam sanus non debet suscipere hoc sacramentum esto etiam quòd exponeret se morti intrando bellum, uel mare, & huiusmodi, ita quòd in talibus non debet ministrari, nec etiam infirmo qualicunque infirmitate, sed infirmo graui de quo probabiliter præsumatur de morte. nam ut dictum est, datur in remissionem finalem omnium peccatorum uenialium. Debet etiam esse potens in statu pœnitentiæ, & gratiæ, quia istud sacramentum non confert primam gratiam, sed supponit eam, augumentat autem primam gratiam scilicet baptismalem, & pœnitentialem, & tollit integraliter omnia uenialia. per hoc enim patet quòd non debet ministrari pueris ante usum liberi arbitrii, quia tales non sunt pœnitẽtes licet habeant gratiam baptismalem non tamẽ indigent remissione aliqua ex quo sunt infra usum liberi arbitrii. Non enim debet ministrari furiosis, & amentibus & huiusmodi carentibus usu rationis, quia tales non sunt pœnitentes nisi forte ante tales passiones, quando habeant usum rationis, & expresse petierunt sibi dari istud sacramentum. tanguntur determinatæ partes in quibus recipitur ista unctio. sunt autem partes istę principales septem, sed omnes geminãtur accepta una & in qualibet illarum partium principaliũ, & geminatarum fit in unctio & in uniuerso sunt tredecim particulę ungendę, sed septem tantum principales, in quibus dicitur tota illa oratio, quæ est uerborum forma & ita eadem forma uerborum septies iteratur sunt autem partes principales organa quinque sensuum, & organa principalia potentiæ motiuæ, & potentiæ generatiuæ pro organo principali. Potentiæ tactiuæ duæ manus. Motiuæ duo pedes. Potentię generatiuæ duo lumbi iuxta uerba Gregorii: In uiris luxuria in lũbis, ubi exponit illud Lucæ: Sint lumbi uestri præcincti. Pro organo potentiæ uisiuæ duo oculi. Potẽtiæ auditiuæ duæ aures. Potentię olfactiuę duę aures. Potentiæ gustatiuæ lingua tantum. Ita licet istud organum non geminetur, non tamen fit mẽtio in lingua, sed in labiis ad tollendam abominationem. Ideo fit super labia, & ista unctio deseruit contra peccata uenialia comissa cum lingua, quantum ad gustum & quantum ad loquelam. nam de istis duobus seruit lingua in natura secundo de anima sunt autem istæ unctiones uniuersaliter. Tangitur etiam minister idoneus. qui est solus Sacerdos. Vnde sic sacerdos hoc non acceptaret facere & faceret nihil sic, nec conficeret. si &c. Tangitur uerborum forma quæ est ista per istam sanctam unctionem & suam piissimam misericordiã parcat tibi Dominus quicquid manuum oculorũ & huiusmodi uitio deliquisti: Tangitur etiam conditio

Quæ sit materia propinqua unctionis, & materia remota.

Quare hoc sacramentũ nõ ministretur sanis. uide D. Bona. dist. præsenti.

Sunt septem partes principales in quibus recipitur ista unctio.

Lucæ ca. 12.

2. de anima textu. 88.

ditio requisita ex parte ministri, quæ est recta intẽtio & debet simul proferre uerba & ungere sicut in baptismo. Tangitur aut ratio quare illud sacramentum est formaliter signum efficax,& ex institutione diuina remissionis finalis omnium uenialium,cum augumento gratiæ. debet etiã materia remota huius sacramenti.s.oleum esse consecratum ab Episcopo sicut institutum est, ꝙ tamẽ non oportet de aqua quæ est materia remota in baptismo, tum quia baptismus est sacramentum necessitatis,& ideo materia eius debet esse communior, tum quia Christus sanctificauit omnem aquam ex tactu suæ mundissimæ carnis non autẽ apponitur ibi balsamum sicut in confirmatione propter aliud, & aliud significatum.nam confirmatus non solum debet habere puritatem conscientiæ,quæ significatur per oleum,sed etiam odorem bonę famæ,quæ significatur per balsamũ, sed unctio,quæ est in fine uitæ sufficit puritas con scientiæ.

Corollariũ. Quo sacramẽtũ unctionis sit unum. Ex dictis sequitur corollarium, ꝙ sacramentũ hoc non est unum unitate simplicitatis, uel indiuisibilitatis, sed unitate integritatis ita ꝙ est quidam signum efficax cuius proximum fundamentum sunt tredecim particulæ unctionis siue septẽ totales cum oratio illa siue uerborum forma septies explicata.

Ad argumentum dico, ꝙ sola sacramenta nouæ legis fuerunt instituta à Christo, ut patuit supra, sed per Apostolum Iacobum fuit hoc sacramentum promulgatum. Dist.2.q.2.

DISTINCTIO XXIIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXIIII. Quæritur,

UTRUM IN ECCLESIA SINT septem ordines eo modo quo ordo uel ordinatio ponitur sacramentum.

Seraphycus Bona.4.sent.dist.24.q.4.Art.2.
Scotus 4.sent. dist.24.q.1.
D.Thomas 4.sent.dist.24.Arti.3.q.1.
Ricardus 4.sent.dist.24.q.3.
Franciscus de Mayronis 4.sent.dist.24.q.2.
Durandus 4.sent.dist.24.q.3.

Quæstio prima.

CIRCA distinctionem uigesimam quartam quæritur, Vtrum in Ecclesia sint septem ordines.

QVÕD non: Quia tunc essent tredecim sacramenta, nam post sacramentum ordinis sunt alia sex.

Item in primitiua ecclesia non fuerunt nisi duo,ergo nec modo sunt. Cõsequẽtia patet,quia nullus post Christum habuit authoritatem instituendi aliquid, quod per se pertineret ad sacramẽtum, Antecedẽs probatur,quia in actibus apostolorum non legitur de sacerdotio,& de diaconatu.

Item episcopatus est ordo,ergo plures, quàm septem. Consequentia patet. Antecedẽs probatur per Dionysium de ecclesiastica hierarchia & per Isidorum libro 7.& idem habetur in canone. Cap.5. Cap.13.

Item prima tonsura est ordo,ergo plures, quã septem. Consequentia patet. Antecedẽs probatur quia tales gaudent priuilegio clericali. In cano. dist. 12.ca.cleros.

CONTRA id est Magister in littera.

RESPONDEO, quod primo uidendum est, quid sit ordo, secundo quot sunt ordines, tertio, si ordo est sacramentum nouæ legis. quarto, quo modo est unum.

DE primo dicitur, ꝙ ordo est quædam spiritualis potestas exercendi in ecclesia aliquem actum sacramentalem,& ita secũdum, quòd est potestas ad aliud, & ad alium actum talis dicitur alius, & alius ordo. Quid sit ordo D.Bona.Art. 2. primę partis præsentis distinctionis. q.2.

CONTRA: Tunc Episcopatus esset ordo, quia est potestas spiritualis ad aliquem actum.s.ad actum confirmandi & ordines,ad quos se non extendit sacerdotium.

Item tunc potestas absoluendi esset in sacerdote ordo distinctus à potestate conficiendi cum sit potestas alia ab alia,ut probatum fuit.

Item tunc quilibet laicus haberet unum ordinem, quia possent baptizare in casu necessitatis.

Dico igitur ꝙ ordo uno modo describitur ab Augustino, quòd ordo est congrua dispositio rerum parium, quia unicuique sua loca tribuens, & isto modo omnia entia uniuersi dicuntur habere ordinem debitum sicut dicitur, ꝙ omnia uolunt bene ordinari, sed in proposito ordo accipitur pro gradu spirituali in ecclesia,qui quidem gradus est quidam spiritualis potestas,uel dispositio in comparatione ad actum excellentiorem,qui fit in ecclesia.patet etiam,ꝙ excellentior actus in ecclesia est consecratio Eucharistiæ, igitur solum per comparationem ad actum istum, & non ad alium actum sacramentalem accipitur hic ordo,potest autẽ sic describi Ordo est quędam spiritualis potestas uel dispositio in ecclesia respectu consecrationis Eucharistiæ. 19.de ci. Dei cap.13. 12.met.cõ.52 Quid sit ordo sacer.

De secundo aliqui nitentes dictis Dionysii, & Isidori,& Can.allegatis supra ad principale,dicũt Episcopatum esse ordinem spiritualem, quia est potestas spirituali ad actũ, ad quẽ nõ est sacerdotiũ.s.ad actũ confirmandi,& ordines conferendi, & ita ordines erunt octo. Sed ex dictis ex primo principali patet,ꝙ non,quia secundum hoc essent plures,quàm quatuor.Dico, igitur quòd sunt tantum septem.nam potestas spiritualis conficiendi est supremus gradus in Ecclesia. Potestas autem dispensandi Eucharistiam,& spiritualiter est secũdus ordo in Ecclesia.s.diaconatus. Potestas autẽ offerendi materiam Eucharistiæ est tertius ordo in Ecclesia scilicet subdiaconatus & isti tres dicũtur ordines sacri, quia respiciunt immediate rem sacram sicut duo primi uel materiam rei sacræ sicut tertius. Patet autem ordo istorum,quia conficere est ordo excellentior,quàm dispensare,& dispensare est actus excellentior, quàm materiam offerre,& ideò sacerdotium est ordo excellentior

propter

propter aliam causam, quia.s.nō sacerdos, nec de congruo nec de facto potest conficere, sed non diaconus potest dispensare de facto licet non de congruo,& similiter non subdiaconus. Ex dictis. patet q primus ordo diaconi non est legere euangelium nec subdiaconi Epistolam, sed isti sunt remoti actus eorum. Alii autem quatuor ordines non dicuntur sacri, quia non ita de propinquo respiciunt rem illam sacram.s. consecrationē Eucharistiæ eorum autem sufficientia sic accipitur. nam sacramentum Eucharistiæ propter suam excellentiam multa requirit. Nam ex parte populi suscipientis requirit diuersionem quantum ad effectum,& ad istam attēdit populus accolitus, qui habet cereos accendere requirit cognitionē quātum ad intellectum,& ad hoc est lector. Requirit indignorum prohibitionem, & tunc indigni, uel sunt homines & hos prohibet hostiarius, uel sunt dæmones, & hoc prohibet exorcista.

Ex his considera quantum est uenerandum sanctissimum sacramentum.

De tertio principali dico, quòd cum sacramentum sit signum sensibile sacræ rei ordo proprie nō est sacramentum, quia non est signum sensibile, sed est quidam gradus spiritualis & ecclesiæ, uel quædam dispositio, uel potestas, ut uisum est supra. Imo si ordo esset sacramentum cum ordines sint septem, omnia sacramentum essent tredecim Nec potest hoc dici, quòd isti septē ordines sint fundamentum istius signi, quia est sacramentum sicut septem unctiones cū oratione septies replicata sunt fundamētum unius signi, q est extrema unctio, tum quia fundamentum cuiuslibet signi, quod est sacramentum nouæ legis debet esse sensibile, ut ipsum signum sit sensibile,& patet, quòd isti septem ordines sunt gradus & potestates quędam spirituales, tum quia ad fundamentum cuiuslibet signi quod est sacramentum nouæ legis necessario concurrunt aliqua uerba prolata cum debita intentione,& tamen, quia sacramentum non est sine toto suo fundamento, tum quia subdiaconatus ordinatus uerè suscipit sacramētum nouæ legis. Quid igitur sit sacramentum septimum Ecclesiæ, dico, quòd sicut ablutio facta propriis uerbis prolatis cum debita intentione etiam proximum fundamentum illius signi sensibilis, quia formaliter est sacramētum baptismi, ad quā ablutionem sequitur caracter baptismalis, qui non est baptismus, uel sacramentum baptismi. Ita suo modo dico, quòd ipsa ordinatio, uel consecratio est illud sacramentum septimum ad quam consecrationem sequitur gradus, uel potestas spiritualis in consecrato sicut sequebatur caracter baptismalis in baptizato.

Quid sit sacramentum septimum ecclesię

Et tunc sic describitur consecratio, quæ est sacramentum nouæ legis est institutio alicuius in aliquo gradu siue in aliqua potestate spirituali ad exercendum dignæ aliquem actum circa Eucharistiā factam à ministro idoneo certa uerba proferente sicut cum debita intentione ex institutione diuina efficaciter significans hoc sacramentum esse institutum in gradu prædicto particulę istius descriptionis possunt declarari consimiliter suo modo sicut declaratæ sunt in aliis sacramētis. Ista descriptio est uniuersalis ad omnes ordines possunt autem uariari ad alium, & ad alium ordinem pp hoc, q est institutum in alia & in alia potestate spirituali ad digne exercendum alium, & alium actum circa Eucharistiā. Ex dictis considera, q hoc sacramētum nouæ legis cōsistit in actu transeunte licet post actum aliquid aliud, ut post baptismum caracter baptismalis post consecrationem manet talis caracter, uel talis gradus uel potestas spiritualis. Videndum est etiam quòd hoc sacramentum nouæ legis nō est præcipue signū, quod est relatio ita quòd nihil plus includat formaliter, sed tantum materialiter & quasi per accidēs, imo dico, quòd totum hoc est sacramētum nouæ legis proximè fundamentale signa, ita quòd ad esse motis requirit plus, quàm ad esse naturæ. Exēplum. Virtus secundum esse moris, uel includit decentiā, uel congruentiā,& huiusmodi circunstantias, quæ sunt relationes, & tamen secundum esse naturæ non est nisi qualitas in suo modo ad esse sacramentale baptismi requiritur non solum ablutio cum aqua facta cum prolatione uerborum simul cum debita intentione imo etiam includit signum efficax. considera hoc deligenter, sed quomodo consecratio est sacramentum nouæ legis secundum prædicta cum non sit signum sacra rei, sed gratiæ.s. cuiusdam spiritualis gradus siue potestatis Dico, quòd in quolibet sacramento nouæ legis si digne suscipiantur confertur gratia,& augmentatur.

Cōsecrationis descriptio.

Exemplum.

Considera diligenter.

In quolibet sacramento cōfertur gratia.

De quarto principali dico, quòd est unum unitate generis propinqui & non unitate specifica cum sint multę consecrationes diuersarum rationum, ut patet, quia possunt ad inuicem separari,& habent aliam & aliam materiam & formam uerborum. Dico etiam quòd est unum unitate cuiusdam ordinis non quidem necessitatis, sed cōgruitatis, quia de congruo sacerdotium supponit omnis alios ordines præcedentes. Et dico de cōgruo, & non de necessitate, quia de facto posset, quis suscipere sacerdotium non præsuppositis aliis ordinibus primis sicut patet extra de clerico per saltum promoto ubi dicitur, quòd non est iterandū in talibus quod factum est, sed quod omissum est, supplendum esset autem iterandum si nullum fuisset factum ibi. patet igitur quod ordo posterior nō est de necessitate, sed de cōgruitate supponit primum.

Sed quis est idoneus minister ad conferendū ordines: Dico, quòd ad conferrendum tres ordines sacros solus episcopus, alios autem nō sacros quatuor possunt conferre quidam alii Abbates, uel prælati priuilegiati super hoc.

Solus episcopus ex officio ē huius sacramēti minister

Ad argumenta,& ad primum dico, quòd sacramenta nouæ legis diuiduntur in septem prima diuisione, & tunc consecratio, ut est genus propinquum ad septem consecrationes, stat pro uno sacramento, licet postea posset subdiuidi in species suas, sed nunquid in qualibet istarum cōsecrationum imprimitur caracter, Dicit Scotus expresse quòd

Opinio Scoti quòd sic, & dicit, quòd probabile est concedere. quòd sint caracteres alterius speciei, & dicit, quòd si ipsi gradus spirituales prædicti sunt ipsi caracteres, uel quilibet gradus habet suum Proprium caracterem. hoc autem ipse dicit in solutione secundi argumenti principalis, quod argumentum ego non posui.

Ad secundum dico, quòd omnia ista instituta sunt à Christo, & ipse in se exercuit actum singulorum ordinum, ut dicit magister in littera. In primitiua Ecclesia non oportuit tot ordinare secundum omnes ordines, quia propter paucitatem credentium sufficiebant sacerdotes & diaconi ad dispensandam Eucharistiam fidelibus.

Ad tertium dico, quòd episcopatus nō est proprie ordo, ut dictum est dicitur autē ab illis ordo pro quanto est quidam spiritualis gradus præeminentiæ in ecclesia.

Ad quartum dico, quòd prima tonsura non est ordo nec illa probatio cogit, quia etiam laici in ordinibus approbatis gaudent quantum ad aliud priuilegio clericorum.

DISCTINCTIO XXV.

CIRCA DISTINCTIONEM XXV. Quæritur.

VTRUM POENA CANONICA impediat à susceptione & collatione ordinum.

Scotus 4. sent. dist. 23. q. 1. & 5. q. 1.
D. Thomas 4. sent. distin. 25. q. 1. Art. 3.
Ricardus 4. sent. dist. 18. q. 1. & 3.

Quæstio prima.

CIRCA distinct. uigesimam quintam quæritur, Vtrum pœna canonica impediat à susceptione ordinum.

QVOD non: Maius est conficere, quàm ordinē conferre, & maius est sacramentum pœnitentiæ suscipere, quàm ordinem suscipere, sed nulla pœna canonica impedit sacerdotē, quin attentet conficere, uere conficiat, quamuis peccet. nulla etiā pœna impedit, quin uere pœnitens uerè absoluatur, alias in lege Christi præcluderetur uia salutis, quod absit. ergo. Dist. 1. de cætera & c. proximo.

CONTRA habetur.

RESPONDEO, quod primo uidendum est de pœnis canonicis. secundo quomodo impediūt collationem, & susceptionem ordinum, tertio, si ætas pueri impediat ordinum susceptionē, quarto, si sexus mulierum.

De primo dico, quòd pœnæ canonicæ sunt septem. s. depositio, degradatio, infamia, irregularitas, excommunicatio, interdictum, suspēsio. Quid sint istæ pœnę, & quomodo contrahuntur, & alia huiusmodi, quære alibi. Dico autem, quòd nulla dictarum pœnarum tollit ab ordinato, uel consecrato caracterem impressum, & potētiam ipsam spiritualem collatam in talibus consecrationibus, sed solum impedit actum, ne si de congruo possint exercere tales actus, & dico de congruo, quia de facto, si sacerdos degradatus, uel irregularis, uel excommunicatus, uel huiusmodi auderet conficere, uerè conficeret, sed mortaliter peccaret. Pœnæ canonicæ sunt septē. Vide Scotum & alios.

De secundo dico, quòd quinque pœnæ ultimæ non tollunt in conferente ordines potentiam cōferendi, nec in suscipiente potentiam suscipiendi quin de facto si attentent uere conferantur & illi dere suscipiāt, sed impedit eos de congruo ita quòd peccaret uterque. De pœna autem prima est dubium. s. utrum Episcopus degradatus de facto possit conferre ordines, & Vtrum degradatus possit de facto suscipere ordines, solutionem huius quære alibi. Vide pro hoc Ricardū in distinc. præsenti q. 3.

De tertio dico, quòd non posse suscipere ordines potest intelligi tripliciter uno modo. s. nō posse debite, & honeste. alio modo non posse licite. tertio nullatenus non posse etiam de facto. primo modo non possunt pueri infra annos discretionis suscipere ordines sacros. alios autem sic, primum probatur, quòd cuilibet ordini sacro est annexum uotum continētiæ, & ideo prohibitum est ne quis ordinem sacrum suscipiat, nisi potens libere & sponte promittere continentiam. ergo talis puer non potest libere talem ordinem suscipere: ex quo non est contra probitionem iuris. An pueri ante usum rationis possint suscipere ordines sacros.

Secundum probatur, quia non inuenitur in iure prohibitum, ergu non est illicitum ex quo non est contra prohibitionem.

Tertio modo non excluditur puer in quacunque ætate, quin si attentaret sibi conferri ordinē etiam sacrum uere conficeret & susciperet. Nam in susceptione ordinis nō requiratur in puero primus consensus, sicut, nec in susceptione baptismi, ubi uere imprimitur caracter sicut etiam nec in confirmatione ubi similiter imprimitur caracter nec etiam requiritur quòd statim exerceat actus per illam spiritualem potentiam, quam suscipit, immu potest per tempus expectare, ut patet, sed per quātum tempus debet expectare puer, ut possit licite, & de congruo suscipere sacros ordines de subdiaconatu habetur in canone 77. distinct. ubi dicitur, quòd nun ordinetur in subdiaconarū puer infra 20. annos. Et secundum hoc esset dicēdum de diacono 25. De sacerdote 30. Dico, quòd ad exercendum tales actus morales multæ sunt attendendę conclusiones debentium tales actus exercere. Dico quòd antiquitus pueri nō sic excitabātur acti infra uigesimum annum ad exercendum tales actus sacros, modo aut pueri nutriūtur ī talibus. & ideo magis esset aptus forte modo unus puer, quàm tunc fuerit unus rusticus uiginti annorum. Dico autem quòd nun credo sese modo contra prohibitionem aliquam, si puer, aptius, & expertus esset in actibus ecclesiasticis.

De quarto principali uidetur, quòd non quia in canone fit mentio de diaconissa, & fit mentio de presbyterissa. Dist. 27. q. 1. & 32. q.

DICO ergo, quòd nō mulier nec de facto nec de cōgruo, nec aliquomodo est capax susceptionis ali-

nis alicuius ordinis sacri Ecclesiastici de dictis, nec creditur hoc esse ex prohibitione Ecclesiæ, quia ecclesia de se non exceptuasset totum sexum muliebrem ad dignitatem sine culpa, & maxime, quia tales gradus Ecclesiæ maxime possunt esse, & quantum est de se sunt ad profectum animarum non solum aliorum hominum, sed etiam ipsorum habentium tales gradus & ita credo ita institutum fuisse à Christo, ut dicit Apostolus ad Thimotheum docere mulierem in ecclesia non permitto, quia scilicet Christus non permittit, & signum expressum est, quia nec suam matrem excedentem in sanctitate omnem puram creaturam instituit in aliquo gradu tali. Ratio huius est forte, quam innuit Apostolus primo ad Corinthios, quia post lapsum noluit Deus ascendere mulierem ad talem gradum dignitatis, quia sibi in pœnam dictum est Gen. sub Viri potestate eris.

Prima ad Thimotheū. c. 2.
Cor. cap. 11.
Gen. cap. 3.

Ad aliud de canone, qđ. additur in oppositum potest dici, ꝙ appellatur ibi presbyterissa abbatissa alicuius collegii & diaconissa illa, quæ instituta est legere Homiliam, uel forte tales appellãtur uxores sacerdotum, & diaconorum quibus licitum est, & habere & uti matrimonio prius contracto, sed hoc non habet locum in ecclesia latina.

Diaconissa nil aliud est quàm ministra.

Ad argumentum principale potest concedi similitudo quantum ad quinque pœnas ultimas, sed quantum ad primam pœnam si dicat, quòd Episcopus degradatus non manet episcopus negetur consequentia, sed hic gradus episcopalis est indelebilis sicut caracter sacerdotalis.

Ad aliud in oppositum de canone dico, quòd loquitur de posse licito & de congruo, & non de posse absolute.

Vide pro hoc Ricardū præsenti dist. q. 3

DISTINCTIO XXVI.

CIRCA DISTINCTIONEM XXVI. Quæritur,

VTRVM MATRIMONIVM FVErit à Deo immediate institutum.

Seraphycus Bona. 4. sent. dist. 26. q. 2. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 26. q. 1.
D. Thomas 4. sent. dist. 26. q. 2. Arti. 2.
Ricardus 4. sent. dist. 26. q. 3.

Quæstio prima.

CIRCA distinct. uigesimam sextam quęritur, Vtrum matrimonium fuerit à Deo immediate institutum.

QVOD non per illud Gen. Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea. Quamobrem relinquet homo, &c. Communiter dicitur, ꝙ tunc fuerit institutum matrimonium. ergo tunc instituit illud Adam.

Gen. cap. 2.

CONTRA: Dixit Christus Pharisæis: Nonne legistis, quia qui fecit ab initio masculum, & fœminam, dixit: &c. & addit: Quos Deus coiunxit homo non separet.

Matt. ca. 19.

RESPONDEO, ad euidentiam dictorum de matrimonio: Sit hæc prima cóclusio; Ad procreãdú prolem in natura humana debitè educẽdam, fuit conueniens marem, & fœminam sibi ad inuicem copulari inseparabiliter. *1. conclusio.*

Secũda quod illa inseparabilis copulatio à Deo approbata est. *2. conclusio.*

Tertia quòd congruum fuit copulationi annecti aliquod sacramentum nouæ legis & sic factum est. *3. conclusio.*

Quarta conclusio quando hoc sacramentum matrimonii fuit institutum, à quo & quæ sit eius forma, & quis minister, & quis effectus, & quo modo est unum. *4. conclusio.*

PRIMA conclusio probatur, nam cum homo sit mortalis, expediens est, quòd homo generet hominem ad conseruandam speciem ad hoc, ut species, quæ non potest conseruari, quia aliter nõ potest esse generatio, sed si quilibet copularet sibi quamlibet, dicerent è conuerso, & non quilibet haberet sibi copulatam suam propriam, & quælibet non haberet suum esse contra bonum prolis: Probo, quia saltem uidetur, quòd pater non haberet curam de prole, quia non cognosceret distinctè suam prolem, & ita non educeret, nec disciplinaret suam prolem, ne diligeret eam tanquã opus suum. & ita patet, ꝙ esset contra bonum prolis. Et ideo nota, quòd propter istam causam, licet quandoque unus habuerit plures uxores, licitè ante Christi aduentum; nunquam tamen habuit una plures uiros simul. esset etiam contra bonum ciuile, quia tunc in politia ciuili cessarent affinitates, & consanguinitates, & per consequens consurgerent discordiæ. ergo.

SECVNDA conclusio patet, quia Deus per os Adæ approbauit hanc copulationem. Vnde Gen. dedit præceptum. Noe, & filiis de multiplicatione per generationem, quia nõ fecisset nisi approbasset illam copulationem necessariam ad illam multiplicationem. *Gen. cap. 2.* *Gen. cap. 9.*

TERTIA conclusio probatur, quia certum est ad istam mutuam obligationem, per quam uir tradit corpus suum sub perpetuo dominio uxoris, & econuerso sequitur maxima difficultas: ergo cum illa obligatio, ad quam sequitur difficultas, fiat propter debitum finem scilicet ad procreandam prolem, propter diuinum cultum ampliandum, & propter angelicum casum reparandum, & fiat uoluntariè, congruum est, ut ibi conferatur gratia siue augumentum gratiæ, si non ponat obstaculum, & per consequens congruum fuit institui à Deo aliquod signum efficax sensibile ad significandam illam gratiam, uel augumentum. non enim in hoc sacramento datur prima gratia, sed supponitur illa, & illa augumentatur, & ita factum est, ut patebit in conclusione sequenti.

QVARTA conclusio probatur: Nam cũ matrimonium sit sacramentum nouæ legis, ut ecclesia tenet, oportet dicere, quòd institutum est à Christo, quia omnia septem sacramenta nouæ legis, ut Ecclesia tenet, oportet dicere, quòd *Matrimoniũ est uerum sacramentum.*

instituta

[Margin: Diſt. 2. q. 1. Ge. c. 2. uel 9. Matth. c. 19.]

inſtituta ſunt à Chriſto, quia omnia ſeptem ſacramenta nouæ legis Chriſtus inſtituit, ut dictum eſt in hoc quarto libro, non ergo inſtitutum fuit Gen. ut ſacramentum nouæ legis, ſed magis in Matthæo, quando Chriſtus dixit: Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. nec inuenitur in Euangelio locus magis expreſſus inſtitutionis huius ſacramenti, & forma uerborum determinata non habetur de hoc ſacramento expreſſe, ſed forte poſſet eſſe ſufficiens forma quæcumque uerba, uel quæcumque ſigna certa exprimentia mutuum conſenſum in hoc ſacramento, forte ex parte uiri, & uxoris. Miniſter uero non eſt aliquis determinatus in hoc ſacramento, ſed indifferenter forte quicumque eſt idoneus miniſter: Vnde quandoque ad inuicem hoc ſacramentum miniſtrauit uir, & Vxor abſque alio miniſtro tertio, quandoque autem mediante tertio miniſtro, & tunc oportet dicere; non hic eſt unus miniſter unitate indiuiſibilitatis, ſed unitate integritatis, ſicut etiam ſecunda prædicta oportet dicere de forma uerborum.

[Margin: Tria bona matrimonii explicuit, bonum inſeparabilitatis bonum fidei, & bonũ prolis.]

Et ſi dicatur, quòd in matrimonio eſt determinata forma uerborum, & determinatus, & certus miniſter, ſicut in aliis ſacramentis, oportet dicere, quòd non omnes contrahentes utantur eiſdem uerbis, nec eodem conſimili miniſtro, ut patet. Effectus autem primus & immediatus huius ſacramenti eſt gratioſa coniunctio animorum utriuſque, & eſt etiam effectus, cuius tanquam ſignum augumentum gratiæ in utroque ſi non ponant obicem, & ſi ſint quando contrahunt in ſtatu pœnitentiæ, & habeant in contrahendo intenilonem debitam. ſi uero unus ipſorum ſit in tali caſu, & alter, non ille tantum, uel illa recipit augumentum gratiæ. Eſt autem unum hoc ſacramentum non unitate indiuiſibilitatis, ſed integritatis, ut iam patet, & patebit.

[Margin: Quid ſit effectus huius ſacramenti.]

[Margin: Quo matrimonium ſit unum ſacramentum.]

Sciendum tamen, quòd non ſunt idem matrimonium, contractus matrimonii, & ſacramentum matrimonii. Contractus autem matrimonii conſiſtit tantum in fieri, & eſt cauſa in fieri, & eſt quædam obligatio perpetua, quæ naſcitur de illo contractu, & illa obligatio non conſiſtit tantum in fieri immo eſt permanens, & perpetua uſque ad mortem, & quædam relatio realis extrinſecus adueniens cum habeat terminos reales, uel rationis, & uerius uidetur quia non eſt niſi relatio mutui dominii de nouo acquiſiti in utroque ex conſenſu uoluntario utriuſque; Dominium autem non addit aliquid reale ſuper terminos. Sacramentum autem eſt annexum ipſi contractui, & conſiſtit in fieri ſolum, ſicut ipſe contractus, & etiam ſicut alia ſacramenta. Poteſt autem contractus ſic deſcribi: Contractus matrimonii eſt maris, & fœminæ mutua translatio ſuorum corporum, ad uſum perpetuum ad procreandum prolem debitè educendam. Sacramentum poteſt autem ſic deſcribi: Sacramentum matrimonii eſt expreſſio conſenſuum inter marem, & fœminam facta per uerba, uel forte per ſigna ſignificans ad ſe inuicem mutuam poteſtatem ſuorum corporum ad uſum corporum ad procreandam prolem debitè educendam ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificans gratiam augmentandam, & gratioſam coniunctionem mutuam animorum. In hac deſcriptione non ponitur determinatus miniſter, quia non uidetur ibi neceſſarius. Dicitur autem per uerba, uel forte per ſigna, quia non eſt certum utrum oporteat eſſe uerba, & determinata ad exprimendum conſenſum mutuum. Verba communiter uſitata ſunt: Accipio te in meam, & accipio te in meum, ſed uel uerba, uel alia ſigna ſufficiant illa omnia exprimentia mutuum conſenſum ſunt proximum fundamentum illius ſigni efficacis, quod formaliter eſt ſacramentum, ut alias dictum eſt de aliis. Alias partes deſcriptionis conſidera ſi uis.

[Margin: Quid ſit contractus.]

[Margin: Definitio ſacramenti matrimonii.]

[Margin: Cap. licet de ſponſa.]

SED eſt hic magnum dubium, quia in qualibet trium dictarum deſcriptionum ponitur ad procreandam prolem, & ita uidetur, quod eſſet matrimonium, uel contractus ſine illa intentione generandi, uel procreandi, quod patet eſſe falſum.

[Margin: Maximum dubium.]

Dico, quòd in ueteri lege non inuenitur expreſſe iſte actus conceſſus propter ſolam delectationem, ſed præcipue cadebat ſub præcepto propter generationem, & ideo tunc forte erat neceſſaria intentio generandi ad euitandum peccatum mortale, in lege autem non eſt indultum, & ille actus eſt conceſſus ad euitandum peccatum fornicationis non enim cadet modo ſub præcepto de illa conceſſione, ut patet prima ad Corinth. Hoc autem ſecundum indulgentiam dico. Videtur autem omnino tunc eſſe dicendum, quòd quando ſit talis contractus inter marem, & fœminam non propter bonum generationis prolis, ſed propter delectationem, ad quam ſentit ſe pronum, ut ex hoc uitet peccatum fornicationis; uel etiam propter aliquem alium finem. tunc enim ibi eſt uerum matrimonium, id eſt, naſcitur in natura obligatio ex quo eſt ibi conſenſus hinc inde, ſed non eſt ibi ſacramentum nouæ legis, uel ſaltem non eſt ibi res ſacra ſcilicet gratia, uel augumentum gratiæ, & hoc dico ex parte illius, in quo deficit intentio ad illum debitum finem.

[Margin: Corint. ca. 7.]

Ad principale argumentum dico etiam, quòd in lege ueteri fuit matrimonium inſtitutum à Deo, ſed non fuit tunc ſacramentum nouæ legis.

Ad aliud, quod dicitur de Adam dico, quòd Adam dixit illa uerba, ut præco Dei, ut patet expreſsè per uerba Matthæi. ubi dicit: Non legiſtis, quia qui fecit maſculum, & fœminam &c.

[Margin: Matth. 19.]

DISTINCTIO XXVII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXVII. quæritur.

VTRUM DIFFINITIO MATRIMONIJ sit bona.

Scotus 4. sent. dist. 27. q. 1.
D. Thomas 4. sent. dist. 27. q. 1. Art. 1.

Quæstio prima.

CIRCA distinctionem uigesimam septimá quæritur, Vtrum diffinitio matrimonii, quam Magister ponit in littera, sit bona, & sufficiens.

RESPONDEO, & dico, quòd potest attribui illa diffinitio, aut contractui, aut obligationi illi, quæ nascitur ex tali contractu, ut dictum est in quarta conclusione distinct. præcedentis, & tunc, si accipiatur pro contractu, exponenda est, & accipienda, sicut ibi accipitur, tunc enim coniunctio dicit actum, qui consistit in fieri. si uero accipiatur pro obligatione dicit habitum, seu habitualem respectum permanentem.

DISCTINCTIO XXVIII.

CIRCA DSTINCTIONEM XXVIII. Quæritur.

VTRUM SOLUS CONSENSUS de præsenti expreßus uerbis causet motrimonium.

D. Thomas 4. sent. dist. 27. q. 1. Arti. 3.
Scotus 4. sent. dist. 28. q. 1.
Ricardus 4. sent. dist. 48. q. 2.

Quæstio prima.

CIRCA distinctionem uigesimam octauam quæritur, Vtrum solus consensus de præsenti expressus uerbis, uel signis de præsenti causet matrimonium.

QVÒD non: Omnis consensus, ad quem potest consequi carnalis copula, causat matrimonium, sed ad solum consensum de futuro potest consequi carnalis copula. ergo. Minor patet, quia tales consentientes per uerba de futuro, si inter eos interueniat carnalis copula non dicitur fornicari, immo ecclesia reputat eos astrictos uinculo matrimonii.

CONTRA id est magister in littera. Ex dist. 26.

RESPONDEO, ut patet, consensus matrimonialis est actualis datio siue traditio coporum mutua inter uirum, & mulierem, ita quòd uterque dat alteri actualiter potestatem sui corporis, sed consensus de futuro non est actualis datio, sed tantum promissio de actuali traditione, & datione. ergo nunquam causat contractum matrimonialem talis consensus de futuro.

Quid sit consensus matrimonialis.

AD primum dico, quòd post carnalem copulam interueniente ecclesia reputat esse inter eos uerum matrimonium, quia Ecclesia nouit, quæ sunt extra tantum & non consensus mentales, & ita præsumit illos non mortaliter peccare uoluisse, sed habuisse tunc consensum actualem de præsenti, ex quo uidet eos deuenisse ad carnalem copulam, & ideo reputat eos astrictos uinculo matrimoniali non quidem propter primum consensum de futuro, quem habuerunt, sed propter actualem consensum de præsenti, quem iudicat habuisse, quando deuenerunt ad carnalem copulam. sed quid si secundum ueritatem non habuerunt? dico, quòd nec forte secundum ueritatem sunt astricti uinculo matrimoniali in foro conscientiæ, sed in foro ecclesiæ sic.

DISTINCTIO XXIX.

CIRCA DISTINCTIONEM XXIX. Quæritur,

VTRUM CONSENSUS COACTUS sufficiat ad contrahendum matrimonium.

Seraphycus Bona. 4. sent. dist. 29. q. 1. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 29. q. 1.
D. Thomas 4. sent. distin.
Ricardus 4. sent. dist. 29. q. 1.
Franciscus de Mayronis 4 sent. dist. 29. q. 1.
Durandus 4. sent. dist. 29. q. 1.

Questio secunda.

CIRCA distinctionem uigesimam nonam quæritur, Vtrum consensus coactus sufficiat ad uerum matrimonium.

QVOD sic: Sufficit ad uerum baptismum. ergo sufficit ad uerum matrimonium. Consequens uidetur tenere per locum à minori, quia plus de uoluntario requiritur in actu spirituali, quàm carnali, baptismus autem est quoddam matrimonium spirituale. Antecedens patuit supra in tractatu de baptismo. talis autem, qui sentiret in baptismo timorem pœnarum uere reciperet baptismum, & esset ex tunc cogendus ad obseruantiam legis Christianæ.

Item

Item pater Spiritualis, ut Papa, potest cogere filium spiritualem, ut sacerdotem ad recipiendum episcopatum. ergo pater carnalis potest cogere filium ad matrimonium carnale.

CONTRA id est magister in littera.

Gotfredus de fontibus quodlibet. 15. RESPONDEO, & dico, quòd omnis consensus uoluntatis sufficit ad uerum matrimonium, quia nullus talis consensus potest esse coactus. nam qui incurritur potest effugere sub uerbo solo consentientiendo, & non actu intrinseco. ergo si consentiat actu intrinseco præsumitur, quòd sponte, & non coactè consentiat. ergo talis consensus causat actum sibi annexum in tantum ab eo separari non potest sine peccato mortali, sed ille non potest consentire uerbo solo sine consensu interiori quin peccet mortaliter. committeret enim mendacium perniciosum. ergo eo modo, quo cogitur ad consensum exteriorem cogitur ad interiorem.

DICO igitur primo quomodo consensus potest esse coactus, secundo Vtrum talis consensus causent matrimonium. Primo dico, quòd cum

Voluntas non potest cogi. uoluntas sit formaliter libera in quantum uoluntas, contradictio est, quod ipsa possit cogi simpliciter, nec quatum ad actum elicitum, nec quantum ad actum imperatum. unde potest simpliciter cogi corpus quantum ad illa, quæ præcipue non dependeat ab imperio uoluntatis, puta ad non ambulandum, quia potest ligari, & carcerati, & huiusmodi. potest etiam & & uolentem capi manus unius, & cum ea potest percuti aliquis ac si percuteret cum uno baculo, sed isti actus non erunt à uoluntate imperati, ut patet, solum ergo quantum ad certos actus, qui sunt humani, potest cogi secundum quid metu scilicet mali maioris, quàm ille sit, ad quem cogitur, & ita coactio bene potest concedere in uoluntate secundum rectam rationem, & de illo, qui secundum rectam rationem proiicit merces in mare timore mortis, & huiusmodi. licet, ergo secundum rectam rationem nullus possit cogi ad peccandum mortaliter timore alicuius pœnæ cum omnis pœna sit minus malum, quàm culpa peccati mortalis, potest tamen cogi ad aliquem actum eliciendum, qui non sit peccatum mortale timore maioris mali, quam sit ille actus, ad quem cogitur scilicet timore mortis, & huiusmodi, & secundum rectam rationem, quia talis timor bene cadit in uirum constantem, dicunt iura, & illa est coactio secundum quid, ita quòd eliciat, uel imperabit actum quem alias non eliceret, nec imperaret. potest ergo, quis secundum rectam rationem consentire interius, & proferre aliquid exterius in matrimonium timore mortis, uel mutilationis, uel duræ carcerationis, & huiusmodi: ita quòd alias nullo modo consentiret, immo eliceret, & imperaret actum contrarium scilicet nolendi, & illa erit coactio secundum quid, non tamen si consentit exterius uerbo, debet interius consentire, alias peccaret mortaliter propter mendacium perniciosum. modo actus loquendi præcipue dependet ab imperio uoluntatis.

De secundo dico, quòd non sic habetur ex presse: extra de sponsalibus. Ratio huius congruentiæ est duplex, una ex parte formæ. nam ut patet, contractus matrimonii est libera datio mutua corporum ad usum perpetuum, ergo nullo modo debet esse coacta, nec simpliciter, nec secundum quid. Alia ex parte efficientis. nam non est uerum matrimonium, quod Deus non ratificat. sed non ratificat nisi matrimonium purè uoluntarium, & nullo modo coactum. ergo. Minor patet, quia sancta Ecclesia in spirata à Spiritu sancto non aliter diceret, ut supra. Extra de spon. sa cum locu & consuetu. 2. &c. consultationi. Ex dist. 26.

Item Genes. dixit Abraam illi seruo: Si noluerit mulier uenire tecum liber eris à iuramento. Similiter cum ille seruus uellet Rebeccam ducere, dixerunt parentes Rebeccæ: Vocemus puellam, quæramus eius uoluntatem. Gen. cap. 24.

Alia tertia ratio sumitur ex parte finis, nam finis matrimonii debet esse bonum prolis. Ex dist. 26.

Item effectus primus matrimonii est gratiosa animarum coniunctio.

SED contra utrumque istorum arguitur, quia, ut dicitur uigesima distinct. quæstione prima; Præsens quidem quod quis non diligit, facile contemnit & cætera. Sed sunt hic dubia. Primum est, quia ille ex quo consentit interius & exterius uerbo transfert dominium sui corporis alii, in quem consentit, ergo est uerum matrimonium, tunc esset consensus secundum quid coactus, quia si Deus non præciperet, uel si posset præceptum excusare sine peccato mortali nullo modo consentiret. Duo dubia primũ dubiũ.

Item si mulier pro certo assereret, quòd nisi talis in eam consentiat statim dabit se stupro, uel interficeret, & alia huiusmodi, si ille, ex quo consentiet in illam esset matrimonium, & tamen esset consensus secundum quid coactus, ergo. Sẽm dubiũ

Ad primum dico, quòd non transfert, quia non est translatio talis nisi præcise uoluntaria.

Ad secundum dico, quòd non est simile, quia ille consensus esset propter bonum salutis, & iustitiæ, & ideo Deus ratificaret eum.

Per idem patet ad tertium. esset enim consensus propter charitatem.

Sed nunquid in isto tertio casu tenetur consentire ex necessitate salutis dicit Scotus, quòd quæras solutionem.

Sed nunquid in primo casu talis, qui coactus consentit potest, uel debet exigere debitum. Videas, quid dicendum respiciendo ad solutionem primi dubii etiam considerando si alter consentit sponte, & alter coactus, quid dicendum.

Ad primum principale dicitur, quòd non est

est simile, quia ex illo consensu melioratur conditio baptismi, ideo Deus illum consensum ratificat, sed non istum, quia ex isto non melioratur, sed peioratur, conditio consentientis, & hoc totum prouenit ex Dei clementia hinc, & idem, ut patet.

Ad secundum dico, quòd eodem modo.

DISTINCTIO XXX.

CIRCA DISTINCTIONEM XXX. Quæritur,

VTRVM AD CONTRACTVM Matrimonii requiratur consensus sequens rationem non erroneam siue apprehensionem.

Seraphycus Bona. 4. sent. dist. 30. q. 1. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 30. q. 1.

Quæstio prima.

CIRCA distinctionem trigesimam quæritur, Vtrum consensus sequens appræhensionem erroneam causet uerum matrimonium.

Gen. cap. 29. QVOD SIC per illud Gen. Iacob quærens habere Rachelem, habuit Lyam, & tamen inter eos fuit uerum matrimonium alias coitus fuisset illicitus. Nec sufficit dicere, quòd dixit, quòd soluatur, & excusatur propter ignorantiam, quia saltem in crastinum debuisset eam dimittere, tanquam non suam, quod non fecit. ergo.

CONTRA id est Magister in littera.

RESPONDEO, quòd cum contractus matrimonii, ut iam sæpe dictum est, sit in utroque uoluntaria datio mutua suorum corporum ad usum, & nihil possit esse uolitum, nisi cognitum secundum Augustinum de Trinitat. sequitur, quòd error in præcognitione tollit uoluntariam dationem, & per consequens uerum tollit contractum matrimonii. Illi autem errores impedientes, possunt esse duo: Vnus, quando crederet contrahere, cum Berta, & contraheret cum aliqua alia, uel etiam crederet, nullo modo contraheret cum Berta, esto, quòd omnes alii essent sibi indifferentes, deciperetur, & contraheret cum ea. Alius quando crederet contrahere cum libera, & contraheret cum serua. nam tunc non teneret, quia ipse dat illi potestatem sui corporis, ut æquali modo illa det sibi potestatem sui corporis, non potest serua liberi dare sicut libera. & ideo non tenet, quia fraus non debet isti innocenti præiudicare. Ex hoc sequitur corollarium, quòd conditio melioris non impedit, ut si credens contrahere cum serua contraheret cum libera, & hoc dico, si non est error in persona, sed tantum in conditione seruitutis, & libertatis, ut si contrahat cum bona, quia credit esse seruam, & est libera. Sed mouet hic doctor dubium dimissum in solutum in præcedenti distinct. si ex parte unius, sit uoluntaria, & non coacta, nec fraudulenta datio, & consensus interior, & exterior ex parte autem alterius sit coactus, fraudulentus, id est, quòd in ore consentit, & uoluntate dessentit, certum est, quòd tunc non est uerum matrimonium, sed quid agendum dicitur, quod quantum ad secundum, si alter consentit fraudulenter ore, & dissentiat corde, quòd ille, cuius fraudulentia fuit, tenetur de necessitate salutis corrigere fraudulentiam satisfaciendo alteri parti, quæ pure, & fideliter tradidit sibi dominium sui corporis, & ipse non sibi debuit, ergo debet habere nouum consensum purum. & fidem, & ante hoc non potest purum debitum petere, & si ab eo petatur non debet denegare, sed statim sine mora debet habere ipsum consensum, & tunc reddere, & non ante alias semper est extra statum salutis, illa autem, quæ fideliter incessit, si fraudutia alterius sibi non est nota patet, quòd non peccat reddendo, & petendo, sed si fraudulentia esset sibi sufficienter nota, quòd non posset nisi ex diuina reuelatione tunc patet, quòd non deberet debitum petere, nec reddere nisi ille primo corrigeret fraudulentiam si uero, ille idem manifestaret sibi, nec uellet corrigere dicit, quòd ille non debet sibi credere imo debet credere, quòd mentiatur modò, & in contractu dixit ueritatem, & hoc facto potest petere debitum. Si uero omnino credat, & nolit conscientiam delere, dico, quòd est perplexa, quia peccat mortaliter petendo, uel reddendo debitum state ille conscientia, & non reddendo peccat mortaliter, quia dat occasionem fornicandi illi.

Ex secunda conclusione primæ quæstionis dis. 26 8. de Trin. c. 4

Corollariū.

Scotus mouet unum dubiū dimissū in solutum.

Nullus debeat nec cogatur esse perplexus in lege diuina tenetur deponere omnino talem conscientiam.

Nullus debet esse pplexus ī lege diuina.

Aliud de consensu coacto ex parte unius, & non ex parte alterius, nec mouet, nec manet nisi soluti ex parte, sed ex hac dicta solutione pater, quid ibi dicendum.

AD principale dico, quòd in crastinum consentit nouo consensu forte propter uerbum Labam dicentis non est consuetudo in terra ista.

Verum autem Iacob peccauerit illa nocte, uel fuerit sufficienter excusatus per ignorantiam non est ponendum, non enim erat confirmatus.

VTRVM INTER MARIAM, ET Ioseph fuerit Matrimonium uerum.

Seraph. bona 4. sent. dist. 30. q. 2. Art. 1.

Scotus

Scotus 4.sent.dist.30.q.2.
Ricardus 4.sent. dist.30.q.2.
D.Thomas 4.sent. distin.30.q.1..Art.2.
Franciscus de Mayronis 4.sent.dist.30.q.2.
Durandus 4.sent.dist.30.q.2.

Questio secunda.

SECVNDO quæritur, Vtrum inter Mariam, & Ioseph fuerit uerum matrimonium.

QVOD NON: Ex sæpe dictis: Contractus matrimonii est consensus in carnalem copulam cum sit mutua datio ad usum, sed beata Virgo cum nouerit uirginitatem non consensit in carnalem copulam, ergo non contraxit uerum matrimonium.

CONTRA id est Magister in littera, & accipit ex Euangelio Matth. cum esset dispensata Maria Ioseph.

Matt. cap. 1.

RESPONDEO, quòd primo uidendum est, quia est ita. secundo quomodo ita est. Primum patet per multas authoritates, quas ponit Magister in littera ratione congruitatis, Aliquæ sumuntur ab Ambrosio super Lucam, Vt Ioseph esset testis uirginitatis Mariæ. Alia, ut hoc sacramentū celaretur Diabolo. Tertia ratio potest esse, uel quia erat generale præceptum de nubendo ante legem nouam, & ideo Maria nupsit, ne uideretur transgredi diuinum præceptum, uel si non erat generale præceptum, cum uidemus, quòd Hieremias, & Ioan. Baptista remansetant uirgines, est dicendum, quòd forte nupsit ex diuina reuelatione sibi super hoc facta.

Vide D. Thomā & Ricardum & D. Bonas. & Alios Antiquos.

Aliam rationem tangit Origenes super illud Matth. Cum esset desponsata, ut Ioseph esset in obsequium Mariæ eunti, & redeunti de Egypto. Alia ratio potest esse, quòd Deus uoluit incipere ab iniuria legis, ut nasceretur de inupta partus, partus enim innuptæ Mulieris damnabatur in lege, hanc enim rationem ponit Ambrosius super Missus est scilicet ne uirgo infamaretur de adulterio.

Matt. cap. 1.

De secundo principali dicitur, quòd Maria nouit uirginitatem sub conditione scilicet, quòd conseruaret castitatem nisi aliter disponeret, & ideo uere potuit contrahere.

Vide Magistrum in littera hic, & Ricardum præsenti dist. Art. 2. q. 1.

CONTRA: In omni uoto intelligitur hæc conditio, nullus enim potest uouere secundum rectam rationem obseruandi, uel implendi aliquid uelit nolit Deus. ergo illa conditio non tollit quin uotum fuerit absolutum, & non conditionatum.

Dico igitur, quòd Maria nouit uirginitatem perpetuam simpliciter, & absolute, quod patet ex ratione eius ad Gabrielem: quomodo inquit fiet istud quoniam uirum non cognosco non enim nolebat dicere solum non cognosco pro præsenti nec cognoui pro præterito, quia tunc quæstio fuisset nulla, potuisset enim sibi dicere angelus sufficit, quòd cum non cognoscas pro futuro cum non sis sterilis noluit enim dicere uirum non cognosco, id est nunquam cognoscere firmiter noui, & promisi. Hoc etiam patet ex responsione Angeli. dixit enim: Spiritus sanctus superueniet in te quasi dicat ne timeas, quia bene seruabis uotum, quia non concipies per cognitionem uiri, sed per operationem Spiritus sancti.

Lucæ cap. 1.

Quid enim uoluit dicere Virgo gloriosa. Virum nō cognosco.

De secundo principali quæsito dico, quòd contractus est liber, & uoluntaria datio corporum mutua ad usum, ut sæpe dictum est; non est autem de necessitate contractus, quòd contrahens sic intendat dare corpus suum alteri, quòd omnino ista datio ponatur in executione, sed sufficit intendere sic dare, quòd reddat sibi debitum si petat, uerè tamen contrahere possunt illę personæ, quæ proponerent statim post contractum uouere uirginitatem ante carnalem copulam. si igitur persona, quæ debet contrahere esset certificata ante contractum, quòd persona cum qua contrahit nunquam peteret ab ea debitum, esto, quòd ipsa primo uouerit uirginitatem perpetuam, nihil hominus posset uere contrahere absque ulla uiolatione primi uoti, ut ex dictis patet, sed ita fuit in proposito. nam beata Virgo, uel à Deo immediate, uel per Angelum omnino certificata antequam contraheret, quòd Ioseph nunquam peteret ab ea debitum, nec mirum, si Maria fuit primo certificata, cum etiam ipsi Ioseph apparuit Angelus dicens: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. & tamen quicquid Ioseph fiebat, sibi ratione Mariæ fiebat.

Matt. cap. 1.

AD Argumentum patet responsio ex dictis.

DISCTINCTIO XXXI.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXI. Quæritur.

VTRVM SINT TRIA BONA MAtrimonii, quæ Magister ponit in littera scilicet fides, proles, & sacramentum.

Seraphycus Bona. 4.sent.dist.32.q.1.
Scotus 4.sent. dist.31.q.1.
D.Thomas 4.sent.dist.31.q.1..Arti.2.
Ricardus 4.sent. dist.31.q.2.
Durandus 4.sent. dist.31.q.2.

Quæstio prima.

CIRCA distinct. trigesimam primam quæruntur hęc tria, quæ Magister ponit in littera scilicet fides, & proles, & sacramen-

tum sint bonum matrimonii.

Quod non: Verum matrimonium potest esse inter adulteros, & in talibus non est fidelitas, & inter steriles, & in talibus non est bonum prolis, & inter non existentes in prima gratia & in talibus non est saltem res sacramenti scilicet gratia, ergo inter infideles hæc sunt.

Contra id est magister in littera.

Respondeo, quòd bonum, & perfectum idem sunt. 5. Metaphysicæ cap. de perfecto perfectio rei est duplex scilicet intrinseca, ut forma, & extrinseca, ut finis, finis duplex scilicet propinquus, & minus principalis, remotior, & principalior. Tunc ad propositum dico, quòd matrimonium est quædam mutua obligatio indiuisibilis permanens perpetua, significans uinculum indissolubile, quod est inter Christum, & ecclesiam, & ratione istius significationis dicitur illa obligatio quoddam sacramentum non quidem sacramentum nouæ legis, quod consistit in signo sensibili, de quo dictum est supra. Sed sacramentum tale, quod accipitur hic, non consistit in solo fieri, sed habet esse per manens, ergo sicut illa obligatio est permanens, & sicut matrimonium est intrinseca, & formaliter obligatio talis ita est sacramentum hoc modo dictum, ergo sacramentum sic sumptum est bonum, & perfectio matrimonii formalis.

5 met cōt. 21 Perfectio rei est duplex. Finis duplex. In 1. q. huius distinctionis prima.

Ad istam etiam indissolubilem obligationem sequitur tanquam finis propinquus, quòd semper unus alteri reddit debitum, si petatur, & illud est fidelitas quædam. Bonum ergo fidei sic sumptæ est bonum, & perfectio matrimonii, tanquam finis propinquus.

Ad istam etiam obligationem mediante ista fidelitate, quæ consistit in debita, & libera redditione sequitur, uel habet sequi in quantum in se est proles debitè educenda, igitur bonum prolis est bonum, & perfectio matrimonii tanquam finis ultimus & principalis.

Ad argumentum principale quid dicendum patet, ergo.

DISTINCTIO XXXII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXII. quæritur.

UTRUM SIT SIMPLICITER NECESSARIUM in matrimonio reddere debitum petenti.

Seraphycus Bona. 4. sent. dist. 32. q. 1.
Scotus 4. sent. dist. 32. q. 1.
D. Thomas 4. sent. dist. 32. q. 1. Art. 1.
Ricardus 4. sent. dist. 32. q. 1.
Franciscus de Mayronis 4. sent. dist. 32. q. 1.
Durandus 4. sent. distin. 32. q. 1.

Quæstio prima.

Circa distinctionem trigesimam secundam quæritur, Utrum in matrimonio tenneatur de necessitate alter alteri reddere debitum si petatur.

Quòd non: Nullus tenetur se priuare usu rationis, sed in tali actu absorbetur ratio 7. ethicorum talis actus furatur intellectum sapientis. ergo.

Item intrans religionem ante carnalem copulam nō tenetur ex tunc reddere debitum, quia priuaret se maiori bono.

Item in loco sacro non tenetur, quia per talem actum locus sacer remaneret interdictus, ergo.

Item in tēpore sacro non tenetur, quia tunc redderet se indignum ad degustationem agni, ut dicitur in littera.

Contra: Vir debitum uxori reddat, & uxor uiro prima ad Cor. 7.

Respondeo, quòd matrimonium est propter duplicem finem scilicet propter bonum prolis procreandum, tanquam pro fine principali, & propter delectationem, ut ex hoc uitetur fornicatio, & hoc tanquam propter finem minus principalem, quia indultum est homini post lapsum propter eius pronitatem ad hunc actum, maxime in lege noua.

Cor. ad 7. Matrimonium est pp duplicem finem.

Item redditio debiti potest esse propter hunc duplicem finem si sit propter primum finem talis actus habet duplicem bonitatem, quia est propter finem bonum, & quia in se est actus iustitiæ, & fidelitatis scilicet reddere alteri quod suum est, si uero sit propter finem secundum habet saltem, ut patet, utroque modo potest redditio debiti habere aliquas bonitates annexas, ut uitationem fornicationis, & huiusmodi.

Dico, ergo quòd reddere debitum est præceptum affirmatiuum, & ideo ligat ad semper, sed non pro semper.

Ex duplici autem causa in genere potest, quis non licite reddere debitum. Uno modo si alter coniugum amisit ius petendi, tunc alter qui non amisit non tenetur reddere.

Secundo si non ad reddendum obligatur fortiori præcepto, nel saltem redditio tolleret maius bonum, quàm sit ipse actus reddendi.

Primum accidit quando alter coniugum fidē seruat alteri, & alter non sibi, tunc si isti qui fidem seruauit sit sufficienter notum, quòd alter fornicatus est, non tenetur sibi reddere debitum, sed si semel reddit, ex tunc non potest non amplius reddere, nisi iterum constaret sibi, quòd frangeret fidem sibi. Si uero uterque frangit fidem, uterque habet ius non reddendi.

Secūdum potest accidere multipliciter, primo modo, tempore, quo fœtus esset in uentre matris, in tali dispositione, quòd redditio debiti esset in periculum ipsius fœtus, ne moreretur, & matris

tris ne abortiret; Et tempore menstrui mulieris, tunc esset redditio debiti contra principalem finē matrimonij. s. contra bonum prolis, quia proles, uel nasceretur monstruosa, uel leprosa; Vnde non sine causa in ueteri lege ex diuino præcepto tales, qui accedebant ad mulieres menstruatas, erant lapidandi.

Item tempore, quo alter coniugum esset notabiliter infirmus, ita ꝙ redditio debiti posset inducere in periculum mortis.

Leuit. cap. 20

Item post contractum matrimonium, antequā consumetur per carnalem copulam, si alter coniugum diuina inspiratione uellet intrare Religionem, posset aliquod tempus expectare in seculo ad ordinandum de factis suis. Ita quod tempus non teneretur reddere debitum, etiam petitum, cuius ratio est, quia si redderet, priuaret se maiori bono, quia ex tunc redderet se inabilem ad intrādam Religionem nisi cum licentia alterius coniugis cum uoto continentiæ.

Dubium.

Sed est hic dubium de eo, quod dictum est supra, quòd non licet accedere ad mulierem menstruatam propter prolis periculum cauendum, nam maius periculum prolis, & uiri accedentis potest esse, si sanus accedat ad leprosam, uel leprosus ad sanam, & tamen si uxor facta leprosa peteret debitum uiro suo, uel ē conuerso uir leprosus ad sanam, omnino tenetur debitum reddere, sicut expresse habetur extra de coniugio. leprosorum.

cap. 1. & seq.

Dico quòd non est simile, quia lepra est infirmitas perpetua, & ideo non potest expectari per tempus, donec infirmitas transeat, menstruū autē cito transit & ideo propter periculum mortis præcauendum expectandum est donec menstruum transeat & ex tunc haberi potest proles perfecta, sed si ibi expectatur nunquam habetur hoc tempus.

Et si dicas, ꝙ est periculum sano; Dico, ꝙ habeat patientiam, quia ad hoc obligauit, quando contraxit matrimonium perpetuum.

Ad primum dico, quòd nullus debet se priuare usu rationis per semper sed pro aliquo paruo tempore debet, si ad hoc cogitur propter aliquod aliud. Vnde Martyres exponebant se morti, & certum est, quòd excessiuus dolor de communi lege absorbet usum rationis tantum, uel plusquā excessiua delectatio.

Ad secundum patet solutio ex dictis.

Ad tertium dico, quòd debent recedere de loco sacro si possunt, sed si duo essent ibi uiolenter detenti debet reddere & forte locus non esset interdictus propter talem actum occultè operatū.

Ad quartum dico, quòd consimile est de non petendo, & non est præceptum, sed ille, à quo petitur omnino debet reddere in quocunque præter quam in casibus prædictis, nec dicerem, quòd peccaret mortaliter .s. ille, qui redderet, nec forte ille, qui peteret, licet tamen abstinere debeat propter reuerentiam sacramenti.

DISTINCTIO XXXIIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXIIII. Quæritur,

VTRVM FVERIT ALIQVANDO licita bigamia.

Seraph. bone 4. sent. dist. 33. q. 2. Art. 1.
Scotus 4. sent. distin. 33. q. 1.
D. Thomas 4. sent. dist. 33. q. 1. Art. 2.
Ricardus 4. sent. distin. 33. q. 2.
Franciscus de Mayronis 4. sent. dist. 33. q. 1.
Durandus 4. sent. dist. 33. q. 1.

Quæstio prima.

CIRCA distinct. trigesimam tertiam, quæritur, Vtrum bigamia pro aliquo tempore fuerit licita.

QVOD non per illud Gen. Erunt duo in carne una, ergò nunquam fuit licitum uiro uti, nisi una muliere, nec ē conuerso.

Gen. cap. 4.

CONTRA per illud Gen. Abraham habuit tres uxores, & Iacob quatuor. & Dauit plures, & Solomon, & multi alij.

Gen. cap 16. Gē. c. 29. e 30 2. Regū. ca. 5.

RESPONDEO, vt sæpe dictum est, matrimonium est mutua datio corporum, est ergo datio secundum iustitiam distributiuam, sed talis iustitia requirit æquiualentiam in terminis, ergo si mulier dat uiro totum dominium sui corporis, & non sit sibi licitum uti alio uiro, ita debet esse ē conuerso secundum iustitiam distributiuam, & secundum dictamen rectæ rationis, & quia quicquid est contra tale dictamen, est contra legem naturæ; ideo bigamia de habendo plures uxores, semper fuit, & est contra legem naturæ, quantum ad hoc, quod dictum est. Verum quia, ut sæpe dictum est, matrimonium est propter duplicē finem. i. propter prolem procreandam tanquàm finem magis principalem, & propter delectationem ad fornicationem euitandam tanq̄ pp finē minus principalem; Ideo dico, ꝙ habendo respectum ad finem magis principalem, non est omnino æquiparantia in terminis, quia unus uir potest fœcundare plures uxores, ut patet, sed non ē conuerso, cum mulier portet per nouem menses, & ideo, quando finis ille principalior erat magis necessarius, quando scilicet erant pauci fideles Dei cultores, pro tunc legislator conuenienter potuit dispensare absque eo, ꝙ faceret contra legem naturæ, ut patet, & ita credimus, ꝙ dispensauerit cum sanctis patribus aliquibus ante Christi aduentum, sed in lege noua non oportet dispensare, quia per Dei gratiam multi sunt fideles. In statu autem innocentiæ non fuisset bigamia, quia omnes fuissent Dei cultores, & nulli steriles, & propter talem prolem procreandam fuisset usitatus ille actus, & fuissent patres masculi, & fœminæ procreati, ergo.

Matrimoniū & pp duplicem finem.

AD argumenta principalia patet responsio ex dictis, quid dicendum.

VTRVM BIGAMVS ANTE BAPtismum post Baptismum ad sacros ordines promoueri possit.

Scotus 4. sent. distin. 33. q. 2.

Quæstio secunda.

SECVNDO quæritur, Vtrum in lege noua bigamia quæcunque ante baptismum impediat ordinis susceptionem.

RESPONDEO quòd hic non arguitur de bigamia, quæ contrahit ex simul habente plures uxores, quia hoc nulli est licitum in lege noua, ut dictum est in præmissa quæstione. Bigamus igitur dicitur in lege noua, uel qui habet plures uxores successiue, uel qui contraxit cum uidua, quæ habuit alium uirum; Tunc dico, quòd omnes cõcordant in ista quæstione, quòd si bigamia, aut ante baptismum, aut post contracta inducit irregularitatem, sicut expresse habetur in canone. Confirmatur per Apostolum prima ad Thim. Vnius uxoris uir. Ratio congruitatis assignatur communiter: Vna, quæ accipitur ab Aug. & ab Ambr. in capitulis præallegatis & ratione significationis, Nam sacerdos in Ecclesia repræsentat personam Christi, ergo non debet habere in se aliquid, qđ repugnaret Christo, sed Christus est unicus sponsus unius Ecclesiæ, & Ecclesia est unica sponsa unius Christi, ergo.

Quid sit bigamus.

Prima Thim. cap. 3.

SED est hic dubium, quare baptismus nõ tollat irregularitatem bigamiæ, cum tollat irregularitatem homicidij, ut expresse habetur in Glosa distinct. 50. cap. si quis iudicatur. Et confirmatur. nam irregularitas non est nisi priuatio habilitatis suscipiendi ordines, priuatio uero non est nisi in subiecto apto nato suscipere habitũ, cuius est priuatio, & pro illo tempore tantum quando est subiectum aptum. Vnde Catulus ante nonum diem dicitur cæcus, sed nullus est habilis ad suscipiendos ordines ante baptismum, ut expressè habetur extra de puero non baptizato, ergo nullus ante baptismum est irregularis.

Dubium.

Extra de pue ro non bapti zato. cap. 5.

AD primum dicitur multipliciter, primo sic: Baptismus tollit omne peccatum, & sequelã peccati, & ideo tollit peccatum homicidij, & eius irregularitatem quæ est ibi sequela, sed non tollit irregularitatem bigamiæ, quia non est peccatum nec sequela peccati, ut patet, cum bigamia non sit peccatum.

CONTRA: & pono quòd iudex ante baptismum iuste interficiat. tunc eius homicidium non est peccatum, & per consequens eius irregularitas non est sequela peccati, ergo non tollitur per baptismum.

RESPONDEO quòd unus Glosator concedit conclusionem, sed irrationabiliter, quia inconueniens est dicere, ꝙ peccatum in consimili casu reddat meliorem conditionem peccantis.

Bassianus Glosator ut notatur in desere.

Aliter dicitur, ꝙ baptismus tollit omne illud, quod non solum est in se peccatum, sed quia non existit genus peccati, quanquã in se fiat non peccatum ratione alicuius debitæ circunstantiæ annexæ & tale est homicidium iudicis iuste occidẽtis, bigamia uero nullo modo est intra genus peccati.

CONTRA: & pono ꝙ bigamia ante baptismum sit contracta illicite, tunc est peccatum, & per cõsequẽs irregularitas, & est sequela peccati.

Aliter, ergo dicit, ꝙ irregularitas sequitur, bigamiã ex natura actus, ratione s. defectus significationis, ut supra fuit declaratum, & ideo non potest tolli per baptismum, sed homicidium sequitur solam ex restitutione Ecclesiæ, & cõditio tollitur per baptismum, qui est sacramẽtũ Ecclesiæ.

CONTRA: Pœnitentia est sacramentum Ecclesiæ, & tamen nõ tollit irregularitatẽ homicidij.

Item si irregularitas bigamiæ sequeretur ex natura actus, Ecclesia non posset dispensare, quia non potest facere quin bigamia non habeat annexũ illum defectum significationis & tamen quando dispensat, ut habetur extra ubi dicitur, quòd Martinus Papa concessit lectorem bigamum fieri subdiaconum.

Dico igitur ad illum Pont. quòd præcisa ratio quare baptismus tollit unam irregularitatem, & non aliam, est, quia Ecclesia sic instituit, ratio autem congruitatis est, quæ dicta est s. defectus significationis, qui est in una, & non est in alia. Nã pro tanto homicida est irregularis, quia est effusor sanguinis. Vnde propter effusionẽ sanguinis prohibitus est Dauid ædificare templum Domino, sed Ecclesia præsumit, ꝙ ille, q. recipit baptismum mutetur de lupo in agnum.

2. Regũ. cap. 7

Ad illas confirmationes dico, ꝙ non ualet, nã infra illud tempus in quo subiectum non est aptũ suscipere habitum potest ipsi subiecto occurrere impedimentum, propter quod nec post illud tempus erit aptum, & tunc diceretur uere priuatum. Exemplum: Catulo infra nonum diem potest impedimentum occurrere, propter quod nec in extremo die uidebit, & tunc uere erit cæcus, sed ita potest esse in proposito, ut patet intuenti.

Exemplum.

VTRVM IN LEGE MOSAYCA fuerit licitum repudiare uxorem.

Seraph. Bona 4. sent. distin. 33. q. 1. Art. 3.
Scotus 4. sent. dist. 33. q. 3.
D. Thomas 4. sent. dist. 33. q. 2. Art. 2.
Ricardus 4. sent. distin. 33. q. 3.
Franc. de May. 4. sent. dist. 35. q. 1.
Durandus 4. sent. dist. 33. q. 3.

Quæstio tertia.

TERTIO quæritur, Vtrum in lege Mosayca licitum fuerit uiro repudiare uxorem.

QVÒD sic per illud Deuteronomij: Si acceperit homo uxorem, & non inuenerit gratiã &c. Deut. ca. 24.

Item Malachiæ: Cum odio habueris uxorem, dimitte illam, dicit dominus Deus. Malach. ca. 2.

CONTRA: Nũquam fuit licitum uxori dimittere uirum, ergo nec è conuerso, cum sint pa-

res

res in his, quæ spectant ad matrimonium.

Item ex uero matrimonio nascitur uera obligatio, & perpetua, ut sæpe dictum est. ergo si tūc fuit licita separatio ibi non fuit uerum matrimonium.

Ricard. pñti dist. Ar. 3. q. 1. Matt. cap. 19. Respondeo & dico, q̄ non. Quod probatur per uerba Christi dicentis: Qui dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis, mœchatur, & qui dimissam acceperit mœchatur.

Item patet hoc idem ex ratione sua, ubi audiastis, inquit, quòd qui fecit ab initio: & sequitur:

Matt. cap. 19. Quos Deus coniunxit, homo non separaret, ergo.

Item patet hoc idem ex eius ratione ad Phariseos dicentes: Quare Moyses mandauit dare libellum repudij: Respondit Christus: Moyses permisit ad duritiem cordis uestri, ab initio autem non fuit sic.

Glosa super illud Matth. cap. 19. Magister in hac dist. ca. 2. Vbi dicit Glosa: Permisit Moyses, non Deus, & subdit, fuit consilium hominis, non Dei imperium, hoc idem dicit Magister in litera, ergo.

Ricar. ubi su. Alia opinio dicit, quòd sic, quia Moyses in tradendo legem fuit præco Dei, ergo quæ ipse nunciauit, ut cōcessa precepta, fuerūt à Deo cōcessa.

Alias si dubitatur in uno, pari ratione pōt dubitari de alio, sed absit, quòd scriptura sit ad dubitabile, & non ad uerum.

Confirmatur, quia alias Moyses dedisset iudicis occasionem peccandi mortaliter, concedo ergo conclusionem secundæ opinionis q̄. s. licitum fuit in lege Mosayca repudiatio uxoris odiosæ cum libello repudij scripto, licita sine peccato mortali. Ratio autem congruitatis, quare tunc repudiatio uxoris fuit permissa est illa quam innuit

Matt. cap. 19. Christus Matt. durities. s. cordis iudæorum, quia erāt tam duri cordis quod nisi fuisset eis hoc permissum perpetrassent uxoricidium, uxoricidium autem est maius malum quàm inseparabilitas inter coniuges sit bonum, quia est malum pœnę ex parte uxoris & malum culpæ ex parte uiri & malum damni eā parte prolis educandæ, per matrē, & malum perturbationis contra communem pacem & ideo ad tollendum maius malum fuit substractum minus bonum.

Ad primum primæ opinionis quòd Christus in illo uerbo promulgauit matrimonium pro lege noua.

Ad secundum eodem modo respondetur.

Ad tertium patet responsio ex dictis.

Ad illas Glosas, & ad literam Magistri dico, q̄ uel sunt negandæ, uel exponendæ, q̄ uerū est, non permisit immediate, sed mediante Moyse. Vnde nec Deus ded. istam concessionē Moysi, sicut quando dedit ei aliam legem, quod patet nū quam habetur ista concessio in quatuor primis literis legis, sed tantum in ultimo libro, itaq; Moyses in processu temporis uidens illorum conditiones concessit eis dare libellum, quam tamen concessionem Deus non improbauit, imo permisit, ut dicitur Malachiæ secundo.

Ad secundum dico, q̄ pro tunc propter causam prædictā matrimonium poterat esse ex Dei permissione mutua datio corporū non absolute, sed ad tempus, & ideo nō nascebatur inde obligatio perpetua, uel si erat datio mutua absolute, poterit tamen ex Dei permissione separari propter prædictā causam ad ueniente casu prędicto.

DISTINCTIO XXXIIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXIIII. Quæritur,

VTRVM IMPOTENTIA AD Actum carnalem impediat matrimonium simpliciter.

Seraph. Bonā 4. sent. distin. 34. q. 1. Art. 2.
Scotus 4. sent. dist. 34. q. 1.
D. Thomas 4. sent. dist. 34. q. 1. Art. 1.
Ricardus 4. sent. dist. 34. q. 2.
Durandus 4. sent. distin. 34. q. 2.

Quæstio prima.

Circa dist. trigesimam quartam quæritur, Vtrum impotentia ad actum carnalem impediat matrimonium.

Respondeo & dico, q̄ si impedimentum quo dicitur quis impotens ad illum actum sit perpetuum dico, q̄ impedit matrimonium contrahē dum, & iam contractum dirimit. Ratio, quia ut sępe dictum est contractus matrimonij est mutua datio corporum ad talem usum, ergo si sit impotens ad talem usum datio ex parte eius est nulla. Confirmatur quia in tali datione quilibet se obligauit ad reddendum debitum si petatur, ergo ille, qui est impotens ad impossibile se obligauit, uel Deus non ratificat aliquam talem obligationem, ergo. Si uero impedimentum accedat post matrimonium consumatum per carnalem copulam, certum est, q̄ non dirimit, patet. n. q̄ contractus uerus fuit, quia datio uera. nam quilibet accepit possessionem dationis, ergo. Si uero accidat post contractum matrimonium antequam sit cō sumatum per carnalem copulam, dubium est an dirimat. Videtur dici, q̄ sic. Contrarium uidetur, 33. q. 1. cap. 1. quia iā cōtractus fuit uerus, & datio uera, ut patet.

Duplex impedimentum. Sciendum autem, q̄ impedimentum ad illum actū potest esse duplex scilicet naturale, & casuale, naturale impedimentum ex parte uiri est duplex. s. uel frigiditas excessiua, uel priuatio membri requisiti ad actum, ex parte uero mulieris arctatio. Casuale autem uero impedimentum communiter fit per maleficium. nam dæmones licet non sint ueraces seruant aliquando pacta cum hominibus sibi seruientibus tantum, ut alij eis adhæ- Nota pāctā reant, & ut ex hoc homines sibi credāt, & eū honorent, & colant, multum enim hoc appetunt ppter eorum superbiam. sed si nunquam seruarent pacta, nullus eis crederet: seruant ergo quandoque pacta in aliquo signo sensibili, ut in caractere aliqui, uel alia huiusmodi re, ut quandiu durat tale signum duret pactio. Deus autem hoc permittit.

pro-

propter peccata hominum, sed quid in talibus est faciendum dico, ꝙ sicut maleficiati debent se iuuare cum rationibus, & alijs deuotionibus tum per se quàm per alios, ut Deus dissoluat tale maleficium; sed nunquid est licitum destruere tale maleficium, si ab aliquo inueniatur, dicunt aliqui, ꝙ non, quia esset actus infidelitatis, si adhiberet fidem factis dæmonum. Dico ꝙ est illud theuphaticum dictum, quia non est actus infidelitatis, sed est actus meritorius, facta dæmonum impedire, ne ueniant ad finem. non ergo destruit adhibendo fidem factis dæmonum, sed detestatio eorum facta. Credo tamen, ꝙ quandiu durat illud signũ, dæmones seruant pacta, nec hoc est illicitum credere. Quod aliter aũt sit fiendum diuortium inter personas impotentes ad talem actum habetur extra de frigidis. *Extra de frigidis dist. 35. q. laudabilium.*

DISTINCTIO XXXV.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXV. Quæritur,

VTRVM ADVLTERIVM CVM Aliqua, uiuente uiro, impediat matrimonium cum eadem post mortem illius Viri.

Scotus 4. sent. distin. 35. q. 1.

Quæstio prima.

Circa distinct. trigesimam quintam quæritur. Verum adulterium cum alia uxore uiuente primo uiro impediat matrimonium cum illa.

2. Regum. QVÒD non. Dauid adulteratus est cum Bersabee uxore Vriæ, & mortuo uiro accepit eam in uxorem.

CONTRA id, trigesima tertia quæstione. i. illud uero, & cætera.

RESPONDEO ꝙ tria sunt peccata, quæ circa matrimonium faciunt difficultatem. s. adulterium cum aliquo ante mortem primi uiri, & è cõuerso, cum aliquo ante mortem primæ uxoris promissio cum iuramento, quòd accipiet eam in uxorem post mortem primi uiri, uel è conuerso. Machinatio ad mortem alterius coniugis cum intentione uel promissione celebrãdi inter eos matrimonium. Tunc dico, ꝙ primum sacramentum impedit sicut patet per Aug. & Mag. in litera. secundum solum non impedit sicut patet extra de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. tertium etiam per se non impedit si fiat tñ de consensu unius, hoc est, si mulier interficiat primum uirum intentione accipiendi aliũ, illo tamen non consentiente. Potest nihilominus cum alio contrahere, quem intendebat, & è conuerso, si uir interficiens uxorem intendens habere aliam; sed si uir, & mulier cum dicatur adinuicem de interfectione talis cum intentione utriusque, ut coniũgat se postea uinculo matrimoniali, tamen non fiat inter eos de hoc promissio, uel iuramentum, nec interueniat adulterium, dubium est inter tales, utrum possit esse matrimoniũ. Sed quæcunq; de dictis tribus coniugantur matrimonium impeditur inter eos, sicut expresse habetur de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. Hoc autem non est ex natura cõtractus uel ex institutione Ecclesiæ, est autem institutio congrua, quia mulier diligens alium uirum posset facilius ad machinandum de morte primi uiri & è conuerso uir diligens aliam. *De nuptijs & cõcupiscẽtia* *cap. uterque.*

Sed quid si mulier adulteratur cum illo quem non credit habere uxorem & ipsa non habet uirũ & promittunt de matrimonio faciendo inter eos est ne matrimonium?

Dico, ꝙ non si uxor uiri uiuat, siue post commissum adulterium mortua sit tamen mulier de cætero excusatur per ignorantiam inuincibilem ex quo uir non manifestauit sibi, & ideo mulier non peccat stando cum tali & petendo debitum, & reddendo.

AD principale dico, ꝙ cõcurrunt duo. s. adulterium & homicidium, sed in lege illa non impediuit dictum est enim quòd est statuto Ecclesiæ, ergo, &c.

DISTINCTIO XXXVI.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXVI. Quæritur,

VTRVM SERVITVS IMPEDIAT matrimonium.

Seraph. Bona. 4. sent. dist. 36. q. 2. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 36. q. 1.
D. Thomas 4. sent. dist. 36. q. 2. Art. 1.
Ricardus 4. sent. distin. 36. q. 1.
Durandus 4. sent. dist. 36. q. 1.

Quæstio prima.

Circa distinct. trigesimam sextam quæritur, Verum seruitus impediat matrimonium.

QVÒD sic: Dominus non est seruus, ergo non potest dare usum corporis sui. sed in tali datione non est matrimonium.

Item seruus non potest profiteri in religione, sine uoluntate Domini sui, ergo per locum à minori, ita non potest contrahere matrimonium.

CONTRA: Habetur extra de coniugio seruorum. *cap. 1.*

RESPONDEO ꝙ uidendum est de seruitute. secundo de quæsito. De primo dico, ꝙ seruitus nõ est de lege naturæ, omnes enim nascuntur liberi, secundum autem legem naturæ filij ad parentes habent fidelem reuerentiam, & subiectionem tanquam ad eos à quibus recipiunt esse, & disciplinam secundum Philosophum 8. Ethicorum. seruitus autem, de qua hic quæritur, est secũdum aliquam legem positiuam. De hoc autem tactum est supra de tali seruo dicit Philosophus 1. Politicorum, ꝙ non potest exercere actus uirtutis. *8. Ethic. c. 2. Dist. 15.* *1. Polit. ca. 3.*

tis. oportet autem eum exercere actus seruiles. ex hoc patet quomodo seruitus est conditio pessima. in natura humana talis seruitus potest esse ex duplici causa iusta in natura humana. vno modo, si quis uoluntarie se submittit tali seruituti, licet enim sit magna bestialitas hoc facere qui hoc facit contra legem naturæ abdicãdo à se propriam libertatem, ita q quodãmodo facit se brutum, tamen ex quo factum est necesse est seruare seruitutem quis iustum est.

Alio modo si quis iuste dominetur alicui cõmunitati & uideat aliquem ita discolum, & uitiosum, quòd libertas sua noceat reipublicæ, & potest eum punire etiam pęna seruitutis iustè, sicut & iusta potest eum occidere in aliquo casu.

Si. dicas, q potest dari alia causa .s. captus in bello iusto & præseruatus à morte, uidetur, quòd captor sic iustè potest eum occidere. ita iusta potest eum seruituti suæ subdere, sed hoc non apparet, quia & si habuit iustum bellum, & per consequens potest eum iuste occidere se defendendo siue iustam suam causam defendendo; non tamẽ potest ipsum inuadendo, & ideo ex quo habet eũ captum, non uidetur quòd possit eum facere sibi seruum ipso inuito.

D.Tho. pñti dist. quæst. 2. Ricar. præsenti dist. Art. 4. quæst. 1.

De secundo dicitur, quòd seruus potest contrahere inuito Domino. Ratio est duplex: Prima, quia seruitus est de lege positiua & contra legem naturæ. matrimonium autem est de lege naturæ. Illud autem quod est de lege positiua non tollit quod est de lege naturæ. secunda quia seruus non est ita seruus, quin sit Dominus actuum permanentium ad conseruationem proprij indiuidui, ergo multò magis est Dominus actuum pertinentium ad conseruationem speciei, cum illud sit maius bonum, & commune bonum, ergo potest dare usum sui corporis, ergo.

Prima ratio potest solui, nam libertas est magis de lege naturæ, quàm matrimonium, & tamẽ tollitur per seruitutem, quæ est de lege positiua.

Secunda etiam ratio potest etiam solui, nam non est tanta necessitas bono communi, quod serui generent, quia multi sunt liberi, qui uacant huic actui.

Seruus de uoluntate domini, põt cõtrahere matrimonium.

Dico igitur, quòd seruus potest cõtrahere de uoluntate Domini, & tunc licentians eum de cõtrahẽdo eum, implicite absoluit eum ab eo quod impedit usum corporis, in cuius usus datione cõsistit contractus matrimonij, & ideo ex tunc non possit eum remittere ad partes remotas in uita uxoris uel detinere, uel nimis grauare oneribus, uel laboribus impedientibus illum actum, &c. huiusmodi. & si faceret talis Dominus, esset ab Ecclesia puniendus.

Seruus põt et contrahere matrimoniũ dño inuito.

Dico etiam quòd potest contrahere inuito domino, dummodo illa mulier, cum qua contrahit, sciat eum esse seruum. nam non est in tantum seruus, quin habeat aliquod dominium sui corporis, quãtum ad tales actus, & ita potest dare illud modicum, quod habet, & datio tenet, ex quo recipiẽs contentatur de isto modico. Nam si ipsa esset ancilla, modicum etiam daret, si uero est libera dat multum pro pauco. tamen uoluntariè ex quo ipsa scit ipsum esse seruum, sed tunc dico, quòd licet dominus congrue debeat sibi magis parcere à laboribus impedientibus actum, tamen si non parcat non uidetur facere iniuste quia ille contrahendo non potest se absoluere à seruitute, nec petiuit facere præiudicium Domino. Vnde si remitteret eum ad remotas partes, teneretur ire absq; licentia uxoris.

Ad primum principale patet ex dictis, quòd aliquod dominium habet sui corporis, quantum ad aliquos actus.

Ad secũdum dicitur quod non est simile, quia ille qui profitetur simpliciter subintrat seruitutem prælati, & præiudicat domino, sed ille non subintrat seruitutem uxoris, quãtum ad ea, in quibus est seruus.

VTRVM AETAS PVERILIS POSsit impedire matrimonium.

Seraph. Bona 4. sent. distin. 36. q. 1. Art. 2.
Scotus 4. sent. dist. 36. q. 2.
D. Thomas 4. sent. dist. 25. q. 2. Art. 2.

Quæstio secunda.

SECVNDO quæritur, Vtrum Aetas in pueris impediat matrimonium.

QVÒD non: Puer potest suscipere ordines ante tempus, quo potest exequi actus ordinum, ergo potest contrahere ante tempus, quo possit uti actu carnali.

CONTRA id est illud extra de frigidis, & maleficiatis.

Extra de frigidis, & maleficiatis quod sedem.

RESPONDEO & concedo, quòd puer ante tẽpus discretionis non potest contrahere, quia non potest habere quod ad contrahendum requiritur, nec etiam potest contrahere ante tempus, in quo potest uti illo actu, quia contractus est datio sui corporis ad talem usum, sed nemo potest dare, quod non habet. Dare autem pro tempore futuro non esset datio, sed promissio. Aetas impotens communiter in puero ponitur usque ad quartum decimum annum. In puella usque ad duodecimum, tñ qñq; malitia supplet ætatem.

AD principale dico, quòd non est simile, quia suscipere ordinem non est dare, sed recipere est. Contrahere uerò est dare: Benè autem potest quis recipere quod non habet, sed non potest dare quod non habet, ergo.

DISTINCTIO XXXVII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXVII. Quæritur.

VTRVM SACRAMENTVM ORdinis impediat Matrimonium.

Seraph. Bona 4. sent. dist. 37. q. 2. Art. 1.
Scotus 4. sent. distin. 37. q. 1.

D.Thomas

D.Thomas 4.sent.dist.38.q.1.Arti.1.
Ricardus 4.sent.distin.37.q.1.
Franc. de May.4.sent.dist.37.q.1.
Durandus 4.sent.dist.37.q.1.

Quæstio prima.

CIrca distin. trigesimam septimam quæritur, Vtrum sacer ordo impediat matrimonium.

1.Thim. c.3. QVÒD non per Diuum Paulum. Vnius uxoris uir debet esse Episcopus.

ut dicit.decr. distinct. 31. Item Sacerdotes Græci sunt Sacerdotes, & tamen habent uxores.

Item nō magis opponitur ordo matrimonio, quàm è conuerso, sed cōiugatus potest suscipere ordinem, licet peccet suscipiendo, ergo & è conuerso.

Dist.27.presbiteris. Item dis.28. nullum. CONTRA: In trigesima septima distinct.

RESPONDEO quòd conclusio est certa, quod impedit. Dico autem, quod hoc non accidit propter uotum continentiæ annexum ipsi ordini, ut aliqui dicunt, quia in primitiua Ecclesia utebantur, uel uti poterant sacerdotes matrimonio iam contracto, sicut modo Græci. Accedit ergo ex institutione Ecclesiæ, quæ illegitimat omnes constitutos in sacris ad posse contrahere matrimonium, & sacris ordinibus annectit uotum continentiæ. hoc autem est conueniens quia talis deputatur ad mysterium sacrum, quod requirit mētis munditiam, perspicacitatem intellectus, & etiā munditiam corporalem, ad quæ omnia disponit continentia, & ad oppositum disponit luxuria.

AD principale dico, quòd Apostolus loquitur de matrimonio præterito, non de præsenti, ex hoc excludens bigamiam, quę faceret irregularitatem, uel etiam si non loquitur de præsenti, ut dictum est, in primitiua Ecclesia licebat sacerdotibus uti matrimonio iam contracto.

Ad secundum patet responsio ex dictis.

Ad tertium dico, quòd non est simile, quia Ecclesia non illegitimauit coniugatos respectu susceptionis ordinis, sicut facit, & è conuerso.

DISTINCTIO XXXVIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXVIII. Quæritur.

VTRVM VOTVM. CONTINENtiæ impediat matrimonium.

Seraphycus Bona.4.sent.dist.38.q.1.Art.2.
Scotus 4.sent.dist.38.q.1.
D.Thomas 4.sent.dist.38.q.2.Art.1.
Ricardus 4.sent.dist.38.q.1.
Durandus 4.sent.distin.38.q.1.

Quæstio prima.

CIrca distin. trigesimam octauam quæritur, Vtrum uotum continentiæ impediat matrimonium.

RESPONDEO quòd uotum continentiæ potest esse publicum, & priuatū, solemne, & simplex. Et istæ distinctiones non sunt eædem distinctiones, sicut aliqui uolunt dicere, imo tam uotum solemne quàm simplex potest esse publicum, & priuatum, dicitur autem uotum priuatum, quod probari non potest sufficienter in foro iudiciali: Publicum autem, quod potest probari: Dicitur autem uotum simplex omne illud, quod non est solemne, siue sit publicum, siue priuatum. Solemne uero uotum est triplex de iure, ut habetur in c. de uoto, & uoti solutione. Et professio in ordine approbato, siue sit uera, siue sit prosuntuosa. Dicitur autem professio prosuntuosa, uel quid recipit habitum professorū in quo est distinctio inter habitus professorum & nouitiorū & qui ultra annum moratur in monasterio absque protestatione de profitendo. — *Quod si uotum priuatū, & uotum publicum. Quid sit uotum simplex.*

Tūc ad quęstionem dico, quòd uotum solemne, siue continentiæ siue sit publicum, siue sit priuatum, impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum, itaque reddit nullum, ut habetur extra. Votum autem continentiæ, siue sit publicum, siue sit priuatum, non impedit simpliciter, quia non dirimit contractum. impedit autē secundum quid, quia impedit contrahendū quantum ad forum conscientiæ. Et forte si uotum simplex esset notum, Episcopus posset talem sibi subditum ad suam obseruantiam cogere. Quod autē non dirimat contractum, & per consequens non impediat, simpliciter habetur extra ubi supra. — *Vt habetur extra qd̄ clerici uouētes.*

Sed quid debeat facere talis, qui contraxit de facto fregit uotum simplex: Dico quòd contrahendo peccat mortaliter. — *cap. rursus .C. susceptio sacri ordinis.*

Item prima uice non debet uotum petere nec exigere, sed debet se exponere ad intrandam Religionem aliquam; sed si reddat, uel petat prima uice mortaliter peccat, sed ex tunc non peccat reddendo debitum ut communiter dicitur peccat non petendo ita quod nūquam petere potest. Non tamen assero, quòd contrahendo & prima uice debitum petendo, uel reddendo peccet duplici peccato mortali, imo quod sine peccato mortali possit contrahere cum firmo proposito intrādi Religionem ante omnem actum. sed si contrahat cum proposito exercendi actum, tūc peccat.

DISTINCTIO XXXIX.

CIRCA DISTINCTIONEM XXXIX. Quæritur,

VTRVM DISPAR CVLTVS IMpediat matrimonium.

Scotus 4.sent.dist.39.q.1.

Quæstio prima.

CIRCA distinctionem trigesimam nonam quæritur, Vtrum dispar cultus impediat matrimonium.

QVÒD

Gen. cap. 41. Exod. cap 4. QVÒD non Ioseph fidelis accepit uxorem infidelem, & idem fecit Moyses.

Hester.cap. 2. Item Hester hebræa nupsit Assuero infideli.

3.Regũ. c. 11. Item Salomon accepit uxorem filiam Pharaonis, & multas alias infideles.

1.Cori.cap.7. Item prima ad Cor. si quis habet uxorem infidelem, & cõsentit habitare cũ ea, non dimittet eã.

CONTRA id habetur in Can. &c.

2.Cor.cap.6. Itẽ 2. ad Cor. Nolite iugũ ducere cũ infidelib.

RESPONDEO & primo uidendum est an infidelis possit legitimè contrahere matrimonium. Ricardus hac dist. Art. 1. q. 3 Secundo de principali proposito. De primo dicitur, ꝙ non, quia infidelis Deo, non potest esse fidelis proximo, sed matrimonium requirit fidelitatem inter coniuges, ergo.

Item matrimoniũ est principaliter propter bonum prolis educandæ, sed tunc esset malum prolis, quia parentes educarent prolem in ritu suo.

Item matrimonium habet anneanm sacramẽtum, sed cum infidelitas non habeat sacramẽtum primum. s. baptismum, non potest esse capax alterius sacramenti.

Item de ratione sacramenti est in diuisibilitas sed inter infideles non potest esse matrimonium indiuisibile, quia altero coniugum conuerso ad fidem, & altero remanente infideli, nec uolente conuerti, potest fidelis discedere ab infideli, & hanc rationem tangit Magister in litera, quando dicit, ꝙ est matrimoniũ legitimũ sed non ratum.

Item infidelis cum ignoret legem diuinam, non potest dare usum corporis sui innitẽs approbationi legis diuinæ, sed si Deus non approbat talem dationem, matrimonium est nullum, ergo.

Prima ratio non cogit nec includit infidelitatem ad Deũ, uel ad proximum in ordine ad Deũ, sed sufficit fidelitas qualis est in contractibus, qui fiunt inter fideles, & infideles.

Secunda etiam ratio non cogit, quia matrimonium potest esse, non solum propter bonum prolis procreandæ, sed etiam propter usum illum indultum à Deo post lapsum, & sæpe dictum est, & etiam sufficit, ꝙ parentes intendat prolem nutrire quãtũ cognoscũt in quod dictat naturalis rõ.

Tertia ẽt ratio minus cogit. nam certum est, ꝙ ante legem nouam erant uera matrimonia etiam tamen non erant annexa illa sacramenta.

Quarta ẽt ratio non cogit quia illud matrimoniũ non est indissolubile nisi superueniente uinculo fortiori: non est aũt inconueniens adueniente uinculo tali, sicut patet, ꝙ quandoq; põt dissolui matrimonium inter fideles, & infideles, ut patet per ingressum religionis. Quo possit dissolui matrimonium.

Quinta rõ nõ cogit, quia uel põt dici, ꝙ Deus generalr̃ licentiauit oẽs homines post lapsum ad talem cõmutationem & mutuã dationem sui corporis faciendum uel põt probabiliter dici, ꝙ contractus matrimonij inoleuit apud oẽs ex primis parẽtibus fidelibus. Ita quòd primi filij infideles licet non patribus in fide successerint tum sibi in modo contrahendo matrimonium successerũt & ita ex consuetudine disseminatio est apud oẽs. Concedo igitur, ꝙ inter infideles potest esse matrimonium legitimum, & licet ipsi nesciant se esse in hoc licentiatos à Deo tamen cum ita sit, ut patet ex solutione ultima rationis & ipsi non credant contrarium, ita ꝙ in hoc nõ credant in hoc facere contra Deum, dico, ꝙ in hoc non peccant. Verum inter fideles sit verum matr. im Confirmatur, quia alias Hester contrahens cum Assuero dedisset sibi occasionem peccandi.

De secũdo dico, ꝙ aliud est absolute ꝙ põt esse matrimonium inter aliquos & aliud est posse esse licite & honeste. Dico tamen, ꝙ utroque modo põt esse matrimonium inter infidelem & fidelẽ. verumq; probatur per Apostolum prima ad Cor. 1.Cor. cap. 7. vir fidelis non dimittat uxorem infidelem, quæ consentit habitare cum eo. Nam si non posset absolute, ergo Apost. suaderet fornicationem, sed non honeste & licite. dico ꝙ illud Apost. non suaderet, hoc aũt dico posse esse de iure diuino, uel positiuo Ecclesiæ iure dico, ꝙ fidelis non posset contrahere cũ infideli, ut patet, ubi allegatum est.

Ad oppositum principale 28. q. 1. sic enim & ratio congruentiæ est quia non est honestũ Christiano cohabitante cum infideli. Apost. aũt ubi supra suadet cohabitationem fidelis cõiungis cum infideli inter quos antequam ille esset fidelis matrimonium iam erat contractum, tamen contrahendum non suadet, sed prohibet causa. aũt illius suationis subditur ibi saluabitur, inquit, id est fiet fidelis uir infidelis propter mulierem fidelem, tamẽ dico, ꝙ cessante illa causa. s. ꝙ infidelis nollet fieri fidelis cõiux conuersa, potest eum dimittere etiam debet si iudicaret ꝙ non posset secum cohabitare absque Dei offensa. Chris. cap. 7.

Ad primum principale de Ioseph & Moyse patet quod tunc erat licitum.

Ad secundum de Hester tunc fuit licitum. non enim in lege Mosayca erat eis prohibitum matrimonium nisi cũ illis Cananeis, quos uolebat Dominus corporaliter extirpare.

Ad aliud de Salomone concedo quod ipse tanquam ingratissimus Deo contraxit cum multis prohibitis à Deo iudæis.

Ad primum patet solutio ex dictis.

DISCTINCTIO XL.

CIRCA DISTINCTIONEM XL.

Quæritur.

VTRVM CONSANGVINITAS impediat matrimonium.

Seraphycus Bona. 4. sent. dist. 40. q. 2. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 40. q. 1.
D. Thomas 4. sent. dist. 40. q. unica. Art. 2.
Ricardus 4. sent. dist. 40. q. 2.
Franc. de May. 4. sent. dist. 40. q. 3.
Durandus 4. sent. dist. 40. q. 1.

Quæstio prima.

CIrca distinctionem quadragesimam quæritur, Vtrum consanguinitas impediat matrimonium.

Qvod non. In statu innocentiæ fuisset uerū matrimonium, & in lege naturæ fuit uerum matrimonium, sed in statu innocentiæ frater accepisset sororem in uxorem, & in lege naturæ ita factum est.

Cayn enim nupsit sorori suæ, ergo.

Contra. id est Magister in litera, & extra de consanguinitate non debet.

Respondeo. primo uidendum est de consanguinitate, secundo de proposito. De primo dico, ꝙ consanguinitas est uinculum personarum ob eadem persona carnali propagatione descendentium, & illa persona, à qua plures personæ propagantur, dicitur stipes, illud uero uinculum dicitur gradus, gradus uero diuiditur in ascendentem, & discendentem, & transuersalem. Dicit autem descendēs gradus parentum ad prolem. Ascendens uero è conuerso. Transuersalis inter illos qui descenderunt ab eodem, & tamen mater ab altero numeratur recta. In linea recta est gradus secundum numerum propagationum, & ideo tot sunt, gradus quot sunt personæ propagantes & propagate una minus ut patet intuenti. omnis propagatio requirit duos terminos, & ideo termini sunt una plures, quam propagationes. sicut ergo linea est recta, & transuersalis, ita gradus inter gradus rectos non oportet numerare, quia quicunq; sint impedium matrimonium, ut dicetur, numerandi ergo sunt gradus transuersales.

vide Isydarū 9. li. Ethi. c. 5.

Quid sit consanguinitas.

Est ergo primus gradus transuersalis, inter duos descendentes immediatè ab eodem, quia, ibi est. una propagatio, patet, ergo unus gradus ergo primus gradus, nec te moueat, ꝙ duæ propagationes sunt duo propagatores numero, & ex hoc oporteat istos esse in secundo gradu, quia non denumerantur gradus secundum illas numerales propagationes inferiores, & superiores.

Secundus gradus est inter filios duorum fratrum, quia ibi sunt duæ propagationes, ut patet, ergo duo gradus.

Tertius gradus est inter filios illorum & sic deinceps ut patet. Notandum tamen ꝙ gradus numerantur secundum numerum propagationum ex parte illa ꝙ plus distat, unde nepos & patruus sunt in secundo gradu, & sic de alijs.

De secundo dico, ꝙ in omni statu & in omni lege est prohibitum matrimonium inter illos, qui sunt in recto gradu secundum superius & inferius, quantuncunque sit distantes. Vnde hodie Adam non posset habere uxorem nisi Enam hoc excipitur ex illo uerbo Genes. propter hoc relinquet homo patrem & matrē quantum scilicet ad coniunctionem matrimonialem, ita ꝙ illa coniunctione non coniungetur homo patri, nel matri, & intelligitur non tantum de immediatis, sed de quantuncunque distantibus. Ratio naturalis ad hoc est quia proles parēti ad hoc subditur reuerentia filiali & ideo contra naturam esset uniri tali uinculo ꝙ dicit paternitatem in tali actu. Et signum huius est, ꝙ sit contra naturā, quia etiam aliqua bruta animalia abhorrent hoc. Vnde Arist. lib. de animalibus dicit de equo, qui uelatus cognouit matrem suam, quòd postea discoopertus oculis uidens hoc se præcipitauit. Legitur etiam de elephante, qui ingeniatus ut matrem suam cognosceret post hoc ingeniatorem occidit. In statu autem innocentiæ, & in lege naturæ non fuit prohibitus aliquis gradus transuersalis, & ratio est, quia donec gentes multiplicarentur oportebat necessario sic esse, ut patet. Primum enim matrimonium post illud inter Adam, & Euam oportebat esse inter germanos immediate. In lege uero Mosayca hominibus iam multiplicatis fuerunt prohibiti aliqui gradus transuersales, ut patet. In lege uerò Euangelica non inuenitur à Christo specialis prohibitio, nisi ꝙ confirmauit prohibitionem in recto gradu factam in lege naturæ, & habetur in Math. Ecclesia autem in processu temporis quandoque prohibuit sepē primos gradus transuersales, sed postea Innocentius restrinxit usque ad quartum gradum inclusiuè, ita ꝙ modo soli primi quatuor gradus transuersales sunt prohibiti, sicut habetur extra de cō sanguinitate non debet ea assignari causa, quare septem gradus sunt reducti ad quatuor quia, scilicet erat multum difficile seruare hoc. Ratio autem congruentiæ huius statuti Ecclesiæ inquartum gradum ad contrahendum inter se est, quia usque ad illum quartum gradum satis inter homines uiget amicitia, & familisritas consanguinitatis, sed ex tunc incipit deficere, & ideo congruum fuit, ut reuocaretur per uinculum matrimoniale.

Gen. cap. 2.

Leuit. ca. 18.

Matt. cap. 19.

Ad argumentum in contrarium patet responsio ex dictis, ergo &c.

DISTNCTIO XLI.

CIRCA DISTINCTIONEM XLI. Quæritur,

VTRVM AFFINITAS CARNALIS impediat matrimonium.

Seraphycus Bona. 4. sent. dist. 41. q. 3. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 41. q. 1.
D. Thomas 4. sent. dist. 41. q. vnica. Arti. 3.
Ricardus 4. sent. distin. 41. q. 1.
Franciscus de Mayronis 4. sent. dist. 41. q. 1.
Durandus 4. sent. dist. 41. q. 1.
Ioannes Bacconitanus 4. sent. distin. 39. q. 1.

Quæstio prima.

Circa distinctionem quadragesimam primā quæritur, Vtrum affinitas carnalis impediat matrimonium.

Qvod non: Effectus non repugnat suæ causæ, sed affinitas est effectus matrimonij, ergo.

Contra habetur.

Respondeo ꝙ affinitas est quoddam uinculū alicuius psonæ copulatę carnaliter ad oēs psonas con-

consanguineas illius, cui carnaliter copulatur. consurgens ex dicta copula carnali inter tales ita quod uir afficitur omnibus consanguineis propriis uiri, & hoc non solum habet ueritatem de uiro & uxore, sed etiam de quacunque carnaliter coniunctis, siue cum concubina, siue meretrice, siue cum fornicaria. tunc dico, quòd persona cognoscens aliam carnaliter efficitur illegitima, ad contrahendum matrimonium cum omni consanguinitate illius personæ, quam cognouit usque ad quartum gradum inclusiue ita quòd efficitur illegitima ad contrahendum cum omni persona, cum qua contrahere non potest ista persona, quam cognouit propter consanguinitatem & prohibita illi propter affinitatem, & è conuerso. Hoc autem solum est ex instituto Ecclesiæ in locis præassignatis.

Ad oppositum principale est statutum Ecclesiæ propter bonum honestatis. Videtur etiam hoc dicere Doctor, quòd affinitas contrahitur ad consanguineos uxoris ab ipso, scilicet uiro nō solum cognita uxore carnaliter, sed etiam statim factis sponsalibus.

Ad argumentum principale solutio patet, quod affinitas non impedit matrimonium, cuius est effectus, sed impedit ex tunc omne ad matrimonium contrahendum.

DISTINCTIO XLII.

CIRCA DISTINCTIONEM XLII. quæritur.

VTRVM COGNATIO SPIRITVALIS IMPEDIAT MATRIMONIUM.

Seraphycus Bona. 4. sent. dist. 42. q. 1. Arti. 1.
Scotus 4. sent. distin. 42. q. 1.
D. Thomas 4. sent. dist. 42. q. 1. Arti. 1.
Ricardus 4. sent. dist. 42. q. 1.
Franciscus de Mayronis 4. sent. dist. 42. q. 1.
Durandus 4. sent. dist. 42. q. 1.
Ioannes Bacconitanus 4. sent. distin. 42. q. 1.

Quæstio prima.

Circa dist. quadragesimam secundam quæritur, vtrum cognatio spiritualis impediat matrimonium.

Qvòd non: Extra de cognatione spirituali, si uir. Dicitur ibi, quod matrimonium non est dissoluendum inter eos, qui sunt spiritualiter consanguinei nec alter alteri debet debitum subtrahere, siue contraxerint ignoranter se esse spiritualiter cognatos siue scienter.

cap. ueniens. Contra id habetur ibidem, ubi mandatur fieri diuortium inter tales.

Respondeo & dico, quod cognatio spiritualis est quoddam uinculum extractum ex dispensatione aliquorum sacramentorum, maximè baptismi, & cōfirmationis de alla, & de eius gradibus habetur extra de cognatione spirituali. (extra de cognatione spirituali in c. 6)

Qvantvm ad principale quæsitum dico, quod ista cognatio spiritualis præueniat matrimonium simpliciter impedit, & de hoc loquitur capitulum præallegatum ad oppositum principale uestigiis.

Si uerò nō præueniat, sed sequatur matrimonium dico, quod non impedit. & de hoc loquitur ca. primum causa primi non est nisi statutum Ecclesiæ illegitimans istos in tali actu, uel casu. Dico etiam, quàm cognatio legalis impedit matrimonium, & de hoc habetur extra de cognatione legali, quo tangitur ibi. Authoritates adductæ ad principale pro utraque parte patent ex dictis. (cap. primū si uero scienti.) (extra de cognatione legali c. unico.)

Vlterius uidetur declarare doctor quòd spiritualis cognatio contrahitur præcipue inter suprascriptas personas & non aliàs plures, scilicet baptizantis ad baptizatum, & ad patrem, & ad matrem & cum uxore baptizati, & è conuerso baptizati ad baptizantem, & ad eius patrem, & matrē, & uxorem.

Item baptizati ad recipientem eum de baptismo siue sit unus, siue sint plures, & ad eius, uel ad eorum patrem, uel matrem, & uxorem, & è conuerso suscipientis baptizatum de baptismo ad baptizatum ipsum, & ad eius patrem & matrem & uxorem & per omnia idem est iudicium de sacramento confirmationis.

In aliis uero sacramentis non contrahitur affinitas spiritualis, nec unquam aliàs contrahitur à dictis modis nisi per cathechismum qui precedit baptismum contrahitur dicta affinitas, siue spiritualis cognatio eo consimili modo ad modos prędictos excepto quod ista spiritualis cognatio, quæ hic contrahitur solum impedit matrimonium cōtrahēdum sed non dirimit cōtractū. De his omnibus quæras diligenter. Nota quòd persona coniugata non tenetur reddere debitum furioso, uel amenti tempore, quo est in tali passione, sed quando habet lucidum interuallum, tunc tenetur. (Quando persona coniugata non teneatur reddere debitum.)

Nota etiam, quòd uir accipiens uxorem fraudulenter, scilicet non consentiens corde, sed proferens ore uerba, patet, quòd nō est matrimonium, & ille peccat mortaliter. tamē eam sic fraudulenter decipiendo, quam postea carnaliter cognoscendo cum non sit sua uxor uera, sed dico quod si talis uult esse in statu salutis debet de nouo consentire, ut satisfaciat sibi de fraude commissa. & si iterum contraxit cum alia debet facere iuxta posse suum quod illi satisfaciat. s. procurando quod alius secum contrahat equiualens sicut ipsi, qui contrahere secum debuit. Etsi illa persona de isto reclamat ita quod ab Ecclesiæ cogitur ab eam redeat sicut utique cogi potest in foro iudiciali, si contractus fuit publicus quanquam in corde fraudulenter fuerit. Dico, quòd redire non debet ex quo non est uera uxor, & debet sustinere excommunicationem patienter ferendo talem pœnam propter peccatum fraudulentiæ, quod commisit. ergo. (Quando non sit legitimū matrimoniū.)

DISCTINCTIO XLIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XLVIII. Quæritur,

VTRVM RESVRRECTIO GENERALIS hominum sit futura.

Seraphycus Bona. 4. sent. dist. 43. q. 1. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 43. q. 1.
D. Thomas 4. sent. dist. 43. q. 1. Art. 2.
Franc. de May. 4. sent. dist. 43. q. 1.

Quæstio prima.

CIRCA distinct. quadragesimam tertiam quæritur, Vtrum generalis resurrectio hominum futura sit.

Eccles. cap. 3. QVOD non per illud Eccl. Vnus est interitus hominum, & iumentorum. sed iumenta non resurgunt, ergo.

Iob. cap. 14. Item homo, cum dormit non resurget, donec atteratur cœlum, non euigilabit, sed cœlum nunquam atteretur, ergo homo nunquam resurget.

2. de generat. com. tex. ult. Item 2. de generatione, & 5. Phisicorum Aris. ait: Quorum substantia deperit, non redeunt eadem numero, sed specie.

cor. cap. 15. CONTRA per Apost. 1. ad Corinth. omnes quidem resurgemus.

RESPONDEO φ primo uidendum est de possibilitate, secundo de facto.

D. Tho. in 4. dist. 44. q. 1. in solution. tertii Argumē. DE primo dicitur φ si anima sensitiua esset in homine distincta ab intellectiua, ita φ corrumperetur in hoie, sicut in brutis optime concluderet, φ in resurrectione non rediret homo idem numero. Cuius ratio est, quia esse corruptum nō pōt redire idem, sed ponendo in homine unicam animam, s. rationalem, quæ sola dat esse totius hominis, & est incorruptibilis, ita φ separata tamen nullas in hoc angustias patiemur, φ redit idē numero homo, quia reuiuiscitur eadem anima ei dem materię, & dat sibi idem esse.

CONTRA φ possit, potest redire idem esse interruptum, non solum ostenditur si sit corruptum, sed et si sit anihilatum. August. de ciuitate Dei loquens de carne nostra resurgenda, dicit sic: Et si quidem omnibus periisset mors, nec nulla eius materia in ullis naturæ latebris remansisset, unde si nellet, repararet eam omnipotens.

22. de ciuit. Dei. cap. 20.

Item per rationem primo sic; Lapis duratus de nihilo, & postea anihilatus idem omnino eiusdem rationis, φ primo habuit à termino à quo, modo habet pro termino ad quem, ergo qua ratione primo potuit de illo nihilo produci, & illud idem esse significatur omnino.

dist. 3. q. 2. Item sicut probatum est in tertio lib. esse totius, ut humanitas, est aliquo modo realiter aliud à partibus simul sumptis. Nam illud esse est uerè, & realiter creatum intrinsecè, sed nec materia est creata intrinsecè, nec ambo, nec forma simul, ergo tūc sic illud esse totius, quod est aliquo modo aliud à partibus simul sumptis uere corrumpitur in morte, ergo si debeat redire idem homo numero in resurrectione, cum non sit idem homo, nisi habeat eandem humanitatem, oportet dicere, quòd esse interruptum, uel anihilatum, uel corruptum possit redire idem numero actu, imo ista opinio uidetur ponere, φ mors non est uera corruptio, quia nō est corruptio alicuius esse substantialis, sed est tantū separatio partium, & ideo nō perditur nisi una unio, quæ est relatio, uel una indistinctio, quæ est negatio secundum alios.

Item ad minus accidentia, quę subiectiuè sunt in toto, corrumpūtur in morte, ergo ipsa non redeunt, sed propria passio, ut risibilitas est in toto subiectiuè, ergo corrumpitur & non redit eadem quod est falsissimum, quòd sit idem numero, & non eadem propria passio.

Item secundum istum potentiæ animæ sunt accidentia, & sunt in toto potentiæ sensitiuæ, in toto coniuncto secundum Philosophum de sensu, & sensato, ergo ipse corrumpūtur, non ergo redeunt eędem. ergo in me non est eadem potentia uisiua, & huiusmodi quæ omnia sunt absurda. D. Thom. 1. parte sum. q. 77. Artic. 1.

Item inconueniens est dicere, φ idem brutum numero nō possit resuscitari diuina uirtute, cum frequenter legatur, φ sint resuscitata inter miracula sanctorum, ergo necessarium est dicere, φ idem esse numero possit Deus reparare, siue sit corruptum, siue anichilatum.

Aliter ergo dicitur, quòd quia agens naturale agit propter transmutationem, & motum; ideo non potest idem numero reparare, quòd non potest eadem mutatio, uel idē motus redire. Deus autem, quia agit abque mutatione & motu pōt. Egidius theorema 1.

Confirmatur, quia Deus immediate attingit materiam, ut quid est, & quia est, ut quid sibi idē, & indistinctum in omnibus. & ideò potest in ea imprimere eādem formam, sed agens naturale attingit materiam semper, ut est quanta. ergo.

Cōtra istam opinionem assumit falsum, quod resuscitando non agat per mutationem. Nam ante resurrectionem materia hominis est sub priuatione, & per resurrectionem fit sub forma, ergo est ibi transitus de priuatione ad habitum, sed talis transitus est proprijssime mutatio.

Item fallacia consequentis est, quòd ideo natura non posuit, quia agit per mutationem. nam mutatio est posterior ad formam, quæ mutatur. Ex alietate enim posterioris non potest argui alietatio prioris, sine fallacia consequentis, sed bona è conuerso. Vnde si forma esset alia, & alia; Vnde mutatio esset alia, & alia. sed non è conuerso.

Confirmatur, quia ad idem ubi specie, & forte numero, possunt esse diuersi motus specie, scilicet rectus, & circularis, quia adeo sunt diuersi, quòd etiam sunt impossibiles, septimo Philosophorum.

Confirmatur, quia de facto in resurrectione sunt diuersæ mutationes ad eādem formam, quia non sunt eadē mutatio, generatio hois, & resuscitatio eiusdē. Patet φ primo quārū ad generationē est creatio, et si dicas, φ creatio non est mutatio, saltem 7. Phys. contex. 2.

falsem generatio, quæ fuit ibi, fuit mutatio.

Dico igitur, quòd possibile est Deo per suam omnipotentiam, ut dicit Augustinus, ubi supra, reparare idem numero, siue sit corruptio, siue sit annichilatum, ut probant rationes contra primã opinionem, & siue agat per mutationem, siue non, ut probatum est cõtra secundam opinionẽ.

De proposito principali dico, quòd conclusio certa est ex fide. hoc enim dicit Symbolum Apostolorum: Carnis resurrectionem. & Symbolũ nicenum: Et expecto resurrectionem mortuorũ. Et symbolum Athan. Omnes habent resurgere corporibus suis. Hoc. n. dicit Scriptura in diuersis locis per Matth. & per D. Paulum 1. ad Corint.

Math. ca. 55.

2. Mach. c. 12

Ad primum principale dico, quòd Salomon in libro illo fuit cõcionator & ideo loquitur pro & contra, mõdo pro stultis, modo pro sapientibus, & ibi loquitur pro stultis secundum opinionem stultam, sed ueritatem determinat cap. ultimo, ubi ait: Ibit homo in domo æternitatis suæ.

Ad secundum dico quod si cœlum non atteratur secundum substantiam attuatur, tamen tunc in fi nali resurrectione quantum ad influentiam istorum inferiorum.

Ad tertium patet, quod non concluditur, quod non possit redire eadem per omnipotẽtiam Dei, sed utrum per potentiam naturalem, uel non, de hoc quæretur infra.

VTRUM POSSIT ESSE NOTUM per rationem naturalem resurrectionem generalem hominum esse futuram.

Trotus 4. sent. distin. 43. q. 2.

Quæstio secunda.

SEcundo quæritur, Vtrum possit esse homini naturaliter notum resurrectionem generalẽ esse futuram.

Quod sic; Desiderium naturale potest esse homini naturaliter notum, sed homo desiderat naturaliter esse, ergo.

Tunc ultra: Desideriũ naturale nõ est frustra per Comẽtatorem 2. Met. ergo desiderium, quo homo desiderat semper esse, quandoque complebitur, & totum hoc potest esse homini naturaliter notum, sed non potest desiderium illud compleri, nisi generalis resurrectio hominum sit futura, ergo ex his concluditur generalem resurrectionem hominum esse futuram. Et quod possit hominibus naturalibus esse notum.

5. Meth. i pro hemio.

Prima propositio primi pro sillogismi probatur, quia non est excessus obiecti ad potentiam, & cadit illud obiectum sub se obiecto etiam naturali intellectus.

Secũda etiã probatur, quia nemo naturaliter fugit oppositum, nisi quia naturaliter diligit pro positum, sed quilibet naturaliter fugit mortem, ut per experientiam patet, ergo.

Oppositum uidetur esse per Aug. 13. de Trin.

13. de Tri. c. 9.

Respondeo quod nihil potest esse nobis notum notitia intellectiua, nisi quod potest per naturalem rationem necessario concludi: In uestiganda est ergo naturalis ratio, si qua est, quæ generalẽ resurrectionẽ hominum futuram necessario concludat. Est autem manifestum, quod hæc rõ ex his, quæ cõia sunt homini, & cæteris animalibus, sumi non potest, ergo oportet, quod sumatur ex proprijs hominis in quantum homo. Sunt aũt tres propositiones, quæ naturaliter poterunt con cludere propositum. Prima est: Anima intellectiua est forma hominis specifica.

Secunda est: Forma specifica, scilicet anima intellectiua est incorruptibilis.

Tertia est: Forma specifica hominis non manebit perpetuo extra suum totum.

Ex his statim cõcluditur propositum, quia ex quo anima intellectiua est forma specifica hominis, & est incorruptibilis, & nõ manebit perpetuo separata à suo toto, ergo aliquando reunitetur, sed ista reiterata unio est resurrectio, & probatur secundum Damasc. Anima intellectiua est in corruptibilis.

Est ergo uidendum di his tribus propositionibus. Prima probatur ex dictis Phil. & rõnibus naturalibus. Primo sic Arist. 2. de anima diffiniens animam dicit, quod est actus corporis physici organici: Et in principio tertij de anima dicit: De parte aũt animæ quæ cognoscit, & sapit. Et ita animã intellectiuam asserit esse partem subiectiuam animæ in cõi, quæ est actus corporis, ut prius diffini uit. Pater aũt, quod ipse nõ cognouit nisi naturaliter. lib. 4. cap. 19. 2. de Aĩa com tex. 6. 3. de aĩa com tex. 1.

Itẽ philosophi cõiter in diffinitione hominis ponunt rationale, & per rationale intelligunt animam intellectiuam, nec unquã aliquis notabilis Philosophus ab hac ueritate discrepauit, excepto illo Auerroe, inimico fidei nostræ sua fictione tertio de anima, qui posuit animam intellectiuã esse quandã substantiam separatam, quæ solum unietur nobis per fantasmata, quam fictionem, nec ipse, nec aliquis sequens eum, potest intelligere, quia intelligibilis non est. Per rationem autem naturalem probari non põt faciliter à priori, nec à posteriori nisi p eius proprias operationes, sicut & multæ formæ innotescunt nobis per proprias rationes. materia enim non notescit nobis hoc modo, quia transmutatio facit nos scire materiam. Per hunc ergo modum probatur propositum sic: 3. de aĩa com mento 5.

Intelligere est operatio hominis specifica, ergo est ab eius forma specifica, sed est ab anima in tellectiua, ergo oportet ad istam rationem dicere, quod intelligere est propria operatio hois, non actiua sed passiua, & ideo sufficit, quod sit actiua ab intellectu separato, uel etiam ab obiecto, uel etiã à fantasmate. sed dico quod hoc nihil ualet. D. Tho. 4. par te summæ q. 75. Art. 2.

Formo illam rationem sic: Homo intelligit formaliter, ergo aĩa intellectiua est forma hois. Antecedens patet ex 3. de aĩa, & 2. Ethic. ubi uult Phil. quod intelligere est propria operatio hois, acci piẽdo operationẽ, ut distinguitur cõtra factionẽ. Patet et ex 1. Eth. ubi uult Phil. quod felicitas nostra si nõ esset actus nr, ergo. Probo et antecedẽs per consistit in hoc actu, sed nõ esset felicitas nostra, 10. Eth. c. 10

rationem contra proteruum: Experientia.n.docet, q aliquid cognoscimus cognitione, quæ est extra totum genus cognitionis sensitiuæ, quia

Omnis cognitio sensitiua est obiecti extensi.

omnis cognitio sensitiua tam intrinseca, q̃ extrinseca est obiecti extẽsi, nos aũt experimur in nobis cognitionem alicuius obiecti extensi, ergo ipsa est inextensa, ergo recipitur in extensẽ in obiecto,& per hoc patet probatio consequentiæ, quia subiectum inextensum non est nisi anima intel-

Subiectũ inextẽsum, est anima intellectiua.

lectiua. Patet etiam consequentia, quia cognitio, qua homo est formaliter cognoscens, non potest esse in aliquo subiectiuè, quod est pars hominis, sed non est pars accidentalis, ergo substantialis, sed non est subiectiua cognitio intellectiua, nisi in forma intellectiua, ergo forma, siue anima intellectiua est pars hominis substantialis. Ra

Aĩa intellectiua est pars hominis substantialis.

tio quare non pars accidentalis, quia dictum est, quod intellectio est propria cognitio hominis specifica. Si proternus neget se aliud aliquod cognoscere in extensum, & tali cognoscere non est contra eum amplius disputandum, sed dicendum est ei, quòd non est homo, sed brutum. Hoc idem potest probari ex actibus uoluntatis. Nam homo est dominus suorum actuum, & potest ad oppositum, ut experientia docent, sed non Dominus suorum actuum per aliquam potentiam organicam,& per appetitum sensitiuum, imo ista cogitur ab obiecto, ergo per aliquam ulteriorem, & non organicam, ergo.

Ricard. lib. 2. dist. 19. art. 1. quæst. 1.

Secunda conclusio siue propositio, scilicet, q illa anima, quæ probata est hominis specifica forma, est incorruptibilis probatur eodem ordine, quo prima per dicta Philosophorum. Arist. enim

2. de Aĩa con tex. 21.

secundo de anima dicit de intellectu nostro, q separatur à cæteris, sicut perpetuum à corruptibili.

3. de aĩa con tex. 7.

& tertio de anima assignans differentiam inter sensum,& intellectum, dicit, q excessiuum sensibile corrumpit sensum, sed excessiuum intelligibile non corrumpit, per hoc dans intelligere, q sensus est corruptibilis, intellectus autem non. Et

12. Meth. con tex. 10.

12. Meth. eo uidetur dicere, quòd intellectus est forma manẽs post corruptionem compositi, & 16. de animalibus: Derelinquitur solum intellectum de foris aduenire; ergo secundum eũ non accipit esse per generationem, sed ab extra, & per consequens non accipit esse per corruptionem.

7. Meth. con. tex. 22.

Et 7. Metaph. Materia est ex qua res possunt esse,& non esse, sed anima secundum eum non ha

3. Ethic. ca. 2. & 9. & hic c. 9. uult idem.

bet materiam, ergo & 3. Ethicorum uult, q fortis debeat se exponere morti pro bono uirtutis, & pro bono communi; sed nollet hoc, nisi crederet animas esse incorruptibilem, quia nullus debet uelle non esse simpliciter propter aliud, sed oppositum uidetur sentire alibi Philosophus, nã

7. Meth. con tex. 60.

7. Metaph. in fine ex intentione uidetur dicere, quòd omnes partes, quæ possunt manere separatæ à toto, sunt elementa, id est partes materiales,& post has partes oportet dare formam, quæ dat esse totum, quæ quidem forma non manet separata à toto, ergo si aĩa intellectiua apud eũ esset forma hominis, ut ostensum est in prima propositione, oportet eum dicere, quòd ipsa non manet separata à toto. Et etiam quòd principium erat apud eum, quod quicquid incipit esse de nouo, desinet esse. Vnde primo de cœlo contra Platonem uidetur habere pro impossibili, quòd aliquid incipiat esse,& sit perpetuum, & incorruptibile. Patet quantum ad hoc, quòd homo non potest habere determinatè nec hoc, nec illud, sed probabile est, quòd in hac conclusione Arist. sem

Idẽ dicit Hẽricus ubi sup.

per fuit dubius,& quandoque uidebatur plus declinare ad unam partem, quàm ad aliam, & quandoque ad oppositum secundum quòd tractabat materias diuersas conformes ad hãc partem, uel ad illam. Ex principijs enim suis uidetur posse cõcludi modo unum, modo aliud. Dico tamen, q anthoritates adductæ possunt exponi ad alium sensum.

AD primũ potest dici, quòd intellectus apud eum separatur quantum ad hoc, quòd non operatur per organum corruptibile, & ex hoc recipit quandam perpetuitatem. Compositum corrumpitur quantum ex opposita causa incurrit sensus, quia sensus in operando utitur organo, corrumpitur quantum ad operari ad corruptionem organi. Intellectus uero non ex quo utitur organo.

Per idem patet ad secundam. Sensibile enim excellẽs corrumpit organum, quo corrupto corrumpitur potentia sensitiua per accidens, non tamen quantum ad esse, sed quantum ad operari. Vnde primo de anima: Si senex haberet oculum

2. de Aĩa con tex. 65.

iuuenis, uideret, ut iuuenis.

Ad tertium potest dici, quòd hoc ipse non asserit omnino, sed loquitur dubitatiue. Vnde dicit si forsam.

Ad quartum magnum dubium est, utrum Philosophus posuerit animam intellectiuam esse ob intra, uel ab extra. Vult ergo dicere ibi, quòd de alijs est certum eas aduenire de foris, de intellectu autem non est ista certum, licet nec oppositum sit certum.

Ad secundum patet, quòd non cogit, nõ enim uult quòd quicquid corrumpitur habeat materiã partem sui, quia tunc nulla forma, nec accidentalis esset corruptibilis, ergo uult, quòd oppositũ, quod per se corrumpitur habeat materiam partem sui.

Ad sextum potest dici quod melius reputabat paruum extensiue esse magnum, & oppositum intensiue, quàm è conuerso.& ideo melius reputabat, quòd fortis per actũ uirtutis aggreditur mortem, ita quod per illud modicum tempus habuit esse uirtuosum, quod si diu uiueret in esse uitioso, saltem priuatiue.i.nõ uirtuoso. Ista igitur propositio secunda nec à Philosopho, nec ab aliquo potest sufficienter probari in lumine naturali, sed solum per aliquas probabiles persuasiones.

DE tertio principali dicitur, quòd suppositis

Hẽricus quolib 2. q. 3.

primis duobus propositionibus posset sufficienter probari. Primo sic: Pars extra totum est imperfecta, ergo non semper separata.

Item nullum uiolentum est perpetuum secundo de cœlo, sed anima extra corpus stat uiolenter, quia extra suum perfectibile, à quo uiolenter

sepa-

separatur. ergo non perpetuo staret, sed quandoque uniretur. Dico, quòd si Phylosophus concederet propositionem secundam, magis diceret animá perpetuari extra corpus, quàm in corpore, quia principium erat apud eum, quòd omne compositum ex contrariis corrumperetur, corpus igitur humanum est huiusmodi. ergo.

Ad primam istarum rationú diceretur, quòd propositio illa solum habet ueritatem de parte, quæ perficitur in toto. Sed anima intellectiua non perficitur in toto illo supposito secundum suam propriam perfectionem, communicat illi toto. ergo.

Anima satiatur in corpore nostro secundú Auicénam quia ibi lucratur merita, & perfectiones.

Per idem patet ad secundam, uel potest dici, quòd sicut dicit Auicenna, Animæ sufficit semel perficere, ita quòd postquam saparata est, non amplius inclinatur ad perficiendum corpus. Ad quæstionem igitur dico, quòd prima propositio nó est probabilis, nec uera, nec theologicè, nec etiam phylosophicè, & naturaliter, & eius appositum non solum est contra fidei ueritatem imo etiam contra ueritaté phylosophię sicut supra ostensum est. Vnde pessimus Auerroes illa sua fictione destruxit omné sciétiam, & oém uirtutem moralem, quia scientia acquiritur per actus intellectus & uirtus moralis per electionem appetitus intellectiui.

Contra pessimum Comé tatoré Auer.

Aliæ uero duæ propositiones non sunt probabiles rationibus necessariis in solo lumine naturali, nec à priori, nec à posteriori, sed sunt probabiles per quasdam probabiles persuasiones, & isto modo probát Sancti, & Doctores. ergo esse resurrectionem hominum futuram generalem, est purum creditum.

Resurrectio generalis est pure credita.

Ad principale ergo in oppositum dico, quòd nunquam ex desiderio naturali potest concludi sufficienter propositum, nisi probetur, quòd in natura est agens potens complere actiuè illud desideriú. Quę probatio deficeret in proposito. Desiderium autem naturale est duplex. s. quo; Vno modo accipitur pro inclinatione naturali, & etiam illo modo inclinatur brutum ad semper esse, ut patet per illam probationem, quia naturaliter fugit morté. Alio modo accipitur pro actu elicito, qui sequitur apprehensionem, & isto modo non oportet, quòd desiderium hominis impleatur.

Desiderium naturale est duplex.

VTRVM NATVRA POSSIT ESSE causa Actiua resurrectionis.

Scotus 4. sent. dist. 43. q. 3.

Quæstio tertia

Tertio quæritur, Vtrum natura possit esse causa actiua resurrectionis.

Vide Varronem q. præsenti.

Qvod sic: Naturæ est duplex processus, unus componendo, & alius resoluendo. & ubi unus incipit, alius terminatur, & è conuerso. ergo ex quo uterque est processus naturalis uterque terminans uterque processus est æque in potestate naturæ, sed natura potest resoluere hoc cópositum hominis in sua componibilia. ergo & reparare, idem de eiusdem componentibus.

Natura duplex processus.

Contra id est Dionysius de diuinis nominibus. Cap. 6.

Respondeo supposito pro uero, quòd forma multipliciter in homine est realiter distincta ab anima intellectiua. Primo uidendum est generaliter, Vtrum natura possit reparare aliquem effectum, qui sit idem numero. secundo specialiter, Vtrum idem numero tale. s. corpus humanum. tertio, Vtrum eidem mixto tali possit reuniri eadem anima numero.

De primo recitat Augustinus de Ciuitat. Dei opinionem quorundam phylosophorum dicentium, per circuitum annorum animam corrumpi, & eandem generari, ita quòd in magno anno, qui continet triginta sex millia annorum omnia redirent, quæ fuerant primo in illo tempore, & eodem modo se habentia, sic postea consequé. er. Ratio istorum erat, quia secundum Ptolomæum astrologú Octauum cœlum, quod est cœlum stellarum, mouetur contra impetú primi mobilis motu suo proprio in centum annis, uno gradu, & ita comparando in prædicto magno anno redit ad idem punctum, completo toto suo circulo, & tunc necesse est, quòd omnia corpora super cœlestia sint in eodem puncto, & in eadem dispositione uniformiter ad alium consimilem annum, & per consequens causabunt eosdem effectus.

12. de Ciuit. Dei cap. 13.

Tholomęus in Almage.

Et contra istam opinionem arguit ibidem Augustinus per multas authoritates sacræ scripturæ, contra quos dicitur in Psalmo: In circuitu impii ambulant. Psal. 11.

Contra hoc etiam arguitur, quòd secundú hoc nulla beatitudo esset uera, quia iterum quilibet rediret ad miseriam, & dum actu esset beatus, aut sciret se reuersurum ad miseriam, & tunc timeret sibi, & per consequens non esset uere beatus. aut nesciret, & tunc esset beatus in falsa opinione.

Contra hoc etiá est, quod dixit Phylosophus primo posteriorum, quòd secúdum hoc, scire nostrum esset quoddam reminisci. 1. post. cót. 4.

Contra rationé istorum etiam potest argui, quia supponit aliqua dubia de illis punctis, & de illo reditu, quia contrarium dicit plures mathematici, etiam supponunt multa falsa. s. quòd corpora super cęlestia sint totalis causa efficiens omnium effectuú, quod est falsum, saltem de animabus nostris, & de his, quæ sunt de libero nostro arbitrio, & de omnibus illis, quæ immediate causantur à Deo. Supponit, etiam quòd ad producédum effectum sufficiat sola causa efficiés, quod est falsum.

Est autem opinio opposita, quæ dicit, quòd nihil potest per natura redire idem numero, quia secundú Phylosophum secundo de Generatione in fine: Quorum substétia perit non reuertitur eadé numero, sed specie.

Gotfredus quol. 6 q. 2. & egidius Theore. 1. 2. de generatione con tex. ultimo.

Est tertia opinio, quæ mediat dicens, quòd nó omnia, quæ corrumpuntur, possunt per naturam redire eadem numero, aliqua tamen possunt. Ratio est, quia positis causis omnibus eisdé in numero, & eodem modo causantibus, effectus est idem numero accipiendo causas pro materia, & efficiente, & non pro forma, quia tunc esset petere principium.

pium. Sed possunt esse eædem causæ, & eodem modo causantes respectu effectu primo producti, & postea corrupti, & iterum producendi. ergo. Minor probatur, quia idem numero potest mouere, quòd ab heri produxit hunc ignem, qui quidē ignis ab heri productus ista nocte potest corrumpi, & hodie erit generandus iterum. Materia etiā potest esse eadem numero, quantum ad quantitatem, quia licet ignis corruptus nō resoluatur in primam materiam, sed in aliquod compositum, quia generatio unius est corruptio alterius, & econuerso, tamen materia erit eadem, ut patet. Illa autem forma introducenda in materiam ignis corrupti non obstat, si est alia, quia non ponitur esse causa nec efficiens, nec materialis, respectu ignis generā di: ergo poterunt istę causę eodem modo causare, sicut prius. Patet de materia, quia suum causare intrinsecè semper est. Vnde eiusdem uirtutis, & tūc eodem modo causabit cum agat necessitate naturæ. Maior uidetur uera, quia non plura uidētur requiri ad unitatem numeralem ipsius effectus producendi, nisi identitas numeralis ipsius efficientis huius, & illius, siue eiusdem indiuersis temporibus sit uniformis. statim enim educere de materia eandem formam, & per consequens erit idem cō positum ex quo materia, & potentia eius ad formā est eadem, & actio agentis est uniformis. Nec obstat si, si talia, & al'a actio numero, qa illud accidit, immo accidit, ꝙ efficiēs sit alius numero, uel nō alius, dūmodo efficere sit uniforme, quia nō uidetur ratio quare de eodem ferro non potuisset Petrus educere eundem clauum numero, quem preduxit Martinus, si eodem modo percussisset.

Primo de generatione contex. 17. et 18. et hoc in substantiis ut habetur ibidem con tex. 20.

Causare ipsius materię semper est.

An materia et potentia eius ad formam sit eadem.

Item non uidetur ratio, quare non esset eadem unio numero duorum lignorum hodie unitorum, ut cras separatorum, & postea unitorum, ex quo ligna sunt eadem numero. Nam positis eisdem fundamentis reunio resurgit eadem.

Istam tertiam rationem reputat probabiliorem doctor.

Tunc de secundo Articulo principali dicit, ꝙ si tertia opinio est uera, non uidetur ratio, quare non posit redire per naturam idem mixtū numero. Nam per multas transmutationes posset contingere, quòd in eadem matrice mulieris, & eodem modo disposita posset fieri comistio eiusdē seminis, saltem quantum ad materiam concurrentibus similibus dispositionibus Solis, ut patet consideranti. & tunc rediret idem corpus mixtum, & secundum numerum.

De tertio articulo principali secundum prædicta uidetur esse dicendum, quòd sic, quia corpus humanum mixtum, quando est perfectum, & ultimate dispositum dispositione, quæ uocatur necessitas ad animam intellectiuā numero. ergo si corpus idem numero erit tali dispositione dispositū ad eandem animam intellectiuam numero. ergo, sed dicit Doctor, quòd non est ita, quia ista unio animæ ad corpus non subest alicui agenti naturali. Ratio, quia agens æquiuocum naturaliter est pfectius, quàm effectus productus, quod patet, tum quia continet ipsum uirtualiter, tum per Augustinum super Gen. ubi dicit, quòd agens est præstantius passo, quod intelligi debet de agente æquiuoco respectu actus æquiuoci producti, sed nullum agens corporeum est perfectius homine, ut patet. ergo nullum agens tale posset animam illi corpori reunire, quia qui reuniret produceret hominē, ut patet, nec ipsa eadem posset se sibi unire, ita ꝙ esset causa actiua illius effectus tum propter eandem causam, quia est para essentialis hominis, & per consequens non esset perfectior suo toto, tum quia secundo physicorum forma, & efficiens non coincidunt in idem numero, anima autem est forma hominis. ergo non efficiens, tum etiam quia sicut idem non producit se effectiue primo de Trinit. nec producit id, quo formaliter est ipsum totum. ita forma non producit totum, cuius est forma, nec potest dici, quòd homo alius, uel anima possit uniri illi corpori. ergo. &c.

83. q. q. 2. Gen. cap. 12.

2. phys. cōte. 70. Primo de Tri.

Vtrum Angelus posset, non tangit Doctor. posset forte dici, quòd non quia sicut prima informatio suberat soli Deo, ita & illa secunda.

Ad id, quod additur pro isto articulo tertio dico, quòd indispositio, uel tota non per toto uocatur necessitas, quia ipsa effectiuè inducat form. in ad quam. sed quia ista positiua statim agens inducit formam, modo autem, quia iste affectus. s. homo productus subiicitur ipsi Deo, & Deus est agens. ideo &c.

Ad argumentum principale dico, quòd non est simile de processu resolutionis, & compositionis. Possum enim diuidere consolidum, & continuum non tamen partes diuersas possum reconținuare, ergo. &c.

VTRVM RESVRRECTIO POSSIT dici naturalis.

Seraph. Bona 4. sent. dist. 43. q. 5. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 43. q. 4.
D. Thomas 4. sent. dist. 43. q. 1. Art. 2.
Franciscus de Mayronis 4. sent. dist. 43. q. 1.

Quæstio quarta.

QVARTO quæritur, Vtrum resurrectio possit dici naturalis. Libro 3. c. 14.

QVOD sic per Damasc. Quod in est hominibus in eadem specie, est uere naturale, sed resurrectio erit huiusmodi: Omnes quidem resurgemus per D. Paulum. ergo. Corint. c. 15.

Item mutatio ad formam naturalem est naturalis, sed resurectio est mutatio ad eandem formā quæ primo erat. ergo.

CONTRA p Dyonisium, qui dicit ipsam esse supernaturalem. De diuinis nominibus cap. 14.

RESPONDEO, quòd naturale est multiplex. Quod patet, quia multis opponitur, & illa est una doctrina multiplex cognoscēdi multiplex, primo Topic. Opponitur enim uno modo supernaturali. Alio modo artificiali siue uoluntario. Tertio modo uiolento. De secūdo modo oppositionis istius habetur secundo physicorum, ubi phylosophus distinguit

Naturale multiplex. 1. topic. c. 12.

2. phys. cōte. 3. et inde.

9.Met. c5tex. 9.& inde. stinguit agens à natura contra agena à proposito, & 9.Met.ubi distinguit potentiam actiuam,rationalem. i. uoluntariam contra irrationalem, id est naturalem.

De tertio modo habetur tertio ethic.ubi phylosophus distinguit uiolentum,tunc ad propositū dico, quòd resurrectio formaliter est quædam passio correspondens resuscitationi,quæ est quędam actio. Itē dico, quòd resurrectio non est naturalis prout naturale opponitur supernaturali,sed opponitur uoluntario, Primo istorum patet ex præcedenti quæstione,ubi dictum est, quòd agens naturale non potest hominem resuscitare, sed solus Deus.ergo,Ex quo resurrectio est supernaturalis. Sequitur,quòd resurrectio quę est passio sibi correspondens est supernaturalis.

ethic. cap. 3.

Qōo anima inclinetur ad corpus, et corpus ad Alam.

Secundum etiam probatur, quia corpus naturaliter inclinatur ad animam, ut ad suam naturalem perfectionem, & anima ad corpus, ut ad suum naturale perfectibile.

Tertium etiam probatur, quia agit semper ad extra contingenter, & uoluntariæ, & per consequens resuscitatio similiter in comparatione ad agens.

Ad primum principale dico,maior est uera. dico quòd in est, uel à principio intrinseco, uel ab agente naturali.

Ad secundum dico, resurrectionem esse naturalem,prout opponitur uiolento.ergo.&c.

VTRVM RESVRRECTIO ERIT in instanti

Seraphycus Bona.4.sent.dist.43 q.3.Art.1.
Scotus 4.sent. dist.43.q.5.
D.Thomas 4.sent.dist.43.q.2.Art.3.
Ricardus 4.sent dist.43.q.2.
Durandus 4. sent. distin.43.q.3.

Quæstio quinta.

QVINTO quæritur, Vtrum resurrectio erit in instanti.

Thessal.c.4. QVOD non per D. Paulū: Mortui qui in Christo sunt,resurgent primi, deinde nos qui uiuimus,&c.

Corint.c.15. CONTRA id,per eundem Paulum: In momēto,in ictu oculi,in nouissima tuba.

Item generatio est in instanti: ergo & resurrectio. Et Magister hoc,uult in litera.

RESPONDEO, in morte hominis primo est separatio animæ à corpore deinde est incineratio,uel corruptio corporis mixti. Primo ergo uidendum est de adunatione partium dispersarum corporis mixti.

Secundo de informatione ipsius corporis mixtionis.

Tertio de animatione ipsius corporis mixti per animam intellectiuam.

Quarto de hora resurrectionis. Quinto de loco,in quo fiet.

De primo dico, quòd collectio partium corporis mixti indiuersis partibus,& locis, & sub diuersis formis existentibus, ut patet inuenti recollectio,& coadunatio talium partium,ad unum locū fiet misterio Angelorum, & fiet in tempore. primum patet per illud Matth. Mittet filius hominis Angelos suos cum tuba, & uoce magna, & congregabuntur. &c, Hoc est dictu, quòd isti Angeli nisti congregabunt illus partes, ubicunq; dispersæ fuerint. Partes in elementa, siue in ignem, siue in aquā siue in terram, siue in quodcunque aliud. Secundū patet per illud, quod dictum est secundo libro, quòd Angelus non potest mouere corpus in instanti. Matth.ca.24. Dist.2.q.uni.

De secundo dicō, quòd informatio illius corporis mixti ex partibus sic adunatis non immediatè Angelico eius misterio partes sunt sic adunatę, sed immediatè à Deo, & ideo est in instanti, quia licet Deus posset formam introducere in corpore, sic ut & agens creatum, tamen magis congruit, quòd inducat eam in instante, ex quo instanti potest induci, quia forma, quæ est inducibilis in instanti, non inducitur in tempore, nisi propter defectum uirtutis agenis, sed Deus non habet defectum uirtutis. ergo inducit in instanti.

Dbium. Sed est hic dubium, quia secundum hoc sequeretur, quòd motus localis esset in instanti: Nā corpus, quod generatur ex illis partibus adunatis, uel est densius, & tunc occupabit minorem locum. habebit enim aliam figuram ab illis partibus, ex quibus, fiet & ita sequeretur, quòd localis motus esset in instanti, siue fiet reparatio, & regeneratio illius corporis.

Dico, quòd non est impossibile diuina uirtute mutationem localem esse in instanti. Verum est quòd propriè ex istis argumentis non cōcluditur ibi motus localis, quia non est ibi mobile idem in diuersis ubi. sed in uno ubi sunt partes, quæ corrumpuntur in alio, ubi est corpus generatum. tamen alium, ac potest ibi concludi motus localis proprie dictus. s. ex parte aeris circunstantis, cuius partes, uel in instanti expellentur. Si corpus fiat non densum, uel in instanti concurrunt, si corpus generetur densius. Vnde dico, quòd si fiat corpus rarius, potest Deus facere, quòd partes aeris non cedant, & tunc erunt duo corpora simul, & potest facere, quòd cedant, & tunc motus localis erit in instanti; si uero fiat dēsius perfacere, quòd partes concurrant aeris. s. & tunc motus localis erit in instanti diuina uirtute. & potest dimittere naturam sibi, & tunc partes illæ non possunt in instanti concurrere, sed in tempore. & tunc sequitur quòd ad tempus remanebit ibi uacuum. s. spacium medium sine corpore impellente, nec in istis dictis uideo aliquam cōtradictionem, quin uirtute diuina hoc non posit. Hæc dicit Scotus. An motus localis sit in instanti. Doctrina. Scoti.

DE tertio principali dico, quòd animatio fiet in instanti non solum propter rationem dictam in secundo articulo, quia fiet nec uirtute diuina immediate, cui nihil resistit, immo etiam propter animæ conditionem, quæ non potest nisi induci. Nā successio accidit inductione formæ, uel ratione partium ipsius forme quarum una introducitur prius in alio, uel ratione partium materiæ, quarū una

una informatur prius alia, sed utraque causa deficit in proposito, anima enim cum sit substantia spiritualis est indiuisibilis non habens partes. necessario enim sibi correspondet pro proprio informabili aliquod corpus totum ita, quòd illius non informatur prius una pars, quàm alia, uel huiusmodi; Concedo tamen quantum ad partes exteriores, quod una pars potest informari siue animari, prius, quã alia, sicut sunt manus, & pedes & huiusmodi.

De quarto principali dico, quòd hora illa est accipienda per comparationem ad Orizontem illius terræ, in qua fiet. Tunc dico, quòd probabile est, quòd fiet in media nocte iuxta illud Matth. (Matth. ca. 25.)
Media nocte clamor factus est, & ad Thessal. Dies (1. Thessal. c. 4.) Domini, sicut fur in nocte, ita ueniet. Probabile est etiam, quòd fiet in consimili hora, qua Christus resurrexit, uel forte, qua fuit à Pilato sententiatus, uel forte, in qua fuit in Cruce mortuus. neutra tamen terminatur in scriptura. Sed sciendũ est, quod si fiat in media nocte, non est ita obscuritas, quin miseri uideant beatos ad eorum maiorem pœnam, & beati uidebunt miseros ad eorum maiorẽ gloriam.

(Illud dictum s. media nocte exponendum est pro certitudine.)

De quo principali probabile est, quòd fiet in terra promissionis, & in ualle Iosaphat. ita tamen, quòd miseri soli stabunt in terra, iusti autem occurrent obuiam Christo in aera. (1. Thessal. c. 4)

Ad argumentum principale dico, quòd factio, siue generatio corporis mixti ex illis partibus congregatis misterio Angelorum, & animatio eiusdẽ corporis mixti per animam rationalem fiet in eodem instanti, ut patet. Dico etiam quòd non est una mutatio, sed duę realitar distinctæ, quia habẽt reales terminos realiter distinctos. s. formã mixti, & animam intellectiuam.

Ad quæsitum autem in articulo concedo secũdum uerbum Apostoli, quòd tunc illi, qui mortui erunt, resurgent primi, deinde superuenientes rapientur, iusti Christo obuiam in aera, & credibile est, quod ibi morientur, & statim resurgẽt, & hęc est expressa mens Augustini.

DISTINCTIO XLIIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XLIIII.

Quæritur,

VTRVM IN QVOLIBET HOMINE resurget totum, quòd fuit de ueritate humana naturæ in eo.

Seraph. Bona 4. sent. distin. 44. q. 2. Art. 1.
Scotus 4. sent. dist. 44. q. 1.
D. Thomas 4. sent. dist. 44. q. unica Art. 2.
Ricardus 4. sent. distin. 44. q. 1.
Durandus 4. sent. dist. 44. q. 2.

Quæstio prima.

CIRCA distinct. quadragesimam quartam quæritur, Vtrum in quolibet homine resurget totum, quod fuit de ueritate humanæ naturæ in eo.

QVOD nõ: Costa, de qua fuit formata Eua Genes. uel resurget in Eua, & tunc non in Adam, cuius primo fuit pars, uel in Adã, & tunc non in Eua, cuius postea fuit pars. (Gen. cap. 2.)

Item idem resurget in pluribus, sed potest contingere, quòd id, quod in uno est de ueritate humanæ naturæ fiet in alio per nutrimentum, si nutriatur de illis carnibus humanis.

CONTRA id est Augustinus de Ciuit. Dei adducens illud uerbum Lucæ: Capillus de capite uostro non peribit. (2. de ciuit. dei c. 12. & inde. Lucæ. cap. 21.)

RESPONDEO quòd primo uidendum est, quid sit de ueritate humanæ naturæ. Sc͂d͂ò de quæsito. (Magister in 2. dist. 30. c. quibus res. & c. sequent.)

De primo dico, quòd nihil nutrimenti transit in ueritate humanæ naturæ in substantiam, sed de ueritate humanæ naturæ . illud quod trahitur à parentibus & illud in se augmentatur, sicut augmentabatur panes Apostolis in manibus Christi & nutrimentum siue alimentum non est nisi quoddam fomentum illius primi, sicut oleum est fomentum luminis, ne extinguatur.

CONTRA: secundum hoc sequitur, quòd tota augumentatio hominis à pueritia est miraculosa, & non naturalis. Patet per exemplum sicut de illis panibus. certum est enim quòd miraculosè multiplicabantur.

Item secundum hoc sequitur quòd uegetatiua in homine pfectior quàm in bruto, in bruto n. cõuertitur alimentum in substantiam aliti. (2. de anima cont. 45.)

Item est contra Phylosophum, qui uult dicere in libro de anima, quòd alimentum conuertitur in substantiam aliti. aliter ergo dicitur, quòd alimentum conuertitur in substantiam aliti & fit de ueritate humanæ naturæ, sed hoc modo quod alimentum conuersum nõ informatur noua forma, sed informatur præexistente ita, quòd forma alimenti corrũpitur & eius materia additur materiæ ipsius aliti & suscipit informationem eiusdem formæ præexistentis.

Confirmatur per Phylosophum primo gener. cade augumento. Caro, inquit, secundum speciem manet, sed caro secundum materiã fluit & refluit. (1. de gene. 2ō tex. 35.)

Item confirmatur per exemplum de anima intellectiua, quæ eadem præexistens informat de nouo carnem additam per nutrimentum.

CONTRA: Omnis forma naturalis, quæ extenditur per accidens ad extensionem per se subiecti mensuratur a subiecto & secundum mensurã subiecti. Vnde phylosophus in prædicamentis: Tanta est albedo, quanta est superficies, & ita sequitur, quòd alia & alia pars formæ est in alia & alia parte materię & tota forma est in qualibet parte materiæ nisi forte accipiendo totalitatem secundum rationem speciei, sed nihil de hoc ad propositum, tunc sic eadem perfectio non potest simul perficere plura perfectibilia quorum quodlibet, uel saltem ad alterum est sibi adęquatum perfectibile materia præexistens, ergo non poterit simul perficere materiam alimenti sibi additam. ergo oportet quòd sicut materia additur realiter ita formæ addatur aliquę realitas. Maior istius similitudinis est (Ca. de quantitate.)

nis est per se nota. Minor supposuitur, ex declaratis antequã formaretur sillogismus, & per hoc patet exemplum opinionis præcedentis. de anima intellectiua non ualet, quia ipsa est inextensibilis & est tota in qualibet parte.

Anima intellectiua est inextensibilis.

Ad illud phylosophi dico, quòd male accipit, quia phylosophus accipit materiam ibi pro ratione indiuidui & speciem pro ratione specifica, & tunc patet, quòd est ad oppositum.

An in nutritione sit generatio.

Dico igitur de isto articulo tres conclusiones. Prima est in nutritione est quædam generatio non quidem generatio simpliciter, quia non alicuius per se existentis, sed potest dici adgeneratio, quia ad totum præexistens & in toto præexistente fit additio nouæ substantiæ siue nouæ realitatis substantialis patet, quòd potest dici quædam generatio, quia est à priuatione ad terminum nouum sub stantialem positiuum, licet non per se existente, quia tunc esset generatio non quędam, sed absolute, & simpliciter.

Secunda est, quòd pars aduenięs est aliquo modo similis & aliquo modo dissimilis parti pręexistẽti similis est in ratione specifica non tantum ratione animæ intellectiuæ, sed etiam ratione formæ corporeę, dissimilis uero, quia pars aduenięs sem per est imperfectior præexistente, & ratio est, quia agens naturale agendo repatitur & per consequẽs eius uirtus debilitatur & ita uirtus uegetatiua siue nutritiua semper conuertit alimentum & magis debilitatur & ita alimentum conuersum semper fit impurus & in tantum tandem debilitatur uirtus nutritiua, ꝙ non potest amplius conuertere. Exemplum huius est de aqua guttatim posita in uino.

Exemplũ. 1. de gener. cõ tex. 42.

Tertia conclusio est, quòd ad ueritatem humanæ naturæ pertinet non solum illud, quod a parentibus trahitur, sed etiam totum illud, quod per nutrimentum in ipsum conuertitur realiter & fit anima non anima intellectiua etiam omne illud, qđ pertinet ad ipsum siue sint partes essentiales, siue sint partes integrales, siue homo geneæ, siue ethe rogeneæ.

Tunc de secundo principali dico, quòd non totum quod fuit de uirtute humanæ naturæ in toto cursu uitæ resurget in quolibet homine, sed resurget totum quod à parentibus trahitur cum toto il lo quod in ipsum priori, uel principaliori modo conuertitur, uel conuersum fuisset usque ad triginta annos, cum omnibus illis, quæ ad se pertinent.

Homo in resurrectione habebit illã quantitatem quã attigisset in 30. Anno remotis, impedimentis.

Primũ probatur, quia cũ in toto tpe uitæ Adæ multę partes fluxerũt & refluxerunt si omnes partes tales resurgerẽt in eo, uel oporteret, ꝙ corpus eius esset immediate deſum, uel in moderate magnum & quòd haberet mirabiles capillos, & ungues, & huiusmodi, quæ omnia aliunde per se pertinebant ad decorem, & complementum corporis. ergo.

Secundum declaratur. natura enim duo intendit in nutritione. s. corporis augumentationẽ usq; ad debitam quantitatem & restaurationem eius quod deperditur per calorem naturalem. primum intendit per se secundum uero per accidens. s. ad uitandam imperfectionem, quia illud facit ad corporis perfectionem. Nam si posset libentius conseruaret primum sine deperditione, quia illud est prius, quàm illud quod restauratur.

In nutritione duo intendit natura.

Tunc dico, qđ probabile est, ꝙ resurget totũ illud ꝙ à parentibus trahitur cũ illud sit purius et illud qđ in ipsum est cõuersum ex per se intẽtione naturæ uel secundum aliam uiam illud, quod in ipsum puriori modo est cõuersum usque ad tempus prædictum intelligendo uero, quòd natura non fuerit impedita in tali conuersione propter aliquã obseruationem in subiecto, uel huiusmodi. tunc enim Deus supplebit quod supplendum est sicut in pueris etiam congruentia prædicti temporis accipitur, tum quia natura hominis tunc est in perfectiori statu tum propter uerbum Apostoli qui dicit, quòd resurgent corpora nostra in mensuram plenitudinis Christi.

Ad ephes. c. 4

Ad primum principale dico, quòd illa costa nõ fuit in Adam de necessitate suppositi & ita in Eua pertinuit ad ueritatem humanæ naturæ magis, ꝙ in Adam, resurget. ergo in Eua nec ex hoc Adam est imperfectus, quia fuerat sibi data à Deo super flua propter prædictum finem. Et si uelles contendere, quod non fuit in eo superflua, dico, ꝙ Deus supplebit sibi, uel fortè suppleuit in uita, quia non est probabile, quòd non habuit costas sufficiẽtes.

Idẽ dicit Ricardus dist. presenti Arti. 1. q. 4.

Ad secundum dico, quòd nunquam aliud unũ, & idẽ est æque purè in pluribus de ueritate humanæ resurget ergo in illo, in quo fuit modo puriori, uel modo magis per se intento à natura, & si uelles contendere, quòd imo potest esse in pluribus simili modo qnod tamen non credo dico, quòd resurget in illo, in quo prius fuit pars illa animata anima intellectiua, & hoc uidetur dicere Augustinus in littera.

In enchiri. c. 85.

VTRVM IGNIS INFERNALIS Cruciet malignos spiritus.

Seraph. Bona 4. sent. distin. 44. q. 2. Arti. 3.
Scotus 4. sent. distin. 44. q. 2.
D. Thomas 4. sent. dist. 50. q. unica Art. 2.
Ricardus 4. sent. dist. 44. q. 6.
Franciscus de Mayronis 4. sent. dist. 49. q. 2.
Durandus 4. sent. distin. 44. q. 10.

Questio secunda.

SECVNDO quæritur, Vtrum ignis corporalis possit realiter affligere spiritus malignos.

QVOD non per Augustinum super Gen. qui arguit ex intentione sic: Agens est præstantius paſso, corpus non est præstantius spiritu, ergo non potest agere in spiritum.

12. super Gen. cap. 29.

Item corpus non agit nisi per contactum primo de generatione, sed corpus non potest tangere spiritum, quia illa se tangunt quorum ultima sunt simul, sed spiritus non habet ultimum, cum sit quid indiuisibile. ergo.

1. de gene. cõ tex 45. 44. et inde. 5. phys. cont. 22.

CONTRA: Per Matth. Ite maledicti in ignẽ ęternum

Matt. ca. 2.

ęternum, qui præparatus est diabolo, & Angelis eius.

RESPONDEO, & dico, quòd patitur solum propter apprehensionem ignis ubi se uidet religatum, ut obiecti disconuenientis sibi, quòd probatur per Gregorium Dialogorū. 4. eccę, inquit, patitur quem uidet etiā, qui uidet se cōcremari, ideo cruciatur.

4. Dialogorū parum ante mediū ca. 30.

Ad possibilitatem huius est Auic. 9. met. ubi dicit expresse, quòd quandoque homo in somnio cruciatur ex aliqua uisione phantastica, ac si realiter extra pateretur ab eo, quia tunc phantasiatur.

9. me. cap. 7.

CONTRA: Aut apprehendit ignem, ut obiectū disconueniens uera apprehensione, aut apprehensione falsa. non primo modo, quia uera apprehensione uideret, quòd tale obiectum cum sit corpus nullam disconuenientiam habeat ad eum cum sit spiritus, & si habet, ergo aliter cruciatur, quàm ex sola apprehensione. nec etiā secundo modo, quia Deus tunc esset immediate causa illius falsę apprehensionis, quod est in conueniens, sed autem ab ipso Angelo, non uidetur probabile unde secundum Dionis. naturalia sunt in eis splendidissima. ergo.

Item Gregorius, ubi supra ipse allegat dicens, quòd anima non solum uidendo, sed experiendo incendium patitur.

Item Augustinus de Ciui. cur non dicamus quā nis miris, ueris tamē modis spiritus, & animas posse pœna corporalis ignis affligi.

21. de Ci. dei cap. 10.

Aliter ergo dicitur, quòd Deus creat in eis quendam habitum, per quem sunt susceptiui incendii ignis.

Hēricus col. d. q. 3. d.

CONTRA: Si ille habitus est spiritualis nō erit magis aptum subiectum incendii, quàm substantia angeli, si est corporalis substantia angeli non suscipiet eam & sic non erit apta magis suscipere ipsum incendium nunc, quàm prius.

DICO igitur, quòd secundum Augustinum de Ciuit. Dei dolor proprie dictus causatur in aliquo ex apprehensione facta in appetitu sensitiuo alicu ius sibi disconuenientis. tristitia uero proprie dicta causatur in aliquo in appetitu intellectiuo obiecti disconuenientis. Primum membrum non habet locum in proposito, quia in Angelis nō est appetitus sensitiuus, nec etiam in anima separata, nisi sit uirtualiter. talis enim appetitus sicut est qualibet uis sensitiua completiue, & formaliter est in coniūcto & non in anima præcipue, ita quòd potentia quęlibet sensitiua includit essentialiter utrū que & hoc patet per phylosophum primo de anima ubi dicit, quòd dicere animam tristari, uel gaudere, est dicere, eam texere, uel filare. Quod uerū est de tristitia, & gaudio, quæ sequuntur apprehensionem sensitiuā, quæ tristitia proprie est dolor.

14. de ciu. dei cap. 5.

Iustitia causatur in appetitu intellectiuo.

In Angelis non est appetitus sensitiuus.

1. de Anima textu. 64.

Est ergo uidendum de secundo scilicet de tristitia, quæ sequitur appetitus intellectiui apprehēsionem, quæ est tristitia proprie dicta & dico, quod ista tristitia causatur ex eo, quòd apprehenditur obiectum nolitum esse positum. Tunc dico, quòd ignis tanquam obiectum nolitum & positum affligit spiritum malignum. Dicitur primo, quòd diffinitiue detinet eum perpetuo. Secundo, quia discōuenienter immutat eum obiectiue.

Primum declaratur. nam licet nullus locus corporalis sit naturalis spiritui. Quod patet, qa nullus locus est sibi naturalis, quia iā haberet uirtutē, q̄ esset naturale saluatiuū eius, nullus ergo locus est sibi naturalis. s. n. Michael ex beneplacito diuino determinaretur perpetuo diffinitiue in igne in nullo tristaretur, etiam sine alio nouo miraculo, licet ergo ita sit, tamen malignus spiritus ex hoc tristatur pro eo, quòd uidet se indifferentem sua natura ad omnem locum, & uidet se perpetuo detentum diffinitiue huic loco. Ideo ex hoc causatur in eo tristitia initiatiue propter eius superbiam, quia nullus posset uti indifferenter omni loco sicut ipse est uti, & non potest completiue propter eius inuidiam, quia. s. uidet se ibi perpetuo detentum in pœnam ex diuino præcepto nolit Deum habere potestatem detinendi eum.

Secundum declaratur: nam primo Angelus malignus apprehendit ignem, ut obiectum, cui perpetuo se uidet detentum. Secundo apprehendit istā perpetuā detentionem. Tertio odit eam ex illa duplici causa. s. superbię & inuidię. Quarto apprehēdit totum hoc præcedens cum ipso odio. Quinto ex hoc causatur in eo tristitia intensa. Iste est modus Scoti, quem tractat diffusius.

De tentio est effectiue à Deo ab igne ut actiue, sed minus principaliter.

Ponitur etiam alius modus in Varrone, quòd quia calor est qualitas & per consequens de se intensē, & non extenditur nisi per subiectum nō est impossibile quòd subiectiue, & realiter recipiatur in subiecto inextenso, & quia tunc non extēdetur per accidens erit ibi in extensiori modo, & per cōsequens plus affliget, sed ille modus uidetur incōueniens. nam ita uidetur inconueniens, quòd Angelus sit formaliter calidus, sicut, quòd lapis sit formaliter sapiens.

Opinio Varronis præceptoris Scoti.

Sunt etiam tres alii modi Aureoli, quorū primus est, quòd sicut secundum eum sacramenta nihil causant effectiue nec gratiā nec dispositionē, sed solum applicant actiuum passiuo. s. diuinam uirtutem ad causandam gratiam in anima suscipiē tis digne sacramenta & hoc ex pacto Dei: ita in proposito suo modo ignis infernalis, cui determinatus est difinitiue malignus spiritus applicat actiuum passiuo scilicet uirtute diuina ad causandum in eo tristitiam immediatē, & hoc ex pacto diuino. Alii duo modi eius hic non ponuntur.

Opinio domini Aureoli.

Ad principale dico, quòd omne agens totale, & formale est præstantius, & perfectius formali termino actionis, & hoc est uerum absolute, & simpliciter in omnibus. Formalis aūt terminus actionis est perfectior suo perfectibili, in quo recipitur quandoque absolutē, & simpliciter quando scilicet terminus est perfectio substantialis. Quandoq; uerō non, sed secundū qd. s. ut sic, s. ut agens & hoc, quando ille teminus est perfectio accidentalis, tunc concedo, quòd omne agens in quantum agens cum, ut sic, sit in actu, est præstantius passo, in quantum passum cum ut sic sit in potentia, sed quia Augustinus ibi ex illo dicto uult probare corpus non posse agere in spiritum; dico, quòd uerū est de agente totali, & principali; ignis enim agit, ut di-

Libro 12. super Gen.

Quo corpus agit i ſpiritū.

ut dictum eſt, in ſpiritum non, ut agens totale & principale, ſed ut quaſi agens inſtrumentale quaſi eo modo, quo phantaſma ſe habet ad intellectum agentem.

Ad ſecundum dico, quòd corpus agit per contactum, uel mathematicum, uel uirtuale, ſicut poſſunt poni exempla.

VTRVM HOMINES DAMNATI poſt iudicium cruciabuntur illo igne infernali.

Scotus 4. ſent. diſt. 44. q. 3.

Quæſtio tertia

TERTIO quæritur, Vtrum ignis infernalis cruciabit æternaliter poſt iudicium corpora damnatorum.

6. Topic. ca. 9.

QVOD non: Paſſio facta magis abijcit à ſubſtantia, ergo ſi ignis infernalis agat in corpus tandem corrumpet eius ſubſtantiam, ergo non æternaliter cruciabit.

Matth. ca. 25.

CONTRA per Matth. qui ait: Ite maledicti in ignem æternum. ergo.

Ignis pōt habere duplicē actionem.

RESPONDEO, quòd ignis poteſt dupliciter immutatare corpus ſenſibile ſcilicet realiter, & intentionaliter. Prima actio eſt igni uniuoca. ſ. inducēdo formam caloris per ſuam caliditatem, & tandem poteſt inducere formam ſubſtantialem ignis. Secunda actio eſt ignis æquiuoca, quia ſpecies ſenſibilis non eſt eiuſdem ſpeciei cū obiecto creante eam.

Vide Henricum quolib. 11. q. 8. & 9.

Illæ duæ actiones ſunt realiter diſtinctæ, nec una dependet ab alia. ſunt enim ſemper habiles, nam poteſt lignum immutare realiter, & non intentionaliter, cum non habeat ſenſus, & èconuerſo, poteſt uiſum meum à remotis immutare intētionaliter, & non immutabit realiter, & dico, quòd prima immutatio ſine ſecunda nunquam cauſat dolorem. Hoc patet de ligno, quod immutatur ab igne realiter, & tamen quia non intentionaliter nihil dolet.

Dolor cauſatur in appetitu ſenſitiuo.

Secunda autem ſine prima cauſare poteſt dolorem, & hoc patet ratione, quia dolor cauſatur in appetitu ſenſitiuo ex apprehenſione alicuius obiecti diſcōuenientis alicuius ſenſitiui. Patet autem, quòd iſta diſconuenientia non includit formaliter niſi immutationem intentionalem. patet hoc idem in exemplo, nam ſi manus ſit extenſiue frigida ex contactu glaciei uel huiuſmodi, & tunc approximetur igni patet, quòd ignis tunc uel modicam, uel nullam habebit ibi realem immutationem propter exceſſum ſui contrarii, & tamen propter ſolam immutationem intētionaliter cauſabitur ibi magnus dolor.

Exemplum.

Dico ergo, quòd ad cauſandum dolorem in appetitu ſenſitiuo immutatio intentionalis ſufficit ſola, & immutatio realis accidit.

Ad oppoſitum tunc dico, quòd cum corpora damnatorum ponantur ſolum ad cauſandum dolorem in eis & dolor cauſetur ab appetitu ſenſitiuo ex ſola apprehenſione immutationis intentionalis, ut declaratum eſt, & multitudo non ſit ponenda ſine neceſſitate; Probabilius eſt dicere, quòd ignis non mutabit corpora illa realiter, ſed ſolum intentionaliter.

Speculare diligenter.

Confirmatur, quia ſic ponuntur pauciora, quia hoc modo ſufficit ibi unum miraculum ſcilicet, quòd Deus non coagat igni ad realem immutationem, ſed ſi ſit ibi realis immutatio oportet ibi ponere plura, nam ignis eſt natus inducere in corpus mixtum caliditatē ita in ſummo, quòd formaliter eſt in compoſſibilis illi quātitati naturali corporis mixti, quæ eſt neceſſaria ad uitam corporalem & tunc uel oportet, quòd Deus manu teneat ibi uitam abſque illa quantitate, quę eſt neceſſaria ad uitam abſque illa qualitate quorum utrunque eſt maius miraculum, quàm ſit illud. uel forte dices, quòd coagit ſibi Deus ad inducendam caliditatem in tali gradu compoſſibili illi quantitati naturali & tunc non coagit ſibi ultra, ſed totum illud uidetur ſuperfluum.

Iob cap. 24.

Aliter ergo confirmatur, quia ſecundum hoc facilius ſoluuntur uerba ſcripturæ Iob: Tranſibunt ab aquis niuium ad calorem nimium, nam intentiones oppoſitorum in nullo ſunt in compoſſibiles eodem, & ita ſecundum hoc poteſt dici, quòd ſimul poſſet dici dolere dolore caloris & frigoris, ſed non ſic ſi immutentur realiter quia formæ reales ſunt in ſummo in compoſſibiles in eodem & ideo uel oportet ibi ponere aliud nouum miraculum uel non ſimul patientur in illo duplici dolore.

Dubia. Primū dubiū.

Sed ſunt hic duo dubia. Primum, quia dolor in ſummo eſt in compoſſibilis illi qualitati naturali corporis ſenſibilis ſicut calor in ſummo, ergo ex hac non effugitur miraculum ſi non ponatur calor realiter.

Secundum.

Secundum quia ſi corpus beati eſſet in illo igne immutaretur ab ipſo intentionaliter non eſt dubium & tamen, quia realiter non doleret, ergo non ſufficit ſola immutatio intentionalis ad cauſandum dolorem.

Ad primum dico, quòd calor in ſummo eſt compoſſibilis illi qualitati formaliter. dolor autem non formaliter, ſed realiter. quandoque ergo maius miraculum eſſet ibi, & illud miraculum non excluderet illud, ut patet, & ita poneretur illud ſine neceſſitate.

7. ethi. c. 12.

Ad ſecundum dico, quòd non doleret, quia ſenſus illius corporis beati ſunt ita perfecti, quòd nullum ſenſibile eſt eis improportionatum, uel forte pro eo appetitus ſenſibilis, ut habet cauſare dolorem eſt ita repletus delectatione ſenſitiua, quòd non eſt capax alicuius doloris. nam exceſſiua delectatio excludit dolorem 7. Ethicorum. nō eſt ergo propter non immutari realiter; dico tamen quòd licet illud non uideatur probabilius non eſt neceſſarum, immo forte, quòd eſt ibi immutatio realis ſimul cum intentionali, & tunc ponetur de illis miraculis.

Ad argumentum principale dico, quòd si non est ibi realis immutatio, authoritas non erit si non est ibi dico, quòd authoritas habet ueritatem naturaliter.

DISTINCTIO XLV.

CIRCA DISTINCTIONEM XLV. Quæritur,

VTRUM ANIMA SEPARATA possit intelligere quidditates sibi ante separationem habitualiter notas.

Scotus 4. sent. dist. 45. q. 2.

Quæstio prima.

CIRCA distinct. quadragesimam quintam quæritur, Vtrum anima separata possit intelligere quidditates rerum, quas cõiuncta nouit habitualiter.

QVOD non: Primo de anima intelligere corrumpitur quodam interiori corrupto scilicet organo phantasiæ, sed illud corrumpitur in morte. ergo. (1. de Anima cont. 66.)

Item tertio de anima phantasmata se habent ad intellectum sicut sensibile ad sensum, sed non potest sensus habere sensationem nisi moueatur à sensibili: ergo. (3. de Anima cont. 39.)

CONTRA id est Aristoteles dicens: Anima est locus specierum, non tota, sed locus est conseruatiuus locati. ergo in anima separata remanent species, & per consequens potest per eas intelligere. (3. de Anima cont. 6.)

Item Auic. 6. naturalium anima separata clarius uidebit ueritates, quàm cõiuncta iuxta illud sapientiæ: Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam. (6. naturalium 1. parte. ca. 6. sapientiæ c. 9)

RESPONDEO supposito, quòd species intelligibiles sint in intellectu impressiue, siue subiectiue, & quòd sunt ibi habitualiter, & permansiue non quid sint habitus propriè dictus, qui est habitualitas potentiæ inclinans potentiã ad faciliter agendum, immo præcedunt actus ex quibus generantur isti habitus, sed dico habitualiter id est permansiue, quia remanent ibi post actum transeuntem. His ergo suppositis ex declaratis in locis assignatis dico ad propositum, quòd anima separata potest intelligere ea, quæ coniuncta habitualiter nouit. Hoc probo sic: Ad actũ intelligendum obiectum sufficiunt memoria illius obiecti & potentia receptiua ipsius actus, sed ista sunt in proposito. ergo. Maior patet ex dictis alias memoria est sufficiens principium actiuum respectu intellectionis. Minor etiam patet, nam ut alias dictum est, memoria integratur ex potentia intellectiua & obiecto sibi præsente uel in sua specie, sed patet, quòd in anima est intellectus agens, si ipse integrat memoriam est ibi intellectus possibilis si ibi concurrit, ad memoriam immediate & non intellectus possibilis, ut receptiuus ipsius actus, & sunt ibi species obiectorum, ut prædictum est. ergo. (In 2. lib. dist. 3. q. 10.)

Item potentia, quæ est in potentia actuali ad agendum ex tertio de anima, & 8. phys. (3. de Anima cont. 8. et 8. phys. cõt. 31.)

Item Hieronymus in prologo super bibliam: Discamus in terra, quorum scientia nobis manebit in cœlis. ergo scientia acquisita remanebit in anima separata, & per consequens potest per eam exire in actum & certe inconueniens uideretur, quòd non manerent scientiæ & uirtutes, quæ cum tanta difficultate acquiruntur. (Cap. 7.)

Sed sunt hic dubia. Primum si anima separata habet multas species aut omnes simul manebunt ad intelligendum, quod est inconueniens, quia non possumus omnia simul intelligere, aut nulla manebit, aut una & non alia, & hoc, non, quia quantum ad hoc omnes sunt indifferentes. (Duo dubia curiosa. dirimuntur.)

Secundum est, quia propria operatio totius non potest competere parti separatæ à toto, sed intelligere est propria & specifica operatio totius hominis. ergo. Maior patet, quia sicut esse totius est aliud ab esse partis, ita & operari.

Ad primum dico, quòd oportet necessario, quòd una species sit efficacior alia ad mouendum, & quòd potentia sit magis inclinata ad unum, quàm ad alium. & tunc dico, quòd illa species magis mouebit intellectum ad actum, uel quæ est efficacioris uirtutis uel ad cuius obiectũ magis inclinatus intellectus. non soluit hic aliter, sed circa finem libri secundi uel tertii sufficiẽter tractat illud dubium.

Ad secundum dico, quòd maior est falsa de parte, quæ in toto est formale principium illius actionis & hoc patet, nam album disgregat mediante albedine, & albedo disgregat separata, sicut patet in eucharistia.

Ad primum principale dico, quòd corrupto organo phantasiæ corrumpitur intelligere nouum, hoc est ex tunc intellectus non potest habere nouam intellectionem cum non possit acquirere species de nouo, & hoc saltem habet ueritatem de intellectu coniuncto, & naturaliter loquendo.

Ad secundum dico, quòd similitudo tenet solum in requirendo species obiectorum, ita quòd sicut sensibilia causant in sensibilibus suas similitudines ita phantasma causat species intelligibiles in intellectu, sed ex tunc non est simile, nam intellectus est uirtus retentiua obiectorum intentionalium specierum, sed non sic sensus, ideo, &c. Vel potest dici ad utrumque argumentum, quod & si ueritatem habeat pro statu isto scilicet pro intellectu de quo Arist. loquebatur, quòd non possit habere actum suum, nisi phantasmate existente in actu, & hoc forte propter ordinem potentiarum, non tamen habet ueritatem pro intellectu, siue pro anima separata.

VTRVM

VTRVM ANIMA SEPARATA POSsit acquirere cognitionem alicuius prius ignoti.

Scotus 4. sent. dist. 45. q. 2.
D. Thomas 4. sent. dist. 50. q. 1.

Quæstio secunda.

SECVNDO quæritur, Vtrum anima separata habeat cognitionem alicuius prius ignoti.

QVOD non: Quia si sic frustra uniretur corpori, ea quo sine corpore & sensibus corporis posset sibi acquirere suas perfectiones. non enim uniuntur sibi propter corporis perfectionem, quia forma non est propter materiam, sed econuerso secundo physicorum, nec etiam propter perfectionem suam, quantum ad esse, quia anima in sua natura non dignificatur quantum ad esse ex unione ad corpus. ergo.

2. phys. com. 24. & 23. et circiter.

CONTRA: Natura non est sine propria actione, sed animæ separatæ non conuenit formis materialibus, ergo separata poterit habere proprias actiones. sed propria operatio eius est per intellectum agentem abstrahere, & per possibilem intelligere, & per uoluntatem uelle. ergo.

RESPONDEO, & dico, quòd non. Ratio est, quia non potest fieri transitus de extremo ad extremum nisi per medium, sed res extra habent esse omnino materialiter, & in intellectu omnino materialiter, ergo oportet pertransire per sensus ubi habent esse medio modo, & dicunt, quòd anima separata rerum non præcognitarum recipit species infusas sibi à Deo & ab Angelis.

D. Thomas 4. dist. 50. q. 1. Vide Henricum quolib. 10. 12. et 13.

CONTRA istam opinionem: Dedignificat animam, quia tollit sibi potentiã propriæ operationis, quia inconueniens uidetur, quòd anima separata, quæ tunc non habet ordinem accidentalem ad sensitiuas potentias non possit immediate recipere notitiam eius, cuius notitiam potest habere uisus immediate, quæ est potentia cognitiua inferior.

Item ponit miraculum de influxu specierum à Deo sine necessitate.

Item ponit falsum quod non credo angelos posse creare species in anima tales, & ratio eius non cogit.

Dico enim quòd illud non est medium necessitatis nisi respectu intellectus coniuncti, nã si esset medium absolute necessarium sequeretur, quòd nec Angelus ex sua uirtute posset accipere nouam notitiam alicuius.

Ad quæstionem igitur dico, quòd sic. Ratio, quia sicut intellectus agens, & phantasmata sunt sufficiens principium ad causandam speciem intelligibilem in intellectu possibili, ita obiectum in se præsens intellectui agenti cum ipso agente erit etiam sufficiens principium immo uidetur quòd magis, quia obiectum in se habet perfectius esse, quàm in phantasmate, nec ponitur phãtasma nisi propter præsentiam obiecti. Patet autem quòd anima potest esse prsens diffinitiuè alicui obiecto sibi nunquam. noto ex his infero, q̃ non solum abstractiuam, sed etiam intuitiuam notitiam de nouo potest acquirere, ut patet.

Ad argumentum principale dico, quòd non unitur sibi frustra, quia ex tali unione resultat esse totius hominis. Quod est esse perfectum.

VTRVM ANIMA SEPARATA RECORDETUR PRÆTERITORUM.

Seraph. Bona 4. sent. distin. 50. q. 3. Art. 2.
Scotus 4. sent. dist. 45. q. 3.
Ricardus 4. sent. dist. 43. q. 1.

Quæstio tertia.

TERTIO quæritur, Vtrum anima separata recordetur præteritorum.

QVOD non: Aristoteles de memoria, & reminiscentia, & Damasc. secundo lib. ponit memoriam solum in parte sensitiua, sed para sensitiua non remanet in anima separata. ergo. Cap. 1. Lib. 2. cap. de memoratiuo

Item quòd tunc beati recordarentur præteritorum peccatorum, quod est inconueniens. Vnde Isa. legitur: Ecce ego creo cœlum nouum, & sequitur: obliuioni tradentur angustiæ priores, quod exponens Gregorius dicit forsitam in futuro præscientiæ conuersationis omnino memoria delebitur. Isaię. ca. 65.

CONTRA: Ait Abraham: Illi recordare.

Itẽ Augustinus Fili. 9. confessionum dicit, q̃ mortui habent memoriam nostri. Lucæ cap. 6.

RESPONDEO, quòd primo uidẽdum est, quid est memoria. Secũdo in qua parte animæ sit: Tertio de quæsito. De primo dico, quòd memoria est quædam uis cognitiua præteriti sub ratione præteriti. Hoc patet p phylosophum in libro de memoria, ubi dicit sic: Post tẽpus memoria omnis At, hoc est dictu, quòd actus memoriæ est post tempus à primo actu cognito habito de eodem obiecto. Ex hoc sequuntur tria. Primum est, quod actus memoriç est post tempus à primo actu, & nunquam cadit nisi super obiectum alias cognitum. Memoriæ definitio.

Secundum quòd illud tempus medium inter potentiam cognitiuam, & sensitiuam, quæ uocatur memoratio, & est præceptum.

Tertium quòd actus memoriæ siue memoratio habet duplex obiectum unum immediatum & ipsum rememoratum & aliud mediatum quod est ipse actus cognitiuus, qui alias cadebat super illud obiectum primũ istorum. Tertiũ satis patet. Secundum probatur, nam nunquam recolo resedisse nisi quia recolo me habuisse actualem, & præsentialem cognitionem sessionis tuæ, & per hoc patet tertium per secundum quia non percipiam tempus medium nisi recolam me habuisse alias præsentialem cognitionem de tua sessione, & per consequens cognitio, quam modo habeo de ea, non erit recordatio nec actus memoriæ, sed intelligentiæ. Actus memoriæ habet duplex obiectũ.

De secundo principali dico, quòd cum Aristotelis in locis præallegatis in primo argumento principali, quòd memoria est in parte sensitiua, quod patet ex multis actibus quos uidemus in brutis in quibus non est nisi anima sensitiua, qui quidem actus arguunt in eis esse memoriam præteritorum, & licet forte omnes tales actus saluari possent ponendo, quòd cognitiua præteritorum sub ratione præteriti, facilius tamen & leuius saluantur ponendo in eis cognitionem præteritorum sub ratione præteritorum & per consequens memoriam.

In libro de memoria & reminiscentia cap. 1.

Dico etiam, quòd est in parte intellectiua quod patet authoritate phylosophi in libro de memoria ubi dicit sic; quorundam intelligibilium memoramur, ut patet, triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis hic quidem qui fuit speculatus & didicit.

Idem etiam uult Aristoteles, quòd reminiscentia proprie dicta soli homini inest. ergo inest ei secundum illam partem per quam distinguitur à bruto, hoc idem patet ratione, nam id, quod est perfectius in potentia cognitiua inferiori, non est negandum à potentia sensitiua superiori, sed recordari de præterito sub ratione præteriti est perfectionis in quacunque cognitiua. Vnde & in Deo poneretur iste actus nisi quia suus unicus actus intelligendi, quo omnia intelligit est sempiternus. Vnde & scriptura attribuit frequẽter istum actum: Recordare Domine, quid acciderit nobis.

In tren. ca. 15.

De tertio principali dico, quòd sic, nam ut patet ex præcedenti quæstione in anima separate remanent species obiectorum primo cognitorum habitualiter & permansiue, & potest uti, ergo potest recordari præteriti sub ratione præteriti. Sciendum autem, quòd memoria intellectiua nõ distinguitur ab intellectiua in ratione potentiæ ac si essent duæ potentiæ cognitiuæ, sed quantum ad actus ita quòd idem intellectus possibilis in cognitione præteriti sub ratione præteriti dicitur memoria, ut non cognitiuus præsentis dicitur intelligentia, & ut cognitio futuri sub ratione futuri dicitur prouidentia.

Sed contra tertium argumentum est dubium, quòd si Aristoteles in libro illo dicit, quòd memoria intellectiua non habet suum actum nisi in memoria sensitiua existente in actu, sed è conuerso sic. Patet autem, quòd in anima separata non est actus memoriæ sensitiuę. ergo.

Dico, quòd quãdo intellectus est coniunctus, talis est ordo potentiarum ad inuicem, quòd nec intelligẽtia est in actu nisi phãtasmate existẽ in actu, nec memoria est in actu nisi existente in actu memoria sensitiua, sed in anima separata cessat iste ordo. ergo.

Ad primum principale patet solutio ex dictis, quia non ponitur solum in parte sensitiua, sed in parte intellectiua.

Ad secundum quòd bene habebunt cognitionem habitualem præteritorum peccatorum, quæ quandoque poterit reduci ad actum, nec tamen propter illam actualem recordationem peccatorum causabitur in eis aliqua tristitia. Et hoc, quia Deus miraculosè suspendet istum actum, sed non coagendo actuali recordatione ad causandam tristitiam in uoluntate quam nata est causare, uel si uolumus intelligere nouum miraculum, potest dici, quòd causa naturalis impeditur à sua actione propter excellentiam sui contrarii, modo autem sic est, quòd concupiscibilis ipsius beati est tota repleta delectatione, & ideo actualis recordatio peccatorum non potest ibi causare tristitiam. tum quia suum oppositum causans delectationem est excellens, tum quia ipsa concupiscibilis non est capax tristitiæ, cum sit repleta tota delectatione.

Ad authoritates Gregorii, & Isaiæ dico, quòd obliuiscentur quantum ad istum effectum tristitiæ, quæ in eis cessabit. &c.

VTRVM BEATI COGNOSCANT orationes nostras.

Scotus 4. sent. distin. 45. q. 4.
D. Thomas 4. sent. dist. 41. q. 3. Arti. 2.

Quæstio quarta.

QVARTO quæritur, Vtrum beati cognoscãt orationes nostras, quas ei offerimus.

QVOD non; Abraham non nouit nos & Israel ignorauit nos, ubi dicit Augustinus, quòd mortui, & sancti nesciunt quid faciunt uiui, etiam eorum filii. — Isaiæ cap. 63.

Item oratio saltem mentalis est secretum cordis, sed solus Deus talia nouit. ergo.

CONTRA est: Quia hic est quidam error, quem tangit Hier. in quadam epistola. — Hieronymus ad uigilantiũ

RESPONDEO, & primo uidendum est si naturaliter possent eas nosse. Secundo si super naturaliter.

Tertio si ipsis notis orent pro nobis.

DE primo dico, quòd sicut dictum est, anima separata potest sibi de nouo acquirere notitiam, etiam intuitiuam multorum, etiam purè intelligibilium, & hoc naturaliter ex propria uirtute. Faciendo se illi præsentem in debita proportione. Vnde dico, quòd anima beata cognitione naturali potest cognoscere rationes nostras tam uocales, quàm mentales, si non impediatur uel per immoderatam distantiam uel per aliquod impedimentum. — In solutione secundæ quæstionis huius distinctionis.

CONTRA: Actus mentales sunt nobis intimi. ergo non possunt cognosci nisi à Deo, qui illabitur menti nostræ, nulla enim alia creatura potest nostræ illabi & intimari. Vnde dico, quòd ad cognoscendum aliquod obiectum nõ oportet, quòd cognoscens illabatur cognito, sed sufficit alia debita approximatio, alias enim Angelus nihil aliud à se posset intelligere, cũ nulli rei illabatur, quia hoc est propriũ Dei. Et

sicut

sicut Angelus tam bonus, quàm malus, & anima separata potest cognoscere essentiam animæ meæ; quæ est mihi maxime intima absque eo, quod sibi illabatur ita potest nosse omnes actus eius tam intellectus, quàm uoluntatis, qui non sunt mihi ita intimi. Omnes enim cadunt sub perfectione sui proprii obiecti etiam, ut obiecti motiui naturaliter talem potentiam hoc dico, pro tanto, quia ut alias patuit non omne per se ens est naturaliter motiuum intellectus coniuncti, sed solum ens sensibile & hoc per ordinem potentiarum naturalem, qui quidem ordo est ibi.

Dico autem quòd licet ita sit de possibili, non tamen oportet, quòd omnes angeli & animæ de facto cognoscant actus nostros mentales, quia non semper sunt nobis in debita approximatione requisita propinqua. Angeli autem mali non cognoscunt, quia prohibentur à Deo.

Animæ damnatę non cognoscunt orationes factas pro ijs.

De secundo quòd nec est de essentia beatitudinis nec necessario est consequens ad beatitudinem, quòd beatis reuelentur à Deo orationes nostræ, & actus nostri, & tamen conueniens est, quòd Deus reuelet illi beato cui nos dirigimus preces nostras & ut ipsi sint per comparationem ad nos coadiutores Dei orando ipsum pro nobis.

De tertio uidetur dubium, quia aut beatus Petrus nouit Deum ipsum uelle saluare, qui sibi Petro dirigit preces, & tunc frustra pro eo oraret. Aut nouit Deum ipsum nolle saluare. & tunc frustra oraret, quia propter eius orationem non eueniret sibi salus, quia iam Deus mutaretur, aut non nouit uoluntatem Dei.

Argumentū curiosum & difficile.

Dico, quòd non oportet dare aliquod praemiorum duorum membrorū. Potest enim Deus celare beato Petro salutem, uel non salutem. Ideo tunc non frustra orat sicut nec nos frustra oramus pro salute nostra de qua non sumus certi nec de eius opposito. Potest etiam beatus Petrus nosse Deum uelle saluare Ioannem, & tamen non frustra oraret pro eo, quia forte Deus uult saluare eum mediantibus precibus beati Petri. Si uero Petrus nosset Deū ista uelle istum damnare determinate non rogaret pro eius salute.

Punctus notabilis maiori bus applicandus difficultatibus in qua cunque opinione Theologorum.

Ad primum principale, quòd tempore, in quo Isaias dixit illa uerba Abraam, & Iacob adhuc erant in Limbo, & impediebantur in cognitione eorum, quæ fiebant ibi propter indebitam distantiam, nec oportebat, quòd Deus eis reuelaret, quia nondum erant beati & de illis sanctus loquitur Augustinus.

Ad secundum dico, quòd cognoscere omnia secreta cordis & omnium cordium, & semper ex se, & immutabiliter hoc est proprium Dei, sed Angelis, & animabus potest competere non hoc modo, sed sicut dictum est in quæstione. &c.

DISTINCTIO XLVI.

CIRCA DISTINCTIONEM XLVI. Quæritur,

VTRVM IN DEO SIT IVstitia.

Scotus 4. sent. dist. 46. q. 1.
D Thomas 4. sent. dist. 46. q. 1. 2.

Quæstio prima.

CIRCA distinct. quadragesimam sextam quæritur, Vtrum in Deo sit iustitia.

QVOD NON: Arist. quinto Ethicorum dicit, quod Domini ad seruum nulla est iustitia, quia nulla æqualitas. ergo multo minus Dei ad creaturam. 5. ethic. ca. 2.

Item Iustitia inclinat ad reddendum debitum, sed Deus nulli est debitor. ergo.

CONTRA: In Psal. iustitia plena est dextera tua. Psal. 47.

RESPONDEO secundum Ansel. Iustitia est rectitudo uoluntatis per se seruata, & secundum Arist. quinto Ethicorum additur in ordine ad alium, ut igitur habeatur completa ratio, uel diffinitio potest dici: Iustitia est rectitudo uoluntatis per se seruata in ordine ad alterum. Patet autem quòd ista tota ratio perfectissime conuenit Deo, nam ipse habet uoluntatem rectissimam, immo inobliquabilem, quæ est prima regula rectitudinis, & istam rectitudinem habet seruari propter se id est propter suam bonitatem secundum quòd congruit suæ bonitati. habet etiam eam in ordine ad alterum. secundum etiam, quòd congruit suæ bonitati, sed quia in nobis iustitia est habitus naturaliter inclinans uoluntatem ad actum rectum in ordine ad alterum. Ideo sciendum, quod eo modo quo in Deo inter perfectiones essentiales siue attributales accipitur distinctio, uel non identitas, iustitia Dei inclinat uoluntatem eius ad unicum actum rectum essentialem. Ideo primo in ordine ad alterum simpliciter, sed in ordine ad se tanquam ad alterum scilicet in ordine ad suam bonitatem prout sibi congruit, secundario autem quasi ad obiecta secundaria inclinat ad actum rectum in ordine ad creaturas ita tamen quòd actus est omnino idem, qui terminatur ad bonitatem diuinam tanquam ad obiectum primarium ad quod siue in ordine, ad quod inclinat creaturas tanquam ad obiecta secundaria in ordine ad quem inclinat.

De ueritate. cap. 12.
5. ethic. ca. 5.
Iustitiæ diffinitio.

Iuxta autem secunda comparatione scilicet in ordine ad creaturas potest in Deo dici distingui duplex iustitia ita tamen, quòd in se omnino manans eadem, actus eius omnino manens idem dicatur dupliciter propter congregata

Duplex iustitia.

gsta scilicet iustitia distributiua, & iustitia commutatiua. Est autem iustitia distributiua, quæ cuilibet reddit quòd suum est. Commutatiua uero, qua fiunt commutationes pro scepto redendo æquiualens. Primo iustitia distributiua dicit esse in Deo per cōparationē ad perfectiones naturales creaturarū, quia intoia hierarchia entiū ipse Deus primus Hierarcha distribuit cuilibet enti perfectionem naturalem, quæ congruebat suę naturę. Ideo aliam, & aliam maiorem, uel minorem, secundum quòd in ordine entium congruit. Commutatiua iustitia dicitur esse in Deo per comparationem ad præmia & supplitia. Ita tamen quòd in reddēdo pro meritis pręmia semper reddit ultra cōdignū, sed reddendo pro culpis supliciā semper reddit citra cōdignū. & ratio huius est, quia sic congruit suę bonitati.

Quæ sit iustitia distributiua.

Quō iustitia distributiua sit in Deo.

Ad primum principale dico, quòd non est ęqualitas simpliciter nisi Dei ad suam bonitatem. est tamen Dei iustitia ad creaturam eo modo quo declaratum est supra.

Ad secundum dico, quòd Deus non est debitor alicui creaturæ nisi ex sua bonitate, uel liberalitate, sed soli bonitati suę est debitor simpliciter, & ideo sua iustitia simpliciter solum sumitur per cōparationem ad suam bonitatem. per comparationem autem ad creaturam sumitur cōmodo, quo dictum est. &c.

Deus non est debitor creaturæ.

VTRVM IN DEO SIT MISERICORDIA.

Scotus 4. sent. dist. 46. q. 2.

Quæstio secunda.

SECVNDO quæritur, Vtrum in Deo sit misericordia.

Quod non per Damasc. libro secundo dicentem, quòd misericordia est compassio de malo alieno, sed in Deo nulla est compassio, quia nulla passio. ergo.

Libr. 2. ca. 13.

Contra: Patiens Deus, & multum misericors.

Psal. 102.

RESPONDEO, quòd Misericordia in nobis est habitus inclinans ad actum nolendi miseriam aliorum, & ita consequenter inclinat ad actum prę seruandi alium à miseria futura si præsentitur, & releuandi à miseria præsenti.

Ad istum actum nolendi miseriam aliorum sequitur compassio, quæ causatur ex ipso, igitur misericordia est habitus inclinans ad actum nolēdi miseriam alienam ad quē actū sequitur actus præseruandi alium à futura miseria & releuandi à præsenti & ad istos duos actus inclinat misericordia mediante illo actu nolendi, & consequenter ex hoc scilicet ex illo actu nolendi causatur compassio, ad cuius etiam causationem inclinat idem habitus. Ab isto autem effectu causato à compassione est proprie sumptum nomen misericordiæ.

TVNC ad propositum dico, quòd in Deo est misericordia inclinans ad actum nolendi miseriam aliorum & consequenter præseruandi eos à miseria futura, & releuandi à præsenti. hoc totum patet, nam multæ miserię inessent multis nisi, quia Deus uult, etiam multæ miseriæ multis euenirent, nisi, quia Deus præseruat, & releuat à multis miseriis, quæ insunt.

Duplex matia in deo.

AD argumentum dico, quòd in Deo non est misericordia, quæ est compassio causata ex illo actu nolendi, quia Deus non est susceptiuus alicuius talis passionis dicentis imperfectionem, & ideo ex dictis patet solutio ad hoc argumentum.

VTRVM IN PVNITIONE MALORUM concurrat iustitia, & misericordia.

Scotus 4. sent. dist. 46. q. 3.
D. Thomas prima parte summa q. 12. Art. 4.

Quæstio tertia

TERTIO quæritur, Vtrum in punitione malorum concurrant iustitia, & misericordia Dei.

QVOD non: Punitio iusta est ad corruptionem puniti. Phylosophus primo rethoricorum, sed punitio æterna non est ad corruptionem damnati, ut patet ex præcedenti quæstione, sed in eo, qui punitur neuter istorum est. ergo.

s. rhetoric.

CONTRA: Vniuersæ uiæ domini misericordia & ueritas.

Psal. 24.

RESPONDEO supposito, quòd formaliter non sunt idē in Deo iustitia & misericordia, quòd utique sustineri potest, quia sunt proxima principia formalia diuersorum effectuum ad extra. nam ut patet ex prima quæstione huius dist. iustitia, est qua datur unicuique quod sibi congruit scilicet distribuendo, uel commutādo. Misericordia autem ut patet ex quæstione secunda est, qua misero subuenitur, uel præsentem miseriam subleuando, uel à futura præseruando, cum ergo proximum principium alicuius effectus sit tale principium formale per illud quod est formaliter, ut ostensum est ista duo non sunt formale principium proximum eiusdem effectus, sed diuersorum, sequitur, quòd non sunt idem formaliter & quiditatiuè licet sint idem totaliter identitate, & realiter, stant enim simul. hoc patet. Nec ad hoc sufficeret sola distinctio rationis ex primo, quia nihil est formale principium alicuius effectus realis per suum esse rationis, sed per suum esse formale siue per illud quod est formaliter. hoc igitur rationaliter supposito uidetur posse dici, quid non necessario in omni effectu Dei ista duo concurrunt, sed possunt separari, tamen quantum ad propositum, primo uidendum est, quod sit punitio malorum. Secundo, Vtrum sit à Deo. Tertio, Vtrum concurrat ibi iustitia. Quarto, Vtrum misericordia.

Iustitia quæ sit.

Misericordia quæ sit.

Dist. 3. primi libri.

Punitio, quę sit.

DE

De primo dico, quòd punitio est perceptibilis carentia conuenientis boni in natura intellectuali, uel perceptibilis positio mali disconuenientis in natura intellectuali; bonum autem intellectuale est duplex. s. bonum honesti & bonum commodi & licet ambo ista bona concurrant simul quandoque in eodem, ut in fruitione Dei, imo generaliter omne honestum sit commodum, sed non è conuerso, tamen summum cómodum possibile, tam naturæ est beatitudo quod, & esset sibi summum honestum, & summum honestum si per impossibile non esset commodū, igitur posset esse in natura intellectuali duplex punitio per priuationem istius duplicis boni sibi conuenientis & priuatio boni honesti uocatur priuatio culpæ, siue malum culpæ, priuatio autē boni commodi uocatur punitio culpæ, siue malum damni. malum autem positiuum, disconueniens tali naturæ non potest esse nisi actus intellectus, uel uoluntatis secundum se acceptus. Nā omnis actus intellectus secundum se acceptus, siue sit uelle, siue sit nolle cōuenit uoluntati, & est libere ab ea elicitus, igitur malum positiuum disconueniens naturæ intellectuali non potest esse nisi aliqua passio in uoluntate, & illa est tristitia. Causatur autem tristitia in uoluntate dupliciter, scilicet uel quia obiectū nolitum, & est actua positiuus, uel quia obiectum uoluntatis positiuum, igitur secundum prædicta quatuor punitiones sunt in genere, in damnatia duæ propter carentiā boni conuenientis & duæ propter carentiam mali disconuenientis, ita tamen debes intelligere, ꝙ quælibet de istis quatuor punitionibus est positiua formaliter, quia quædam tristitia in uoluntate, sed causaliter duæ sunt propter præsentiam obiecti noliti, & duæ propter carentiam obiecti uoluit. Nam carentia boni honesti est in eis pœna uermis .i. remorsus conscientiæ, dolent enim continuè de culpa commissa & carentia gratiæ non quia ex hoc fuit Deus offensus, sed quia ex hoc incurrunt damnationem æternam, carentia autē boni commodi uacatur in eis pœna damni; summè .n. tristantur & dolent quia uident se priuatos beatitudine, cuius erant capaces. Duplex autem obiectum nolitum actu positiuum, quia causat in eis duplicem tristitiam, unum est ignis, cui se uident diffinitiue perpetuo alligatos, & ex hoc causatur in eis tristitia, quæ uocatur pœna incarcerationis. Aliud est intensa, & continua consideratio ipsius ignis ad quem determinatur & ista tristitia potest uocari pœna obcęcationis, nam cum de se sint liberi & in applicando se loco & considerando obiecta est in eis maxima pœna, ꝙ non possunt uti illa libertate.

Bonum intellectuale est duplex.

In natura intellectuali potest esse duplex punitio.

Tristitia causatur in uolūtate dupl̄r.

Nota quadruplicē iustitiā damnatorū.

Duplex obiectū nolitum.

Istæ sunt punitiones, quæ debentur præcipue Angelo malo uel animæ damnatæ. hic autē non fit mentio de punitione corporum.

De secundo articulo principali dico, quòd omnes quatuor punitiones, siue pœnæ dictę sunt à propria uoluntate ipsius damnati demeritorię, & sunt aliquo modo à Deo, sed differenter. Primæ enim. s. carentia boni honesti, & boni commodi, sunt à Deo negatiuè. s. non conferente eis gratiam, & gloriam. Aliæ autem duæ sunt aliquo modo effectiuè à Deo. nam ignis non posset illā naturam de se perpetuo liberam alligare sibi diffinitiuè nec posset eam sibi determinare ad sui perpetuam & intensam cōsiderationem nisi Deo uolente. Istæ quatuor pęnæ, cum sint formaliter quatuor tristitiæ positiuæ in uoluntate damnati, considera à quibus causis sint immediatè.

Effectiue à Deo. et formal̄r ab igne sunt punitiones damnatorum.

De tertio pricipali dico, ꝙ in istis quatuor pęnis dictis relucet diuina iustitia, tā iustitia simpliciter dicta, q̄ est suo mō inclinatiua diuinæ uolūtatis ad actum rectum in ordine ad diuinam bonitatem, quàm iustitia commutatiua. Nā relucet ibi iustitia, simpliciter dicta, quia ita congruit diuinę bonitati, quod isti sic puniantur. nam patet hoc de singulis. Iustum est non conferre eis gratiam, cum se non exposuerunt de congruo, secundum eorum possibilitatem ad eam suscipiēdam, immo exposuerūt se ad oppositum. iustum est ēt nō conferre eis gloriam, cū eā non meruerint de congruo, sed meruerunt oppositum. Iustum est etiam, ꝙ non possint uti sua libertate, nec in se locando diffinitiue, nec in considerādo obiecta. sed alligentur ac determinentur ad ignem, cum quando potuerint non bene fuerint usi sua libertate, nec in uolendo, nec in considerando. Relucet igitur iustitia per simpliciter dicta sicut congruit diuinæ bonitati. s. ꝙ ita punitur. relucet ēt iustitia cōmutatiua, quia pro culpa merito est eis pœna.

Verum Deus iuste puniat damnatos.

De quarto principali dico, ꝙ misericordia dicitur dupliciter. s. misericordia liberans, & misericordia parcēs. Prima excludit omnem miseriā, & patet, ꝙ non est ibi. secunda excludit partem miserię debitę in esse & ista est ibi, qa sicut Deus præmiat ultra condignum, ita punit citra condignum. Congruentia istius dicti potest haberi per illud Iacobi: & misericordia, inquit, super exaltat iuditium, hoc est, ꝙ cum actus, qui est à duplici uirtute, sit perfectior regulariter loquendo, q̄ si esset ab una uirtute tantum. sequitur, ꝙ misericordia cuncurrens simul cū iustitia ad iudicium sup exaltat, cū qa reddit ipsum dignius. Similiter etiam concurrunt ambæ istæ uirtutes in præmiatione iustorum ut patet, quia præmiat ultra condignum.

Misericordis dupl̄r dicitur

Quō Deus non puniat culpam ultra condignum. Iacobi cap. 2

Sed contra: Iustitiæ est iudicare, ergo sicut cōtra iustitiam esset non iudicare, ita contra iustitiā est non totaliter iudicare, ergo misericordia non exaltat iudicium, sed destruit, ut uidetur.

Respondeo ꝙ contra iustitiam est conferre modum indebitum, sed non est contra iustitiam conferre bonum indebitum, quia est actus liberalitatis. actus autem unius uirtutis non repugnat alteri uirtuti. sed pari passu concurrunt conferre bonum indebitum, & non conferre malum indebitum, ergo punire citra condignum non est contra iustitiam, sed est non conferre totum malum debitum, & per consequens est actus liberalitatis.

Punire citra condignum, non est cōtra iustitiam.

Contra: ergo pari ratione est actus liberalitatis nihil punire, & nihil conferre pro malo

debito, ergo non punire peccatores non esset cõtra iustitiam, quod est inconueniens. Dicit Doctor: quære solutionem huius.

Vide ꝑ hoc additionē in Scoto.

Ad argumentum principale ad primam eius partem dico, ꝙ punitio est iusta, uel ꝙ sit ad puniti correctionem, uel sit ad correctionem, & ad exemplum aliorum, sicut in punitionibus pulitiæ ciuilis.

Ad secundam partem patet, ꝙ procedit de misericordia liberante, quę conceditur non esse ibi, sed esse ibi aliqualiter misericordia ꝑ oēs, ergo.

DISTINCTIO XLVII.

CIRCA DISTINCTIONEM XLVII. quæritur.

VTRVM VNIVERSALE IVDIcium sit futurum.

Scotus 4. sent. dist. 47. q. 1.
D. Thomas 4. sent. dist. 47. q. 1. Art. 4.
Ricardus 4. sent. dist. 47. q. 1.
Durandus 4. sent. distin. 47. q. 1.
Franciscus de Mayronis 4. sent. dist. 48. q. 1.

Quæstio prima.

Circa distinctionem quadragesimam septimam quæritur, Vtrum vniuersale iudicium sit futurum.

Naum. ca. 1.

QVÒD non: Nam primo non puniet Dominus bis in ipsum, sed quemlibet indicat & punit in morte, ergo iterum non iudicabit.

Psalm. 1.

Item non resurgent impij in indicio, ut legitur in psalmo.

Matth. c. 19.

Item in Matt. Sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel, ergo ipsi, & aliæ gentes ab Israelitis non iudicabuntur.

Item iudicium debet præcedere executionē, & non è conuerso, quia ociosum est iudicium, postquam negotium est executioni mandatum. sed cuilibet fit retributio in morte secundum merita, & demerita, ergo frustra erit iudicium uniuersale.

2. de ciu. Dei cap. 21.

CONTRA id August. est de ciuitate Dei.

RESPONDEO quòd primo uidendum est, quid sit iudicium. Secundo an futurum. Tertio an erit in instanti, uel in tempore. Quarto ubi erit.

DE primo dico, ꝙ largè loquendo dicitur iudicium omnis determinata alicuius iudicati ueri apprehensio, siue sit apprehensio intellectiua, siue sensitiua. Vnde secundo de anima dicit, ꝙ sensus communis habet iudicare de sensibilibus aliorum sensuum particularium, proprie uerò loquēdo iudicium est determinata apprehensio intellectiua cum uoluntate determinante nolitione efficaci illud, quod intellectus apprehendit, & iudicat esse faciendum, & habentis authoritatem super illum, de quo iudicat. Et hoc modo accipitur iudicium in proposito.

2. de Aīa com text. 145. et inde.

De secundo dico, ꝙ illud uniuersale iudicium esse futurum non potest demonstrari, quia est purum contingens respectu diuinę uoluntatis, unde creditur in Symbolo: Qui uenturus est iudicare uiuos, & mortuos. Ponuntur autē congruentiæ. Prima est ꝙ congruum est, ꝙ finaliter omnes mali ab omnibus bonis separentur. Nam in hac uita fuerunt omnes simul, uel ut mali corrigantur per bonos, vel ut boni excerceantur per malos. Ex tunc, nec mali conuerti poterunt, nec boni amplius exerceri, quia erunt extra statum merendi.

Quatuor cōgruētias uīis iudicii ex Scoto habes.

Secundum illud Aug. sup Psalm. 54.

Secundo, quia pōt hoc esse, ꝙ quilibet ascribatur regno, uel carceri. Congruum tamen est, ꝙ tota simul multitudo præuisa ascribatur.

Tertio citer dr̄, ꝙ locus reproborum, quando iudicabūtur, est uallis Iosaphat, & si illa sola non poterit eos capere, stabunt interim iuxta ipsam uallem, nisi Deus uellet ibi facere miraculū, ut plura corpora sint simul in eadem loco. De electis uerò planè dicit Apostolus ad Thesal. ꝗ occurrent obuiam Christo in æra.

D. Tho. præsenti dist. et in Art. 2. q. 2. Ioelis cap. 3. Locus iudicii quadruplex vide Franciscū de Mayr. distin. 48. huius q. 1. Art. 3.

DE quarto ut communiter dicitur cuilibet tunc erunt manifesta merita omnium electorū, & demerita omnium reproborum, & tunc si hoc non fieret miraculum, oporteret ponere multum de tempore ad hoc, ut quilibet intelligeret merita omnium electorum, & demerita omnium reproborum. Miraculose autem de potentia absoluta poterit Deus causare cognitionem omnium istorum in intellectu singulorum, & hoc in instāti, uel in paruo tempore, sicut sibi placebit, itaꝙ per illos distinctos actus intellectiuos sic creatos miraculose simul quilibet intelliget omnia illa: nam Deus potest facere, quòd sint simul in eodē omnia illa, quæ de se sunt nota esse ibi successiue, dum modo inter ea esse simul non sit repugnantia formalis, sed non est formalis repugnantia inter actus intellectiuos, cum & per naturam possint plures esse simul, licet non tot. sententiatio autem si proferatur uocaliter magis uidetur consonare Euangelio. erit in tempore, si uerò mētaliter tantum poterit esse in instanti ita ꝙ in conceptu in mente Christo iudicantis, & omnium iudicatorum erit.

Vide pro hoc Franciscū de May. dist. 48. huius q. 1.

Ad primum dico, ꝙ in morte iudicatur quilibet, ut est quædam singularis persona, sed finaliter in uniuersali iudicio iudicabitur quilibet, ut est pars familiæ deputatæ ad gloriam, uel ad pœnam, & per idem patet ad quartam rationem.

Ad illud psalmi dico, ꝙ impij non resurgunt spiritualiter, ut iudicentur cū electis ad pręmium electorum. & ideo sequitur: nec peccatores in consilio iustorum.

Psal. 1.

Ad illud de Euangelio dico, quòd nec Apostoli, nec alij electi iudicabunt, sicut reprobi, super quos aliquo modo Apostoli deputabūt; quia assistent iudici tanquam ipsius præcipui familiares, sed iudicabuntur ad gloriā, quando dicitur eis: Venite benedicti patris mei, & dico, quòd aliquo modo augumentabitur illis gloria, & pœna, quando dicetur: Ite maledicti in ignem æternū, quod uobis paratum est.

Matt. ca. 25.

Verum

VTRUM MUNDUS SIT PURgandus per ignem.

Seraphycus Bona. 4. sent. dist. 48. q. 4. Art. 2.
Scotus 4. sent. dist. 47. q. 2.
D. Thomas 4. sent. dist. 48. q. 1. Art. 2.
Ricardus 4. sent. dist. 47. q. 2.
Durandus 4. sent. dist. 47. q. 3.

Questio secunda.

Secundo quæritur, Vtrum mundus sit purgandus per ignem.

QVOD non, quia tunc ignis purgaretur per ignem, & tunc idem per idem.

Psalm. 96. CONTRA .i. Ps. Ignis ante eum præcedet.

RESPONDEO & dico, quod sic: Quod patet ex multis authoritatibus, & præcipue in secunda

2. Petri ca. 3. can. Petri: Purgabitur autem aer, & terra pp plura peccata hominum, quæ in his duobus elementis commissa sunt. ille autem, qui purgabit, poterit à Deo de nihilo creari, uel de aliquo corpore generari sicut Deo magis placebit.

AD argumentum principale dico, quod non purgabitur, quia non purgabuntur elementa à suis proprijs naturis sed ab infectionibus peccatorū.

Quamuis .n. angeli peccauerunt i cęlo Empyreo, ut hō i terrestri Paradiso nō pp hoc igne purgabitur, nam de Paradiso negat Scotus in 2. dist. 17. q. 1.

DISCTINCTIO XLVIII.

CIRCA DISTINCTIONEM XLVIII. Quæritur,

VTRUM CHRISTUS IUDICABIT in forma humana.

Seraphycus Bona. 4. sent. dist. 48. q. 1. Art. 1.
Scotus 4. sent. distin. 48. q. 1.
D. Thomas 4 sent. dist. 47. q. 2. Arti. 1.
Ricardus 4. sent. dist. 48. q. 1.
Durandus 4. sent. dist. 48. q. 1.

Quæstio prima.

Circa dist. quadragesimam octauam quæritur, Vtrum Christus iudicabit in forma humana.

Ioā. cap. 19. QVOD non: Quia apparet in forma gloriosa, & tunc reprobi, qui eum uidebunt iuxta illud Ioā. Videbunt in quem transfixerunt, haberent de eius aspectu in tali forma aliquam delectationem, quod est inconueniens, aut in forma non gloriosa quod est contra illud Lucæ: Veniet filius hominis cum potestate magna, & maiestate, ergo, &c.

Lucæ ca. 21. Ioan. cap. 5. CONTRA per Ioannem: Potestatem dedit eum iudicium facere, quia filius hominis, ergo ut filius hominis iudicabit.

D. Tdomas pēti dist. q. 1 RESPONDEO & dico, quod sic, quia ratio iudicantis ad iudicatum debet esse dominium, sed Christus etiam secundum humanitatem habuit dominium ad homines, ergo. Probatio minoris: quia secundum humanitatem est omnium redemptor, sed redemptoris ad redemptum est dominium, ergo. Dicitur ulterius quod mali non uidebūt eius diuinitatem. Ratio est, quia delectarentur summè, quod est inconueniens. Probatio antecedentis, quia uisio diuinitatis est uita æterna, ergo beatitudo, aut includit summam delectationem. Prima probatio patet per Io. Hæc est uita æterna, ut cognoscant te. D. Tho. dist. p̄cart. 1. q. 4. Ioan. cap. 17.

CONTRA primum dictum: Iudicare secundum humanam naturam, ut hic sumitur, non dicit solum concomitantiam humanitatis ad actum iudicandi, quia & hoc modo uerum est, quod Christus creat animam secundum humanitatem, quia uerbum non deponit humanitatem, quādo creat, dicit, ergo causalitatem ad actum. Tunc ostendo, quod Christus nō iudicabit principaliter secundum humanitatem. Iudicium principale est determinata apprehensio alicuius intellectus iudicantis, quam apprehensionem sequitur determinata, & efficax uolitio ex prima quæstione præcedentis dist. ergo principaliter iudicare est talis apprehensio, & talis uolitio principalis, & non subordinata alij superiori, sed omnis intellectiua apprehensio Christi in quantum homo subordinatur intellectioni diuinæ, & uolitio uolitioni, quibus, scilicet conformatur, & maxime quantum ad præmiationem iustorum, & punitionem peccatorum, ergo. Ex oībus dictis, nil aliud uult habere author. nisi quod Christus secundū humanitatē nō iudicabit tanquā princip.

Ad rationem in oppositum, licet uideatur arguere in secunda figura ex puris affirmatiuis. tamen dico quantum ad minorem, quod actus humanus Christi nūquam fuisset redemptus, nisi quia ad redemptionem Deo acceptus, ergo ex hoc nō principaliter alligamur Christo in quantū homo noua seruitute, sed magis ipsi Deo .s. toti Trinitati ultra obligationē seruitutis cōne creationis.

CONTRA secundum dictum: Absolutum in quantum absolutum potest separari ab absoluto absque contradictione, sed quod est naturaliter posterius & à quo est realiter distinctum, sed uisio diuinitatis est quid absolutum naturaliter prius & naturaliter distinctum, à delectatione quæ ipsam uisionem consequitur, quæ etiam delectatio est quid absolutum, ergo non est omnino necessarium, quod reprobi si uiderent diuinitatem delectarentur. Patet minor, quia uisio est actus & delectatio est passio consequens actum, ergo. Probationem nego, quod tota uisio sit tota beatitudo. Contra secū dum conclusionem. Visio est actꝰ. Delectatio est passio cōsequēs actū.

Ad authoritatem Io. dico, quòd intellectio est actus uitalis & est uita 12. Met. expresse, ergo intellectio æterna est uita æterna, si actu, actu: si aptitudine, aptitudine. ergo benedicitur quòd cognitio clara dentatis cum sit de se apta esse æterna, ergo uita æterna. Sed ex textu Euangelij non habetur, quod ista cognitio sit beatitudo, & si tu uis glosare, quod ibi accipitur uita æterna pro beatitudine, & mihi licebit glosare, quod ibi accipitur cognitio pro uisione, & delectatione, ut cognoscant te fruendo, & diligendo. sed si tu uis ire sine glossis tam soluo tibi sine glosa. 12. Met. contex. 39.

Ad quæstionem igitur dico, quod Christus iudicabit in forma humana, & secundum humanitatem non principaliter, & præcipue, quia tota natura creata non potest in propria uirtute beatificare unam ani-

animam, ad quā tamē beatitudinem adiudicantur tūc electi, sed speciali, & singulari modo commissionis pro eo, quod in humanitate exercuit actus redemptionis.

Ad principale dico, quòd in forma gloriosa.

Ad inconueniens, quod adducitur, dico, ꝙ Deus poterit in reprobis separare uisionem corporalē à delectatione, quæ nata est causari in appetitu sensitiuo.

VTRVM IN IVDICIO, VEL POST cessabit motus corporum cœlestium.

Seraph. Bona 4. sent. distin. 48. q. 1. Art. 2.
Scotus 4. sent. dist. 48. q. 2.
D. Thomas 4. sent. dist. 48. q. 2. Art. 2.
Ricardus 4. sent. distin. 48. q. 2.
Durandus 4. sent. dist. 48. q. 3.

Quæstio secunda.

SEcundo quæritur, Vtrum in iudicio, uel post iudicium cessabit motus cœlorum.

QVÒD non, quia post iudicium uniuersum non erit imperfectius, quàm modo, sed esset imperfectius, si cessaret talis motus, ergo. Minor probatur, quia motus ille est profectio cœlorū, alias frustra mouerentur, & est etiam perfectio elementorum, & mixtorum, quia per motum cœli habent influentiam in ista inferiora.

In omnibus his ad Scotū recurre distī. præsenti q. 2. CONTRA id est Magister in litera adducens authoritates.

RESPONDEO primo uidendum est, quid circa hoc senserit Philosophus. Secundo quid sentiant Theologi.

8. Phys. contex. 61. DE primo dico, ꝙ expresse sentit Phil. in diuersis locis, ꝙ motus cœlorum est perpetuus. Prima ratio eius est talis: Substantia perpetua est incorruptibilis, & finis non potest priuari suo fine, sed intelligentia motrix est perpetua, & incorruptibilis, & finis eius est mouere cœlum, cui applicatur tanquam motrix, ergo non potest eum non mouere, ergo perpetuo mouebit. Ista ratio à quibusdam deridetur, qui dicunt etiam, ꝙ secundum Philosophum est falsum, ꝙ finis intelligentiæ sit mouere cœlum, immo secundum eum 12. Met.

12. Met. tēx. 39. et inde. finis & perfectio intelligentiarum consistit in speculatione ueritatis, & non in mouere cælum, ut uidentur sonare uerba eius. sed isti decipiuntur per æquiuocationem de fine. Nam secundum Arist. quidam finis est, qui est perfectio eius, & est finis, qui non est perfectio eius, cuius est. sed necessario quasi redundat ex plenitudine perfectionis illius, igitur finis intelligentiæ, qui est eius ultimata perfectio de quo fine loquitur etiam Phil. 10.

1. Ethic. c. 10 Ethic. consistit secundum eum in speculatione ueritatis, sed ex ista speculatione & ex plenitudine istius perfectionis necessario consequitur secundum eū iste effectus, qui est mouere orbem cui est coniuncta & de illo fine currit sua ratio hic.

8. Phil. et 2. cœli, et 12. metr. dici pōt Secūda rō sua talis est: ex istētibus in corruptibilibus extremis, & perpetuis manet ea perpetuo, & eadē habitudo inter ea, sed in proposito sic est ꝙ extrema sunt talia, s. intelligentia & mouēs, & cœlum, quod ab eo mouetur, ergo & habitudo, quæ modo est inter talia extrema manebit perpetuo, sed patet, quod modo est inter ea habitudo motoris ad motum, ergo.

Tertia ratio talis est: In perpetuis non differt esse, & posse 3. Phys. ergo cum intelligentia possit mouere cœlum, semper mouebit. 3. Phys. contex. 32.

De secundo principali dico, ꝙ Theologi communiter sentiunt oppositum. ad hoc autem sunt authoritates in littera. Dico tamen quod neutra pars potest demonstrari, sed utraque pars est contingens, & possibilis, tamen oppositum eius, ꝙ tenet Philos. est magis tenendum.

Quod neutra pars possit demonstrari patet, nam omnis effectus ad extra est adeo contingenter, sed motus cœli est effectus ad extra & si non immediate, ergo potest non esse, ergo non potest demonstrari semper esse. Non potest etiam demonstrari oppositum, quia ipsum potest contingere, nam uirtus, quæ in mouendo non fatigatur potest perpetuo mouere. sed talis est uirtus intelligētiæ motricis & maxime, quia mouet in uirtute primi motoris cuius uirtus est infinita. ergo patet, ꝙ neutra pars potest demonstrari, & quod quælibet pars est possibilis.

Oppositum autem eius, quod Philosoph. sentit, licet non possit demonstrari, nec etiam per expressas authoritates scripturæ probari, quia omnes possent exponi ad alium sensum, est tamen illud magis tenendum. tum quia Theologi communiter sentiunt sic, tum etiam quia sancti uidentur hoc sentire. sed contra hoc sunt duo dubia. Primum: contradictio uidetur, ꝙ sit alicui successio sine tempore ita ꝙ talis successio non mensuretur tempore, sed patet ꝙ post iudicium erit successio saltem in cogitationibus & etiam in multis alijs, ergo erit tempus, sed tempus est passio primi motus, ergo est talis motus prima propositio patet 4. Phis. cap. de tempore. Duo dubia. primū dubiū 4. Phys. contex. 133.

Secundum dubium quia in essentialiter ordinatis moto primo impossibile est remanere posterius secundo Met. sed motus cœli est simpliciter primus motus 8. Phil. & cum post iudicium multa poterunt moueri ut patet, ergo non cessabit motus cœli. Secundū dubium. 2. Met. cōt. 6. 8. phys. contex. 73. et ide

Tertium quia si Sol stabit fixus semper in opposita parte terræ semper erunt tenebræ, quod est inconueniens.

Ad primum istorum dicitur, ꝙ tempus formaliter complebitur ab anima, materialiter autē est prius & posterius in motu cessante, ergo motus cœli non est aliquis motus uelocissimus secundarius cuius prius & posterius sit tempus, & ideo tēpus est alterius, quantum ad suum materiale, quia est prius, & posterius aliorum motuum, & non præcipue alicuius unius, sicut modo, sed quantū ad suum formale quod est ab anima mensurante illud prius & posterius non est alterius rationis. ista est responsio Scoti. Rñsio Scoti.

Ad secundum negatur, ꝙ alij motus dependeāt essen-

Iosue cap. 10

essentialiter à motu cœli, ꝙ patet quia tempore Iosue stetit Sol, & per consequens totum cœlum. alias fuisset ibi carefactio & densatio, & tamen erat talis motus hic inferius. Aug. etiam uult, ꝙ stante cœlo, adhuc mouere.ur rota figuli. motus ergo cœli dicitur prima ratione perfectionis.

lib. 2. confessionum.

Vide D. Th. et Ricar. hic.

Ad tertium non habetur pro inconuenienti ꝙ illa pars terræ perpetuo careat luce Solis, nec ta men est ratio huius ad hoc ut damnati sint in tenebris ut Isidorus uidetur uelle, quia damnati non erunt in opposita parte terræ, nec sunt in cen tro nel in alia terræ concauitate, & tunc dato, ꝙ circuirent terrā non propter hoc haberent plus, uel minus de lumine.

Ad primam rationem dico, ꝙ Philosophus sup ponit, ꝙ Deus, & intelligentiæ agunt ex necessitate naturę & non contingenter quod quidē suppositum negatur à Theologo, quo negato ratio non concludit, quia tūc negabitur sibi, ꝙ moueat de necessitate naturæ, immo contingenter, & ma xime per comparationem ipsius motus ad primā causam à quo principaliter dependet, nec ex hoc frustrabitur intelligentia suo fine naturali, immo iste finis, qui est mouere sibi accidentalis.

Ad secundum dico, ꝙ maior est falsa quando illa habitudo non est de necessitate naturæ, sed est contingens per comparationem ad causam potentem eam impedire.

Ad tertium dico, ꝙ maior est neganda secundum illum sensum ad quem adducitur.

Quo motus celi sit perfectio extrinseca accidentali.

Ad argumentum principale dico ad minorē, ꝙ motus cœli est perfectio non intrinseca & accidentalis & tamen non est inconueniens, quòd sit sine ipso maxime, quia quies opposita erit sibi maior perfectio, modo autem non frustra mouetur, quia eius motus est ad perfectionem gene rabilium. tunc autem cessabit generatio & corru ptio, & ideo ille motus nō erit necessarius uniuer so & per hoc patet ad secundam partem minoris.

DISTINCTIO XLIX.

CIRCA DISTINCTIONEM XLIX. quæritur.

VTRVM BEATITVDO IMMEdiatius perficiat essentiam uel potentiam ipsius beati.

Scotus 4. sent. dist. 49. q. 2.

Quæstio prima.

Circa dist. quadragesimam nonam quęritur primo, Vtrum beatitudo immediatius perficiat essentiam, uel potētiam ipsius beati.

QVOD perficiat essentiam: Notabilissima perfectio respicit immediatè nobilissimum perfectibile, sed beatitudo est nobilissima perfectio hominis, animæ autē essentia est nobilior, quàm sua potentia. Hoc patet, si potentia sit accidens, quia substantia intellectualis est nobilior accidē te. Patet etiam si sit distincta sola ratione, quia idem est ordo nobilitatis inter distincta realiter secundum rem, & inter distincta ratione secundum rationem, ergo.

CONTRA: Beatitudo finaliter consistit in operatione, ut dicetur in quæstione sequenti. Operatio autem mediatius perficit potentiam, quàm essentiam, quia non competit operatio essentiæ nisi mediante potentia.

3. de Aīa con tex. 6. et inde diffuse 9. Metha. cōtex. 10 et circiter. Hēricus quo libet 13. q. 2 a

RESPONDEO, ꝙ beatitudo principaliter cōsistit in lapsu obiecti beatifici ad naturam bea tificabilem. Modo autem sic est, quia Deus, quod est obiectū beatificum immediatius illabitur ipsi essentiæ, & per lapsum ad essentiam redundat in lapsum ad potentiam, igitur beatitudo, quæ est il lapsus talis immediatius, ergo perficit essentiam.

Item beatitudo est gratia consernata, sed gratia immediatius est in essentia, ergo.

Item, beatitudo redditur secundum iustitiam distributiuam, iustitia autem distributiua exigit, ꝙ realitati digniori reddatur plus de præmio, dignior autem realitas est essentia, quàm potentia, ergo.

CONTRA: Illapsus Dei est uniformis ad omnem naturam propter Dei immensitatem, ergo beatitudo formaliter aliquid plus dicit, q̄ illapsum, quia non omnia natura est beata, & tamē intimissime illabitur omni naturæ, ergo.

Confirmatur, quia quando de non beato fit beatus, est mutatio realis, igitur est ibi aliqua forma realis de nouo acquisita, sed non illapsus, quia primo ille inerat, ergo.

Item aliquo modo conformiter est beatitudo in Deo, & in nobis, sed Deus non est præcipue, & formaliter beatus pro eo, quod est sibi idem, quia etiam lapsus est sibi idem, sed pro eo, quod intelligit & diligit se, ergo beatitudo consistit pręcipue in actibus & operatione & non illapsu operatio autem immediatius respicit potentiā, ergo.

DICO quòd quæstio potest habere duplicem intellectum unum, ꝙ sint duæ perfectiones, quorum una immediatius perficit essentiam, alia immediatius potentiam, & tunc quæritur quæ istarum sit principalior beatitudo, & secundum hūc modum, & intellectum uidetur currere prima opinio, & tunc dico, quòd etiam secundum hunc intellectum beatitudo principaliter esset illa per fectio, quæ immediatius perficit potentiam, quia ista esset operatio, illa autem esset quasi actus pri mus respectu istius. Impossibile autem est, quòd sit beatitudo sine operatione. Alium intellectum potest habere, quòd beatitudo formaliter sit una perfectio tantum, & tunc quæratur, utrū ista per fectio immediatius perficiat essentiam, uel potē tiam, & tunc dico, quòd potentiam immediatius perficit. Ratio, quia quando aliqua perfectio sic se habet ad duo perfectibilia, quòd unum nō per ficitur nisi mediate alio, ita quòd remoto illo per posibile non perficeret ipsum, è conuerso autē sic non est dubium, quòd illud, quo aliud perficit, immediatius perficit, sed remota potentia ab essentia animę per possibile, uel impossibile nū-

quam

Beatitudo formaľr eſt operatio.

quam beatitudo perficeret eſſentiam, quia beatitudo formaliter eſt operatio. Contradictio tamē eſt, quòd operatio ſi ſit eſſentiæ ſine potentia operatiua, ſi autem per poſſibile, uel in poſſibile potentia intellectiua eſſet ſeparata ab eſſentia animæ adhuc eſſet beatificabilis ex quo beatitudo formaliter eſt operatio, ut patebit. Sequitur propoſitum, quia operatio poteſt perficere potentiā operatiuam uel ſit ſeparata uel coniuncta.

4. Met. contex. 14.

Sed contra: Si potentia ſit accidens, illud dictum uidetur falſum. nam ſecundū Ariſt. 4. Met. accidens non accidit accidenti, niſi quia ambo accidunt ſubſtantiæ, ergo beatitudo cum ſit accidens non eſt immediatè potentia, ſi eſt accidens, ſed ambo immediatè inſunt, & perficiunt ſubſtantiam. Dico ergo uerum, ꝙ accidēs propriè ineſt accidenti etiam ſi non ineſſent ambo ſubſtantię. Nam prima paſſio ineſt proprio ſubiecto, ſed patet, ꝙ multę ſunt propriæ paſſiones accidētiū, quæ dicūtur de eis in ſecundo modo dicendi per ſe, quæ etiam non ſunt propriæ paſſiones ſubſtātiæ ſubiectę illis accidentibus, ſicut patet de omnibus proprijs paſſionibus mathematicis. Vnde habere tres non eſt propria paſſio alicuius ſubſtantiæ, ſed ſolius trianguli. Sed ſi triangulus fuiſſet ſeparatus ab æterno, iſta paſſio ineſſet ſibi, & ſic de alijs. Authoritates autē Ariſt. ſolum habent ueritatem de accidentibus diſperatis, & nō ſubordinatis & de talibus ipſe exemplificat .ſ. de albo, & muſico, & hoc ſufficit ſibi, quia ipſe uult probare ibi, quòd in prædicamentis per accidens nō eſt proceſſus in infinitum.

Doctrina ſingularis.

Ad primum ergo primæ opinionis patet, ꝙ aſſumit falſum, ſcilicet quòd beatitudo nō ſit formaliter niſi lapſus.

Ad ſecundum dico, quòd ratio duceret ad oppoſitum quia immediatius perficit potentiam, quàm eſſentiam, ut dictum eſt in libro ſecundo.

li. 2. de diſ. 26

Ad tertium dico, quòd iuſtitia diſtributiua, uel cōmutatiua exigit, quòd præmium reddatur animæ commutati eo modo, quo ſibi eſt melius, & quo nata eſt recipere, & quo ipſum meruit de cōgruo, ſed ex quo beatitudo eſt operatio formaliter, anima nata eſt eam recipere mediante potentia, quæ mediante potētia eſt nata uidere Deum, & diligere, & mediante potentia eam meruit de congruo.

Ad argumentum principale dico, quòd maior eſt falſa in multis. patet enim quòd forma ſubſtantialis eſt perfectior, quàm accidentalis, & tamen illa immediate perficit materiam, & iſta compoſitum. nec etiam de ſolis perfectionibus accidentalibus eſt uera, niſi de his, quæ ſunt eiuſdem ordinis, ſed in propoſito non eſt ſic, quia beatitudo cum ſit operatio perficit in ratione actus ſecundi, & non in ratione actus primi, & ideo immediatius perficit potentiam, quàm eſſentiam, quæ eſt nata perfici in ratione actus primi.

Beatitudo ꝑficit in rōne actus ſecūdi.

VTRVM BEATITVDO CONſiſtat per ſe in operatione.

Scotus 4. ſent. diſt. 49. q. 1.

D. Thomas 4. ſent. diſt. 49. q. 1. Art. 2.

Ricardus 4. ſent. diſt. 49. q. 2.

Durandus 4. ſent. diſtin. 49. q. 1.

Quæſtio ſecunda.

SEcundo quæritur, Vtrum beatitudo formaliter conſiſtat in operatione.

Qvòd non: Beatitudo eſt quid perfectiſſimum, ſed perfectior eſt habitus, quàm actus, ergo conſiſtit in habitu. Probatur minor, tamen quia habitus eſt diuturnior in prædicamentis cap. de qualitate & diuturniora ſunt perfectiora, quia cauſa æquiuoca eſt perfectior ſuo effectu, ſed non uniuoca, ergo æquiuoca eſt perfectior, ergo.

cap. de qualitatem.

Contra: Auguſt. primo de doctrina Chriſtiana: Summa merces eſt, ut ipſo perfruamur .ſ. Deo, ſed ſumma merces eſt beatitudo, & perfrui eſt operatio, ergo.

j. de doctrina Chriſti ca. 6.

Item Phil. 1. Eth. Felicitas eſt operatio optima. 1. Eth. c. 8. et inde.

Item 10. Ethic. ſpecificat qualis ſit operatio, & dicit, quòd eſt ſpeculatiua. 1. Eth. ca. 10.

Item 9. Met. facit quandam adductionem in fine, quæ concludit ſic: Quare felicitas in operatione conſiſtit. 9. Met. cont. 16. et ad finē.

Respondeo & dico, ꝙ circa beatitudinem multa poſſunt conſiderari, quæ ibi concurrunt .ſ. obiectum beatificum. nam beatificabilis operatio, quæ eſt ratio coniunctionis naturæ beatificabilis ad beatificum obiectum. ipſa coniunctio, quæ eſt quædam relatio, & actio de genere actionis, per quam reducitur illa operatio, quæ eſt actus de genere qualitatis. Si igitur quæratur quid eſt beatitudo, uel in quo conſiſtit obiectiue, dico quòd in Deo, ſed ſi quæratur, in quo conſiſtit ſubiectiue dico, ꝙ in anima mediante ſua potentia. Sed ſi quæratur in quo conſiſtit exigitiue poteſt dici ꝙ ibi exigitur ubi eſt actio, quæ eſt de genere actionis, per quam .ſ. perducitur operatio illa, quæ eſt actus de genere qualitatis. Si quæratur in quo conſiſtit formaliter, & eſſentialiter, & quidditatiue ſicut quæſtio quærit; dico ꝙ eſſentialiter includit utrunque .ſ. actualem coniunctionē naturæ beatificabilis ad obiectum beatificū, quę coniunctio eſt relatio, & ipſam operationē, quę eſt qualiter. Ratio iſtius coniunctionis eſt proximum fundamentum ipſius relationis, quæ eſt cōiunctio, uel includit in recto ſolam coniunctionē & in ipſa conſiſtit formaliter. Commutatiuè autē includit ipſam operationem neceſſario, tamen neutrū iſtorū determinat hic Doctor, ſed probat ꝙ oportet dare alterū iſtorum, & rō eius talis eſt.

Beatitudo conſiſtit in Deo obiectiue.

Beatitudo cōſiſtit in aīa ſubiectiue.

Impoſſibile eſt animam actualiter eſſe beatā, niſi ſit actualiter coniuncta ultimo fini & obiecto beatifico, neceſſario ergo relinquitur ibi actualis coniunctio, quæ eſt relatio, ſed impoſſibile eſt eſt eſſe relationē ſine proximo fundamento, quæ eſt præcipua cauſa talis relationis inter extrema, illud aūt proximū fundamētū eſt operatio, ergo.

Sed contra: Omne abſolutum poteſt eſſe ſine contradictione & reſpectu, ſiue ſit ab eo realiter

diſtin-

distinctum, uidetur ꝙ possit esse in anima beatitudo sine actuali coniunctione, quæ est relatio. Dicitur ꝙ beatitudo non est nomen illius absoluti præcise, sed uel essentialiter includit utrunque, uel includit coniunctionem illam in recto, & absolutũ illud cõnotatiue necessario, si, nõ tamen è conuerso, quia cum respectus sit posterior absoluto, si includeret in recto solum illud absolutum non necessario connotaret illum respectum, & ita anima diceretur beata absque eo, ꝙ est actualiter coniuncta obiecto beatifico, quod est impossibile.

Ad argumentum principale dico, ꝙ ille actus perfectior est, quàm quicunque actus. Ad primã probationem de diuturnitate dico, quòd quãtum ad istã conclusionem esset nobilior, quàm actus, non tamẽ propter hoc esset simpliciter nobilior. Nam simpliciter est nobilior charitas, quæ quandoque non durat in anima nisi per modicam horam, quàm sit nigredo, quæ semper durat in coruo, uel quàm musica, dico tamen ꝙ habitus non est pmanentior, q̃ actus beatificus, q est æternus.

Ad secũdam probationem dico, ꝙ habitus nõ est causa totalis actus, sed partialis, non est autẽ inconueniens, ꝙ causa partialis æquiuoca sit imperfectior suo effectu. De causalitate partiali habitus respectu actus patuit in libro primo dist. 17.

Cã partialis æquiuoca est imperfectior suo effectu.

VTRVM BEATITVDO PER SE consistat in pluribus operationibus simul.

Scotus 4. sent. dist.49. q.6.
D.Thomas 4 sent. dist.49. q.1. Arti.1.
Ricardus 4. sent. dist.49.q.6.

Quæstio tertia.

TErtio quæritur, Vtrum beatitudo consistat in pluribus operationibus simul.

13.de Tr.c.5.

Qvòd, sic August.13. de Trin. Beatus est, qui habet quicquid uult, & nihil mali, sed homo rectè uult non tantum unam operationẽ, sed plures, quia si rectè uult fruitionem de Deo, rectè uult uisionem de eo, sine qua non potest esse fruitio, & etiam si rectè uult uisionem de Deo rectè uult fruitionem de eodem.

Prosa secũdã.

Item Boetius 3. de consol. Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus, sed bona est de Deo, non tantum fruitio, sed etiã uisio, ergo.

Contra: In quolibet ordine est dare simpliciter primum, ergo in ordine fruibilium nõ solum extrinsecorum, sed etiam intrinsecorum est dare unum primum, ergo est dare unam operationem primam, in qua beatitudo principaliter, & formaliter consistat.

Ric.pãti dist. art.1.q.6.

Respondeo, ꝙ consistit in duplici operatione. s. in uisione Dei, & in fruitione. Ratio, quia natura intellectualis non est beata, nisi sit perfectè iuncta obiecto beatifico secundum omnes potentias, secũdum quas est sibi unibilis, sed est sibi unibilis tam secũdũ intellectũ, q̃ secũdũ uolũtatẽ; cum ambæ potentiæ sint partes imaginis, ergo.

Item addo aliam rationẽ: Natura nõ esset simpliciter intellectualis nisi haberet intellectum, & uoluntatem perficiẽtes eam in actu primo, ergo natura intellectualis non est perfectè beata, nisi habeat uisionem & fruitionem perficientes eam in actu secundo. Consequentia patet quia sicut ille duæ potẽtiæ sunt sibi summa perfectio in actu primo, ita beatitudo in ratione actus secundi.

Aliter dicitur, ꝙ cõsistit in unica operatione, quia secundum Phil.1. Ethic. Felicitas est operatio optima secundum uirtutem perfectam, sed impossibile est ab eadem natura beatificali esse plures operationes æquè optimas, & esse in ea plures uirtutes æquè summè, ergo.

D.Th.dist. pfati art.1.q.4.1 solutione principali & quæstiuncula.

Potest dici, quasi mediando inter opiniones, ꝙ beatitudo potest accipi tripliciter, uno modo per aggregationem omnium bonorum possibilium competentium ipsi beato, & isto modo consistit non solum in operibus partis intellectiuæ ipsius animæ, sed etiam possunt cõcurrere ibi multa alia, & hoc modo accipitur à Boetio. Alio modo põt accipi propriè magis prò omni eo, ꝙ immediate attingit obiectũ beatificabile & isto modo consistit in duplici operatione. s. duarum potẽtiarum partis intellectiuæ. nam utraque potentia. s. intellectus & uoluntas per suam propriam operationem immediatè attingit ipsum obiectũ beatificum, & secũdum hanc acceptionem uadit prima opinio. Tertio modo potest accipi proprijssimè, & strictissimè. s. solum pro eo, quod immediatius, & perfectius, & intimius attingit obiectũ beatificum. Iste autem actus est perfectissimus, & summus & per consequens in ipso proprijssimè ratio beatitudinis, quæ est summa perfectio nobis possibilis, & isto modo dico, ꝙ necessario oportet ipsam ponere consistere in unica operatione unius potentiæ propter rationem secundæ opinionis. Vadit enim secunda opinio ad hanc acceptionem per istam trimembrem diuisionem. Patet solutio ad rationes opinionis, & ad authoritates, & ad principale.

Beatitudo potest sumi tribus modis.

3. de consol. Prosa secũda.

VTRVM BEATITVDO PER SE consistat in actu intellectus, uel uoluntatis.

Scotus 4. sent. dist.49.q.25.
D.Thomas 4. sent. dist.49.q.4. Art.6.
Ricardus 4. sent. dist.49.q.5.
D.Thomas 4. sent. dist.49.q.6. Art.2.

Quæstio quarta.

QVarto quæritur in cuius potentiæ operatione beatitudo principalius consistat.

Qvòd in operatione intellectus: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te. ut ait Ioã. ergo.

Ioan.cap.17.

Contra: Augustinus primo de doctrina Christiana ait: Fruitio est summa merces, ergo beatitudo. sed frui est actus uoluntatis, quia est amore inhærere alicui propter se, ergo.

1.de doctrina Christ. cap.6. Frui quid sit.

RESPONDEO, ꝙ omnes tenentes beatitudinem consistere in operatione concedunt eam cõsistere in operatione partis intellectiuæ, ipsius animæ, ut distinguitur à parte sensitiua, quia sola ipsa immaterialis, & beatificabilis, & per consequens loquendo de beatitudine propria, quia ipsa sola est immediatè unibilis ultimo fini, ergo.

p. Th. dis. præsenti Ar. 1. q. 1. soluendo 2. quæstiuncula.

SED ad oppositum dicitur, ꝙ in actu intellectus consistit principaliter & essentialiter, in actu uero uoluntatis consistit tanquam in quadam perfectione extrinseca superueniente uisioni in qua consistit tota substantia beatitudinis. Ratio est quia finis finis ultimus extrinsecus est beatitudo formaliter, de qua quæritur, tunc sic illa operatio est finis ultimus intrinsecus, per quam primo attingitur, uel per quam primo anima assequitur ultimum finem extrinsecum, sed talis est operatio intellectus, & non uoluntatis, ergo. Maior patet, quia beatitudo formaliter non est nisi assecutio ultimi finis extrinseci, ergo prima assecutio est beatitudo, & totum illud superueniens est extrinsecum. Probatur minor, nam uoluntas habet duplicem actum, Vnum, qui est actus desiderij, & iste est primus. Sed patet, ꝙ iste actus non est assecutio obiecti, immo est de obiecto non habito, & obiecto facto habito cessat desiderium, & tunc est alius actus uoluntatis, qui uocatur quietatio in obiecto habito, & patet etiam, quòd iste actus non est prima assecutio obiecti, immo non est aliqua assecutio, sed supponit assecutionem obiecti factam per intellectum, & ipsa est quietatio in obiecto iam assecuto, & habito.

Voluntas hẽt duplicẽ actũ.

CONTRA: Quando aliqua plura ordinantur ad ultimum finem inter se habet ordinem, sed intellectus, & uoluntas ordinantur ad ultimum finẽ ergo inter se habent ordinem. Maior patet, quia alias non per se ordinarentur ad idem. Minor et patet, quia tũc sic: Aut uolitio ultimi finis est propter intelligere, aut è conuerso, aut neutrum propter alterum, nõ potest dari tertium membrum, quia repugnat maiori propositioni; similiter non etiam primum quia secundum Ansel. 2. cur Deus homo, ordo peruersus esset uelle amare, ut intelligeret. dabitur ergo secundum. s. ꝙ intellectio ultimi finis est propter amare eiusdem finis, ergo intelligere & uisio non est ultimus finis intrinsecus, sed ordinabilis ad alium ulteriorem. s. ad uelle, ergo in ipso uelle consistit beatitudo principaliter, & essentialiter.

lib. 2. cap. 1.

Ad rationem opinionis dico, ꝙ peccat propter insufficientem diuisionem actuum uoluntatis. habet enim uoluntas triplicem actum, unũ, qui est desiderium, & iste præcedit, & concedo, ꝙ in isto non consistit beatitudo, quia iste est de obiecto non habito & cessat ad habitationem obiecti, ut dicebat. Alium, qui est delectatio, & ipse non est actus elicitus, sed est passio superueniẽs, sicut pulchritudo iuuentuti & de isto currit ratio quia ista delectatio est quietatio in obiecto iam habito, & supponit totalem assecutionem obiecti, & concedo, ꝙ nec in isto consistit beatitudo, sed est alius actus uoluntatis qui est elicitus circa obiectum præsens, scilicet uelle amare & diligere & in isto consistit principaliter & essentialiter beatitudo quia iste est finis ultimus & intrinsecus ad quem aliquo modo ordinatur uisio, & patet, ꝙ uoluntas habet istum actum, quia falsissimum est dicere ꝙ non habet actum elicitum circa obiectum præsens, sed talis actus non est desiderium cum sit de obiecto iam habito nec delectatio cum sit actus elicitus, & ipsa sit passio superueniens.

Voluntas hẽt triplicẽ actũ.

Opinio D. Anreoli in 4. sen. qui collocauit beatitudinẽ in gaudio, et delectatiõe.

Tunc ergo dico, ꝙ per actum uisionis non fit totalis assecutio actus beatifici, sed per actum conseruati amoris, & licet iste actus præsupponat illum tanquam priorem uia generationis, iste tamen est prior ordine perfectionis, unde 9. Metaph. dicitur dicẽdum sicut supra ꝙ priora generatione sint posteriora perfectione.

9. Met. cõt. 15

AD argumentum principale est dicendum, sicut supra dist. 48. quæstione prima.

VTRVM BEATITVDO CONSIstat in actu qui est fruitio.

Scotus 4. sent. distin. 49. q. 5.

Quæstio quinta.

QVinto quæritur, Vtrum beatitudo consistat in actu, quæ est fruitio.

QVOD non: Actus beatitudinis dicit beatũ, & non beatum. sed talis actus est fruitio. Maior est manifesta. Minor patet ex diffinitione ipsius frui.

CONTRA: Augustinus de doctrina Christiana: Summa merces est, ut eo fruamur. s. Deo.

De doct. Christiana cap. 6.

RESPONDEO ꝙ actus uoluntatis elicitus est duplex in genere. s. uelle, & nolle. Velle sub diuiditur in amorem amicitiæ, & in amorem concupiscentiæ. Patet ꝙ beatitudo non consistit in actu qui est nolle, quia obiectum istius actus est malum sub ratione mali. tale autem obiectum non potest esse obiectum beatificum. Patet etiam, ꝙ non consistit in actu, qui est amor concupiscentiæ, tum quia iste actus nõ est ex sui ratione obiecti ita bonus sicut amor amicitiæ cum possit esse prauus etiam circa obiectum diuinum. Vnde in lib. 2. dictum est peccatũ angeli fuit inordinatus amor beatitudinis quia. s. concupiuit eam prius q̃ debuit & aliter q̃ debuit, amor autem amicitiæ circa Deum non potest esse nisi bonus saltem in excessu non potest deprauari, sed magis põt esse minus perfectus per defectum. Secundo quia obiectum istius actus non est æque perfectum sicut illius nam obiectum amoris amicitiæ est bonum in se, obiectum autem amoris concupiscentiæ est bonum relatum ad alterum, tum tertio quia amor concupiscentiæ non est gratia sui, sed gratia amoris amicitiæ. Nam pro tanto concupisco tibi uel mihi bonum, quia amo te, uel me amore amicitiæ. Relinquitur ergo ꝙ consistat in actu, qui est amor amicitiæ, sed amor amicitiæ, circa Deum, est fruitio. Quod patet ex diffinitione frui:

Actus uolũtatis elicitus est duplex.

dist. 6. q. 2.

Quid sit obiectum amoris.

Amicitiæ, et concupiscẽtiæ.

Amor amicitiæ circa Deũ quid sit.

frui: Frui namque est amore in hærere alicui propter se, id est propter ipsum amatum, & talis est amor amicitiæ, ergo beatitudo simpliciter consistit in actu, qui est frui Deo.

Ad argumentum principale dicitur uno modo, quod frui Deo est eiusdem speciei in beato, & uiatore. nec differunt nisi sicut perfectum, & minus perfectum. & hoc patet, quia habere præcipuè easdem causas totales, scilicet uoluntatem, & obiectum sub eadem ratione, uel etiam habitus charitatis potest ibi concurrere eiusdem speciei, ut patet, ergo effectus sunt eiusdem speciei.

Ad rationem dicitur, quòd hoc nomen beatitudo non est impositum ad significandam totam illam speciem illius actus, sicut fruitio, ita q qui libet talis actus mereatur nomē fruitionis, sed nomen beatitudinis non meretur nisi sit in toto gradu & ita patet in ratione beatitudinis, q distinguitur comprehensor & uiator, sed nō in ratione frui tionis. Vnde secundum istam uiam, uidetur esse dicendum, q Deus de potentia absoluta posset causare ueram beatitudinem in uoluntate stante cognitione ænigmatica de Deo in intellectu.

Quo distinguitur cōprehensor, et viator.

Aliter dicitur, & probabilius, q sunt alterius speciei formaliter quidem ex se ipsis efficienter, aut ex causis suis. nam si ponatur, q actualis intellectio concurrat ad uolitionem, & causa partialis, habetur propositum, quia uisio, & cognitio ænigmatica sunt diuersarum specierum ad effectum eiusdem speciei, non necessario concurrit partialis causa alterius speciei, quæ non concurrit ad effectum eiusdem speciei. Vnde nunquam ad causandum Petrum concurrit aliqua causa necessaria alterius speciei, quæ non necessario concurrit ad causandum Ioannem, si autem ponatur, q non concurrat, ut partialis efficiens, sed concurrat, ut causa sine qua non, & hoc necessario, q saltem oportet dicere. tunc dico, q adhuc habetur propositum, quia ad affectū eiusdem speciei non concurrūt necessario causæ, sine quibus nō, q sint alterius speciei. In proposito autem concurrunt, scilicet uisio clara in comprehensione, & cognitio ænigmatica in uiatore. Ista uia non cogit concludere illud, quod inferebatur secundum illam uiam. Patet autem solutio argumenti secundum istam uiā, quia æquiuocantur de frui tione hic, & ibi.

Visio, et cognitio ænigmatica, sunt diuersorū specierum.

VTRVM AD ESSENTIAM BEAtitudinis pertineat securitas.

Scotus 4. sent. dist. 49. q. 6.
D. Thomas prima secunda q. 10. Art. 1. & 2.

Questio sexta.

Sexto quæritur, Vtrum securitas sit de essentia beatitudinis.

Qvod sic uidetur esse intentio Aug. 13. de Trinitate.

13. de Tr. c. 7.

Contra: beatitudo consistit essentialiter in actu, qui est fruitio, & amor amicitiæ, sed securitas si est actus non est talis actus, sed habet pro obiecto talē actum, & beatitudinē, ut patet, ergo.

Respondeo, q primo patet ueritas, q s. est perpetua per Math. Ibunt iusti in uitam æternam, Et Psal. In sæcula sæculorum laudabunt te. Et sapientiæ: Iusti autem in perpetuum uiuēt. Et August. 13. de Trin. Beata uita esse non pōt, nisi sit immortalis, & hoc habetur in multis alijs locis scripturæ in dictis sanctorum. Sed sunt hic tria uidenda. Primum quando est perpetua. Secū dum quali perpetuitate est perpetua. Tertium qualiter inest beatitudini illa perpetuitas.

Matt. cap. 25.
Psalm. 83.
13. de Tr. c. 8.

De primo istorum uidetur forte, q est parte tua, quia sit ex se formaliter necesse esse.

Quere Egidiū hic D. Tho. in quolib. 1. q. 4. Artic. 1.

Contra: Accidens est magis dependens, q subiectum, sed beatitudo est accidēs formaliter, subiectum autem ieius, s. anima dependet à Deo conseruante, ergo & ipsa, ergo non est formaliter necesse esse. Aliter forte diceretur, quia sicut forma cœli, q tollit à materia omnem priuationem, constituit unum compositum incorruptibile, ita beatitudo, cum sit summa perfectio creaturæ tollit à natura beatificabili omnem priuationem perfectionis, & per consequens cōstituit beatum perpetuum, & incorruptibile.

Contra: Quod ex natura non caret principio durationis, ei non repugnat habere terminū durationis, ergo.

Dico, ergo q beatitudo est perpetua præcipue à causa extrinseca. s. à uoluntate diuina conseruātis ipsam perpetuo, & nec permittente ipsam corrumpi, & anihilari.

De secūdo dico, q nō est perpetuitas quæ sit duratio temporis propriè dicta, quia durabit beatitudo cessante tempore propriè dicto, nec æternitate propriè dicta, quia ipsa est solum mensura Dei, & idē q Deus erit, ergo perpetuo perpetuitate æternitatis, qua mensurantur omnia æuiterna, & pro ista accipitur æternitas in scriptura, quā do attribuitur alij, quàm à Deo.

Quo beatitudo sit perpetua.

De tertio dico, q accipiendo beatitudinem intensiuè non concludit perpetuitatem, immo pōt esse secundum omnem gradum, ita per unum instans, sicut per infinitam durationem, & istud est cōe omnibus formis permanentibus, vnde 1. Eth. dicitur, q albedo unius horæ pōt esse intensa, sicut albedo, quæ duraret in æternum, Si uero accipiatur extensiuè, tunc includit perpetuitatem, ut patet ex authoritatibus superius adductis. sed hoc modo non dicit aliquid per se unum, sed dicit aggregationem omnium bonorum, ut describit eam Boetius 3. de consolatione.

1. Ethic. ca. 6.
Prosa secūda.

De secūdo principali dico, q securitas accipitur pro ut opponitur timori, timor aūt uel est de malo futuro, ne ueniat, uel de malo præsenti, ne duret. igitur securitas uel est de bono futuro, q ueniat, uel de bono præsenti q stet. In proposito aūt securitas, quæ spectat ad beatitudinem est de bono præsenti, q perduret perpetuō, & istam securitatē, quæ est actus uolūtatis, præcedit certitudo in intellectu de eodem. Ista aūt certitudo non potest esse intellectui naturaliter nota, cum ille effectus, de quo est, scilicet perpetuitas beati-

Securitas est de bono pāti.

tudinis, totaliter dependeat à uoluntate diuina, ergo est sibi super naturaliter reuelata; similiter autem timorem, qui est actus uoluntatis, præcedit quandoq; dubium in intellectu, sed non semper & necessario sunt ibi, ut patet.

Ad quæstionem dico, quòd securitas non includitur in beatitudine, quæ consistit in actu fruitionis, & amoris amicitiæ, sed consequitur eam, includitur autem in beatitudine extensiue sumpta eo modo, quo dictum est supra de perpetuitate. De Tentione autē sciendum, quod quadrupliciter accipitur, uno modo pro ut memoria tenet obiectū habitualiter, alio modo ut intelligentia tenet obiectum actualiter. Tertio modo tētio est actus uoluntatis. & succedit spei, quæ est uirtus, & quia spes, quæ est uirtus, quę est de bono concupito, ut patet, & ideo tentio, quæ sibi succedit, est in cōcupiscibili. Quarto modo tentio est actus uoluntatis, & succedit spei, quæ est passio. nam ex spe, quæ est uirtus in concupiscibili, consurgit quædā passio irascibili, quæ est quædam firmitas de eo, quod speratur; & ideo tentio, quæ sibi succedit, est in irascibili, & ista magis appropinquat ad beatitudinem. Quod respicit bonum in se non includitur in beatitudine, nisi ut sumitur extensiue pro aggregatione omnium bonorum, sicut dictū est supra de perpetuitate, & securitate. Patet etiam quomodo pertinet ad beatitudinem tentio secundo modo dicta, & tertio.

Io præcedēti Art. ī solutione tertiæ dubitationis. Quid tētio sit

AD argumentum principale dico, quòd Augustinus accipit ibi beatitudinem extensiuè pro aggregatione omnium bonorum.

VTRVM GAVDIVM SIT DE ESsentia beatitudinis.

Scotus 4. sent. dist. 49. q. 7.
D. Thomas 4. sent. dist. 48. q. 3. Art. 1.
Ricardus 4. sent. dist. 49. q. 6.

Quæstio septima.

SEptimo quæritur, Vtrum gaudium sit de essentia beatitudinis.

QVÒD sic: Augustinus loquens de Deo dicit; Gaudium de te erit uita beata. — 10. li. confessionum.

CONTRA: Beatitudo essentialiter consistit in operatione ex præcedentibus, sed gaudium non est operatio, sed passio superueniens, ergo.

RESPONDEO & dico, quod sic; Ratio, quia si non, ergo Deus posset beatitudinem dare sine gaudio, & sic esset quis beatus, & non gauderet, quod est absurdum. — D.Th. 47. dis. 4. Art. 1. q. 3.

Item pœna esset essentialiter tristitia, ergo prēmium essentialiter est gaudium. Antecedens patet ex dist. 43. Nam pœna cum sit inuoluntaria, alias non esset tristitia, non posset consistere in actu uoluntatis, sed in passione, quia omnis actus elicitus uoluntatis est uoluntarius.

Item decimo Ethicorum est ratio ad hoc illius andoxi, quia operationes appetimus propter delectationem, ergo delectatio & gaudium sunt finis ultimus intrinsecus, & per consequens beatitudo. — 10. Eth. ca. 3.

Confirmatur, quia priora generatione sunt posteriora perfectione 9. Met. ergo sicut tu probasti superius ex hoc beatitudinem non consistere essentialiter in uisione, sed in amore, ita hic probatur non consistere in amore, sed in gaudio, quod est posterius generatione. — 9. Met. cōt. 15

CONTRA; licet opinio uideatur probabilis quantum ad illud, quod principaliter intendit, tamen oppositum uidetur mihi probabilius. Nā certum est; quòd nulla natura creata est intrinsecè beata, quia hoc est proprium Dei. anima ergo non est ex suis intrinsecis beata, est ergo beata, ut unitur obiecto beatifico. unitur propriè, & præcipue per operationem, & non per passionem superuenientem ad unionem iam ultimate adeptam, ergo tota essentia beatitudinis saluatur in operatione. — Qño anima sit beata.

Dico autem, quòd uoluntas potest considerari ut est actiua & dicitur sui actus ut sic beatificatur per passiones superuenientes, scilicet per gaudium & delectationem, nam respectu talium est pure receptiua, sed primo modo beatificatur principalius & essentialius. — uoluntas duobus modis potest considerari.

AD primum oppositum dico, quod sicut Deus de potentia absoluta potest causare claram uisionem in intellectu de se absque fruitione causata in uoluntate, & talis esset essentialiter beatus secundum illos qui ponunt totam beatitudinem cōsistere essentialiter in uisione; ita dico hic suo modo, tamen non esset beatus quo ad omnia, quæ sequuntur beatitudinem, non tamen esset uoluntas beata, ut receptiua.

Ad secundum nego consequentiam, nam pœna oportet, quòd sit inuoluntaria, & ideo oportet, quòd consistat in passione, sed præmium oportet esse uoluntarium, & ideo oportet consistere in operatione. Vnde Philosophus secundo Ethicorum. In passionibus, nec laudamur, nec uituperamur. — 2. Ethic. ca. 5.

Ad Tertium dico, quòd Philosophus arguit ibi contra illum, qui ponebat felicitatem consistere in passione, & ponit ipse eam consistere in operatione. Ad rationem dicit, quòd illud est falsum, immo frequenter appetimus operationes sine delectatione sicut patet de actibus uirtutis, nā patet, quòd actus uirtutis temperantiæ, & fortitudinis non delectant appetitum sensitiuum & tamen sunt appetibiles, quia boni.

Ad confirmationem, quòd illud tenet in his, quæ sunt eiusdem rationis, & ordinis. Vnde in ordine operationum posterior generatione est prior perfectione, & similiter in ordine passionum, sed non tenet in his, quæ sunt alterius, sed in proposito uariatur ordo, quia itur de operatione ad passionem.

AD principale dico, quòd Augustinus accipit ibi beatitudinem per omnibus, quæ eam consequuntur, & non pro eo, in quo consistit principaliter, & essentialiter.

Vtrum

VTRVM NATVRA HVMANA sit natura infima capax beatitudinis.

Scotus 4. sent. distin. 49. q. 8.

Quæstio octaua.

OCtauo quæritur, Vtrum aliqua natura intellectualis sit beatificabilis.

Qvòd sic: Beatitudo est unio perfecta cum fine proprio, sed natura intellectualis est unibilis cum suo fine, ergo.

14. de Tri. c. 18 CONTRA: Aug. 14. de Trin. dicit, quod natura est beatificabilis inquantum imago Dei.

RESPONDEO quod hic sunt tria uidenda. Primo an conueniat naturæ intellectuali. Secundo an omni naturæ intellectuali. Tertio an alteri naturæ ab intellectuali.

Beatitudo propriè et improprie accipitur. DE primo dico: Beatitudo potest proprie, & improprie accipi, proprie accepta non conuenit, nisi naturæ intellectuali; quia illo modo accepta consistit in fruitione Dei, uel clara uisione eiusdem secundum alios, sed patet, quod natura non intellectualis nō potest habere tales actus, ergo.

De secundo dico, quod talis beatitudo potest competere omni naturæ intellectuali. Quod patet, quia intellectua perficitur per quamcunque intellectionem & uoluntas per quamcunque uolitionem, cum tales actus sint earum perfectiones naturales, ergo nulla intellectio repugnat intellectui, & nulla uolitio uoluntati, nisi essent formaliter intensiuè infinitæ, immo citra infinitatē, quantó sunt perfectiores, tanto magis perficiunt ipsas potentias, cum ergo beatitudo consistat formaliter in aliquo tali actu, ergo &c.

Quando potentia sensitiua sit beata. De tertio dico, quod beatitudo impropriè accepta potest competere alij naturæ. Vnde potentia sensitiua potest dici beata, quando est unita suo proprio obiecto sibi proportionato; per hoc etiā patet solutio ad principale.

VTRVM OMNES HOMINES velint de necessitate summe beatitudinem.

Scotus 4. sent. dist. 49. q. 9.
D. Thomas prima parte summæ q. 49. Art. 1.
Durandus 4. sent. distin. 49. q. 8.

Quæstio nona.

vide D. Tho. dist. præsenti. NOno quæritur, Vtrum quilibet naturaliter appetat beatitudinem in summo.

Qvòd non: Nihil pōt uoluntas uelle nisi cognitum per Aug. 10. de Tri. sed beatitudo non est naturaliter cognita, sicut patet 1. Eth. ubi ponuntur de ea multæ opiniones, & oēs falsæ, ergo.

10. de Tri. c. 1.

13. de Tri. c. 5. CONTRA per Aug. 13. de Trin. Ardentissimo amore omnes finem appetunt.

RESPONDEO quod uoluntas pōt considerari, ut natura, & ut sic necessario, & naturaliter, & continuè appetit beatitudinem, sed iste appetitus non est actus elicitus, sed est quædam inclinatio naturalis eo modo, quo graue inclinatur deorsum, nā si esset actus elicitus nō esset continuus sicut est: quod aūt isto modo inclinetur ad beatitudinē patet, quia omnia naturalia naturaliter inclinātur ad suum proprium finem, beatitudo autem est proprius finis uoluntatis.

Alio modo potest considerari ut libera, & ut sic, quāquam aliqui dicunt quod naturaliter & necessario appetat beatitudinem in uniuersali apprehensam non in particulari. Dico tamen, quod nō in uniuersali nec in particulari appetit beatitudinem necessario, sed contingenter ut in pluribus autem appetit eam quomodocunque apprehensam. Primum probo, quia cum uoluntas possit determinare intellectum ad intelligendum determinatum obiectum, & possit etiam imperare alijs potentijs inferioribus si necessario, ut libera actu elicito, ea, quę appeteret beatitudinem determinaret intellectum ad semper intelligendum eam, & alijs potentijs ad persequendum ea, quæ sunt ad eam, tanquam ad finem. cuius tamen contrarium experimur, & repugnantiam uidetur includere, quod ut libera necessario aliquid uelit actu elicito. Secundum ēt probo quod inclinatio naturalis non pōt totaliter tolli per aliquem habitum inclinantem ad oppositum, immo non pōt aggenerari talis habitus. vnde nullus habitus generari potest in graui, quod tollat sibi inclinationē ad deorsum, nec in materia, qui tollat sibi inclinationem ad formam. igitur semper manet inclinatio naturalis uoluntatis ut naturæ ad beatitudinem, sed naturale est, quod uoluntas quanquam sit libera sequetur tamen inclinationem finitam naturalem, & nisi esset libera esse necessaria, ergo ut in pluribus sequitur eam.

Henr. quolib. 3. quęst. 7.

Inclinatio naturalis, nō potest totaliter tolli.

Argumenta pro & contra patet solutio ex dictis dicta de uoluntate.

VTRVM HOMO EX PVRIS NAturalibus possit consequi beatitudinem.

Scotus 4. sent. dist. 49. q. 10.
D. Thomas 4. sent. dist. 49. q. 6. Art. 2.

Quæstio decima.

DEcimo quęritur, Vtrum homo naturaliter possit consequi suam beatitudinem.

Qvòd sic: Arist. 2. de cœlo dicit quod frustra dedisset natura stellis motum progressiuum, nisi dedisset eis organa apta ad talem motum, ex quo accipitur, quod natura nō deficit in necessarijs, igitur si beatitudo est finis, & perfectio hominis naturalis, sequitur, quod natura dedit ei sufficientia principia, per quæ possit sibi alia accipere. 2. de cœli con tex. 50. et 59.

CONTRA: Quia in hoc fuit error Pelagij.

RESPONDEO primo & dico, quod natura humana siue anima in puris naturalibus, sine aliquo addito est immediatum principium susceptiuū beatitudinis. Secundo quod in puris naturalibus non est sufficientes actiua ad causandum claram uisionem de diuina essentia, & ista sit necessaria ad beatitudinem saltem & præuia. sequitur oppositum, quòd s. homo ex puris naturalibus non potest consequi beatitudinem.

Primum probo, quia si suscipicet eam mediante aliquo hoc esset mediante habitu, sed hoc nõ, ergo. Probatio minoris: Habitus in uia acquiritur ex actibus, ergo actus præcedit in ipsa potentia omnem habitum. ergo non est de ratione actus, ꝙ recipiatur in potentia mediante habitu; sed beatitudo consistit in habitu, ut patet ex præcedentibus, ergo potest recipi immediatè in potentia animæ nuda, & per consequens recipitur, quia nihil est ibi ponendum frustra.

Habitus acquirũ ex actibus.

Item si reciperetur mediante habitu, ergo immediatius beatificaretur habitus; ꝗ aĩa separata posset beatificari, quod est inconueniens, ergo.

Secundum probo: Nam intellectus non põt causare cognitionem de obiecto, nisi præsente obiecto sibi in ratione obiecti, uel in se, uel in suo representatiuo, & si causare debet de obiecto claram uisionem, oportet, ꝙ ipsum obiectum in se sit præsens in ratione obiecti, uel in alio in quo contineatur eminenter, sed patet, ꝙ diuina essentia licet sit præsens intellectui creato propter illapsum propter suam infinitatem, non tamen in ratione obiecti, nisi ipsa uelit, cum sit obiectum uoluntarium, & si esset præsens non causaret nisi uellet. non etiam potest ipsa contineri eminenter, ergo nullo modo intellectus creatus ex puris naturalibus potest causare claram uisionem de diuina essentia & cum ista sit necessaria ad beatitudinem saltem antecedenter à Deo, ergo.

Corrollariè concludo, ꝙ nec ex parte intellectus, nec ex parte uoluntatis est necessarius aliquis habitus propter beatitudinem, & ideo illi, qui ponunt intellectum, & uolũtatem esse puras potentias passiuas, tollunt necessitatem habitus gloriæ ex parte intellectus, & causalitatis ex parte uoluntatis. Vnde si isti habitus requiruntur nõ propter actus eliciendos, & cum saltem charitas necessario sit ponenda secũdum fidem, & scripturam. ideo ad minus de uoluntate habet concedere, quòd sit actiua.

D. Thom. et Henricus.

Ad argum. principale dico, ꝙ natura dedit naturę intellectuali sufficientia principia passiua, ex quibus est immediatum susceptiuum beatitudinis, sed non potuit sibi dare sufficientia principia actiua.

Et si dicas, ꝙ oẽ potentiæ passiuę correspõdet in natura potentia actiua. Dico, ꝙ uerũ est, ꝙ omni potentiæ passiuæ correspondet aliqua potẽtia actiua in toto ente, quia saltẽ potẽtia actiua Dei, sed non oportet, quòd saltẽ in natura creata, & suffecisset Philosopho, qui ponebat agere ad extra de necessitate naturæ.

Oĩ potentiæ passiuæ correspondit potẽtia actiu qũo.

VTRVM ANIMA SIT ACTIVA respectu beatitudinis.

Scotus 4. sent. dist. 49. q. 11.

Quæstio vndecima.

VNdecimo quæritur, Vtrum anima sit actiua respectu beatitudinis.

Qvòd non: Quia tũc aĩa beatificaret se.

Item quia à præmiante est præmium collatum præmiato.

Item si esset effectiue ab anima, cum ipsa sit delectatio gratuita, sequeretur, quòd esset sibi meritoria, sicut in uia. cum ergo sit extra statum meriti, oportet, quod non sit elicitiuè ab ea, sicut erat in uia.

Item quia intensior est à Deo elicitiue, quàm si esset ab anima.

Item quia tunc esset libere elicita ab anima, & per consequens posset eam non elicere, & ita posset facere se non beatam, & sic posset peccare.

Itẽ tũc qui habent meliora naturalia esto, ꝙ esset eiusdem meriti cum aliquo eliceret intẽsiorẽ actum & ita esset beatior, ꝙ est inconueniens.

Item cum nihil producatur per se nisi compositum ex 7. Metaph. si voluntas produceret actiuè suã uolitionem, cum uolitio sit formaliter, & subiectiue in uolente, per consequens uoluntas produceret uoluntatem uolentem, ita causa efficiẽs esset causa intrinseca, quia esset pars sui effectus essentialis, uel intrinseca.

7. Met. com. tex. 16.

Prima quatuor de istis articulis inueni in Scoto, in quæstione, Vtrum beatitudo essentialiter existat in actu fruitionis, nec inueni ea soluta cum tamen quæsierim plures libros. Dicitur tamen, ꝙ Scotus fuit istius opinionis, ꝙ uolũtas cũ obiecto sit actiua respectu aliorum uolitionum, tamẽ respectu uolitionis, quæ est formaliter beatitudo, est pure receptiua. Ita ꝙ illa totaliter causatur ab obiecto beatifico. Sed oppositum huius uidetur expresse dicere in ista dist. Vtrum homo in puris naturalibus consequi possit beatitudinẽ, & in declaratione secundæ quæstionis parum ante solutionem argumentorum principalium.

opinio Scoti.

VTRVM CORPORA BEATOrum erunt impassibilia.

Seraphycus Bona. 4. sent. dist. 49. q. 1. Art. 4.
Scotus 4. sent. distin. 49. q. 12.
D. Thomas 4 sent. dist. 49. q. 4. Arti. 5.
Ricardus 4. sent. dist. 49. q. 1.

Quęstio duodecima.

DVodecimo quæritur, Vtrum corpora beatorum erunt impassibilia.

Qvòd non: Gregorius super illud Ioann. Affer digitũ tuum huc; dicit sic: Necesse est corrumpi omne quod tangi possit, sed corpora Sanctorum erunt tangibilia, sicut patet de corpore Christi post resurrectionem per illud Lucæ: Palpate, & uidete. *Lucæ cap. 24.*

Contra per D. Paulum: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. *1. Cor. cap. 15.*

Respondeo quod cum corpus nostrum sit dupliciter passibile, ut patet. s. realiter, & intentionaliter; Primo ergo uidendum est, Vtrum corpus gloriosũ erit impassibile passione reali.

Corpus nostrũ duobus modis est passibile.

Secundo

Secundo utrum passione intentionali. De primo. ergo est certa & ex fide, & ex sacra scriptura, q. s. corpus gloriosum non non erit passibile passione reali corruptiua; congruitas est ad hoc, q cum anima de se sit immortalis & sit forma corporis congruum est, q imperpetuo informet corpus, non aliud, & aliud cum soli uno sit proportionata, ergo illud unum erit perpetuum & incorruptibile, sed de causa istius impassibilitatis est dubiũ. nõ. n. põt dici, q causa est, quia corpus gloriosum non est compositum ex elementis, quia iam non esset idem numero, quod prius fuit, nec potest dici, q nõ habebit qualitates elemẽtares, quia iá nõ esset eiusdẽ rõnis, ut prius, nec pt dici, quòd qualitates tunc nõ erant cõtrariæ, quia qñ formæ sunt contrariæ ex propriis rationibus ubicunque ponantur sunt contrariæ, nec põt dici, q tunc erunt reductæ ad tantá equalitatẽ, q non poterũt agere ad inuicẽ, quia iá qualitates illę sequunt naturam formarum elementorũ & elementa sint in qualiter actiua, & passiuá, oportet, quòd in illo corpore esset in moderatus excessus unius elementi ad aliud.

Anima est immortalis.

Vide D. Bona s. p̃senti parte 2. Art. 2. q. 2. et 2.

Vide Varronem quæst. præsenti.

Præterea oẽs illæ quatuor uiæ deficiunt, quia saltem non prohibent corruptionem extrinsecá, nec põt dici quinto, q materia corporis gloriosi non esset sub priuatione, quia anima gloriosa satiabit totum suum appetitum, quia cũ aĩa sit substantialiter eadẽ, nullo modo uariata substantialiter, nõ poterit replere totũ appetitũ naturalẽ materiæ plus tunc, q̃ modo. nulla ergo cá intrinseca põt poni istius impassibilitatis. causa uero extrinseca ponitur dupliciter. s. anima informans, & dos super addita priuatiue etiá duplex. s. cessatio motus cœli, & alia, quam ultimo ponam.

Causa extrinseca ponitur duplex.

Pro prima uia arguitur sic: Sicut anima tũc est totaliter Deo subiecta, ita corpus gloriosum est totaliter subiectum animæ beatæ, & ideo non poterit ipsa uolente.

Contra: Anima nõ est maioris uirtutis, q̃ Angelus, sed Angelus non põt prohibere agentia naturalia à suis quæ propriis actionibus. ergo.

Héricus quo lib. 9. q. 16.

Ricardus dist. præsenti Art. 4. q. 1.

Pro secunda uia arguitur sic: Quia secundum Augustinum in epistola ad Dioscorũ: Fecit Deus animam, inquit, ut ex eius plena felicitate redundet in corpus sanitas perpetua, & uigor incorrupubilis. dicunt ergo isti, q sicut uidemus, aliqua qualitas puta durities præseruat corpus ab aliquali corruptione, ut à modica incisione ita Deus poterit causare & causabit in corpore glorioso unã qualitatẽ imperfectá, quæ præseruabit eum ab oĩ corruptione intrinseca & extrinseca.

Ad Dioscorũ ante mediũ.

Contra: Aut ista qualitas dicitur esse dos impassibilitatis cęlestis, aut est elementaris, aut mixti corporis. & tunc non poterit prohibere corruptionem perpetuam, licet sto, q posset ad tempus.

Pro tertia uia arguitur sic: Remoto priori remouetur posterius, sed motus cęli est primus motus 8. phys. ipse autem cessabit post iudicium. ergo ex tunc non poterit ad corpus moueri ad corruptionem.

8. phys. cont. 87. et inde.

Contra hoc est articulus damnatus: Qui dixerit ignem non posse comburere stuppá approximatá, cessante motu cęli, error est. Patet etiá contrarium per scripturam sacram tempore Iosuæ. Dico igitur quarto modo, q causa huius impassibilitatis est sub causatio diuinæ coactionis agentibus naturalibus petentibus illud corpus corrumpere. ná sciendum, q nullũ naturale agens põt agere nisi Deo sibi cooperante per generalem influxum, sed Deus ad extra agit contingenter per suam uoluntatem, ergo corpus gloriosum nõ poterit corrumpi naturaliter nec ab intrinseco, nec ab extrinseco, quia diuina uoluntas nõ coaget alicui agenti naturali ad ipsum corrumpendum, & hoc modo pueri in camino non fuerunt combusti, quia Deus non coagebat igni ad eos cõburendum & per hoc ad authoritatem augumenti adductam pro secunda uia, dico, q pro tanto dicitur hæc impassibilitas redundare in corpus ex plena felicitate animæ, quia ex meritis animæ corpus habet impassibilitatẽ, pro eo. s. q informatur ab anima beata, quæ de congruo hoc meruit.

Iosue c. 10.

Vide in primo sent. dist. 2. q. 1. & in 2. dist. 1. q. 2. nec non in 7. q. quolib.

Sed sunt hic dubia. Primum quia secundũ hoc uidetur, q impassibilitas non sit dos, ex quo non est aliqua qualitas gloriosi corporis.

Dubia.

Primũ dubiũ Vide D. Bona. et alios antiquos hic.

Secundum q eo modo secundum istam uiam erunt impassibilia corpora damnatorum sicut beatorum.

Scd'm dubiũ.

Ad primum dico, quòd non oportet dotem in esse ei cui datur, sed sufficit, q habeat eius commodum. Vnde spõsę nõ realiter insistit eius dos, sed habet eius commodum, ita est in proposito suo modo.

Ad secundum dico, quòd dãnatis illud prouenit ad eorum pœnam propter eorum demerita, beatis uero propter eorum gloriam.

De secundo principali dicitur, quòd de uisu non est dubium, quòd erit ita & de auditu, si poterit ibi uox multiplicari, & si erit ibi talis uox de aliis tribus sensibus, non uideo necessitatem quare debeant esse in suis actibus cum actus talium sensuum præcipuę sint necessarii prupter conseruationem uitæ corporalis, qui quidem motus conseruandi uitam non est ibi necessarius ut patet.

D. Thomas 1. 4. dist. 44. Art. 2. q. 1. in sol. 3 et 4. quæstiũcula.

Ricardus dist. præsenti Art. 4. q. 3.

Ad principale dico, quòd argumentum Gregorij non plus probat nisi quòd corpus tangibile naturaliter est corruptibile, sed patet ex dictis, quòd corpus gloriosum est incorruptibile supernaturaliter, non tamen apparuit ratio quare cęlũ non posset sensibiliter tangi à digito, si esset ibi, sicut potest sentiri alio sensu scilicet uisu. &c.

VTRVM CORPORA GLORIOSA erunt agilia.

Seraphycus Bona. 4. sent. dist. 49. q. 1. Art. 7.
Scotus 4. sent. dist. 49. q. 12.
D. Thomas 4. sent. dist. 49. q. 4. Art. 7.
Ricardus 4. sent. dist. 49. q. 7.

Quæstio tertiadecima.

TERTIO decimo, quæritur, Vtrum corpora beatorum erunt agilia.

Qvod non: Agilitas ponitur propter motum localem, ſed ibi non eſt motus localis, ergo. Maior eſt nota. Minor probatur, tum quia motus eſt ſolius entis impet fecti, quia entis in potentia, ſecundum, quòd in potentia 3. phyſ. tum quia nullus beatus uellet ſe mouere, quia quilibet ſtabit in determinata approximatione ad Chriſtum, qui eſt obiectum beatificum ſenſuum, & ideo nollẽt ire remotius, nec propinquius, q̃a nõ meruerũt.

3. phyſ. cont. 6

Contra: id eſt illud ſapiẽtię: Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent.

Sapientiæ. c. 3

Respondeo, & dico, ꝙ omne corpus ſenſitiuum naturale habet duplicem motum, unum ſecundum elementum prædominans in ipſo. ſ. terræ, & iſte motus eſt deorſum, cuius immediatum principium eſt ipſa terra prædominans. Vnũ aliũ motum habet, inquantum eſt corpus animatum, & iſte eſt motus progreſsiuus, cuius immediatũ principiũ eſt anima ſenſitiua. Loquetur. n. de corpore animato anima ſenſitiua. Iſte aũt motus ſecundus tam in nobis, q̃ in brutis ſequitur aliquo modo apprehenſionem appetitus ſenſitiuĩ,

Totius corporis naturalis ſenſitiui, eſt duplex motus

Secundo dico, quòd agilitas eſt quædam habilitas, ſecundum quam corpus glorioſum pręſentialiter & faciliter poteſt moueri motu locali. tertio dico, quòd iſta agilitas, quę eſt dos agibilitatis ut commune dr̃ eſt quædam qualitas ſupper addita ipſi corpori glorioſo, per quam põt faciliter & expedite moueri ad omnes differentias ſitus, ſed non uideo qualis qualitas eſſet iſta. Quod patet, quia nec cœleſtis, nec elementaris. quia non ſuffi ceret ut patet, nec alicuius corporis mixti ꝑꝑ eandem cauſam non uideo neceſsitatem dicendi, ꝙ eſt quædam realitas creata à Deo nouæ ſpeciei, & alterius ab omnibus qualitatibus, quę ſunt mõ.

Agilitas quæ ſit.

Ricardus diſt. præſenti Art. 4. q. 7.

Dico igitur aliter. primo quòd licet in animali non appareat aliqua uirtus motiua ſecundum motum progreſsiuum, niſi organica, tamen ratione conuincitur, quòd in homine eſt uirtus motiua non organica, quæ eſt præcipue in anima. Nã omnino eſt inconueniens dicere, quòd anima ſeparata non poſsit moueri ſecundum locum, quia cũ repetat ſibi eſſe in loco diffinitiue ſi non ſe poſſet facere de loco ad locum eſſet imperfectiſsima, eſt ergo in anima uirtus motiua non organica. Tunc dico, quòd ſicut uirtus uiſiua in me poſſet à Deo intendi uſque ad gradum uiſiuæ uirtutis aquilę. quo facto uidere poſſem rotam ſolis ſicut aquila; ita Deus põt intendere quantũ ſibi placet iſtam uirtutem motiuam animæ non organicã. quo facto poterit anima mouere corpus ſine fatigatione per uirtutem illam non organicam.

Item etiam exparte corporis ſunt multa impedimenta modo & multę indiſpoſitiones ad motũ quæ ſunt in neruis & iuncturis & alibi. Vnde patet, quòd non oẽs æqualiter ſunt potentes ad motum. Iſta autem oĩa impedimenta amouebuntur à corpore glorioſo, & ẽt non erit repletum fecibus, ſicut mõ. ſed forte Deus replebit ipſũ optimo & mundiſsimo aere, & uigorabit & purgabit ſpiritus uitales in eo, & tunc erit leuiſsimũ & eſpotiuſsimum ad motum. Vnde patet, quòd idẽ corpus nullo addito eſt magis ponderoſum mortuũ, quàm uiuũ. dico ergo, quòd Dos agilitatis non eſt niſi uirtus motiua anima beatæ non organica bene intẽſa cum dictis diſpoſitionibus oppoſitis. tunc. n. & corpus erit facillime mobile & anima uirtuoſa ad mouẽdum & ſine fatigatione ex quo per uirtutem motiuam intentam non organicam habet.

Ad argumentum principale, ad primam probationem minoris dico, quòd aliquid dicitur imperfectũ tripliciter: uno modo negatiue abſolute. ſ. quia non habet omnem perfectionem iſto modo omnia ſunt imperfecta excepto Deo. Alio modo negatiue non abſolute, ſed comparatiue ſicut plumbum eſt imperfectum reſpectu auri, & iſte modus eſt imperfectior, quàm mobile. Alio modo priuatiue. ſ. quòd nõ habet omnẽ perfectionem ſibi debitam ſicut monſtra dicuntur imperfecta.

Aliquid tribus modis dicitur imperfectum

Dico igitur quòd corpus glorioſum nõ eſt imperfectum reſpectu motus, niſi ſcd'm quod quia motus eſt ſibi quædam accidẽtalis perfectio, ſed quando non mouetur non eſt imperfectum, quia tunc magis ſibi congruit quiẽs.

Ad ſecundam probationem dico, quòd ſupponit falſum. ſ. quòd Chriſtus ſemper ſtet in eodem ſitu. poterit enim moueri ſicut Rex.

VTRVM CORPVS GLORIOSVM erit clarum.

Seraphycus Bona. 4. ſent. diſt. 49. q. 1. Art. 5.
Scotus 4. ſent. diſt. 49. q. 14.
D. Thomas 4. ſent. diſt. 49. q. 4. Arti. 8.
Ricardus 4. ſent. diſtin. 49. q. 6.

Quęſtio quartadecima.

Qvarto decimo quæritur, Vtrum corpora beatorum erunt clara, & lucida:

Qvod non: Erunt pulchra, ergo nõ lucida. Antecedens patet. Conſequẽtia probatur ſecundum Auguſtinum: Pulchritudo eſt quidam color cum ſuauitate, ſed color, & lux non compatiuntur ſe in eodem. Vnde corpora ſuper cęleſtia, quę ſunt lucida, non ſunt colorata.

22. decim. Dei ca. 19.

Contra: Fulgebunt Iuſti ſicut ſol in conſpectu Dei per illud ſap.

Sapientiæ. c. 3

Respondeo eſt quædam relucentia ſuper illud, quod lucet & addit manifeſtationem. Vnde dr̃ lux clara, ueritas clara, & huiuſmodi, quæ ſunt bene manifeſta. Et ſecũdum Auicen. 5. naturaliũ, Lux, lumen, & color differunt, quia lux eſt in ſole, lumen in medio color in corpore ſolido, & terminat uiſum. Tunc dico, ꝙ licet Gregorius uideatur dicere ſuper illud Iob: Nõ ęquabit ei nec aurum, nec argentum, quòd corpora glorioſa erunt perſpicua & dyaphona, põt tñ dici, quòd erũt ſpiſſa, & ſolida & tñ clara & luminoſa, quia etiã ſol & alii planetæ ſunt ſolidi, & tñ ſolidi in tantũ, quòd prohibuerunt à uiſu noſtro aſpectus eorũ poſt ſe. Vñ ſoliditas non repugnat claritati, immo non eſt dubium,

Scd'm Auicẽ. lux lumen. & color differũt

18. libro moralium.

bium, quòd solidata corpora sint planetæ, & stellæ, quàm sint aliæ partes orbis, inquo sunt, & tñ planetæ, & stellæ sunt corpora lucids, & aliæ partes non sunt propter nimiam perspicuitatem.

Dico igitur, quòd corpora gloriosa erunt solida, clara, & lucida. Authoritas, autē Gregorii potest glosari.

Sed nunquid beatus possit occultare claritatē sui corporis alii nō beato.s.uiatori; Dicitur, quòd sic, quia oculus non beatus nullo modo posset esse capax illius uisionis, & ideo necesse esset ex se, ut occultaretur sibi, sed hoc non credo esse uerū, quin aliquo modo sensibiliter posset oculusnon beatus percipere illam claritatem, licet non perfectè, sed tamen transitoriè, sicut patet de sole, quē percipere possumus trāsitorie, & imperfectè etiā corporali oculo.

Vide Varronem in hoc 4. q. præsenti.

Aliter dicitur, quòd si pro eo, quòd tantū corpus erit sub pleno dominio animæ, sed nō uideo quomodo anima ex propria uirtute possit prohibere actiones naturales agentium naturaliū, quæ sunt in debita approximatione ad passum sufficienter dispositum.

D.Thomas dist.44. quarti Art. 2. q. 4. princ. in solu tertii argumenti.

Aliter ergo dico, ꝙ hoc potest pro eo, ꝙ uolūtas diuina assistit uoluntati cuiuslibet beati, ut totum quod uult impleatur, & ideo qñ uellet quòd claritas sui corporis non appareret uoluntas diuina, non coageret illi claritati ad multiplicandam similitudinem in oculo eius.

Ad principale dico, quòd in corpore glorioso compatientur se mutuò color & claritas in tantū quòd erit pulcherrimum, & clarissimum.

Opinio uera & propria.

VTRVM CORPVS GLORIOSVM habebit donum subtilitatis.

Scotus 4. sent. dist. 49. q. 15.
D.Thomas 4. sent. dist. 49. q. 4. Art. 6.
Ricardus 4. sent. dist. 49. q. 5.

Quæstio quintadecima.

QVINTO decimo quæritur, Vtrum corpus gloriosum habebit donum subtilitatis.

QVOD non: Quia habebit eandem materiam totam, quam habet modo & habebit tantundem de quantitate, & non plus uel modicum plus. ergo nō erit magis subtile, quàm modo. sed erit spissum, & solidum, sicut modo. ergo.

Vide Varronem in 4. q. præsenti.

CONTRA id est Damasc. lib. 4.

Libr. 4. c. ult.

RESPONDEO primo & dico, quòd corpus gloriosum est simul cū aliquo loco in eodē ubi. Hoc patet ex fide, nam secundam fidem corpora gloriosa erunt in cœlo empyreo, sed Cœlū illud, & cœli alii, per quos transibit gloriosum corpus, sunt indiuisibiles, ergo.

Item Christus resurrexit clauso sepulchro, uñ tres Mariæ dicebāt: Quis reuoluet nobis lapidē.

Marci ca. 16.

Item apparuit discipulis ianuis clausis possibilitas huius.s. quòd diuina uirtute possent duo corpora esse simul tractatum est supra in tractatu de Eucharistia.

Ioannis c. 20.

Secundo dico, quòd hoc erit per dotem subtilitatis, nam hoc conceditur, beatus.s. esse simul cū alio corpore ad libitum suum propter eorum perfectionem igitur illa perfectio sibi collata à Deo dicitur Dos subtilitatis.

Tertio dico, quòd dos subtilitatis non est aliqua substantia qualitas super addita, sicut aliqui putant. nam inter dimensiones plurium corporū respectu eiusdem ubi non est repugnantia actionis & passionis sicut ī illo tractatu fuit declaratū, & ideo non oportet ponere aliquam qualitatem ad tollendam illam repugnantiam, quasi sit principium oppositæ actionis.

Dico igitur, quòd sicut dos impassibilitatis nō erat aliqua qualitas super addita, sed erat substractio coactionis diuinæ ab agentibus debentibus illud corpus corrumpere. Ita dos subtilitatis non est qualitas super addita, sed est à causa extrinsecs.s. à Deo nō multiplicata ipsa, ubi ad multiplicationem corporum locatorum possibilitas potest esse talis sicut causa, cum sit naturaliter prior pōt esse sine suo effectu absq; contradictione pōt esse cum opposito sui effectus, sed modo sic est ꝙ esse quantitatem est causa eius, quod est esse eam situaliter distinctam ab alia quātitate. ergo Deus potest facere, quòd sit quantitas, & non sit situaliter distincta ab alia quantitate, immo quòd sit oppositum.s. quòd sit situaliter in distincta.

Ad argumentum principale, quòd corpus gloriosum non erit subtile propter raritatem materiæ, sed modo prædicto, & ideo poterit esse solidum. ergo.

DISTINCTIO L.

CIRCA DISTINCTIONEM L. Quæritur,

VTRVM ALIQVIS SECVNDVM rectam rationem ad fugiendam miseriam possit appetere non esse.

Scotus 4. sent. dist. 50. q. 1.
Ricardus 4. sent. dist. 50. q. 3.

Quæstio prima.

CIRCA distinct. quinquagemam quæritur, Vtrum damnati, uel quicunque alii possint secundum rectam rationem appetere non esse ad fugiendum miseriam.

QVOD sic: Carentia pœnæ est delectabilis primo Rethoricorum, sed delectabile est desiderabile, ergo carentia mali est desiderabilis. sed non esse non nō includit aliquod malum, ergo est delectabile, & per consequens desiderabile.

1. Rethoricorum. cap. 2.

CONTRA id est D. Augustinus de lib. arbit. ubi ex intentione probat oppositum per tres rationes. Prima talis est, quòd nihil est appetibile, sed non esse est nihil.

3. de libero arbitrio ante diū uel circa.

Secunda talis est: Omne appetibile habet rōnē boni, sed nō esse nō habet rationē boni, ergo. Tertia talis est: Qui rectè appetit, necesse sit melior,

lior, cum perueniet ad illud, sed peruenire ad non esse, nullus fit melior. ergo.

VTRVM DAMNATI APPETANT non esse propter fugiendam miseriam.

Scotus 4. sent. distin. 50. q. 2.
Ricardus. 4. sent. dist. 50. q. 3.

Quæstio secunda.

SECVNDO iuxta hoc queritur, Vtrum de facto appetant damnati non esse.

QVOD non: Obiectum uoluntatis est bonum existens, uel apparens. sed non esse non est bonum existens, uel apparens. ergo.

CONTRA id est illud Apoc. Desiderabunt mortem, & non inuenient.

Apoc. 9. RESPONDEO, quòd miseria est duplex. s. pęnę, & culpæ. de prima dicitur, quòd propter eius carentiam. s. miseriæ pœnæ non est appetendũ nõ esse secundum rectam rationem. (Miseria duplex est.)

Prima ratio, quia simpliciter nõ est maius bonum in genere boni, quàm pœnosum esse sit malum in genere mali. ergo propter carentiam esse pœnosi, quod est maius malum, non est appetendum nõ esse secundum rectam rationem. Carẽtia de ly simpliciter esse, est maius malum. ergo. Antecedens probatur, quia non esse priuat omne esse, sed pœnosum esse supponit aliquod esse. (Ricardus præsenti dist. Ar. principali. 4. q. 2.)

Secunda ratio: Esse simplicit dicit maiorẽ perfectionem, quàm quies, quæ opponitur pœnoso esse. ergo secundum rectam rationem nõ est simpliciter propter carentiam pœnosi esse, cuius oppositum dicit maiorem perfectionem.

Item non esse simpliciter adimit plus de esse, & per consequens plus de bono, quàm adimat pœnosum esse. ergo est minus appetendum secũdum rectam rationẽ, quàm carentia pœnosi esse.

Alii dicunt idẽ etiam de miseria culpę propter carentiam miseriæ, & culpæ non est secũdum rectam rationem appetendum non esse simpliciter & isti eisdem rationibus mouentur, ut patet intuẽti prædictas ttea rationes de miseria culpæ sicut de miseria pœnæ.

Alii concedentes hoc. s. de miseria pœnæ. s. ꝑ eius carentiam secundum rationem rectam non est appetendum non esse simpliciter. Dicunt oppositũ de miseria culpæ. Ratio eorum prima hęc est: Quilibet tenetur diligere Deũ, plusquam se. ergo secundum rectam rationẽ magis debet appetere simpliciter non esse, qđ est cõtra seipsum, quàm uelit esse culpę, quòd est contra Deum.

Secunda talia est: Secundum rectam rationem maius malum est fugiẽdum, sed malum culpæ est maius malum, quàm simpliciter non esse, minor probatur, quia malum culpæ est priuatio boni debiti inesse, sed simpliciter non esse non est priuatio debiti boni inesse. Probatur eadem minor secundo, qua malum culpæ est simpliciter malum, quia contra Deum, qui est bonum commune, sed non esse est malum tantum huic. ergo.

Credo, ꝙ rationes prædictę nõ concludunt. Dico igitur ad istam primam quæstionem, ꝙ nullus secundum rectam rationem debet appetere non esse propter carẽtiã pęnæ. Ratio prima est: ꝙ pœna habet rationem iusti, sed non esse habet rationem non iusti. ergo non debet appetere nõ iustũ propter carentiam iusti. (Scotus & Antonius Andreas sunt cõtra Ricardum in distinctione præsenti.)

Secunda ratio: pœna est à Deo uolita, nõ esse autem non est à Deo uolitum, sed nullus secũdũ rectam rationem debet appetere, quod non est à Deo uolitum propter carentiam eius, quod est à Deo uolitum. Prima probatio maioris propositionis: Prima, quia est à Deo inflicta. secunda patet, quia continue agit ad cõtrarium de ly nõ esse.

Quantum autem ad carentiam culpę distinguo de appetitu ad non esse, quia uellet se anihilare si posset & hoc modo quæstio est nulla, quia appetitus esset maxima culpa & maximum peccatum post odium Dei, & ita appendo hoc non fugeret, sed incurreret culpam. (Appetere nõ esse cõtingit dupliciter.)

Alio modo potest intelligi appetere non esse, quia. s. non plus appetit, ꝙ Deus eum non anihilaret, sed conseruaret eũ in esse, quàm appetat carẽtiam culpę. Et tunc dico, ꝙ quilibet secundum rationem rectam debet magis appetere carentiam culpæ, quàm debeat appetere esse prout opponitur illi modo non esse, hoc est dictu, quòd debet secundum rectam rationem illo modo appetere non esse propter carentiã culpæ. Ratio, quia quilibet secundum rectam rationem debet uellet seruare præcepta Dei, sed appetere carentiã culpæ mortalis cadit sub præcepto Dei, appetere autem ꝙ Deus eum anihilaret, & non conseruet in esse non cadit sub præcepto Dei. ergo.

Ad secundam igitur quęstionem concedo, ꝙ damnati non appetant non esse propter carentiã culpæ quamuis deberent, quia sunt ostinati in malo. credo, ꝙ tamen appetant non esse propter carentiã pœnę, ꝙ tñ non deberent, quia summe displicet eis tanta pœna, sed non esse non esset eis pœna sicut non fuit eis pœna antequam essent.

CONTRA: Esse est maxime eligibile secũdum affectionem commodi. ergo suum oppositum est maxime detestabile secundum affectionem commodi, sed damnati maxime nolunt sequi affectionem commodi, & non honesti. ergo.

Dico ꝙ prima propositio est uera, sed secunda falsa de opposito negatiue, sed de opposito cõtrariè est uera.

Ad principale primum pro prima quæstione patet, ꝙ non concludit de appetitu sequente rationem rectam, sed de appetitu sequente rationem commodi.

Ad principale pro secunda quæstione dico, ꝙ non esse potest directe esse uolitum, sed dico, ꝙ ibi sunt duo uolita. s. non esse & miserũ. esse, sed illud secundum nolle est fortius. Primo quia est maius incommodum, quàm illud. s. quàm oppositũ negatiue ipsi esse, & illud nolitũ cedit illi. &c.

VTRVM BEATI VIDEANT POEnes damnatorum.

Scotus 4. sent. dist. 50. q. 3.

Duran-

Durandus 4. sent. distin. 50. q. 3.

Quæstio tertia.

SECVNDO quæritur, Vtrum beati uideant pœnas damnatorum.

QVOD non: Quia aut illæ pœnæ ab eis uisæ essent eius obiectum uolitum, & tunc essent impii, aut obiectum nolitum, & tunc tristarentur, quia nolitum positiuum in effectu causat tristitiã.

CONTRA, id est magister in littera, & Gregorius 4. Dialogorum.

Lib. 4. cap. 34. idẽ super Lucam ca. 16. In 5. lib. dist. 6.

RESPONDEO: Si quæstio quærat de cognitione in proprio genere hoc spectat ad secundũ librum in tractatu de cognitione Angelorum, ubi dictum est de hoc, utrum. s. localis distantia impediat cognitionem rerum in proprio genere, & dictum est ibi, quod sic. Si quæratur de cognitione rerũ in uerbo, dico, quod beati uident in uerbo distinctè pœnas damnatorum, quia uident clare, & distinctè Deum, qui tanquam Speculum perfectum, & uoluntati repræsentat eis distinctè omnia, quæ uult eis repræsentare, sed uult eis repræsentare pœnas dãnatorũ in quibus relucet eius iustitia. ergo.

Quõ beati uideant in uerbo pœnas dãnatorum.

AD argumentum in oppositum nec intelligo, quòd ipsi nec gaudeant, nec doleant pœnis damnatorum, quia Deo proprium est misereri semper, & parcere, & non uult mortem peccatoris. Vnde dicit, quàm doles Isaias: Consolabor de hostibus meis. Dicitur tamen, quòd pœnæ damnatorum sunt beatis uolitæ, non directè in quantum ipsorum effectiuæ, sed in quantum in eis saluatur diuina iustitia, ita, quòd odio diuinæ iustitiæ hoc exigit. Sciendum, quòd efficacius sunt uolitæ à Deo, qui est iudex, ad quẽ spectat punire, quàm ab eis, ad quos non spectat, sed ab eis sunt uolitæ, quia uident, quòd Deus uoluit, quòd ipsi uelint, & si uiderent, quòd Deus uellet eorum liberationem, ipsi etiam intensius uellent eorum liberationem, quàm uelint modo eorum pœnam, & Deus ita uult eos uelle. &c.

Pœna damnatorũ quõ sint uolitæ ipsis beatis.

VTRVM POENA OMNIVM DAMNATORUM sit æqualis.

Scotus 4. sent. dist. 50. q. 4.

Questio quarta.

TERTIO quæritur, Vtrum pœna damnatorũ sit æqualis.

QVOD sic, quia pœna damni est carentia beatitudinis, sed ista cum sit priuatio non suscipit magis & minus.

Item pœna sensus est pœna ignis, sed ignis cũ agat naturaliter agit uniformiter in omnes secundum ultimum de potentia. ergo.

CONTRA id est illud Apoc. Quãtũ glorificauit se in deliciis tantũ date illi tormẽtum, & luctum.

Apoc. ca. 18.

RESPONDEO, quòd pœna omnium damnatorum extensiue secundum durationem, patet, quòd est æqualis, quia æterna extensiue, secundum numerum pœnarum, poterit esse inæqualis quia secundum inæqualitatem culpæ uni poterũt applicari plura afflictiua, quàm alteri. Intensiue uerò pœna sensus erit inæqualis secundum culpæ inæqualitatem, uel quia uni applicabitur magis afflictiuum, quàm alteri, uel quia, si idem, tũc erit ibi miraculum. s. quòd Deus assistet isti igni ad intentius agendum in unum, quàm in alterum. Erit etiam inæqualitas ex parte complexionis corporis, itaque propter aliam complexionem, quam Deus dabit illis corporibus magis & minus poterunt affligi, uel ab eodem uel à cõsimili afflictione pœna & damno, licet sit in omnibus æqualis quantum ad illud, quod dicit absolute de carentia beatitudinis omnis, tamen totali beatitudine erit tamen in eis inæqualis formaliter, quãtum ad hoc quòd uni erit magis uoluntaria, quàm alteri, nam prò tanto quis plus peccauit, quàm alius, quia intensius seipsum dilexit amore commodi plusquã Deum. ergo incommodum erit sibi intensius nolitum & quia nolitum in actu positum causat tristitiam ideo intensius nolitum causabit maiorem tristitiam. ergo.

Quõ pœna dãnatorũ sit inæqualis.

AD argumenta patet solutio ex dictis.

VTRVM BEATITVDO OMNIVM beatorum sit æqualis.

Scotus 4. sent. dist. 50. q. 5.

Quæstio quinta.

QVARTO quæritur, Vtrum corpora beatorum omnium æqualiter beata erunt.

QVOD sic: Dos impassibilitatis & subtilitatis non dicunt aliquam qualitatem positiuã, ut patet ex præcedenti quæstione, ergo ipsi non poterunt esse inæquales, sed æquales in omnibus.

CONTRA: Alia est claritas Solis, alia Lunæ, alia stellarum, & stella differt à stella in claritate. Corith. c. 15.

RESPONDEO, quòd si omnes quatuor dotes corporũ beatorum essent qualitates positiuæ redundantes in eis ex felicitate animæ, ut multi dicunt, esset uidendum quõ possent esse in æquales secundum inæqualitatem meritorũ, sed quia dictum est de duobus in præcedẽti quæstione, dico, quòd in illis duabus dotibus de quibus argutũ est cum non dicant aliquam entitatem positiuam in ipsis corporibus beatorum non oportet in eis ponere inæqualitatem, ut patet intuenti quid sint illæ dotes. In aliis autem duabus dotibus. s. in agilitate et claritate, dico, quòd erit inæqualitas secundum inæqualitatem meritorum, & possibilitas huius bene apparet consideranti quid sint istæ dotes secundum ea, quæ in præcedenti distin. de eis dicta sunt.

Quõ. n. dotibus sit inæqualitas.

AD argumentum principale patet solutio ex dictis. &c.

VTRVM GLORIA OMNIVM BEAtorum erit æqualis quantum ad animam

Scotus 4. sent. dist. 50. q. 6.

Quæstio

Quæstio sexta.

QVINTO & ultimo quæritur, Verum gloria omnium beatorum erit æqualis quantum ad animam.

Homilia. 66. QVOD sic: Augustinus super Io. & ponitur in litera: Omnium beatorum hominum est par gaudium.

Ioannis c.14 CONTRA: In domo patris mei mansiones multæ sunt, per Ioannem.

RESPONDEO & primo dico, quod beatitudo in animabus perfectis erit intensiue inæqualis secundum inæqualitatem meritorum, nam beatitudo redditur secundum iustitiam distributiuam, uel commutatiuam in ordine ad merita, licet ultra condignum, ergo iustitia exigit, quòd habenti plus de merito detur beatitudo intensior. patet autem, quod beatitudo non redditur contra iustitiam, quia tunc non esset una beatitudo. ergo.

Beatitudo uera & perfecta quæ sit. CONTRA: Beatitudo uera & perfecta est ultima perfectio naturæ beatificabilis, ergo oportet, quòd repleat totam capacitatem naturæ beatificabilis, alias non esset uera & ultima beatitudo, sed capacitas naturalis naturæ beatificabilis respectu beatitudinis non est nisi naturalis appetitus cum sit naturalis & natura actus elicitus, sed inclinatio naturalis in omnibus erit æqualis. ergo per æqualem beatitudinem oportet, quòd repleatur, alias ille, cuius appetitus non repleretur, non esset simpliciter beatus.

Et si concedas, quòd appetitus in omnibus nõ est æqualis oportet dicere, quòd erit maior in eo, qui habet meliora naturalia & tunc isti dabitur intensior beatitudo non obstante, quòd alius plus meruit, quod est maius inconueniens, quàm primum.

Dico, quòd non oportet in quolibet, ut repleatur totus appetitus naturalis, & tota capacitas naturalis nisi solum in anima Christi.

Dico enim quòd uera beatitudo non est perfectio appetitus naturalis simpliciter, sed appetitus naturalis sequens regulam rectæ rationis, recta autem ratio cuilibet dictabit tantum appetere & non plus nisi quantum de eo uidetur esse largiendum. Deus autem respicit ad merita, quia ita exigit sua iustitia, ergo replebitur in quolibet beato totus appetitus sequens totam rationem, qui quidem appetitus consistit in actu elicito ita quòd nullus beatus habebit unquam appetitum elicitum ad maiorem beatitudinem, quàm habeat. Appetitus autem ille naturalis in nullo replebitur nisi in anima Christi. patet ergo possibilitas inæqualitatis in beatitudine.

Disposuit Deus secũdũ iustitiam distributiuam meritorum dare nobis gloriam.

Tertio dico, quòd inæqualitas ista formaliter loquendo non est ex parte obiecti beatifici, quia ipsum est idem & sub eadem ratione formaliter omnibus beatis erit. ergo formaliter in ipsa beatitudine causata, quæ in uno est intensior & in alio minus intensa secundum inæqualitatem meriti, effectiue autem est à principio effectiuo ipsius beatitudinis, quod quidẽ principium in uno causabit beatitudine intensam, & in alio intensiorem secundum exigẽtiam meritorum, sed si istud principium effectiuum totaliter est obiectum beatificum, ut aliqui dicunt, tunc dicendum est, quòd inæqualitas ista effectiue est tota, & totaliter ab obiecto. Et notandum, quòd si Deus esset agens ad extra non contingenter, sed de necessitate naturæ, tunc in omnibus causaret æqualem beatitudinem, ut patet, sed si principium effectiuum istius beatitudinis causatæ dicatur integrari ex tribus. s. ex obiecto & potentia & habitu charitatis, ita quòd tam uoluntas, quàm charitas concurrant in ratione principii actiui simul cum obiecto, secundum quòd expresse uidetur uelle doctor in ista quæstione, tunc dicedum est, quòd inæqualitas beatitudinis effectiue est ab illis tribus integrantibus unum principium actiuum totale respectu beatitudinis. Speculare diligenter. Inæqualitas beatitudinis a quo sit.

Sed tũc restat respondere ad illa septem dubia mota superius contra hoc, & ad quinque prima inuestiga tu tibi solutionem. Dist. 49. q. 1.

Ad sextum dubium, quod doctor non mouet in ista quæstione, uidetur dicere, quòd uoluntas beata ad actum, qui est beatitudo non agit secundum suum conatum totum naturalem absolute, sed in ordine ad merita præcedentia in ea, & ideo inæqualitas beatitudinis naturalis non tollit quin beatitudo non mensuretur in intentione secundum gradum meriti, uel forte posset dici, quòd Deus non coagit uoluntati ad agendum nisi secũdum indigẽtiam meriti uel forte posse dici, quòd Deus, qui est obiectum uoluntarium beatificum supplet defectum uoluntatis minus potentis secũdum sua naturalia. Deus est obiectum uolũtarium beatificum.


Ad argumentum dico, quòd est par gaudium beatorum omnium intensiue, ut ostensum est. nõ autem extensiue, quia quilibet beatus gaudebit de omnibus, de quibus alius beatus gaudebit. Ad quod gaudium Christus Dei Filius nos perducat, qui cum patre, & spiritu sancto uiuit, & regnat per infinita seculorum secula. Amen. Beatitudo est æqualis extẽsiue in beatis intẽsiue uero inæqualis, ad quam perducat nos Deus

Explicit quædam compilatio super quatuor libros Sententiarum extracta de libris Reuerendi Fratris Ioannis Scoti Sacræ Theologiæ Doctoris secundum Antonium Andream ordinis Fratrum Minorum Conuen.

Series Chartarum.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg.

Omnes sunt Terniones. Tabula per se patet.




LEGATORIA
ROMA
UMBERTO VALLETTA